offerentes] Sic Mon. *offerente* Vulgo I. Os. vel *ferentes* vel *auferentes* scribendum censet. Gr. *κομιζόμενοι*.

enim ipsum, non permittere nos gloriosissimis consulibus aut aurum spargere, aut vasa maiora, sed in miliaresiis et melis et caucis et quadriangulis mediocribus et huiusmodi facere dationem, sanctio ad humanitatem a nobis adinventa est, et populo medelam praebens. Si enim hoc egerint, qui consularem edent munificentiam, et his solis concilient populares, nequaquam de maximis lucris decertantes seditiones exercent ad invicem, et venient usque ad alternas plagas, quas per fustes et gladios et lapides egerunt frequenter, rem omnino nobis odibilem. Videbamus enim eos contendentes quidem, et malis innumeris implentes alterutros occasione sparsorum et ab eis abreptorum, domi vero deferentes omnino nihil, sed ea die in ebrietatibus et potationibus

consulibus] *consilibus* Neob., sed supra primam litteram *i* a sec. manu littera *u* imposita est.
aut] *aut aut* Vind., sed utrumque iam a prima manu deletum est.
aurum] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Neob., in quo quidem a sec. manu supra lineam adscriptum est. Gr. χρυσίον.
in] deest in I.
miliaresiis] *miliarensis* Vind. Hamb. Trid. I. *milianensis* Mon., nisi quod supra litteram *n* a secunda manu littera *r* adscripta est. Neob. *miliarensibus*, Berol. *militarensis*, sed litterae *t* puncta subiecta sunt.
et] deest in I.
melis] Sic Vind. Neob. *melis* Berol. *melius* Mon., ubi tamen sec. manus correxit *mellis*. Hamb. *melicis*. Trid. I. pro *et melis* habet *hemelicis*. Gr. καὶ μηλίοις.
caucis] *cuncis* Neob. I. *caucius* Mon., ex quo sec. manus efficit *cauci*. In Vind. Berol. est *cauris*, quod etiam Vulgo et in Trid. et Port. habetur. Hamb. *cautis*. Gr. καυκίοις. Vide cap. II. §. 2.
quadriangulis] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. I. *quadrangulis* Vulgo.
et] deest in Neob., sed in Vind. Mon. Berol. est.
huiusmodi] *huiusmodo* Berol., sed sec. m. scripsit, ut in cont.
dationem] Sic Vind. Berol., deest in Neob., sed a sec. manu supra lineam inscriptum est *donatione*. Vulgo I. *donationem*. Gr. δόσιν.
sanctio] *sancio* I.
adinventa est] Sic Vind. Berol. *et inventa est* Mon., deest in Neob., ubi ad marginem sec. manus adnotavit: *et inventa est*. I. *inventa*.
consularem] In Vind. ad finem huius vocis alia littera *m* adiecta est.
edent munificentiam] Haec in Vind. a sec. manu adscripta sunt.
his solis] Sic Neob., in quo quidem secunda manus priori voci *his* praepositionem *in* imposuit. Berol. Vind. Mon. *in his solis*. Gr. τούτοις-μόνοις.
seditiones] *sedictionis* Mon.; sed litterae *c* secunda manus punctum subiecit, et ex ultima syllaba *is* fecit *es*.
exercent] Sic Vind. Mon. Berol. *exercerent* Neob. *exercentes* I. *exercebunt* Vulgo.
venient] Sic Neob. Berol. *veniant* Vind. Mon. Gr. ἐλεύσονται.
alternas] *ternas* Berol. *altras* Neob., circumflexo tamen litteris *tr* iniecto. Verum secunda manus, littera *r* deleta, supra lineam posuit litteram *n*.
quas] *quam* Neob., sed supra lineam secunda manus adscripsit litteram *s*. Gr. ἅς.
egerunt] Sic Vind. Neob. Berol. *egerint* Mon. Gr. ἐποιήσαντο.
rem omnino] Sic Vind. Berol. Mon. *omnino rem* Neob. I., quod tamen Graecis non firmatur.
nobis] Prior syllaba in Neob. bis scripta est, sed iam prima vice lineola supposita.
odibilem] Sic etiam Neob., sed supra primam litteram secunda manus posuit litteram *h*.
et malis] Desunt in Mon., sed a sec. manu supra lineam sunt adscripta; sunt etiam in Vind. Berol. Neob. Gr. καὶ κακῶν.
implentes] *inplentes* Mon. Neob.
alterutros] *alterum viros* Neob., sed litterae *um* a secunda manu scriptae sunt. Gr. ἀλλήλους.
occasione] Sic Vind. Mon. Neob. *occasionem* Berol.
sparsorum] *sparcorum* Vind., sed supra litteram *c* littera *s* posita est.
abreptorum] Sic Vind. Neob. Berol. Hamb. Trid. I. *ereptorum* Mon. *arreptorum* Vulgo. Gr. διαρπαζομένων.
domi] Sic Vind. Mon. Neob. I., in quo quidem vox *domi* a secunda manu adscripta est. Vulgo *domum*. Gr. οἶκοι.
vero] In Neob. hoc quidem a sec. manu scriptum est. Gr. δέ.
deferentes] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Hamb. Trid. I. *referentes* Vulgo, quod etiam apud Port. habetur. Gr. εἰσάγοντας.
ebrietatibus] *ebritatibus* Berol., sed supra syllabam *ri* sec. manus *e* imposuit. Gr. μέθαις.
potationibus] Sic Vind. Mon. Berol. *portationibus* Neob.

omnia expendentes. Si vero forsan spe lucri maioris etiam praeexpendisse contigit, postea vero aut nihil, aut minus accipiat, etiam damnum et debitum habebit, et plagis et vulneribus et ex hoc malis incurrere cogitur; si autem mediocre sit quod spargitur, nec vehementer contendent, nec quaestus exspectantes abundantia vulnera et plagas alterutris ultra mensuram dabunt. Ideoque communem providentiam introducimus ex hac lege et communi reipublicae figurae, quatenus tempus habeant post imperium et consulis iugem memoriam atque vocabulum in gloriosissimis nostris iudicibus et qui ex maxima curia sunt, eo quod hono-

si vero] Sic Vind. Berol. Neob. *seu* Mon., sed ultimae litterae lineola iniecta est, ut sit *sive*. Gr. εἰ δέ.

forsan] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *forsitan* I. Vulgo.

spe] *sep* Neob., sed litteris *ep* puncta subiecta sunt. Gr. ἐλπίδι.

etiam] Sic Vind. Berol. Neob., deest in Mon. Gr. καί.

contigit] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. I. *contigerit* Vulgo. Indicativum sane modum etiam Graeca praeferunt.

accipiat] Sic Berol. Trid. *excipiat* Vind. Mon. Hamb. Port. I. *excipiens* Neob., quod tamen sec. m. correxit *accipiens*. Gr. λάβοιεν.

etiam] Sic Vind. Mon. Berol. *ad et* Neob., sed sec. manus litterae *d* punctum subiecit ac superposuit *t*. Gr. καί.

damnum] *dampnum* Neob.

et debitum] Sic Vind. Neob. Berol. *aut debitum* Mon. Interpres videlicet vocem προσοφλισκάνειν, qua *damni dati reparatio* significatur, non intellexit.

et plagis] Haec in Neob. bis scripta sunt sed semel punctis subiectis deletum est.

et vulneribus] Sic Vind. Mon. Neob. *vulneribus* Berol., sed supra litteras *vu* a secunda manu *et* scriptum est. Gr. καὶ τραύμασι.

malis] In Mon. syllaba *ma* a secunda manu adscripta est. Gr. κακοῖς.

incurrere] *l incurre* Mon., sed litterae *l* puncta subiecta sunt, ac denique a secunda manu correctum, ut in contextu. Gr. περιπίπτειν.

cogitur] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. I. *cogetur* Vulgo.

sit] Sic Vind. Neob. Berol. *fit* Mon. Gr. ᾖ.

quod] Hoc in Mon. a secunda manu in linea adscriptum est. Gr. τὸ ῥιπτόμενον. Quod postea in Mon. statim subiicitur *quidem*, in Vind. Neob. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.

vehementer] *vehemter* Vind. *vehementer* Neob., sed littera media *h* a sec. manu scripta est.

contendent] Sic Vind. Mon. Neob. Berol., sed in Neob. sec. manus correxit *contendunt*. Gr. φιλονεικήσουσιν.

nec quaestus] *nequestus* Mon. Neob., sed ut in cont., Vind. Berol. habent; *neque sunt* I. Gr. οὐδὲ τὸ τοῦ πόρου.

exspectantes] *espectantes* Neob., sed supra litteram *e* littera *x* posita est.

abundantia] *habundantia* Vind. Berol. *abundantiam* Trid., quod Os. praefert. Potest tamen *abundantia* pro neutro genere pluralis numeri haberi, ut cum Graecis ἄφθονον πρᾶγμα conveniat.

vulnera] In Trid. antea habetur vox *vel*, quae in reliquis deest, nec Graecis firmatur. Caeterum Berol. *vulveni*, quod quidem sec. m. correxit, ut in cont. Gr. πληγάς.

et plagas] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. Hamb. Trid. *et plagis* I. *aut plagas* Port., quod etiam Vulgo habetur. Interpres videlicet cum duplicem versionem vocis πληγὰς invenisset, utramque retinuit.

introducimus] Sic Vind. *introduximus* I. Mon. Neob. Berol. Gr. ἱστῶμεν.

hac] *ac* Neob., sed supra litteram *a* sec. manus litteram *h* posuit. Gr. ἐκ τοῦδε.

et] Sic Vind. Mon. Berol. In Neob. haec vox plane non est. Gr. καί.

communi] *communis* Mon. Gr. κοινῷ.

tempus habeant] Sic Vind. Neob. Berol. *tempus habeat* I. Vulgo. *habent tempus* Mon., quod tamen collocationi verborum Graecorum aperte contrarium est.

iugem] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. In Hamb. Trid. deesse Os. notat. *iungere* I. Gr. διηνεκῶς.

atque] Sic Vind. Berol. Mon. *adque* Neob.

vocabulum] Antea in Neob. a sec. manu scriptum est *vo*, quod tamen a secunda manu punctis subiectis deletum est.

in] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Neob. I. Gr. ἐν.

qui] Sic Vind. Mon. Neob., deest in Berol., sed a secunda manu supra lineam positum est *qui*.

quod] Sic Vind., sed supra lineam a secunda manu positum *q3*. Gr. διότι.

honorare] Sic Vind. Mon. Berol. *honore* Neob. Gr. τιμᾶν.

rare nobis placet dignos non expendentes immense; decentem damus consolationem et nostro populo et aliis omnibus, licet desperantibus iam causam, propterea quod superfluum est auferentes, ut consulatum immortalem reipublicae statuamus. §. 4. Subiaceat igitur, sicuti praediximus, nostra dispositio huic legi, cuius exemplaria recondentur in foro tuae celsitudinis cum hac lege, quam apud eam direximus. Per tempora tamen gloriosissimos consules sancimus ex solo tuo foro exemplar descriptionis accipere huic subditae legi, ut secundum eam omnia dentur. Descriptionem namque ideo a sede tua dari volumus, ut nec ipsis liceat praevaricari, nec his, qui vocantur breviatores, adulterari aliquid horum, quae a nobis disposita sunt, sed periculo custodientium hanc descriptionem in foro tuae gloriae dari exemplar eius cum subscriptione cingulum habentis hoc, cui nunc ipse praesides, ut per omnia inadulterata maneant, quae a nobis disposita sunt. Difficultatem vero

non] *ne* Berol., sed a sec. manu lineola superius posita est. Ex littera *e* secunda manus facit *o*. Gr. μή.

immense] *inmense* Mon. Neob., in quo quidem ultimae litterae circumflexus iniectus est. Berol. *mense*. Os. coniicit *immensa*. Gr. ἄμετρα.

decentem] Sic Vind. *dicentem* Neob. Berol., in quo quidem secunda manus scripsit, ut in cont. In Mon. deest, quamquam a secunda manu supra lineam positum est *decentem*. Gr. πρέπουσάν τε.

desperantibus] *disperantibus* Mon. Berol. Neob., sed in Berol. et Mon. sec. manus scripsit *desperantibus*. Gr. ἀπεγνωκόσιν.

propterea] Sic Vind. Berol. *praeterea* Neob. *propter* Mon., ut tamen syllabae *ea* a secunda manu supra lineam appositae sint. Gr. διὰ τοῦτο.

auferentes] Sic Mon. Neob. Berol. *auferentem* Vind. Gr. ἀφελόντες.

immortalem] Sic Vind. Neob. *inmortalem* Berol. *inmortale* Mon. Gr. ἀθάνατον.

NOV. XXXIV. CAP. II. §. 4. subiaceat] Sic Mon. Berol. *suiaceat* Neob., sed supra *ui* a sec. manu scriptum est *ub*. Vind. *subiacebat*, sed litterae *b* puncta subiecta sunt. Gr. ὑποκείσθω.

sicuti] Sic Vind. Mon. Berol. Neob., in quo quidem ultimae litterae puncta subiecta sunt.

legi] In Neob. ad finem huius vocis adiectum est *s*.

cuius] In Neob. haec subiiciuntur *legi cuius*, quibus tamen a sec. manu lineola inferius subiecta est.

apud] Sic Mon. Berol. I. *ap* Vind. Neob., sed lineola superius posita est. Gr. πρὸς αὐτήν.

per tempora] Antea in Berol. est *nostra dispositio*, quibus tamen verbis a secunda manu puncta subiecta sunt. Neob. *cum hac lege per tempora*, quae quidem ex superioribus male videntur repetita esse.

tamen] *tantum* Berol. Neob. Gr. μέντοι.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanctissimus* Berol. *sanccivimus* Neob. Gr. θεσπίζομεν.

tuo] *suo* Mon., sed sec. m. correxit *tuo*. Gr. τοῦ σοῦ.

exemplar] *exeplar* Vind.

descriptionis] Sic Vind. Neob. Berol. *discretionis* Mon., sed hoc, lineola subiecta, notatum lineaeque inscriptum est *vel descriptionis*. Gr. ἀπογραφῆς.

ideo] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Neob. deest, in quo a sec. manu adscriptum est *io*. In I. verborum ordo inversus est hoc modo *ideo namque*. Gr. διὰ τοῦτο.

a sede tua] Sic Vind. Mon. Berol. *ad sedem tuam* Neob. Gr. ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ..

volumus] Litterae *us* a secunda manu in Neob. scriptae sunt.

liceat] *liceat* Neob., secunda tamen manus correxit, ut in cont. Gr. μηδὲ αὐτοῖς ἐξῇ.

praevaricari] Sic Vind. Berol. *praevaricare* Mon. Neob. I.

his qui] *is qui* Neob., sed supra primam litteram *h* positum est. Vind. Berol. *his quia*, sed ultimae litterae *a* puncta subiecta sunt.

brev.] *abbrev.* I.

adulterari] *adulti* Neob., sed ultimae litterae *i* circumflexus impositus est, sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. νοθεύειν.

aliquid] *aliquit* Neob., sed sec. manus correxit, ut in cont.

in] deest in I.

cui nunc] *cuii nec* Neob., sed litterae *n* lineola imposita, ac primum *i* punctis subiectis notatum est. Gr. ἧπερ νῦν.

inadulterata] *ut adulterata* Neob., sed priori voci *ut* puncta subiecta sunt, denique supra syllabam *ad* sec. manus posuit litteras *in*.

nullus habebit horum, qui ad consulatus veniunt honorem, si mediocrem ita faciens expensam nomen tempori fiet. Etenim omne, quidquid hactenus consulatus habentes honorem et ex foro tuae celsitudinis et ex gloriosissimis nostris praefectis aut etiam aliunde per munificentiam nostram percipiebant, et nunc eis dabimus, ab eis quidem faciendas expensas abbreviantes, a nobis autem largitatem non minorantes. Omnibus autem a nobis dictis imperatoris excipiatur fortuna, cui et ipsas deus leges subiecit, legem animatam eum mittens hominibus, eo quod imperatori quidem iugis indesinens consulatus omnibus civitatibus et populis gentibusque in singulis quae placent distribuenti; advenit autem

habebit] *ab* Berol., sed sec. manus addit *ebit*.

horum] Sic Vind. Mon. Berol. *bonarum* Neob., sed litteris *arum* secunda manus puncta supposuit. Gr. τῶν.

qui] *que* Berol., sed sec. m. scripsit *qui*.

si] Sic Vind. Mon. Berol. *sed* I. *sub* Neob., sed litterae *b* punctum subiectum. Gr. εἰ.

faciens] Sic Vind. Mon. Berol. *faciunt* Neob. Gr. ποιησάμενος.

nomen] Sic Vind. Mon. Berol. I. *nome* Neob., sed ultimae litterae lineola iniecta est. Gr. ὄνομα. *in omni* Vulgo.

tempori] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. I. *tempore* Vulgo. Gr. τῷ χρόνῳ.

fiet] Sic Vind. Mon. Berol. I. *fiad* Neob., quod quidem sec. manus correxit, ut in cont. Gr. γενήσεται.

quidquid] *quicquid* Vind. Mon.

hactenus] *actenus* Mon. Neob.

et] Sic Vind. *vel* Mon., deest in I. Neob. Berol., in quo quidem sec. manus supra lineam inscripsit vocem *et*. Gr. ἔκ τε.

ex] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Neob. Gr. ἔκ τε τῶν.

nostris praefectis] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *praef. nostris* Vulgo I. Gr. ἡμῶν ὑπάρχων.

munificentiam nostram] Sic Vind. Mon. Berol. *nostram munificentiam* Neob., quod etiam Vulgo habetur. Gr. φιλοτιμίαν ἡμετέραν.

et nunc eis] Sic Vind. Berol. Mon. *et nunc et ei* Neob., quod sec. manus correxit *eis*. Caeterum in Neob. et vox *nunc* a sec. manu scripta est, denique voci sequenti *et* punctum subiectum. Gr. καὶ νῦν αὐτοῖς.

ab] Sic etiam Neob., ubi tamen supra litteram *a* inscriptum est *h*.

faciendas] Sic Vind. Neob. Berol. *ficiendas* Mon. Gr. γινομένην.

abbreviantes] *adbreviantes* Mon. Neob. *abuiantes* Berol., sed per partem superiorem litterae *b* circumflexus traiectus est. Pro verbis *a nobis autem* I. habet *autem a nobis*.

omnibus] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Neob., sed tamen a sec. manu supra lineam adscriptum est. Gr. πάντων.

autem] Sic Neob. *enim* I. Vind. Mon. Berol. Gr. δέ.

imperatoris] *imperatoribus* Berol., sed sec. m. scripsit *imperatoris*. Gr. βασιλέως.

excipiatur] Sic Vind. Mon. Berol. *excipiantur* Neob. Gr. ἐξῃρήσθω.

et] Sic Mon. Neob. Berol., deest in Vind. Gr. καί.

eum mittens] Sic Vind. Neob. Mon. Berol. I., sed supra syllabam *mi* a secunda manu positum est *com*. Hamb. Trid. Port. pro eo habent *committens*. Gr. καταπέμψας.

imperatori] Sic Vind. Neob. Berol. *impeator* I. *imperatoribus* Mon. Gr. βασιλεῖ.

quidem] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. Trid. Port. I. *qui est* Hamb. Gr. μέν.

iugis] Sic Vind. Mon. Berol. I., deest in Neob., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *iugis*. Non dubito, quin interpres cum duplicem versionem vocis διηνεκὴς *iugis* et *indesinens* invenisset, utramque in unum coniungere maluerit.

indesinens] Vulgo antea additur *et*, quod in Vind. Mon. Neob. desideratur.

consulatus] Sic Vind. Mon. Berol. *cosulatus* Neob. *cõnsulat* I.

populis] *pupulis* Berol., sed id quidem a secunda manu scriptum est. Caeterum postea a prima manu scriptum *pps*, sed secundae litterae *p* littera *i* imposita est.

gentibusque] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. I. *et gentibus* Vulgo. In Mon. tamen secunda manus vocem *que* delevit; in Neob. sec. manus supra lineam adnotavit *in singulis*. Gr. καὶ ἔθνεσι.

quae] Sic Vind. Mon. Neob., deest in Berol., in quo quidem vox *que* a sec. manu supra lineam adiecta est. Gr. τὰ δοκοῦντα.

distribuenti] *distribuent* I.

autem] Sic Vind. Hamb. Trid. *aut* Mon. Neob. Berol. Port. I., quod etiam Vulgo habetur et in causa fuit, quare vox *advenit* ad superiora traheretur, contra quam per Graeca licet. Gr. δέ.

quum ipse annuerit trabea, ideoque et imperii consulatus per omnia sit sequens sceptra.

EPILOGUS. Tua igitur celsitudo hanc nostram suscipiens legem perpetue eam in sua manere fortitudine procuret secundum omnem, quae in ea continetur, virtutem. *Legi. Scripta exemplaria Ioanni praefecto praetorio Orientis. Scripta exemplaria Longino, praefecto felicissimae urbis. Dat. V. Kal. Ian. CP. post cons Belisarii V. C.* (536.)

quum] *cum* Vind.

annuerit] Sic Mon. Berol. *advenerit* Vind., deest in Neob., sed a secunda manu supra lineam scriptum *adiuut,* sed ultimae litterae *u* circumflexus impositus est. Gr. νεύσειεν.

ideoque] *ioq;* Mon., sed supra litteram *q* littera *i* posita est; prioribus autem litteris *io* lineola iniecta.

et imperii] Prior vox *et* in solo Neob. desideratur. Gr. καί.

sceptra] Sic Vind. Berol. Neob. *septra* Mon.

NOV. XXXIV. EPIL. igitur] *ergo* I.

perpetue] Sic Mon. Neob. Berol. *perpetua* Vind. *perpetuo* Vulgo I. Gr. διηνεκῶς.

eam] Sic Neob. Berol. *ea* Vind. Mon. Gr. αὐτὸν (sc. νόμον).

in sua manere] Sic Mon. Neob. Berol. *manere in sua* Vind. Gr. ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ μένειν.

omnem] Sic Vind. Mon. Berol. *oe* Neob., sed supra lineam lineola iniecta est. Gr. πᾶσαν.

quae in] *in ea quae in* Neob.

legi] Sic Berol. *legis* Vind. Mon. Neob. I.

scripta] Sic Vind. Berol. Neob. Hamb. Trid. I. *scriptum* Vulgo. Cont., qui tamen ad marg. *al. scripta exemplaria.*

exemplaria] *appai* Mon., sed ultimis litteris circumflexo iniecto. I. *apparitori.* Neob. *appari,* Vind. *api,* Berol. *apari,* sed supra litteram *p* aliud *p* iniectum est. Hamb. Trid. *appariltori.* Vulgo Cont. *exemplum,* cui postea subiiciuntur *gloriosissimo sacrorum praetoriorum,* quae tamen in omnibus meis codd. et Hamb. Trid. desiderantur.

Ioanni] *Iohi* Vind. Mon. Berol., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est. Deest in I. Quae abhinc leguntur usque ad *exemplaria,* in Neob. exciderunt, nisi fallor, propter homoeoteleuton.

praefecto praetorio] *ppo* Vind. Mon. Berol., sed lineola superius iniecta est. Pro his Vulgo habetur: *praefecto iterum, ex consuli et patricio.* Hamb. Trid. *praeposito.* Desunt in I.

Orientis] deest Vulgo et in I.

scripta] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Deest in I. *scriptum* Vulgo.

exemplaria] *appari* Vind. *appai* Berol., sed circumflexo ultimis duabus litteris iniecto. Mon. *apari,* sed supra litteram *p* aliud *p* a secunda manu positum est. Vulgo *exemplum.* Hamb. Trid. *appari-tori.* Deest in I.

Longino] Postea Vulgo subiicitur *prudentissimo et gloriosissimo,* quod tamen in Vind. Mon. Berol. Neob. Hamb. Trid. non est.

felicissimae] Sic Vind. Neob. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *huius almae* Vulgo.

dat] *dta* Mon., sed lineola superius iniecta. In Paris., ubi initium inscriptionis habetur, est *datur.* Caeterum in Berol. Pist. Neob. I. Bamb. D. I. 1. et D. II. 11. tota subscriptio deest.

V. Kal.] *post Kal.* Paris.

Ian.] Sic Vind. Mon. *Iulii* Paris. *Iul.* Vulgo.

CP.] *const.* Mon., sed lineola superius iniecta. Paris. *Constantinopoli.* In Vind. excidit, ni fallor, propter sequens *pc.*

post cons.] *consul.* Mon. *pc. consul.* Vind. Quae abhinc habentur, in Paris. desunt omnia.

Belisarii] *Bilisarii* Mon. *Bilisario* Vind.

V. C.] *vir. clari.* Mon., sed lineolis superius iniectis. Vind. *VI. Rl.*

XXXV.

GLOS

UT NULLUS MUTUANS AGRICOLAE TENEAT EIUS TERRA

Idem aug. Dominico viro illustri Praefecto Praetorio per Illyricum.

Propter avaritiam creditorum, qui angustia temporum abutent terrulas infelicium agrestium sibi acquirunt, pro pauco frumento omne illorum substantiam retinentes, legem posuimus, quam primo quidem Thraciam, et in totas eius provincias, in praesenti autem et in Illy cianas patrias direximus. Cuius exemplarium subdi etiam praeser legi praecipimus, ut ne privati quidem homines putent legem contra solummodo esse positam, milites autem altiore nitentes fastigio, lege contra se non esse prolatam existiment. Ut igitur et tua magnitu

NOV. XXXV. XXXV.] Deest in Vind. Mon. Neob. I. Ad marg. Vind. *R/. XXXV.*, ad marg. Mon. *const. IIII. Haec lex loquitur specialiter.*

Ut — terram] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. Hamb. Trid. Port. I. In Neob. idem habetur, nisi quod ibi est ad finem *terram — eius.*

idem augustus] Sic Vind. *id. ā.* Pist. Neob. Berol. *..d. ā.* Mon., sed prima littera miniatori relicta est, qui eam depingere neglexerit. *Idem ā.* I.

Dominico] *dnico* Vind. Mon. Pist. Berol. *dno* I.

viro illustri] Sic Vind. Mon. Pist. Berol. Neob. Hamb. Trid. I., deest in Port., nec Vulgo habetur.

praefecto praetorio] *pp* Mon. *ppo* Vind., sed circumflexo iniecto. Berol. Neob. *praefecto.* In Pist. plane deest. I. *praeposito.*

per] Sic Vind. Mon. Pist., deest in Berol. I.

Illyricum] *Illiricum* Vind. Pist. *Illiricis* Mon. *Yliricum* Berol. *Ylliricum* I. Neob.

angustia] Sic Vind. Mon. Berol. *angustiam* Neob.

temporum] *tporum* Neob., in quo quidem a secunda manu adhuc adscriptum est *orum*; supra litteram *p* autem a prima manu lineola posita est.

infelicium] In Mon. postea subiectum est *au*, quod secunda manus delevit.

substantiam] *susustantiam* Neob.

quidem] *qui et* Berol., quod sec. m. correxit *quidem et.*

Thraciam] Sic Vind. *Traciam* Mon. Berol. *tcia* Neob., sed supra litteras *ci* a secunda manu scriptum est *ra.* I. *Tratiam.*

et] *it* Neob., sed priori litterae circumflexus iniectus, ac secundae punctum suppositum est.

totas] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Pist. I. *in totas* Hamb. Trid. *in omnes* Port., quod etiam Vulgo habetur.

et in] *in* Pist. I., priori voce *et* omissa quam tamen reliqui codd. agnoscunt.

Illyricianas] *Illiricianas* Vind. Ber Neob. I. *Illaricianas* Pist., sed prio litterae *a* punctum subiectum est. Mo *Illyratianas*, quod sec. manus correx *Illyritianas.*

patrias] Sic Vind. Mon. Berol. Neo Pist. Hamb. Trid. Port. I. *provinci* Vulgo.

dreximus] *dixerimus* Neob. I., sed s cunda manus in Neob. litteris *ae* punc subiecit, lineaeque inscripsit *xi.*

exemplarium] Sic Vind. Berol. Mo Neob. Pist. Hamb. Trid. Port. I. *exem plum* Vulgo.

subdi] *subdroi* Pist., sed litteris puncta subiecta sunt.

praecipimus] Sic Vind. Mon. Ber Neob. Pist. I. *praecepimus* Vulgo.

ne] Sic Vind. Berol. Neob. Pist. Ham Trid. Port. I. *non* Mon. *non solummo* Vulgo.

quidem] Sic Vind. Mon. Neob. Ber Pist. Hamb. I. Deest Vulgo.

se] *si* Pist.

solummodo] Sic Mon. Berol. Pist. Vin Neob. Hamb. Trid. Port. I. Deest Vulg

positam] Sic Vind. Neob. Mon. Ber Pist. Hamb. Trid. I. *propositam* Port quod etiam Vulgo habetur.

milites autem] Sic Vind. Mon. Ber Neob. Pist. Hamb. Trid. Port. I. *se etiam milites* Vulgo.

altiore] *altiores* Berol. *altiori* I. *al tiore* Neob., sed supra litteram *t* a se manu circumflexus iniectus est.

nitentes] Sic Mon., sed syllabae puncta supposita sunt eique imposit est littera *u.*

non] Sic Vind. Mon. Berol. Neo Pist. Hamb. Trid. Port. I., sed Vulg omissum est.

igitur] Sic Vind. Pist. Mon. Bero Neob. I. *ergo* Vulgo.

et tua] Prima vox in Berol. I. non es sed tamen in Berol. a secunda manu su pra lineam posita.

sciat, quod communis lex posita est et provincialibus et militibus et omni cingulo, nulla excusatione cuidam competente, ideo et ad tuam sublimitatem praesentem legem destinavimus, sciturus militibus, qui praesenti legi non esse obediendum existimant, quod cingulo denudati inter privatos habeantur poenis, quas in anteriore lege posuimus, prius nihilominus subiugandi. *Dat. VII. Kal. Iul. CP. Belisario V. C. consule.* (535.)

XXXVI. GLOSS.

NULLUM CREDENTEM AGRICOLAE TENERE ILLIUS TERRAM, ET QUANTAM DEBET USURAM DARE.

Idem Augustus Agerucio, V. C. Praesidi Haemimontis.

Rem duram atque inhumanam, et quae ultra omnem impietatem et

sciat] *si ad* Neob.
quod] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. I. *quis* Vulgo.
lex] *ex* Vind. Quod Vulgo et in I. antea est: *haec*, in Pist. Mon. Berol. Vind. deest, ideoque delendum fuit.
provincialibus] *provintialibus* Neob.
et mil.] Prior vox *et* in Neob. non est, sed supra litteram *m* a secunda manu posita est.
cuidam] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Hamb. Trid. Port. I. *cuiquam* Vulgo.
competente] *competentem* Neob. *competente* Berol., sed ultimae litterae circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit.
ideo] *et ideo* Neob., quod reliqui codd. non confirmant. *ideoque* I.
et ad tuam] Sic Vind. Mon. Berol. Neob., sed in Neob. voci *et* puncta a sec. manu subiecta sunt.
quod cingulo] Haec in Neob. a secunda manu scripta sunt.
existimant] *existiment* Vind.
habeantur] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Pist. *habebuntur* Vulgo I.
poenis] deest in Neob., sed ad marginem a sec. manu adscriptum est.
quas] *qua* Neob., sed supra litteram *a* circumflexus positus est.
in] deest in Pist.
anteriore] Sic Berol. Pist. *anteriorem* Neob. *anteriora* Vind. *anteriores* Mon. *anteriori* I.
lege] Sic Vind. *leges* Mon., deest in Berol., ubi tamen a secunda manu lineae impositum est.
nihilominus] *nichilhominus* Neob. *nichilminus* Mon. *nichilominus* Pist.
subiugandi] *subnugradi* Neob., sed supra litteram *n* lineola posita litteraeque *r* punctum subiectum est.
dat.] Haec subscriptio in Mon. parsque eius in Vind. est. In Pist. Berol. Neob. Bamb. D. I. 1. et D. II. 11. et in I. deest, nec sane Vulgo habetur.
VII.] deest in Vind.
Kal. — CP.] *K. Iul. cp.* Mon., desunt in Vind.
Belisario] *Bilis.* Mon., sed supra lineam lineola posita est. Vind. *Bilisario R/.*; reliqua autem ibi desiderantur.
V. C.] *vic.* Mon., sed superius lineola posita est.
NOV. XXXVI. XXXVI.] *R/. XXXVI.* Vind., deest in Mon. Berol. Neob. Ad marg. Mon. *R/. const. V.* Deest in I. Eum, qui sequitur titulum exhibent Vind. Berol. Pist. I. Neob., in quo quidem pro *quantum* est *quantā s* et pro *usuram* habetur *usuras*; Hamb., in quo quidem pro *nullum* habetur *nullus*, Trid. Port. — *ut nullus agricole creditor tenere illius terram et quantam usuram debeat dare* Mon. Alia inscriptio est in appendicibus Iuliani. Sic enim *Kp. DLXXXII.* (Vind. *Kp. DLXXXVI.*) *ut nulli liceat mutuanti* (Vind. *multuanti*) *agricolae terram ipsius tenere et quantum usurae* (Vind. *quantam usuram*) *accipiat.* Verc. (Iul.) Vind. (Iul.) In Berol. (Iul.) totus hic titulus iniuria temporum periit. Vulgo haec inscriptio habetur: *ne quis, quod agricolae mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat et quem usurarum modum creditores accipere debent ab agricolis.*
idem augustus] *idem ā.* I.
Agerucio] Sic Berol. *Agerutio* Vind. Mon. Trid. *Agericio* Pist. *Agerochio* Port. Quae abhinc habentur ex inscriptione, in Neob. desunt omnia. I. *Geruco.*
V. C.] *vic.* Pist. *vicario* Berol. *ut* Vind. *qui* Mon., sed lineola superius imposita. *vice comiti* I. *clarissimo* Vulgo.
praesidi] Sic Vind. Pist. Berol. *psd* Mon., deest in I.
Haemimontis] *Emimontis* Vind. Pist. I. *eminois* Berol. *Minontis* Mon. *Haemimonti* Vulgo. Quod postea Vulgo habetur *in Thracia*, in nullo horum codd. habetur.
NOV. XXXVI. PRAEF. atque] *adque* Neob., sed litterae *d* punctum subiectum est, atque lineae impositum *t.*

avaritiam fit, perspeximus lege saluberrima sanare, et communem omnibus deponere medicinam non tantum in praesentis necessitatis tempore, sed etiam in omni aevo futuro. Venit enim ad nostras aures, quosdam in Mysia secunda provincia, quam administras, avare necessitate temporum captata ad quosdam foeneraticios fecisse contractus, et paucam mensuram fructuum dantes terrulas eorum abstraxisse,

Verc. (Iul.) *adque*. In Berol. (Iul.) temporis iniuria excidit.

inhumanam] *humanam* Berol., sed supra litteram *h* a secunda manu litterae *in* positae sunt. Verc. *inumanam*, sed supra litteram *u* secunda manus litteram *h* posuit. In Berol. (Iul.) temporis iniuria excidit.

omnem] *ome* Berol., sed supra litteram *e* lineola posita est. Neob. *oe*, sed lineola iniecta.

impietatem] *inpietate* Berol., sed virgula litterae ultimae iniecta est.

fit] Sic Port. *sit* Hamb. *sic* Trid. Caeterum pro verbis *quae* — *fit* appendix Iuliani h. e. Vind. Vercell. Berol. habent: *avaritiae plenam*. Quam ego appendicem in sequentibus nota *Iul.*, addita parenthesi notare constitui.

perspeximus] *perspesimus* Berol., sed sec. manus corr., ut in cont. In appendice Iul. h. e. Vind. Verc. Berol. deest.

lege] *leges* Neob. *legem* Vind. (Iul.)

saluberrima] *soluberrimas* Neob., sed sec. m. corr., ut in cont. *saluberrimam* Vind. (Iul.) In eadem appendice postea subiicitur *perspeximus*, quod tamen in Verc. deest.

sanare] Sic Vind. Neob. Pist. App. Iul. *satiare* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. In Berol. deest.

communem] *cummunem* Berol. *commune* Verc.

omnibus] *re omnibus* Neob.

deponere] *depone* Verc.

tantum] *tamen* Neob. Pist. Mon., sed in Mon. sec. manus scripsit *tantum*.

in] *n* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Deest in Pist. Berol.

praesentis] Sic Berol. (Iul.) Mon. *praesentibus* Pist. *praesenti* Vind. Berol. I. Neob. Vind. (Iul.) Caeterum quae ab hac inde voce usque ad *fecisse* leguntur, in Vind. a sec. manu scripta sunt omnia.

necessitatis] *necessario* Vind. Verc. Berol. (Iul.)

in omni] Prior vox *in* in omnibus codd. habetur, nisi in Verc. (Iul.) et Vind.

aevo] *anus* Verc. (Iul.), sed supra litteram *u* prima manus litteram *o* posuit. I. *avo*.

enim] *autem* I.

Mysia] Sic Vind. Neob. Berol. Hamb. Port. *Missia* Pist. Verc. *Missiana* Trid. *Misia* I. *Misci* Mon., sed litterae *c* punctum subiectum. *Missi* Berol. (Iul.) *missi ad* Vind. (Iul.) *ea ipsa* Vulgo.

secunda] Sic Vind. Neob. Berol. Pist. Verc. Hamb. Trid. Port. I. *secundam* Vind. (Iul.) *a secunda* Mon. *ad secunda* Berol. (Iul.)

provincia] deest in Vind. Verc. Berol. (Iul.)

quam] Vulgo subiicitur *tu*, quod in Neob. Vind. Mon. Berol. Pist. Hamb. Trid. Port. I. non est. Quae abhinc habentur *quam administras*, in app. Iul. h. e. Vind. Verc. Berol. desunt.

administras] *administrant* Mon. *administrans* Pist. Berol. Neob., in quo quidem a sec. manu supra lineam scriptum *istras*, quod tamen sec. manus rursus delevit.

avare] Sic Mon. Berol. *avare vel adire* Vind., ubi tamen verba *vel adire* a secunda manu deleta sunt. Neob. *audire*, quod a sec. manu scriptum. Pist. et appendix Iul. h. e. Vind. Berol. *audere*.

necessitate temporum] Sic Vind. Neob. Berol. Pist. Berol. (Iul.) I. *necessitatem temporum* Verc. Vind. (Iul.) *temporum necessitate* Vulgo.

captata] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. Neob. *capta* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) *captam* Verc.

ad quosdam] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. Neob. Hamb. I. *ad quos* appendix Iul. hoc est Vind. Berol. Verc. Desunt apud Trid. et Vulgo.

foeneraticios] *foeneratitios* Mon. Berol. Pist. I. *feneraticos* Verc., sed supra *o* sec. manus litteram *i* posuit. Vind. (Iul.) *feneratiquos*. Vulgo *feneratorios*.

contractus] *ccctus* Neob., sed litterae ultimae *c* punctum subiectum lineaeque circumflexus impositus est, ut tamen supra litteram *u* secunda manus litteram *o* imposuerit. Appendix Iul. h. e. Vind. Verc. Berol. *contractos*.

paucam] *de pauca* Verc.

mensuram] Sic Neob., in quo quidem postea adiectum est *sus*, quod tamen punctis subiectis notatur. Verc. *mensura*.

fructuum] Sic Vind. Hamb. Berol. Trid. Port. *fructum* App. Iul. hoc est Vind. Verc. Berol. Deest in Pist. Mon. Neob., in quo quidem sec. manus supra lineam adscripsit *fructuum*.

terrulas] In app. Iul. hoc est Verc. Berol. antea habetur *totas*, quod in reliquis codd. desideratur.

abstraxisse] *abstrasisse* Neob. *adtraxisse* Vind.

et ex hac causa quosdam colonorum fugae latebras petiisse, alios fame esse necatos, et tristissimam pestem homines invasisse, incursione barbarica non minorem.

CAP. I. Sancimus itaque, omnes huiusmodi creditores, quantumcunque vel tritici, vel hordei, vel aliae speciei, quae in fructus aridos est, dederint, hoc reddito, in praesenti cum parte modii octava pro singulo modio in unoquoque anno praestanda terrulas colonis restituere, nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione foeneraticiae cautionis, sive in scriptis, sive sine scriptis credita sunt contracta; sin autem pecunias dedit, nihil amplius, quam unam siliquam pro singulo solido annuam praestare. Et hanc saluberrimam legem in om-

ex hac causa] *hec causa* Verc. Vind. (Iul.) *hac causa* Berol. (Iul.)
fugae] *fuge* Neob. *fulge* Verc.
petiisse] *petisse* Vind. Berol. Pist. Appendix Iul. h. e. Vind. Berol. I. *fecisse* Neob., sed sec. m. correxit *fecisse*.
fame] *fames* Verc.
necatos] *nocitos* Berol.
et] *set* Neob.
tristissimam] *tristissima* Vind.
pestem homines] *homines pestem* Vind. *peste* Neob.
incursione] *incussione* Verc. Berol. (Iul.)
barbarica] *barbaricam* Verc. Vind. (Iul.) *barbaricae* Berol. (Iul.) Caeterum in hac voce desinit Vind. (Iul.)
non] *no* Verc.
minorem] *minore* Berol. I. Mon., in quo quidem sec. m. correxit, ut in contextu est.

NOV. XXXVI. CAP. I. creditores] *conditores* Neob., sed sec. m. correxit, ut in contextu habetur.
quantumcunque] In solis Verc. Berol. (Iul.) subiicitur *modum*.
hordei] *ordei* Vind. Mon. Neob. Pist. I. App. Iul. h. e. Verc. Berol.
aliae speciei] Sic Vind. Pist. Berol. (Iul.) *aliae specie* Verc. (Iul.) *in aliam speciem* Mon. *aliam spem* Berol. *alia specie* I. Neob., in quo tamen sec. m. correxit *aliam speciem*. Vulgo *in alia specie*.
quae] *que* Berol., sed sec. manus correxit *quae*. Vind. *sique*. In Verc. (Iul.) deest.
fructus aridos] Sic Vind. Berol. Pist. Neob. I. Hamb. App. Iul. *fructibus aridos* Trid. *fructus arridos* Mon., sed supra priores litteras *fr* a sec. manu lineola imposita est. In Neob. supra litteram *r* a secunda manu alia littera *r* inscripta est. Vulgo *fructibus aridis*, quod etiam apud Port. est.
est] deest in Berol. (Iul.)
dederint] Sic Contius. *deder* Berol., sed supra litteras *er* lineola posita est. Neob. *dederit*. Apud Port *crediderint*. Ad marg. Cont. *at. crediderint*.
est] *continentur* Vind., sed supra lineam tamen a secunda manu scriptum est *at. est*.
reddito] *credito* Verc. Berol. (Iul.)
parte] *partem* Berol. *patre* Neob., sed supra litteram *a* sec. manus litteram *r* posuit.
modii] *hodii* Berol. *medii* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in cont.
octava] *octavo* Berol., sed sec. manus supra litteram *o* litteram *a* posuit.
pro singulo modio] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Pist. Appendix Iul. h. e. Verc. Berol. *per singulos modios* I. Vulgo.
unoquoque] *unoquoquae* Berol.
anno] deest in Vind., sed in Mon. Berol. Neob. Pist. Append. Iul. h. e. Verc. Berol. habetur. Quae postea leguntur usque ad *saluberrimam*, in Mon. non sunt, nisi a secunda manu scripta.
colonis] *coloni* Appendix Iul. h. e. Verc. Vind.
penitus] *penetus* Mon., sed sec. m. correxit, ut in cont.
audente] deest in Berol. (Iul.)
detinere] *et tenere* Berol. (Iul.), sed reliqui habent, ut in cont.
foeneraticiae] *feneraticie* Appendix Iul. h. e. Verc. Berol. I. *fenerative* Neob.
cautionis] *cautiones* Verc.
in scriptis] Prior vox *in* in Berol. non est; in Verc. subiicitur *ois scriptis*, sed priori voci lineola imposita est, eique puncta subiecta sunt.
sunt] Sic Mon. Neob. I. Appendix Iuliani, id est Verc. Berol. *sint* Vulgo.
contracta] *ex ccta* Neob., sed litterae *c* mediae circumflexus impositus, et litteris *x* et *c* tertiae puncta subiecta sunt.
sin] *si* Vind. I. *et* Verc. (Iul.)
quam] In Neob. subiicitur *u. in*, quibus tamen litteris puncta subiecta sunt.
unam siliquam] Sic Vind. Mon. Neob. Pist. I. App. Iul. h. e. Verc. Berol. *siliquam unam* Vulgo.
annuam] *anuo* Verc. Berol. (Iul.)
praestare] *prestare* Berol. (Iul.) *prare* Mon., sed litterae *p* lineola posita est.
saluberrimam] Haec vox in Berol. bis scripta est.
omnes] *om[illegible]* Verc.

nes extendimus, ex praesenti quidem tempore initium accipientem, in omne autem aevum modis omnibus observandam, ut, si quando fuerit vel triticum vel hordeum foeneratum, vel alii aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes, quam pro usuris octavam modii partem annuam pro singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido (et secundum hunc modum in quantum foenus permanserit) percipientes, sive terrulas, sive aliud pignus acceperunt, boves forte, vel pecora, vel mancipia, haec modis omnibus reddere, et hanc legem communem omnibus esse, humanitate et pietate gaudentem, et omnibus egenis consulentem, et creditoribus mediocre solatium afferentem.

EPILOGUS. Haec igitur, quae a nobis statuta sunt, claritas tua in omni provincia, quae tuo moderamine gubernatur, observare festinet,

praesenti] Sic Mon. Vind. Berol. Neob. I. App. Iul. h. e. Verc. Berol. *praesente* Vulgo.
initium] *inicium* Berol.
accipientem] *accipiente* Vind. Mon. I.
omne] *omni* Berol. (Iul.) *o* Berol., ubi postea spatium vacuum est, cui explendo octo fere litterae sufficiant.
autem] deest in Berol.
aevum] *cpeunde* Neob., sed ultimae litterae *e* lineola imposita est. Berol. (Iul.) *aevo*.
modis omnibus] *omnibus modis* Pist., sed prior vox tantummodo a sec. manu scripta est.
fuerit] *sint* Neob. *fuerint* Berol. Quod postea legitur *vel*, in Mon. desideratur.
hordeum] *ordeum* Vind. Mon. Neob. I. App. Iul. h. e. Verc. Berol.
foeneratum] *feneratum* App. Iul. h. e. Verc. Berol. *funeratum* Berol., sed supra litteram *u* a sec. manu scriptum est *e*.
vel] *r vel* Verc., sed iam prima littera *r* a sec. manu deleta est. Inde a sequenti voce *alii* usque ad *tam* quae leguntur, in Berol. iniuria temporum exciderunt.
dederunt] *erunt* Verc.
aridi] *arridi* Vind. Mon., sed primae litterae *r* punctum subiectum est. Berol. *ardri*, sed sec. manus correxit, ut in cont.
quam] *in quam* Neob. In Berol. (Iul.) syllabae *quam pro usuris octa* iniuria temporum exciderunt.
octavam] *octava* Berol. (Iul.)
modii] *odii* Vercell. (Iul.)
partem] *parte* Berol. Verc. (Iul.)
annuam] deest in Berol., sed sec. m. supra lineam adscripsit.
singulis] *singtus* Mon., sed litterae *i* punctum subiectum est.
modiis] *modis* Neob., sed supra litteram *i* sec. manus posuit *i*.
siliquam] *siliqua* Berol. (Iul.) *si aliquam* Vind.
solido] *siliq* Vind., sed sec. m. corr. *solido*.
et] Sic Berol. Neob. Pist. Hamb. Trid. I. Appendix Iul. h. e. Verc. Berol., deest apud Port. et Vulgo.
foenus] *firmus* Verc. *farmus* Berol.
aliud] *aliut* Verc.
pignus] Vulgo antea est *in*, quod in Vind. Mon. Berol. Neob. I. Hamb. Trid. App. Iul. h. e. Verc. Vind. non est, est autem apud Port.
acceperunt] *acciperit* Mon. *acceperint* Neob. *acciperint* Verc. *acciperunt* Berol. (Iul.)
pecora] *pecoras* Verc. *peccora* Vind. Neob., sed littera *a* a sec. manu supra lineam scripta est.
haec] *hoc* Neob. *het* Berol.
modis omnibus] *omnibus modis* Pist.
reddere] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Pist. I. Hamb. Trid. Port. App. Iul. id est Verc. Berol. *reddant* Vulgo.
hanc legem] Sic Vind. Mon. Neob. Pist. Vercell. I. *het legem* Berol. (Iul.) *haec lex* Vulgo.
communem] Sic dicti codd. ad unum omnes et I. *communis* Vulgo.
esse] Sic dicti codd. ad unum omnes et I. *sit* Vulgo.
humanitate] *humanitatem* App. Iul. id est Verc. Berol.
gaudentem] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Hamb. Trid. Port. I. Appendix Iul. h. e. Verc. Berol. *gaudente* Pist.
et omnibus] In Verc. (Iul.) haec et quae sequuntur usque ad finem capitis, plane desiderantur. I. *omnibus*, voce *et* omissa.
egenis] *egenii* Neob., sed ultimae litterae punctum subiectum est.
consulentem] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Pist. Berol. (Iul.) *consulens*.
afferentem] Sic Mon. Berol. I. *adferentem* Vind. Neob. Pist. Berol. (Iul.) *afferens* Vulgo.
NOV. XXXVI. EPIL. haec] Sic Pist. *hec* Neob. Verc. (Iul.)
quae] *que* Verc. (Iul.)
omni] *omnibus* Neob. *omnes* App. Iul. h. e. Verc. Berol.
provincia] *provincias* Verc. Berol. (Iul.)
moderamine] deest in Verc.
gubernatur] *gubernantur* App. Iul. h. e. Vind. Verc.

scituris omnibus creditoribus, quod, si aliquid praeter haec commiserint et actione cadant; et cui foenus ablatum est, hoc habebit solatium, ut ipse quidem degat securus, avarum autem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam. *Dat. V. Kal. Mart. Constant. Belisario V. C. Cons.* (535.)

XXXVII.

DE ADIUTORIBUS QUAESTORIS.

Idem aug. Triboniano, Quaestori.

Inter viros devotos memoriales tam sacri nostri scrinii memoriae, quam epistolares, nec non libellenses et adiutores viri excelsi pro tempore quaestoris multas dubitationes scimus esse emersas temporibus Thomae gloriosissimae recordationis, quum is quaestor iam gubernatam sacri scrinii memoriae quam epistolarum gubernabat censuram, adiutoribus quidem asserentibus, in scrinio quidem memoriae XII. esse anti-

scituris] *situris* Neob., sed sec. manus supra *i* litteram *c* posuit.

quod] *ut* App. Iul. id est Verc. Berol.

aliquid] *forte aliquid* App. Iul. h. e Verc. Berol.

haec] Sic Vind. Mon. *hec* Neob. *hoc* Berol. I.

commiserint] *comiserint* Berol. (Iul.)

et actione] Sic Mon. Neob. I. Berol. (Iul.) *et accone* Berol., ubi tamen litterae *e* circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit. Vind. *accidere*. Vulgo Port. *exactione*.

cadant] Sic Vind. Mon. Neob. I. *cadat* Verc. (Iul.) *cadent* Berol. (Iul.)

foenus] *penitus* App. Iul. h. e. Verc. Vind.

solatium] *solacium* Berol. (Iul.) *solutum* Berol. Pist., in quo quidem sec. m. correxit *solatium*.

ipse] *et ipse* Berol.

degat securus] Sic Pist. Mon. Berol. *secutus delata* Verc. (Iul.) *securus degat* Vulgo I.

avarum] Sic Berol., sed sec. manus deletlineaeque imposuit *delatarum*. Mon. *aurum*, sed secunda manus correxit, ut in cont. Verc. *vero*. In Neob. est *vel aurum*. Berol. (Iul.) *secutus delat*.

autem] *aunt* Neob., sed lineola superius posita est.

videat] *iubeat* Neob., sed sec. m. scripsit *videat*.

patientem] *pacientem* I. Verc. (Iul.) *facientem* Berol. (Iul.)

Dat. V. Kal. Mart.] Sic Mon. In Verc. (Iul.) *die XVIII. k. Iul.*, his, quae sequuntur, omissis. In Berol. I. Pist. Neob. Berol. (Iul.) Bamb. D. I. 1. et D. II. 11. subscriptio plane non est. Vulgo *dat. XV. Kal. Iul.*

Belisario] *Bilisario* Mon. *post consulatum Bilisarii* Vulgo.

V. C. Cons.] *viro clar. c.* Mon., sed litteris *clar.* et *c* lineolae superius iniectae est.

NOV. XXXVII. XXXVII.] Deest in Vind. Berol. Neob. Sed ad marginem Vind. a I. manu scriptum est *de restitutionibus et ea, quae parit undecimo mense post viri mortem*, qui est titulus const. 41.

adiutoribus] *auditoribus* Berol.

idem aug.] Sic Vind. *id ā.* Berol. ..*d aug.* Neob. *imp. Iustinianus ā.*

Triboniano] *Tribuniano* Berol. *Tributiano* Neob.

sacri nostri scrinii] Haec in Neob. desunt, in reliquis tamen sunt.

quam] *que* Vind.

epistolares] *epla es* Neob., sed utrique voci circumflexi iniecti sunt.

nec non] In Neob. prior vox *nec* desideratur, quae tamen in reliquis est.

libellenses] *libellens* Neob., sed reliqui codd. habent, ut in cont.

scimus] *simus* Neob. *scrimus* Berol.

is] Sic Berol. *his* Vind. Neob.

sacri scrinii] *sacriscrineii* Neob.

memoriae] *memorie* Berol. Neob.

epistolarum] *epistolares* Berol. Neob., quam quidem corruptionem non dubito ex male intellecto siglo, quo syllabae *arum* significantur h. e. *a₄*, prodiisse.

gubernabat] Quae abhinc usque ad vocem *epistolarum* habentur, in Vind. plane non sunt; exciderunt autem, nisi fallor, propter syllabarum priorum *gubernatam* et *gubernabat* similitudinem. Pro verbis *quaestor iam gubernatam* in marg. Pithoei esse *quaestoriam gubernabat tam* Cramerus apud Os. refert.

censuram] *ren suam* Neob.

quidem] Sic Vind. *quidam* Berol. *quedam* Neob.

asserentibus] *aserentibus* Vind. *asserendtibus* Neob.

quidem] Sic Vind. *quaedam* Neob. *quedam* Berol.

quitus adiutores, in aliis autem duobus scriniis, id est sacrarum ep stolarum et sacrorum libellorum, in unoquoque septenos numero, se postea sic effusam esse licentiam, ut innumerabiles paene adiutores e: starent temporibus Ioannis viri magnifici quaestoris, quum per prolixu tempus tale gessisset officium; et Proculum excelsae memoriae de co fusione adiutorum imperiali culmini ut gessisset, divino nutu sacra constitutionem esse promulgatam, qua cavetur, antiquo, id est XXVI numero tantummodo quaestoris adiutores concludi, et non licere aliu subrogari, donec in praedictum numerum agmen adiutorum redigatu omnibus superfluis paullatim deminutis; licentia primatibus tantummod adiutoribus data in sua loca alios subrogandi, id est in scrinio quide memoriae tertium primum locum obtinenti et laterculensis nomen i eunti, in aliis autem duobus scriniis, id est epistolarum et libellorun

id est] *id* Berol., sed ultimae litterae circumflexus iniectus est.
sacrarum] *sacrorum* Neob.
septenos] Sic Berol. *septuenos* Vind. *i septem nos* Neob., in quo quidem postea lacuna est, cui explendae undecim fere litterae sufficere queant; deinde et a sec. m. litterae *i* punctum subiectum est.
numero] *numeros* Vind. Berol. Neob.
sed postea] *sed post eam* Vind., desunt in Neob.
effusam] *fusam* Neob.
licentiam] *licen et* Vind., quae tamen nonnisi a secunda manu scripta sunt. *licetiam* Neob.
ut] Sic Berol. Neob., deest in Vind.
paene] Sic Vind. Berol. *non pene* Neob.
adiutores] Sic Vind. Berol. *aiutores* Neob.
exstarent] *extarent* Neob.
temporibus] Sic Vind. Berol., deest in Neob.
Ioannis] *Iohis* Berol. Neob., sed per litterae *h* partem superiorem circumflexus traiectus est. Vind. *Iohi*, sed per partem superiorem litterae *h* circumflexus traiectus est.
magnifici] Sic Berol. Neob. *mag* Vind., sed supra litteram *g* littera *i* posita est.
quaestoris] Sic Vind. Berol. *questoris* Neob. Verba sequentia *quum per prolixum tempus* in Neob. desunt, ubi lacuna fere undecim litterarum est.
et Proculum] Haec desunt in Neob., qui habet lacunam, cui explendae fere septem litterae sufficere queant.
excelsae] *eccelse* Neob.
memoriae] *memorie* Berol.
imperiali] Sic Vind. Berol. *imperialibus* Neob.
culmini] *culminis* Vind. Berol. *culminibus* Neob.
ut gessisset] Sic Berol. *ut gessset* Neob. *ut gessisse* Vind. *suggessisse* Vulgo. An scribendum *ut suggessisset*?

divino nutu] Sic Vind. Neob. *nuto i divino* Berol., sed litteris *int* circumflexi impositus, tota autem vox postea dele est. Vulgo *et*.
numero] *no* Neob., sed supra littera o a secunda manu littera *n* posita es Quae postea leguntur inde a voce *tantummodo* usque ad vocem *numerum* Vind. desiderantur, nisi fallor, propt similitudinem verborum *numero* et *numerum*.
quaestoris] Sic Berol. *questorios* Neo
concludi] *congludi* Neob.
et non] Sic Neob. *et tamen* Berc *nec tamen* Vulgo.
subrogari] *subrogaui* Neob., sed ult mis litteris circumflexus iniectus es punctaque litteris *ui* supposita sunt.
adiutorum] Sic Berol. *aiutorum* Neo
omnibus] *omibus* Neob.
paullatim] *paulatim* Vind. Neob. *p latim* Berol.
deminutis] *diminutis* Neob.
licentia] *licentiam* Vind.
primatibus] *partibus* Vind. Neob.
tantummodo] Sic Vind. Mon. *tnt s* Neob., sed prioribus tribus litteris lin ola imposita est.
subrogandi] In Neob. antea est *i* quod in reliquis non est.
id est] *idem* Neob. *id* Berol., sed u timae litterae circumflexus adscript est.
scrinio] *scpnio* Vind., sed litterae littera *i* imposita est.
primum] deest in Neob., sed in Vin Berol. est.
obtinenti] *optinenti* Vind. Berol. *obt nedti* Neob., sed litterae *e* circumflex iniectus, litteraeque *d* punctum subi ctum est.
nomen] Sic Vind. Berol., deest Neob.
ineunti] *ineunt* Vind. Berol. Neob., s ita scribendum est propter id, qu praecedit, *obtinenti*.

in secundum gradum venientibus et melloproximatum ingredientibus, ut hi tantummodo licentiam haberent alium sibi subrogare; posteaque eundem prudentissimae memoriae virum bene existimasse, multos inveniri, qui non possint propter varias difficultates, quae humano generi positae sunt, per se divina ministeria peragere, et iterum verbo ad imperiale fastigium suggessisse, et pragmaticam subsecutam esse sanctionem, quatenus licet et eis alium in suum locum subrogare hominem idoneum ad tale ministerium peragendum et condignum quaestioni electione atque a pro tempore quaestore eandem licentiam accipientem; et haec quidem esse subsecutam temporibus Proculi magnificae memoriae. Verum opus quaestorium transivit tunc ex altercationibus quorundam memorialium, eandem licentiam per aliam constitutionem esse sublatam, ut nemini liceat in locum suum alium subrogare, ne quasi venalitas et sordidum mercimonium versari inter homines videretur, qui sacrae vocis nostrae ministri esse noscuntur, tribus tantummodo exceptis, quibus supradicta constitutio huiusmodi praestitit licentiam.

Quum igitur in praesenti comperimus, eos, qui confectioni legum a nobis elimatarum et in ordinem per tuam excellentiam digestarum suum ministerium praebuerunt, dignos esse fungi adiutoris officio, quam-

ingredientibus] In Vind. antea est *u*, puncto tamen imposito, qua re significatur *ut*.

ut hi] *uhτς* Berol., sed priori litterae circumflexus iniectus est.

licentiam] Postea Vulgo habetur *sibi*, quod in Vind. Berol. hic non est.

haberent] Sic Berol. Neob. *habent* Vind.

sibi] Sic Vind. Berol., sed in Neob. et Vulgo deest.

subrogare] *subrogaret* Berol., sed litteris *et* lineola imposita.

prudentissimae memoriae] *prudentissime memorie* Berol.

possint] Sic Vind. Neob. *posst* Berol., sed supra lineam tribus ultimis litteris lineola iniecta est.

varias] Sic Vind. Mon. *vactias* Berol., sed littera *c* a sec. manu deleta est.

humano generi] *huani* Vind.

positae] *poite* Berol., sed lineola superius imposita est.

suggessisse] *suggessise* Vind.

sanctionem] *scionem* Berol., sed prioribus litteris lineola imposita est.

quatenus] *quatinus* Vind. Berol.

licet] Sic Vind. Berol. *liceret* Neob., quod etiam Vulgo habetur.

alium] Sic Vind. Neob. *aplium* Berol.

ministerium] *misterium* Vind., sed ut in cont., Neob. Berol.

et] deest in Berol., sed in Vind. Neob. habetur.

condignum] *dignum* Vind.

quaestioni] Sic Vind. Berol. Neob. *quaesturis* ex margine Pithoei Cram. adnotavit.

atque] Sic Vind., deest in Neob. Berol., nec Vulgo habetur.

subsecutam] Sic Vind. *subsequutam* Berol. *subsecuta* Vulgo.

Proculi] Legendum censet Cramerus apud Os. *Procli*, de quo Lydus de magistratibus III. 20.

magnificae] *magnifice* Berol. *manificae* Vind.

opus] *hopus* Neob.

quaestorium] Sic Neob. *quaestiorum* Vind. *quaestionum* Neob. Vulgo.

ex] Sic Vind. Neob., deest in Mon.

altercationibus] Sic Vind. *allatcationibus* Neob., sed litteris *lat* circumflexus impositus est.

quorundam] *quorumdam* Neob.

per] Sic Vind. Berol. *pro* Neob.

aliam] *alia* Vind.

liceat] *liceant* Neob.

locum suum] Sic Vind. *suum locum* Neob. Berol., quod etiam Vulgo habetur.

venalitas] *venditas* Vind.

et sordidum] *set sorditum dum* Neob., sed tribus litteris *tum* puncta subiecta sunt.

versari] *versati* Vind.

inter homines] Sic Vind., deest in Neob. Berol., nec Vulgo habetur.

sacrae] *sacre* Berol. Neob.

nostrae] *nostre* Berol. *nre* Neob., sed supra lineam lineola posita est.

ministri] deest in Neob., in quo quidem lacuna est, cui explendae fere octo litterae sufficere queant.

legum] Sic Berol. Neob. *legi* Vind.

excellentiam] *excelentiam* Neob.

digestarum] Sic Vind. *digestorum* Berol. Neob.

vis cordi nobis est, praedicatum adiutorium meum in sua stabilitate decurrere, tamen eos idoneos constitutos huiusmodi spe defraudari nullo modo iustum esse aestimavimus. Pragmaticam itaque sanctionem, quae a Proculo quidem excelsae memoriae rite est inventa, et ad imperiale culmen relata est, et ex hoc promulgata, postea autem per quorundam contentiosam instantiam sublata, renovamus, et licentiam damus omnibus XXVI. adiutoribus in sua loca alios subrogare, idoneos tamen, et quos pro tempore quaestor sacrosanctis evangeliis propositis elegerit, et mandata eis in scriptis praestiterit, ut, centenis solidis tantummodo datis, habeant licentiam homines praedicto opere digni iudicati in deficientium vel alio modo desistentium loca pervenire, et adiutoris officium peragere; his, qui in tribus gradibus, id est in scrinio quidem memoriae laterculensis, in aliis autem duobus melloproximi adscenderint, etiamsi inter XX. et sex adiutores taxati non fuerint, licentiam habentibus in sua loca adiutores inferre; ita tamen, ut tam laterculensis quam melloproximi licentiam habeant, quanti potuerint, tanti loca sua vendere, quum iniquum est his, quibus nihil a nobis additum est, aliquid dero-

praedicatum] Sic Vind. Neob. *praedictum* Berol., quod etiam Vulgo habetur.

adiutorium] Ad marg. Pithoei Cramerus apud Os. refert haberi *directorum numerum*. Os. coniicit legendum *adiutorum numerum*.

meum] *num* Vind. Neob., deest in Berol.

decurrere] Sic Berol. *decurre* Vind. *decurrem* Neob.

constitutos] Sic Vind. Berol. Neob. *constitutis* Vulgo.

spe] Sic Vind. Neob., deest in Berol., nec Vulgo habetur.

aestimavimus] *estimavimus* Vind. *extimamus* Berol. Neob. *existimamus* Vulgo.

quae] *sue* Vind. Berol. Neob.

Proculo] *procul* Neob.

quidem] *quide* Neob.

excelsae] *excelse* Berol. *ecelse* Neob.

memoriae] *momorie* Vind., sed supra primam litteram *o* littera *e* posita est.

imperiale] *inperiale* Neob.

autem] *aut* Vind., sed ut in cont., Berol. Neob.

per quorundam] deest in Neob., ubi tamen lacuna est, cui explendae octo fere litterae sufficere queant.

contentiosam] Sic Berol. Vind. *contentiones* Neob.

instantiam] *instatiam* Neob.

sublata] Sic Berol. *sublatam* Vind., quod etiam in marg. Pithoei haberi ex Cramero refert Os. *relata* Neob.

licentiam] *licentia* Neob.

in sua] Sic Vind. Berol. *insula* Neob.

tamen] *tantum* Neob., sed *tamen* Vind. Berol.

et quos] Sic Berol. Neob. *quos* Vind.

propositis] Sic Neob. Berol. *praepositis* Vind., margo Pithoei, ut ex Cram. Os. refert.

mandata] *mandatis ta* Neob., sed priori syllabae *tis* puncta subiecta sunt.

scriptis] *sccis* Neob., sed secundae litterae c littera *i* imposita est.

habeant] *hat* Vind. Berol., sed lineola superius iniecta est. Neob. *habead.*

iudicati] Sic Berol. Neob. *iudicato* Vind.

loca] Sic Vind. Berol. *hoc* Neob.

qui in tribus] Sic Vind. Berol., deest in Neob., ubi tamen lacuna est, cui explendae fere quattuor litterae sufficiant.

autem] *in aut* Neob., sed secunda manus priori voci *in* puncta subiecit.

melloproximi] *melloproxima* Vind. *melloprosimi* Neob.

adscenderint] *ascenderint* Vind. Berol. *ascendunt* Neob.

etiamsi] Sic Vind. Berol. Neob. *etsi* Vulgo.

inter] *it* Neob., sed priori litterae circumflexus impositus est.

adiutores] Sic Berol. Vind. *aiutores* Neob.

fuerint] Sic Neob. *fuerit* Vind. Berol.

sua] *sula* Vind., sed litterae *l* punctum subiectum est.

tamen] Sic Vind. Berol. *tantum* Neob.

tam] Sic Berol. *cum* Vind. Neob.

habeant] *hat* Vind. Berol., sed supra hanc vocem lineola iniecta est. Neob. *ht*, lineola tamen superius iniecta.

potuerint] deest in Neob., qui tamen lacunam habet, cui explendae novem fere litterae sufficiant.

vendere] Sic Berol. Neob. *venire* Vind.

nihil] *mc* Berol., sed supra litteram c a prima manu littera *i* posita est.

additum] *aditum* Vind. Berol. *auditum* Neob.

aliquid] *aliquod* Neob.

gare; nam et ante hanc legem permissum erat eis, suum officium in aliis transferre. Hi itaque et venditionis ius habeant, et quanti potuerint pacisci, tanti et vendant. Aliis autem, quibus ius venditionis praestitimus, non ultra C. solidorum summam hoc facere liceat. Sive autem laterculenses, sive melloproximi, sive alii, quibus ex hac lege concessum est, suum officium in alios transponere maluerint, is, qui subrogetur, talis ordinandus sit, qualem quaestoria censura elegerit, nec ex huiusmodi licentia in homines minus idoneos pro tempore gloriosissimi quaestoris administratio cadat. Sic enim dignas sua industria mercedes homines, quos iam enumeravimus, accipiant, numerus adiutorum sine ulla confusione permanebit. Sed quia volumus ante alios in deficientia quocunque modo loca eos taxari, qui in legum confectione tuae sublimitati suum ministerium praebuerunt, id est Theodosium et Epictetum et Quirillum et Sabacium et Perigenem, hoc eis donamus, ut offerentes centenos solidos ante alios omnes in loca adiutorum, qui sua sponte recedere maluerint, subeant, scilicet unusquisque ex his V.

eis] Sic Vind. Berol., deest in Neob.
aliis] Sic Vind. Berol. Neob. *alios* Vulgo.
hi] *hii* Vind., sed in Berol. Neob. non est, et sane Vulgo deest.
potuerint] Sic Vind. Berol. *potuerit* Neob.
pacisci] *pacissi* Neob.
venditionis] *vendicionis* Berol.
ius] *suis* Vind.
habeant] *hat* Berol. Neob., sed lineola superius imposita.
pacisci] *pascisci* Vind.
vendant] Sic Vind. Neob. *vendatur* Berol.
liceat] *licend* Neob.
melloproximi] Sic Vind. Berol. *nemello* Neob., sed prioribus litteris *ne* puncta subiecta sunt.
alii quibus] *aliquibus* Neob.
hac] *ac* Neob.
concessum] *hoc concessum* Berol.
transponere] *in o transponere* Neob.
maluerint] Sic Berol. Neob. *maluerit* Vind.
is] *his* Vind. Neob., sed ut in cont., Berol.
subrogetur] Sic Vind. Berol. *surogetur* Neob.
talis] *tali* Neob.
ordinandus sit] *ordinandi si't* Neob.
qualem] Sic Vind. Berol. *talem* Neob.
quaestoria] Sic Vind. *quaestori* Berol. *quaestorae* Neob.
censura] Sic Vind. *accessure* Berol. Neob.
elegerit] Sic Berol. Neob. *legerit* Vind.
nec] Sic Vind. *ne* Berol. Neob.
licentia] *licentiam* Neob.
pro tempore] Sic Vind. Berol. *protore* Neob.
gloriosissimi] *glossissimi* Neob., sed priori litterae *s* punctum subiectum est.
administratio] *amministratio* Vind. *aministrato* Berol., sed litteris *m* et *to* lineola iniecta est.
dignas] Sic Berol. Neob. *digna* Vind.
mercedes] Sic Ber. Neob. *mercedis* Vind.
enumeravimus] *emucavimus* Neob., sed litterae *i* circumflexus impositus est.
accipiant] Sic Berol. *accipiat* Vind. *accipiad* Neob. *accipient* Vulgo.
numerus] Antea Vulgo habetur *et*, quod in Vind. Berol. Neob. deest, ideoque omittendum fuit.
adiutorum] Sic Vind. Berol. *auditorum* Neob.
confusione] *confuxione* Neob.
legum] Sic Vind. Neob. *locum vel legum* Berol., sed prioribus duabus vocibus lineola subiecta est.
confectione] Sic Vind. Berol. *in posesse confectione* Neob., sed litteris *posesse* puncta a secunda manu subiecta sunt.
sublimitati] *sublimitatis* Berol. Neob., sed ut in cont., Vind.
suum] *un* Neob., sed supra lineam a prima manu circumflexus positus est.
ministerium] *mimnisterium* Neob. *misterium* Berol.
Epictetum] Sic Vind. Neob. *Epicteum* Vulgo.
et Quirillum] Haec desunt in Neob. *et Quirullum* Vind., sed ut in cont., Berol.
Sabacium] *Sabbatium* Vind. *Sabatium* Neob.
Perigenem] Sic Vind. Neob. *Perignin* Berol., quod etiam Vulgo habetur.
in loca] Sic Neob. Prior vox *in* Vulgo deest.
adiutorum] Sic Vind. Berol. *aiutorum* Neob.
maluerint] Sic Vind. *in alii erit* Neob., sed ad ultimam litteram circumflexus adiectus est. Berol. *maluit*, sed litteris *it* circumflexus iniectus est.
scilicet] Sic Vind. *s* Berol. *sd* Neob.
ex his] Sic Vind. Neob. *ex* Berol.

memorialibus in scrinium suum officium adiutoris impleturus. Illo etiam observando, ut, etsi quis ex XXVI. adiutoribus ab hac luce fuerit subtractus, in suos heredes vel liberos, licet heredes non sint, huiusmodi beneficium transmittat, ut in locum eius alius adiutor subrogetur, centenis quidem solidis ab eo offerendis, pro tempore autem sublimissimo quaestore electionem eius, qui subrogetur, secundum quod superius dictum est, faciente. Praerogativam autem, quam V. memorialibus speciali dedimus beneficio, ita eis donamus, si ille, qui deficiat, non habuit filium iam utilem, iam idoneum ad peragendum adiutoris officium, et a pro tempore gloriosissimo quaestore aptissimum secundum praedictam observationem iudicandum; talem enim filium sperni, et ad alium advenam pervenire satis durum atque inhumanum est. Aliis videlicet omnibus, si quae in praedictis constitutionibus continentur, in suo robore durantibus.

Quae igitur nostra sanxit aeternitas, sinceritas tua scriniis, quorum interest, manifestare festinet, quatenus sciant et quae a nostra maiestate disposita sunt, et quantum eis accessit ex tua suggestione nostraque liberalitate. *Dat.* X. *Kal. Iunias CP. Belisario V. C. Cons.* (535.)

memorialibus] Sic Vind. Berol. *memoralibus* Neob.

impleturus] *impleturos* Vind. Berol. Neob., sed, quod in contextu positum est, tota loci sententia requirit.

hac] In Neob. supra litteram *a* circumflexus positus est, qua re significatur *hanc.*

fuerit subtractus] Sic Vind. Berol. Neob. *subtractus fuerit* Vulgo.

ut] Sic Berol. Neob., deest in Vind.

alius] Sic Vind., deest in Berol. Neob., nec Vulgo habetur.

sublimissimo] *sublimissi* Neob.

quaestore] Sic Neob. *quaestorem* Vind.

electionem] *eleccionem* Neob. *electone* Berol., sed litteris *ct* lineola imposita est.

subrogetur] Sic Vind. Neob. Berol. *subrogatur* Vulgo.

secundum] Postea Vind. adiicit *eius*, quod in Neob. Berol. non est.

dictum est] Sic Vind. Berol. *dic* Neob.

faciente] Sic Berol. Neob. *facientem* Vind.

habuit] Sic Berol. Neob. *habuerit* Vind.

adiutoris] Sic Vind. Berol. *aiutoris* Neob.

pro tempore] Sic Vind. Neob. *praetore* Berol.

aptissimum] *abtissimum* Neob. Postea Vulgo subiicitur *esse*, quod in Vind. Neob. deest, quamquam Berol. pro eo habet *est.*

secundum] Sic Vind. Berol. *sec* Neob.

iudicandum] *iudicandi* Vind. Berol. *iudicanti* Neob. *iudicatum* Vulgo.

sperni] Sic Vind. Berol. *ipm* Neob., sed priori litterae *i* punctum subiectum est.

advenam] *ad veniam* Berol. *venam* Vind., sed ut in cont., Neob.

nostra sanxit] Sic Vind. Berol., deest in Neob., in quo habetur lacuna, cui explendae fere octo litterae sufficere queant.

interest] deest in Vind. Neob. Berol.

sciant] Sic Vind. Berol. *siant* Neob.

liberalitate] *libertate* Vind. *liberalita* Neob.

X.] Sic Neob. Berol. *V* Vulgo. In Vind. subscriptio plane deest.

Kal.] *kł.* Berol. Neob.

Iunias] *Iun.* Berol., sed supra litteram *n* circumflexus iniectus est. Neob. *Iunius.*

CP.] Sic Neob. *Cap.* Berol., sed circumflexo superius iniecto. Vulgo *Constant.*

Belisario] *Bilisa* Berol. Neob.

Cons.] *co* Berol. Neob., sed lineae circumflexus impositus est.



XXXVIII.

UT HI, QUI IN AFRICA SUNT, INTRA QUINQUENNIUM COMPETENTES SIBI RES USQUE AD CERTUM GRADUM DEBEANT VINDICARE.

Idem aug. Salomoni, P. P. Africae.

Omne infinitum et perperam effusum merito et incivile et incompositum esse credentes, certis finibus nos actiones militare censemus. Nuper itaque in Africa nostra, quam divae memoriae ditioni nostris vigiliis subiugavit, sacram pragmaticam sanctionem promulgavimus, ut omnes, quae iam Vandalicis temporibus amiserunt, ea possint a detentatoribus iniustis tam abstrahere quam sibimet vindicare, et quinquennale spatium statuimus, intra quod liceret hoc facere. Quam sanctionem in suo quidem robore manere volumus, sed cum certo moderamine certaque definitione, ut non liceat Afris tam prolixa annositate elapsa et antiquis generibus paene deletis calumnias veteres resuscitare, et invicem sibi molestias ingerere, et in tanta pace bella gerere intestina.

Per hanc itaque legem sancimus, si quis praetendat res vel ad se,

NOV. XXXVIII. XXXVIII.] deest in Vind. Berol. Neob.
ut hi] *ut hii* Berol. Neob. Caeterum in Vind. totus hic titulus deest.
competentes] Sic Vind. Neob. *competentem* Berol.
res] *rebus* Berol. Neob.
usque] Sic Berol. *que* Neob.
certum] Sic Berol. Neob. *tertium* Vulgo.
debeant] Sic Berol. *debent* Neob.
vindicare] *iudicare* Berol. Neob.
P. P.] Sic Berol. Neob. *ppo* Vind., sed lineola superius imposita.
Africae] *Affrice* Vind. Berol.
nos] Sic Vind. Berol. *nostrās* Neob., sed ultimae litterae punctum subiectum est. Vulgo *nostras*.
militare] *militari* Vind. Neob., sed Berol., ut in cont. Os. conicit *limitare*. Recte.
actiones] *acciones* Neob. *exactiones* Vind. *transactiones* Berol.
divae memoriae] *dnı rome* Vind., sed litteris *roı* linea imposita est.
ditioni] *dicioni* Berol.
vigiliis] Sic Vind. Berol. *iuliis* Neob.
subiugavit] Cramerus apud Os. notat: *videtur vitium latere; neque enim dicitur, quis subiugaverit. An igitur excidit nomen Belisarii? Sed nec valde placet: divae memoriae ditio.*
sacram] Sic Vind. *nostram* Neob. Berol., quod etiam Vulgo habetur.
sanctionem] *saccionem* Neob.
quae] Sic Vind. Neob., *qui* Berol.
Vandalicis] *Uandalicis* Neob., sed litteris *ai* lineola imposita fuit.
amiserunt] Sic Berol., sed litterae *a* supra lineam lineola posita est.
ea possint] Sic Berol. Neob. *captos sint* Vind.
a detentatoribus] *ad teptatoibus* Vind., sed supra litteram *e* sec. manus lineolam posuit. Neob. *a detentatioibus*, sed litteris *ioı* lineola iniecta est.
tam] Sic Vind. Berol. *tan* Neob.
quinquennale] Sic Vind. Berol. *quinquennales* Vind.
liceret] Sic Neob. *lice't* Vind., qua re idem significari videtur. *liceat* Vulgo.
manere] Sic Berol. Neob., deest in Vind.
cum] Sic Vind. *eum* Berol. Neob.
definitione] Sic Vind. *diffinitione* Berol. Neob.
liceat] *licead* Neob.
Afris] *Affris* Vind.
annositate] *anositate* Vind. *acositate* Berol. Neob., sed tribus prioribus litteris lineola iniecta est.
paene] *pene* Vind. Berol.
calumnias] *calumpnias* Berol. *calupnias* Neob.
veteres] *vete* Neob., sed ultimae litterae circumflexus iniectus est.
resuscitare] Sic Vind. Berol. *suscitare* Neob.
et in tanta pace] Sic Berol. Neob. Desunt in Vind.
gerere] deest in Vind., sed in Berol. Neob. est.
hanc] Sic Berol. Vind. *ac* Neob.
ad se] Sic Berol. *a se* Neob. *se* Vind.

vel ad patrem suum vel avunculum pertinere, et inique contra leges nostras ab aliis detineri, posse eas recuperare, scilicet antea legi cognitis probationibus praestitis, vel ab instrumentis legitimis recitandis, vel a testibus idoneis educendis et quorum gravitas iudicibus acceptabilis sit, videlicet cognitionali certamine agitato; et extendi hanc nostram constitutionem tantummodo ad patres et avos, non autem ad superiorem alium gradum. Et hoc in utrumque videlicet sexum sancimus, ut quod suum vel ad patrem, vel matrem, vel avum, vel aviam, quisque eius masculus sive femina pertinuisse ostenderit, hoc ab iniustis detentatoribus abstrahat, ulteriore requisitione penitus quiescente, quis proavum suum, vel abavum, vel atavum, vel proaviam, vel abaviam, vel ataviam inducens miscere, pietati calumniae cumulum ingerat. Hocque in transversa linea observari praecipimus, ut usque ad tertium gradum tantummodo stetur, id est ad fratres et germanas, ad patruos et amitas, et avunculos et ma-

suum] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

avunculum] Sic Berol. *ad alium* Vind. *ad avum* Neob., sed priori voci *ad* puncta subiecta sunt.

inique] Sic Vind. *inq* Neob., sed litterae *q* circumflexus iniectus est. *inquiunt* Vulgo.

nostras] Sic Vind., deest in Berol. Neob., nec Vulgo habetur.

detineri] *detineris* Vind. *detine* Neob., sed litterae *e* circumflexus impositus est.

recuperare] deest in Neob., in quo quidem lacuna est, cui explendae undecim fere litterae sufficere queunt.

scilicet] *s* Berol., deest in Neob.

antea] *a* Neob., sed ut in cont., Vind. Berol.

probationibus] *probationis* Vind., sed ut in cont., Berol. Neob.

educendis] *educentis* Neob.

cognitionali] Sic Berol. Neob., margo Pithoei sec. Cramerum, qui tamen id ex coniectura profectum esse affirmat. *cognationali* Vulgo.

hanc] *ī hanc* Neob., sed priori litterae punctum subiectum est.

et avos] Sic Vind. Neob. *ad avos* Berol.

superiorem alium gradum] Sic Vind. *alium gradum superiorem* Berol. Neob., quod etiam Vulgo habetur.

hoc] Sic Berol. Neob. *in hoc* Vind.

utrumque] *utruque* Neob.

sexum] *sexsum* Vind.

sancimus] *sanctimus* Neob.

quod] Sic Vind. Berol. Neob. *qui* Vulgo.

matrem] Sic Vind. Berol. Neob. *ad matrem* Vulgo.

quisque] Sic Neob. *quisqm* Vind., sed supra ultimam litteram circumflexus positus est. *omnesque* Vulgo.

masculus] Sic Neob. *masculs* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est, qua re idem significatur. *masculos* Vulgo.

sive] *suū* Vind. *su* Berol., sed supra lineam lineola iniecta est.

femina] Sic Berol. Vind. *feminam* Neob. *feminas* Vulgo.

pertinuisse] Sic Berol. *pertenuisse* Vind. Neob.

ulteriore] Sic Vind. Berol. Pithoeus in marg. sec. Os.; deest in Neob., in quo lacuna habetur, cui explendae fere undecim litterae sufficere queant. *ultimiore* Vulgo.

quis] Vulgo antea habetur *ne*, quod in Vind. Berol. Neob. non est, ideoque omittendum videbatur. Ego pro dativi casus, qui est pluralis numeri, forma contracta habuerim illud *quis*; tunc autem non post *pietati*, sed antea interpungendum erit.

atavum] *attavum* Berol. *octavum* Neob.

vel proaviam] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

ataviam] *attaviam* Neob.

miscere] Sic Berol. *misere* Vind. Neob.

pietati] Sic Berol. *potestati* Vind. Neob.

calumniae] *calumie* Neob. *calupnie* Berol.

cumulum] *cum ullum* Neob.

hocque] Sic Neob. *hoc quae* Vind. Quod Vulgo subiicitur *et*, in Vind. Neob. non est.

linea] *lineia* Vind., deest in Neob., qui tamen lacunam habet trium fere litterarum.

observari] Sic Vind. Berol. *obligari* Neob.

stetur] Sic Vind. Neob. *stet* Berol., quod etiam Vulgo habetur.

id est] *i* Neob., qua re sane id, quod in contextu positum est, significatur.

germanas] Sic Vind. *gerimanos* Neob., sed litterae *i* a sec. manu punctum subiectum est. Vulgo *germanos*. Sed reliquorum verborum appositio femininum genus desiderat.

ad patruos] In Neob. antea *et* intruditur, quod in Vind. Berol. non est.

avunculos] Sic Berol. *abunculos* Vind. *aum* Neob.

tarteras, non autem ad alios superiores agnationis seu cognationis gradus. Et si quis huiusmodi quaestionem deferre sit paratus, non alibi, sed ad iudicium sublimitatis tuae vel praesidum provinciarum et insularum stricto iudicio celebrato huiusmodi praebeat probationes, et non ex una parte, neque in aliis provinciis vel in hac florentissima civitate, sed tantummodo in Africa dioecesi, praesentibus adversariis suis, et tunc mereat nostri numinis nostraeque constitutionis auxilium. De fide enim generis probationes praestari ex una parte nullo concedimus modo, et si quis huiusmodi acta ostenderit quasi in hac florentissima civitate confecta vel in alio loco, ea non esse audienda censemus, licet antea hoc fuerit permissum. Inventa etenim circa tales requisitiones summa calliditate, respuendas esse huiusmodi concinnitates sancimus, ne, dum sua reddere cuidam cupimus, alienas ei substantias dolose accipere concedamus. Rerum autem requisitionem secundum antelatum modum apud sublimitatem tuam vel praesides provinciarum intra definitum tempus nostrae sanctioni fieri volumus in quinquennium, annum, qui iam transactus est ex prioris pragmaticae sanctionis editione, in quinquennium computando, ut actor reliquum habeat quadriennium ad huiusmodi inqui-

agnationis] *ad agnitionis* Vind. *aggnationis* Neob., sed priori litterae *g* puncta subiecta sunt.

quaestionem] *questionem* Berol. Neob.

deferre] Sic Vind. *differre* Berol. Neob.

paratus] *pat9* Neob.

tuae] *tue* Berol.

et insularum] Sic Vind. Berol. In Neob. tamen prior vox *et* desideratur.

stricto] *cstricto* Neob., sed priori litterae *c* punctum subiectum est.

praebeat] *praebend* Neob. *praeueat* Vind.

probationes] *probationis* Vind.

dioecesi] *diocesi* Berol. *diocessi* Neob.

adversariis] *aufariis* Neob.

tunc] *ac* Vind.

mereat] *meread* Neob.

nostraeque] Sic Berol. *nostraque* Vind. *nre* Neob., sed lineola superius iniecta est.

probationes] *probatioes* Neob. *probationis* Vind.

praestari ex una parte] Sic Vind. Neob. *ex una parte praestari* Berol., quod etiam Vulgo habetur.

ostenderit] *hostenderit* Neob.

audienda] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

censemus] Sic Vind. Berol. *semus* Neob.

antea hoc] Sic Vind. Berol. *banam hoc ac* Neob., sed ultimis litteris *ac* puncta subiecta sunt.

permissum] Sic Berol. Neob. *praemissum* Vind.

etenim] Sic Vind. Berol. Neob. *enim* Vulgo.

calliditate] *caliditate* Neob.

concinnitates] *concinnitatis* Berol. *concinnationis* Vind. *communicationis* Neob.

sua] Sic Vind. Berol. Pithoeus sec. Cramerum. *suas res* Vulgo.

reddere] *redere* Neob., sed sec. m. correxit, ut in cont. habetur.

cuidam] deest in Neob., sed ad marginem a secunda manu adscriptum est: *iubemus reddi eis, quae sua sunt, nec alienas substantias accipere concedimus.*

alienas] Sic Vind. In Neob. antea habetur *ei*, quod tamen a secunda manu punctis subiectis notatum est. In Berol. antea habetur .ꝛ. Vulgo *et alienas.*

substantias] Sic Vind. Neob. *subiectas* Berol.

rerum] Sic Vind. Neob. *reum* Berol.

autem] Sic Vind. Berol. *aut* Neob.

requisitionem] *inquisitione* Neob.

antelatum] Sic Vind. Berol. *aulatii* Neob.

sublimitatem] *sulimitatem* Neob.

tuam] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

nostrae] *nostro* Vind. *n* Berol., sed littera *e* supra litteram *n* adscripta est.

sanctioni] Sic Vind. Berol. Neob. *sanctionis* Vulgo.

fieri] *fiet* Berol.

in] *i. in* Vind. Neob.

qui] *quod* Vind.

ex] *e* Neob.

editione] *ediccione* Neob. *editionis* Vind.

quinquennium] Sic Neob. Berol. *quinquennio* Vind., sed sec. m. scripsit, ut in cont.

actor] Sic Berol. Neob. *auctor* Vind.

quadriennium] *in quadragenium* Neob.

ad] *ab* Neob.

inquisitionem] *inquisitione* Neob.

sitionem, scilicet si temporis computatio legitimas exceptiones excedit. Huiusmodi enim quadriennii etas praeterire nullo patimur modo, ne immortalis fiat iudiciorum completus.

Quae igitur pro securitate Africae mea sanxit aeternitas, haec sublimitas tua per edicta sua in omnem Africanum tractum proponendo manifestare cunctis civibus Africanis deproperet, ut omnes, quod in transactis annis observari oporteat, scientes, hoc observare festinent. De cetero enim si quis casus talis emerserit, successiones omnes et temporales cursus sic procedere disponimus, quemadmodum in omnibus terris nostro orbe inclusis sacratissima iura disponunt, ut et sint et descendentium et ascendentium et ab utroque latere venientium gradus omnes, et temporales cursus intacti, quemadmodum generales nostri

scilicet] *scil* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. Neob. *scl*, ubi etiam per litteram *l* circumflexus traiectus est. Vulgo *sed.*
si] Sic Vind. Berol. *sit* Neob.
temporis] *tporis* Neob. *tps* Vind., sed lineola superius iniecta.
computatio] *computato* Berol., sed litteris *ato* linea iniecta est.
legitimas] Sic Neob., in quo quidem lacuna habetur, cui explendae sex fere litterae sufficere queant.
exceptiones] *exceptionem* Neob., sed ad finem adscripta est littera *s*, cui secunda manus punctum subiecit.
excedit] Sic Neob. *excede* Vind. *exced'* Berol. *excedat* Vulgo.
enim] Sic Vind. Berol., sed deest in Neob.
quadriennii] Sic Berol., sed supra litteram *n* circumflexus iniectus est, quem tamen secunda manus delevit. Vind. *quadriennium.* Neob. *quadrigium.*
etas] Sic Vind. Berol. *aetatem* Vulgo. In Neob. verba *aetas praeterire* non habentur, sed est lacuna, cui explendae novem fere litterae sufficere queant. Legendum, nisi fallor, *metas.*
patimur] Sic Vind. Neob., quod ex coniectura Cramerus assecutus est. *patitur* Berol., quod etiam Vulgo et apud Pithoeum habetur.
ne] Sic Berol., deest in Vind. Neob.
immortalis] *inmortalis* Berol. *mommorotalis* Neob., sed priori litterae *o* punctum subiectum est.
fiat] *fiad* Neob.
quae] *que* Vind.
Africae] *Affrice* Vind. Berol., deest in Neob.
mea] *meas* Neob., sed postea lacuna est, in qua fere sex litterae desunt.
sanxit] *nx* Vind., sed lineola superius imposita.
aeternitas] *eternitas* Berol. *retnitas* Neob., sed litteris *tn* circumflexus impositus est.
edicta] Sic Berol. Neob. *dicta* Vind.
Africanum] *Affricanum* Berol. Neob. *Affricanai* Vind., sed litteris *ai* circumflexus impositus est.
tractum] *tctum* Vind.
cunctis] *cutis* Neob., sed litterae *ut* lineola imposita est.
civibus] Sic Vind. Berol. *civilibus* Neob.
Africanis] *Affricanis* Berol.
deproperet] *deperet* Vind.
omnes] Sic Vind. Berol. *homines* Neob.
quod] Sic Vind. Neob. *qui* Berol. *quid* Vulgo.
observari] Sic Vind. Neob. Berol. *observare* Vulgo.
oporteat] Sic Vind. Berol. *opotet* Neob.
scientes] deest in Neob.
hoc] Sic Berol. Neob. *hac* Vulgo.
festinent] *scientes festinent* Neob.
emerserit] *emerscere* Vind. *emers* Neob., sed per litteram *s* circumflexus traiectus est.
successiones] In Neob. antea habetur *et*, quod in Vind. Berol. non est.
omnes] Sic Berol. Neob. *ones* Vind.
temporales] Sic Vind. Neob. *temporis* Berol., quod etiam Vulgo habetur.
sic] Sic Neob. Berol. *si* Vind.
nostro] In Neob. antea est *in*, quod tamen punctis subiectis notatum est.
disponunt] *dismut* Neob. *dispoui* Vind. *dispoi u* Berol., sed litteris *oi* lineola iniecta, litterae *u* autem punctum impositum est.
ut et sint] Sic Vind., quod Cramerus ex coniectura assecutus est. Prior vox *ut* in Neob. et Berol. desideratur.
descendentium] Sic Vind. Berol. *defendentium* Neob.
et ascendentium] Sic Vind. Neob., desunt in Berol., nec Vulgo habentur.
intacti] Sic Berol., sed priori litterae *t* circumflexus impositus est.
quemadmodum] *queadmodum* Neob.
generales] Sic Berol. Neob. *generalis* Vind.

nominis leges eos omnibus tradiderunt. *Dat. Kal. Ian. CP. Belisario V. C. Cons.* (535.)

XXXIX.

DE AFRICANA ECCLESIA.

Idem Aug. Salomoni, P. P. Africae.

Venerabilem ecclesiam nostrae Carthaginis Iustinianae, ceterasque omnes Africanae dioeceseos sacrosanctas ecclesias imperialibus beneficiis relevare noctu dieque festinamus, ut, postquam nostrae reipublicae per dei praesidium a tyrannis direptae societates sunt, nostras etiam sentiant liberalitates. Quum igitur Separatus, ut sanctissimus sacerdos eiusdem nostrae Carthaginis Iustinianae, quae venerando concilio totius Africae sanctissimarum ecclesiarum praeesse dignoscitur, una cum ceteris eiusdem provinciae reverendissimis episcopis propriis per Theodorum virum religiosum, diaconum et responsalem eiusdem venerabilis ecclesiae civitatis Carthaginis Iustinianae destinatis, nostram deprecati sunt maiestatem possessiones ecclesiarum totius Africani tractus, tyran-

nominis] Sic Berol. Vind., sed in Neob. lacuna est, cui explendae fere sex litterae sufficiant.

eos] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

omnibus tradiderunt] Sic Vind. Neob. *tradiderunt omnibus* Vulgo.

CP.] Sic Neob. *Cnp.* Berol., sed supra lineam circumflexus positus est. Vulgo deest. In Vind. tota subscriptio desideratur.

Belisario] *libis.* Neob. *bil.* Berol., sed per ultimam litteram circumflexus traiectus est.

Cons.] *co* Neob., lineola superius imposita. Berol. *cc*, sed circumflexus supra iniectus est.

NOV. XXXIX. XXXIX.] deest in Vind. Neob. Berol.

Africana] *Affricana* Berol. Caeterum totus hic titulus in Vind. Neob. non est.

Aug.] *a* Neob., sed lineola superius imposita est. Quae vero ex inscriptione postea Vulgo leguntur, in eodem Neob. desunt.

Salomoni] *Salomo* Vind., sed ultimae litterae lineola imposita est. Berol. *Salomoni.*

P. P.] *ppo* Vind., sed tamen lineola superius imposita est. Berol. *pp*, lineola tamen superius imposita. Vulgo *Pf. P.*

Africae] *Affrice* Vind. *Affricae* Berol.

nostrae] *nre* Berol., sed supra hanc vocem lineola posita est.

Africanae] Sic Neob. *Affricane* Vind. *Affrice* Berol.

dioeceseos] *dioeciseos* Vind. *dioeceseos* Berol. *etoeceseos* Neob.

imperialibus] *inperialibus* Neob.

beneficiis] *benefitiis* Neob.

relevare] Sic Vind. Berol. *revelare* Neob.

ut] Sic Vind. Berol., deest in Neob. et apud Pithoeum ex relatione Os.

tyrannis] *tirannis* Vind. Berol. Neob.

direptae] *abrepte* Vind.

societates] Sic Berol. *sociate* Vind. *societate* Neob.

Separatus] *Seperatus* Berol. Neob., sed ut in cont., Vind.

ut] Sic Vind. Neob. *vir* Cramerus apud Os. emendavit.

nostrae] *nre* Berol. Neob., sed huic voci lineola imposita est.

Carthaginis] *Cartaginis* Vind. Berol. Neob.

quae] Sic Vind. Neob. *qui* Vulgo.

concilio] *coscilio* Berol. *consilio* Vind. *cosilio* Neob.

ecclesiarum] Sic Berol. *eclat* Neob., deest in Vind.

praeesse] Sic Berol. Vind. *praecedere* Neob.

una cum] Sic Berol. *vira cum* Vind. Neob.

eiusdem] Sic Vind. Berol. *eiusde* Neob.

dignoscitur] Sic Berol. Neob. *dinoscitur* Vind.

provinciae] deest in Vind., sed lacuna ibi notatur, cui explendae verbum illud fere sufficiat.

reverendissimis] *reverenctissimis* Vind. Neob.

propriis] *pro iis* Neob.

per] *pro* Neob.

venerabilis] *nuabie* Berol., sed supra litteram *a* circumflexus positus est.

responsalem] *responsale* Neob.

eiusdem] Sic Vind. Berol. *eius* Neob.

civitatis Carthaginis] Sic Vind. Neob. *Cartaginis civitatis* Berol., quod etiam Vulgo habetur.

possessiones] *possessionēs* Neob., sed ultimae litterae *s* punctum subiectum est.

totius] *tocius* Berol.

Africani] *Affricani* Berol.

tyrannico] *tirannico* Vind. Neob.

nico quidem tempore ablatas eis, post victorias autem caelesti praesidio nobis contra Vandalos praestitas, per nostri numinis piam dispositionem eis redditas, salva in quocunque loco constituta videlicet tributorum solutione, firmiter possidere secundum legis tenorem, quae iam super hac causa promulgata est, petitionibus eorum prono libenteque animo duximus annuendum.

Ideoque iubemus, sublimitatem tuam suis disponere praeceptionibus, ut praedictas possessiones, salva, prout dictum est, tributorum ratione, venerabiles ecclesiae cum nostrae Carthaginis Iustinianae, quam omnium civitatum Africanae dioeceseos firmiter possideant et sine ulla concussione, a nullo penitus abstrahendas. Si quas autem alias possessiones, sive domus, sive ecclesiarum ornamenta apud aliquos, vel Arianos, vel paganos, vel alias quaslibet personas detineri probatum fuerit, ea quoque omnimodo sine aliqua dilatione avelli et sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei assignari, nulla prolixitate temporis his, qui easdem res inique detinent, uti concedendis, sed earum restitutionem omni explosa machinatione facere compellendis, quia non patimur sacratissima vasa vel ornamenta venerabilium ecclesiarum aut alias pos-

eis] Sic Vind. Neob. *eius* Berol.

caelesti] *celesti* Berol. *celestis* Neob.

nobis contra Vandalos] Haec quidem in Neob. desunt ad unum omnia, in quo tamen est lacuna, cui explendae fere duodecim litterae sufficere queant. Item vox *contra* in Vind. Berol. non est. Caeterum Berol. *Uuandalos.*

praestitas] *praestitam* Vind. Berol. Neob.

nostri numinis] Sic Vind. Neob. *nris* Berol., sed tamen lineola superius iniecta est. *nostram* Vulgo.

redditas] *reditas* Neob., sed supra litteram *d* secunda manus litteram *d* posuit.

quocunque] *quacunque* Neob.

constituta] *constitutas* Vind. Neob. Berol. Pithoeus ex relat. Os.

tributorum] *tribututorum* Neob.

solutione] *sole* Neob., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

quae] *que* Berol.

hac] *h'* Berol. *hec* Vind. Neob.

libenteque] *libentique* Vind. Berol. Neob.

annuendum] *anuendum* Neob. *annuend'* Berol.

disponere] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

ratione] *ipe* Neob., sed supra lineam lineola posita est.

venerabiles] *venerabili* Neob.

cum] Sic Vind. Neob. Berol. Pith. ex rel. Os. Vulgo *tam*, quod cum eo, quod sequitur *quam* magis conveniat.

Carthaginis] *Cartaginis* Vind. Berol. Neob.

Africanae] *Affricane* Berol. Neob.

dioeceseos] *dioeciseo* Vind., sed litterae *o* circumflexus iniectus est. Berol. Neob. *dioceseos.*

possideant] Antea in Neob. additum est *innoxiis*, quod in Vind. Berol. non est.

a nullo] Sic Neob. Berol., deest in Vind.

abstrahendas] *abstraendas* Neob.

quas] Sic Vind. Neob. *quis* Berol., quod etiam Vulgo habetur.

ecclesiarum] *in eclae* Neob., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

ornamenta] *ornomta* Neob., sed supra litteram *m* lineola posita est.

aliquos] *ax* Berol., sed supra litteram *a* littera *i* posita est. Vind. Neob. habent, ut in cont. *Afros* Vulgo.

Arianos] *Arrianos* Berol.

quaslibet] Sic Vind. Berol. *qualibet* Neob.

probatum] Sic Vind. Berol. Neob. *probatus* Vulgo. Pithoeus ex rel. Os.

dilatione] *diletioe* Neob., sed ultimis duabus litteris lineola imposita est.

avelli] Sic Vind., deest in Berol. Neob., nec sane Vulgo habetur.

orthodoxae] *orthodoxe* Berol. Neob.

assignari] *adsignari* Vind., deest in Neob., ubi tamen lacuna est, cui explendae tredecim fere litterae sufficere queant.

nulla] Sic Vind. Berol. *nullo* Neob.

prolixitate] Sic Vind. Berol. *prolixi* Neob.

concedendis] Sic Vind. Berol. *concedentis* Neob.

restitutionem] Sic Vind. Berol. *constitutionem* Neob.

explosa] Sic Vind. Berol. *exsposa* Neob.

compellendis] Sic Vind. Berol. *compelendi* Neob.

non] *no* Neob.

sacratissima] *sacratissim i* Berol., sed litterae *m* lineola imposita est.

aut] *au aut* Neob., sed prioribus duabus litteris puncta subiecta sunt.

sessiones apud paganos vel alias personas detinere, et lex, quae nobis ante prolata est, sic abundeque huiusmodi capitulo consultum fecit. Alterius etiam nostrae constitutionis praerogativa, quam pro ecclesiasticis fecimus rebus et possessionibus, Africae quoque venerabiles ecclesias perpotiri censemus, et secundum eius tenorem licentiam eis damus res proprias et possessiones recuperandi a quacumque persona per provinciam occupatas, ut possit, quidquid ad eas pertinens ablatum est vel fuerit, ab antiquis detentatoribus vindicare.

Curae autem erit tuae sublimitati, quatenus neque Arianis, neque Donatistis, nec Iudaeis, nec aliis, qui orthodoxam religionem minime colere noscuntur, aliqua detur communio penitus ad ecclesiasticos ritus, sed omnimodo excludantur a sacris et templis nefandi, et nulla eis licentia concedatur penitus ordinare vel episcopos vel clericos, aut baptizare quascunque personas et ad suum furorem trahere, quia huiusmodi sectae non solum a nobis, sed etiam ab anterioribus legibus condemnatae sunt, et a sceleratissimis nec non inquinatis coluntur hominibus; omnes autem haereticos secundum leges nostras, quas imposuimus,

apud] *aput* Vind. *p* Neob., sed superius lineola posita est.

vel alias] Sic Vind. Berol. *ullalias* Neob., sed secundae litterae *l* punctum subiectum est.

detinere] Sic Vind. Berol. Neob. *detineri* Vulgo.

ante] Sic Vind. *antea* Berol., quod etiam Vulgo habetur. Neob. *aua*, sed tamen lineola superius imposita est.

sic] Sic Vind. Berol. *sit* Neob.

abundeque] *habundeque* Berol. *ab eud quae* Vind., sed supra litteram *u* circumflexus positus, et alius circumflexus per partem superiorem litterae *d* traiectus est.

capitulo] Sic Berol. Neob. *capitulum* Vind.

fecit] Sic Vind. Berol. *feci* Neob. *fecerit* Pith.

etiam] Sic Berol. Neob. *et* Vind.

constitutionis] *cestitutionis* Neob.

et possessionibus] Sic Vind. Berol. *possessionis* Neob.

Africae] *Africam* Neob. *Affricane* Vind. *Affrica de* Berol., sed litterae secundae *a* lineola superius iniecta est.

venerabiles] Sic Berol. Neob. *venerabilis* Vind.

et] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

perpotiri] Sic Berol. *perpatri* Vind. *ponti* Neob.

eius] Sic Neob. Berol., deest in Vind.

res] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

et] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

possessiones] *posessioes* Neob.

recuperandi — ut possit] Haec in Berol. Neob., Vulgo desunt, sed leguntur in Vind., ut tamen pro voce *provinciam* scriptum sit *pam*, lineola superius iniecta. Tota haec linea propter similitudinem vocum *possessiones* et *possit* in reliquis codd. excidisse videtur. Caeterum contra cod. Vind. auctoritatem scribendum videtur *possint*.

ab] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

antiquis] Sic Berol. Neob. *iniquis* Vind.

quatenus] *quatinus* Berol. Neob.

Arianis] *Arianus* Neob. *Arrianis* Vind. Berol.

orthodoxam] *orthodosam* Neob.

aliqua] *aliq* Vind., sed supra ultimam litteram circumflexus positus est. Vulgo *alia*, quod etiam in Berol. Neob. habetur.

detur] Vulgo postea est *omnino*, quod in Vind. Neob. desideratur, est autem in Berol.

communio] *communo* Vind. *coi* Neob., sed lineola superius imposita.

ecclesiasticos] *ecclesiasticus* Vind.

sacris] *scris* Neob.

nefandi] Sic Vind. *et nefandi* Berol. Neob.

eis] Sic Vind. Berol. *ei* Neob.

licentia] *licentiam* Neob.

concedatur] Sic Vind. Berol. *contendatur* Neob.

vel episcopos] Sic Vind. Berol. Neob. *episcopos* Vulgo, voce *vel* omissa.

baptizare] *batizare* Neob.

ad] Sic Berol. *a* Neob., deest in Vind.

anterioribus] Sic Berol. *interioribus* Vind., deest in Neob., in quo habetur lacuna, cui explendae novem fere litterae sufficere queant.

condemnatae] *condempnate* Berol. *condenate* Neob., sed supra litteram *n* secunda manus litteram *p* posuit. Vind. *condempnati*.

leges nostras] Sic Berol. Neob. *nostras leges* Vind.

imposuimus] *inposuimus* Neob.

publicis actibus amoveri, et nihil penitus publicum gerere concedantur haeretici nec aliquam administrationem quibuslibet subire ambitionibus, ne videantur haeretici constituti orthodoxis imperare, quum sufficit eis vivere, non etiam sibi aliquam auctoritatem vindicare, et ex hac orthodoxos homines et dei omnipotentis rectissimos cultores quibusdam afficere detrimentis. Rebaptizatos autem militiam quidem habere nullo modo concedimus, poenitentiam autem eorum, si ad orthodoxam fidem mente purissima venire maluerint, non respuimus, sed damus eis licentiam hoc faciendi, quia et deo omnipotenti nihil ita est acceptabile, ut peccantium poenitentia. Iudaeis insuper denegamus servos habere Christianos, quod et legibus anterioribus cavetur, et nobis cordi est illibatum custodire, ut neque servos orthodoxae religionis habeant, neque si forte catechumenos accipiant, eos audeant circumcidere. Sed neque synagogas eorum stare concedimus, sed ad ecclesiarum figuram eas volumus reformari. Neque enim Iudaeos, neque paganos, neque Donatistas, neque Arianos, neque alios quoscunque haereticos vel spe-

amoveri] *ammoveri* Vind.
et nihil] Sic Berol. Neob. *nihil* Vind., omissa voce *et*.
concedantur] Sic Vind. Berol. *concedatur* Neob.
nec — videantur haeretici] Sic Vind. Neob., desunt in Berol., nec sane Vulgo habentur. Videntur autem propter homoeoteleuton vocis *haeretici* excidisse.
administrationem] *amministrationem* Vind., sed supra litteras *om* lineola posita est.
videantur] In Neob. postea Vulgo est: *nec aliquam administrationem*, quae tamen in Vind. desunt, videnturque ex superioribus huc male delata esse.
constituti] *constior* Neob., sed ultimae syllabae a sec. manu syllabae *stuti* impositae sunt. Vulgo postea habetur *et*, quod in Vind. Berol. Neob. desideratur.
orthodoxis] Sic Vind. Berol. *hodoxis* Neob.
quum] ∞ Neob.
sufficit] Sic Vind. Berol. *suffici* Neob. *sufficiat* Vulgo.
auctoritatem] *actoritatem* Neob., sed litterae *a* littera *u* superius imposita est.
hac] Sic Vind. Berol. *ac* Neob. *hoc* Vulgo.
orthodoxos] Sic Berol. *orthodoxi* Vind. *ortodoxi* Neob.
afficere] *Affrice* Berol. *affictione* Neob., sed ut in cont., Vind.
rebaptizatos] Sic Vind. Berol. *rebatisatos* Neob. Ad marg. Pithoei *Donatistas* esse Cramerus apud Os. adnotavit.
autem] Sic Berol. Vind. *aut* Neob.
si ad orthodoxam] *sibi at odoxam* Neob., sed litterae *o* littera *p* supra imposita est.
fidem] *fidi* Neob., sed per litterae *d* partem superiorem circumflexus traiectus est.
purissima] *purissimam* Neob.
maluerint] *maluit* Berol., sed supra litteras *it* circumflexus iniectus est.
respuimus] Sic Berol. Neob. *respuerint* Vind., quae lectio ex superiori *maluerint* exorta videtur esse.
eis] Sic Vind. Berol. *et* Neob.
hoc] Sic Vind. Berol. *hec* Neob.
omnipotenti] Sic Vind. Berol. Neob. *omniponti* Vulgo.
poenitentia] *pna* Berol., sed lineola superius iniecta est.
denegamus] Sic Vind. Neob. *delegamus* Berol.
est] Sic Berol. Neob. *esse* Vind.
illibatum] Sic Neob. Berol. *illabatum* Vind.
habeant] *hat* Neob., sed lineola superius iniecta est.
catechumenos] *catecuminos* Neob. *cathecuminos* Berol. *catechumenis* Vind.
accipiant] Sic Vind. Neob. *accipiebant* Berol. In Neob. supra litteras *ia* circumflexus positus est.
eos] Sic Vind. Berol., deest in Neob.
audeant] Sic Neob. Berol., deest in Vind.
synagogas] *sinagogas* Vind. Berol. *synegogas* Neob.
concedimus] Sic Berol. Vind. *concendimus* Neob.
ecclesiarum] *ecclarum* Neob., sed per mediam litteram *l* circumflexus traiectus est.
eas] Sic Vind. *eos* Berol. Neob., quod etiam Vulgo habetur.
paganos] In Neob. antea est *i*, circumflexo tamen iniecto. Atqui totum hoc in Vind. Berol. deest.
Arianos] *Arianes* Neob. *Arrianos* Vind. Berol.
vel speluncas] Sic Berol. Neob., quod voce sequenti *vel* commendatur. Vulgo *et speluncas*.

lucas habere, vel quaedam quasi ritu ecclesiastico facere patimur, quum hominibus impiis sacra peragendi permittere satis absurdum est.

Privilegia insuper sacrosanctae ecclesiae nostrae Carthaginis Iustinianae omnia condonamus, quae metropolitanae civitates et eorum antistites habere noscuntur, quae etiam Codici nostro in primo eius libro segregata, sacrosanctis ecclesiis suum honorem praestare noscuntur, ut civitas, quam nostri nominis cognomine decorandam esse perspeximus, imperialibus etiam privilegiis exornata florescat. Confugas etiam, qui ad venerabiles ecclesias et earum fines convolare festinant, et suae voluntati proficere, nulli penitus licere sacrilegis manibus ab his abstrahere, sed eos venerabilibus locis debita reverentia perpotiri, nisi tamen homicidae sint, vel virginum raptores, aut Christianae fidei violatores. Illos etenim, qui talia facinora committunt, nullis esse dignos privilegiis, quis non confiteatur? quum non poterunt sacrosanctae ecclesiae et homines iniquos adiuvare, et hominibus laesis suum adiutorium praestare. Sin quid praeterea sacrosanctae ecclesiae saepe dictae nostrae Carthaginis Iustinianae vel aliis venerabilibus ecclesiis Africanae dioeceseos a quacunque persona pro suae salute animae oblatum est vel

patimur] Sic Vind. Berol. *pati* Neob.

hominibus] Sic Vind. Berol. *oib;* Neob., sed lineola superius iniecta est.

peragendi] Sic Vind. Berol. Neob. Pith. *peragenda* Vulgo.

satis absurdum est] *satiasure* Neob., sed litterae *a* littera *s* et litterae *e* lineolae iniectae sunt.

privilegia] Sic Vind., deest in Berol. Neob., nec sane Vulgo habetur.

sacrosanctae] *sacrosce* Neob., sed litteris *sce* lineola superius imposita est.

nostrae] *nre* Berol. Vind. Neob., sed lineola superius imposita. Vulgo sane deest.

Carthaginis] *Cartaginis* Vind. Berol. Neob.

condonamus] Sic Vind. Berol. *cum donamus* Neob.

antistites habere noscuntur] Sic Vind. Berol. *anstitites hreticos cum ter* Neob. Sed supra priores litteras *an* litterae *ti*, ac secundae syllabae *ti* a sec. manu puncta subiecta sunt.

quae] Sic Vind. *que* Berol. Neob.

etiam] Sic Vind., deest in Neob. Berol., nec sane Vulgo habetur.

Codici] Sic Vind. Berol. Neob. *codice* Vulgo.

perspeximus] Sic Vind. Berol. *prosperi* Neob.

florescat] *florescant* Neob., sed litterae *n* littera *c* superimposita est.

etiam] Sic Vind. Berol. *autem etiam* Neob.

ad] Sic Vind. Berol. *a* Neob.

ecclesias] *ecleas* Neob., sed litterae *l* circumflexus traiectus est et secundo *e* punctum suppositum.

convolare] *convale* Vind., sed per partem superiorem litterae *l* circumflexus traiectus est.

suae] Sic Vind. Neob. *sue* Berol.

voluntati proficere] Sic Neob. Berol. *soluti prospicere* Vind.

sacrilegis] *sacrislegis* Vind. *sacrilegils* Berol.

abstrahere] Sic Vind. Berol. *extraheres* Neob.

sed] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

locis] In Neob. antea est *in*, cui voci tamen puncta subiecta sunt.

tamen] *tn* Neob.

homicidae] *omicide* Neob.

vel] Sic Vind. Neob. *nobis* Berol.

esse] In Berol. antea est *cae*, lineola superius iniecta, quod quidem totum in Vind. Neob. desideratur.

quis] Sic Vind. *qui* Berol. Neob.

poterunt] *pot* Vind. Neob. *po* Berol., sed ultimae litterae supra lineam aliud *t* adscriptum. *possint* Vulgo.

sacrosanctae] *sacrosesce* Neob., sed litteris *se* puncta subiecta et ultimae syllabae lineola imposita est.

ecclesiae] *ecle* Berol., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

homines] Sic Vind. Berol. *os* Neob., sed linea superius imposita est, qua re significatur *omnes*.

adiuvare] *adiubare* Vind.

laesis] Sic Vind. Neob. *lesis* Berol.

sin] Sic Vind. *si* Neob. Berol.

saepe dictae] *sepe dicte* Berol.

Carthaginis] *Cartaginis* Vind. Neob.

aliis] Sic Vind. Berol. *alias* Neob.

dioeceseos] *dioceseos* Vind. Berol. *diceseos* Neob.

quacunque] *quacunquae* Vind.

suae salute animae] Sic Vind. Berol. Neob. *animae suae salute* Vulgo.

fuerit quocunque modo legitimo seu in possessionibus, seu in aliis quibuslibet speciebus, et hoc apud eas venerabiles ecclesias manere firme, nullius unquam manibus abstrahendum, quum homines, qui tam laudabiles tamque deo acceptabiles actus et pias facere oblationes deproperant, satis et nos laudamus, et dei caelestis remunerat clementia.

Haec igitur omnia, quae ad honorem sacrosanctarum dedimus ecclesiarum totius Africanae dioeceseos, per praesentem piissimam et in perpetuum valituram legem, quam omnipotenti deo dedicandam esse perspeximus, sublimitas tua cognoscens, firma illibataque custodire festinet, omnibus, prout solitum est, manifestare edictis ubique proponendis, ut nostra iussa summae pietatis rationem habentia ex omni parte immutilata serventur; demetatoribus eorum poena X. librarum auri subdendis, aliqua gravissima nostri numinis indignatione plectendis omnibus, qui nostram dispositionem quocunque modo vel tempore violari tentaverint vel violare concesserint. *Dat. Kal. Aug. CP. Belisario V. C. Cons.* (535.)

apud] *haput* Neob., sed litterae *h* punctum subiectum est.

eas] Sic Vind., deest in Neob. Berol., nec Vulgo habetur.

unquam] *iniquis* Vind. *imqs* Berol. *in quibus* Neob.

quum homines] desunt in Neob., sed in Vind. Berol. sunt.

tamque] Sic Vind. Berol. *tamquam* Neob.

deproperant] *deproperare* Berol., sed ex ultimo *e* secunda manus facit *i*.

satis] *talis atis* Neob., sed priori voci *talis* iam a sec. manu puncta subiecta sunt.

remunerat] *remuneratur* Vind. Neob.

sacrosanctarum] desunt in Neob., sed ibi lacuna est, cui explendae novem fere litterae sufficere queant.

totius] *tocius* Berol.

dioeceseos] *dieceseos* Vind. Berol. Neob.

perpetuum] Sic Vind. Berol. *perpetuam* Neob.

legem] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

quam] In Neob. subiicitur *di*, cui tamen voci lineola iniecta est. Significari debebat *oi* h. e. *omni*.

omnipotenti] Sic Vind. Berol. *potenti* Neob.

dedicandam] *dedicanda* Neob.

perspeximus] *perspesimus* Neob.

omnibus] Antea est Vulgo *et*, quod in Vind. Neob. desideratur, est autem in Berol. In Vind. sec. manus lineae vocem *et* imposuit. Neob. *ominibus*.

solitum] Sic Berol. *solutum* Vind. Neob.

iussa] Sic Vind. Berol. *iussam* Neob.

summae] Sic Vind. Berol. Neob. Pith. *summum* Vulgo.

rationem] *roe* Vind. Neob., sed lineola superius iniecta. In Berol. deest, nec sane Vulgo habetur.

parte] *pte* Berol.

immutilata] *inmutilata* Vind. Berol., deest in Neob., ubi tamen habetur lacuna fere undecim litterarum.

demetatoribus] In Neob. antea est *et*, quod in Vind. Berol. deest. Leg. *temeratoribus*, quod Pithoeus in marg. habet.

eorum] In Neob. antea est *in*, cui tamen voci puncta subiecta sunt.

auri] *a* Berol., sed supra lineam lineola iniecta est.

subdendis] Sic Vind. Berol. *subentis* Neob., sed litterae *t* littera *d* imposita est.

aliqua] Sic Vind. Berol. Neob. *alinque* Vulgo.

gravissima]. Sic Vind. *gravi* Neob. Berol., quod etiam Vulgo habetur.

nostri] *nostra* Vind., sed sec. m. correxit *nostri*.

nostram] Sic Berol. Neob. *nostra* Vind.

tempore] *tempe* Berol.

violari] Sic Vind. *violare* Berol. Neob., quod etiam Vulgo habetur.

tentaverint] Sic Neob. Berol. *temptaverint* Vind. Caeterum *tentaverint vel violare* Vulgo non est, videturque propter similia verborum initia excidisse.

Kal.] *kl.* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

Aug.] Sic Vind. Neob. *a* Berol., sed supra lineam circumflexus iniectus est.

CP.] Sic Vind. Berol. Neob. *Constant.* Vulgo.

Belisario] *Bil* Berol., sed per litteram *l* mediam circumflexus traiectus est. Neob. *Bibilis*, sed per litteram *l* mediam circumflexus traiectus est. Vind. *Bilisaio*, sed supra litteras *ai* circumflexus positus est.

Cons.] Sic Vind. *cc* Berol., lineola superius iniecta. Neob. *co*, lineola superius iniecta.

XL.

GLOSS.

DE NATURALIBUS IN CURIAM DEPUTANDIS VEL DE DISTRIBUENDA FACULTATE CURIALIUM IN FILIOS MASCULOS SEU FILIAS VEL SI SINE FILIIS FUERINT CURIALES IN QUOTAM PARTEM SUCCEDANT.

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, P. P. per Orientem.

PRAEFATIO. Qui rempublicam olim nobis disposuerunt, existimaverunt oportere secundum regiae urbis instar adunare in unaquaque civitate nobiles viros, et unicuique senatus dare curiam, per quam debuissent agi, quae publica sunt, atque omnia fieri secundum ordinem competentem. Sic itaque res floruit, sic apparuit clara, ita ut magnae et populosae domus curialium essent,. multitudine quidem exsistente curialium, quod autem functionum videatur esse onus, nulli omnino into-

NOV. XL. XL.] deest in Berol. Neob.

de naturalibus] Haec tota inscriptio Vulgo habetur sic: *de decurionibus et filiis eorum.*

curiam] Sic Vind. Berol. *curia* Neob.

vel] *l* Vind. Berol. Neob., sed circumflexo per mediam litteram traiecto.

curialium] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

filias] Sic Berol. *seu filios masculos seu filias* Neob. *filios* Vind.

si sine] Sic Neob. *sine* Vind. Berol.

fuerint] Sic Berol. Neob. *fuerit* Vind.

quotam partem] Sic Berol. Neob. *quota parte* Vind.

succedant] Sic Berol. Neob. *succedunt* Vind., sed litterae *u* littera *a* imposita est. Postea in Vind. habetur *R/*. Ad marginem Contius: *ex veteri manuscripto Contii.*

Iustinianus] *I.* Berol. *Iustin.* Vind., deest in Neob.

Aug.] Sic Vind. Neob. *a* Berol.

Ioanni] *Ioh.* Vind. Berol. Neob., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est.

P. P.] Sic Neob. Berol. *ppo* Vind., sed supra lineam lineola posita est.

Orientem] Sic Berol. Vind. *ordinem* Neob.

NOV. XL. PRAEF. PR. qui] Sic Vind. Berol. *ui* Neob.

rempublicam] *rem* Neob.

olim nobis] *olin nebis* Neob.

existimaverunt] *estimaverunt* Vind. *extimaver* Berol., sed litteris *ver* lineola superius imposita est. In Neob. deest.

oportere] Sic Vind. Berol. *opor* Neob.

adunare] Sic Neob., sed litteris *re* puncta subiecta sunt; supra litteram *u* sec. manus litteram *i* posuit.

in] Sic Vind. Berol., deest in Neob.

unaquaque] Sic Berol. Vind. *quoque* Neob.

quam] Sic Vind. Berol. *qua* Neob.

fieri] Sic Vind. Neob., deest in Berol. Gr. *γίνεσθαι.*

ordinem] In Berol. postea est *fieri*, quod in Vind. Neob. desideratur.

competentem] Sic Vind. Berol. Neob. Deest Vulgo. Gr. *προσήκουσαν.*

itaque] Sic Vind. *namque* Berol. *naque* Neob.

res] Sic Vind. *re* Berol., deest in Neob. Gr. *τὸ πρᾶγμα.*

apparuit] Sic Vind. Neob. Berol. *fuit* Vulgo. Gr. *ἐφάνη.*

clara] Sic Vind. Neob. *cla* Berol., sed litterae *a* circumflexus iniectus est.

ita ut] Sic Berol. Neob. Vind. Prior vox *ita* Vulgo desideratur.

magnae] *magne* Berol. Neob.

populosae] *populose* Berol. Neob.

domus] Sic Neob. Berol. *domos* Vind.

essent] Sic Vind. Berol., deest in Neob., ubi tamen lacuna est, cui explendae fere quinque litterae sufficere queant. Gr. *εἶναι.*

multitudine] *multitudinem* Neob.

quidem] Sic Vind. *quod* Neob. Berol. Gr. *μέν.*

exsistente] *existente* Neob. Berol.

curialium] Sic Neob. Berol. *curiali aut* Vind.

functionum] *fuccunum* Neob., sed supra litteras *cc* circumflexus positus est.

videatur] Sic Neob. *debeat* Berol., sed litterae *a* circumflexus iniectus est. *videbatur* Vind. Gr. *δοκούσης.*

esse] Sic Vind. Berol. In Neob. lacuna est, cui tamen explendae fere quattuor litterae sufficere queant. Gr. *εἶναι.*

onus] *honus* Vind., deest in Neob. Berol. Gr. *βαρύτητος.*

nulli] Sic Vind. Berol. *a null* Neob., sed per litteras *ll* medias circumflexus traiectus est. Gr. *οὐδενί.*

intolerabile] Sic Neob., sed ultimae litterae circumflexus superius impositus est. Vind. *intollerabile.*

lerabile exsistebat. Nam quod in multitudinem dividitur onus insensibile propemodum facit eis, qui hoc sustinent. Quoniam autem per partes quidem coeperunt se eximere albo curiae, et occasiones invenire, per quas liberi harum efficerentur, sic paullatim deminutae sunt curiae, innumeris excogitatis occasionibus, per quae potuissent specialia quidem bene habere, communia autem et publica deminui per omnia. Propterea et paucos viros redactae functiones, et illorum facultates commoverunt, et civitates ita deminutae sunt, ut sub istos perditos conductores, quos vindices vocant, redacta curia **** plena quidem defectibus, plena vero omni iniustitia fieri. §. 1. Haec nos saepe perscrutantes, aestimavimus oportere medelam rei adhibere, et quantum nos in hoc laboramus, tantum omnem adinvenerunt curiales artem adversus ea, quae recte iusteque sancita sunt, et contra fiscum. Dum enim vidissent, compelli se omnimodo servare curiae quartam partem, et hoc vix per

exsistebat] Sic Berol. *existebat* Vind. Neob.
multitudinem] Sic Neob. *multitudine* Vind. Berol.
onus] Sic Berol. *honus* Vind. Neob.
insensibile] Sic Vind. Berol. *insensibilem* Neob.
qui hoc] Sic Vind. Berol. *quibus* Neob. Gr. τοῖς τοῦτο ὑπομένουσιν.
quoniam] *qm* Vind. Berol. Neob. *quando* Vulgo. Gr. ἐπεί.
autem] Sic Vind. Berol. *aut* Neob. Gr. δέ.
partes] Sic Vind. Berol. *patres* Neob. Gr. κατὰ μέρος.
quidem] Sic Berol. Neob. *quide* Vind. Vulgo habetur *quidam*, quod crediderim verum esse. Gr. τινες.
coeperunt] *ceperunt* Vind. Berol. Neob.
eximere] Sic Vind. Berol. *exun* Neob., sed ultimis duabus litteris circumflexi impositi sunt. Gr. ἐξαιρεῖν.
curiae] Ad marginem Contius adscripsit: *alias in Graeco functionibus curialibus.*
invenire] Sic Berol. Neob., deest in Vind. Gr. ἐξευρίσκειν.
liberi] *libr* Neob., sed lineola superius imposita est. Gr. ἐλεύθεροι. Caeterum in Berol. fol. 86 in hanc vocem desinit; reliqua huius Novellae ibi desunt, cum id, quod sequitur, folium excisum sit.
harum] Sic Vind. *arum* Neob., sed supra litteram *a* sec. manus litteram *h* scripsit. Vulgo *his*. Gr. τούτων.
sunt] Sic Vind., deest in Neob. Gr. ἠλαττώθη.
occasionibus] Sic Vind. *occogetatibus* Neob.
quae] Sic Vind. *qua* Neob. Gr. ἐξ ὧν.
specialia] Sic Neob. *speciali* Vind. Gr. τὰ μὲν ἴδια.
bene] Sic Vind. Berol. *bn* Neob., sed supra lineam secunda manus lineolam posuit.
communia] *comunia* Vind. *et communia* Neob., quod Graecis non firmatur.
publica] *p* Neob., sed ut in cont., Vind.
per omnia] Sic Vind. Neob., quod tamen Vulgo desideratur. Gr. διὰ πάντων.
et] Sic Vind. Neob. *ad* Vulgo. Gr. εἰς.
redactae] *redacte* Neob. *sedacte* Vind.
functiones] *fuctiois* Vind. Gr. τὰ λειτουργήματα.
illorum] Sic Vind. Neob. *illis* Vulgo. Interpres videtur legisse κἀκείνων.
commoverunt] Sic Vind. *et mouer* Neob., sed supra litteras *er* lineola posita est. Gr. κατέσεισε.
ita] Sic Vind., deest in Neob. Gr. οὕτως.
redacta] Sic Vind. *redata* Neob.
curia] Postmodo Vulgo habetur *contigerit respublica*, quae tamen in Vind. Neob. desiderantur. Itaque lacunae signa ponenda fuerunt propter Graeca illa: συμβέβηκεν οὖν τὸ πολίτευμα.
plena] In Neob. antea est *i*, cui circumflexus iniectus, punctumque suppositum est.
defectibus] Sic Neob. *de facultatibus* Vind. Gr. ἐλλειμμάτων.
omni] Sic Vind., deest in Neob. Gr. πάσης.
iniustitia] *iustitie* Vind., deest in Neob. Gr. ἀδικίας.
fieri] Sic Vind. *fieret* Neob. Gr. γενέσθαι.
NOV. XL. PRAEF. §. 1. aestimavimus] Sic Vind. *exstimavimus* Neob. *existimimavimus* Os. coniicit.
omnem] Sic Vind., deest in Neob. Gr. πᾶσαν.
adinvenerunt] *adinuuer* Neob., sed litteris priori *u* et *r* circumflexi impositi sunt.
artem] *autem* Vind. Mon.
ea] Sic Vind. *eam* Neob.
sancita] Sic Vind. *sanctita* Neob.
compelli] Sic Vind. *cumpelli* Neob.
servare curiae] Sic Vind. Neob. *curiae servare* Berol.
vix] Sic Vind. *ius* Neob.

nostras leges impositum, coeperunt discerpere proprias facultates, quatenus minus idonei deficerent, et non quartam portionem, sed omnem continuam paupertatem suam curiae derelinquerent. Deinde quoniam et ipsis corporibus fraudare curiam voluerunt, iam et rem omnium impiam adinvenerunt, a nuptiis legitimis abstinentes, ut eligerent magis sine filiis, quam sub lege deficere, aut generi suo vel curiae utiles apparere. Et rursus egerunt dudum poni legem, quae praeter decretum iubebat eis donare propria, cum quandam venditionem cum decreto fieri eadem lex volebat. Sed haec ipsa erat mirabilis, quae solam venditionem subiiciebat adiectioni decreti et aliis exhinc necessitatibus, alia vero omnia derelinquebat eis agere secundum quem voluissent modum; haec transtulerunt curialium facultates ad alias personas, nihil exinde habente curia. Denique si quis dinumerat nostrae reipublicae curias, attenuatas inveniet, alias quidem neque virorum neque rerum copias habentem, alias autem paucorum forsan hominum, rerum autem nihil penitus. §. 2. Igitur olim per partes nos protulimus sanctiones quasdam quidem, vo-

impositum] *inpositum* Neob.
coeperunt] *ceperunt* Vind. Neob.
discerpere] *discepere* Neob.
quatenus] *quatinus* Neob.
minus] Sic Vind. *nus* Neob.
quartam] *quarquartam* Neob.
sed] Sic Vind., deest in Neob. Gr. ἀλλ'.
omnem] *ome* Vind., sed supra litteram *e* lineola posita est. In Neob. est *coe*, lineola tamen imposita. Gr. ὅλην.
continuam] Sic Neob. *continuum* Vind. *continuo* Vulgo.
paupertatem] Sic Vind. *paupertam* Neob.
derelinquerent] Sic Vind. *delinquerent* Neob. Gr. καταλιμπάνειν.
deinde] Sic Vind. *dein* Neob., sed lineae circumflexus ad finem impositus est. Vulgo *denique*. Gr. εἶτα.
et ipsis] Sic Vind. Neob. Prior vox Vulgo deest. Gr. καί.
iam et] Sic Neob., deest in Vind. Gr. ἤδη καί.
omnium] Sic Vind. *hominium* Neob. Gr. πάντων.
impiam] Sic Vind. Neob. *impiissimam* Vulgo.
eligerent] Sic Neob. *legerent* Vind., sed supra primam litteram *e* circumflexus positus est. Gr. αἱρεῖσθαι.
sub] Sic Vind., deest in Neob.
generi] *gni* Neob., sed lineola superius iniecta est.
utiles] Sic Neob. *util* Vind., sed per litterae *l* partem superiorem circumflexus traiectus est. Contius *inutiles*, sed ad marg. *videtur legendum* *utiles ex Graeco*.
cum quandam] Sic Vind. *cum* Neob. *quamquam* Vulgo.
eadem] Sic Neob. In Vind. est *ad eam*, quod etiam Vulgo habetur, nec tamen in Graecis habet, quo confirmetur.
mirabilis] Sic Vind. *mirabi* Neob.
quae] Pro ὥστε interpres videtur habuisse ὅστις.
solam] Sic Vind. *sola* Neob. Gr. μόνην.
subiiciebat] *subiciebat* Neob. *subiacebat* Vind. Gr. ὑπάγειν.
decreti] *deeti* Neob., sed supra litteras *ee* circumflexus positus est.
exhinc] Sic Vind. Neob. *exinde* Vulgo.
agere] Sic Vind. *age fraudare* Neob., sed priori litterae *e* circumflexus iniectus est. Sane vox *fraudare* Graecis non firmatur.
quem] Sic Vind. *qual* Neob., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.
haec] Sic Vind. Neob. *hac* Vulgo. Postea subiicitur *igitur*, quod in Vind. Neob. deest, ideoque delendum fuit.
ad alias] Vulgo subiicitur *et alias*, quod in Vind. Neob. deest. Interpres sane verba καὶ ἕτερα non videtur in contextu habuisse.
nihil] *nich nich* Neob., sed priori voci *nich* puncta subiecta sunt.
denique] *deinnique* Neob., sed litteris *in* circumflexus impositus est, eique puncta subiecta sunt.
dinumerat] *denuat* Vind., sed litterae *u* circumflexus impositus est. Neob. *denuetur*.
attenuatas] *atenuatas* Vind. Neob.
inveniet] *inveniat* Vind. Neob. In Graecis interpres videtur reperisse εὑρήσῃ.
habentem] Sic Vind. Neob. *habentes* Vulgo. Interpres vocem εὐποροῦντα non pro neutro genere pluralis numeri, sed pro accusativo singularis habuit.
autem] Sic Vind. Neob., deest Vulgo. Gr. δέ.
nihil] Sic Vind. *mobil* Neob., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.
NOV. XL. PRAEF. §. 2. olim] Sic Vind. *olin* Neob.
sanctiones] *sanciones* Vind.
quasdam quidem] Sic Neob. *quasdam quippe uo* Vind., sed litteris *uo* lineola

lentes et venditiones, et donationes simplices, et omnem actum alienationem habentem immobilium rerum curialium subiicere decreto cum observatione facta, quae in illa lege posita est. Deinde post haec, quia sub falsas causas faciebant donationes, et hoc omnino abrogavimus, donationem simplicem facere curialem in quacunque persona. Excepimus autem competenter antenuptiales donationes, eo quod neque donationes omnino sunt, sed contractus species in eis inserta est, et filiorum procreandorum copiam introducunt, quod nobis et maxime in curialibus studii est. Post haec conspicientes et de hoc ipso circumscriptiones multas fieri, legem conscripsimus, ut omnino debere curiam sive cum corpore, sive sine hoc omnino tres uncias habere, et non minus licere cuidam relinquere curiae, neque circumscribere, neque deminuere ea sub ullo modo, sive filius sit, qui in curia est, sive ipsa susceperit curia tres uncias. §. 3. Et non usque ad hoc stetimus, sed et feminas in propria institutione dare quandam partem sanximus, quatenus per nullam occasionem diminuetur curiae, sicut praediximus, quarta pars totius substantiae curialis. Sed et multas istas et diffusas munificentias abrogavimus, non cedentes liberari curia aliter, nisi per maximarum dignitatum adeptionem, patriciatus, aut consulatus, aut praefecturae,

superius imposita est. Pro *ἡμεῖς τοὺς* interpres videtur legisse *τινας τοὺς μέν*.

donationes] Sic Vind. *ι* Neob., sed lineola superius imposita est. Gr. *τὰς δωρεάς*.

simplices] *suplices* Neob.

immobilium] *inmobilium* Neob.

rerum curialium] Sic Vind. Neob. *curialium rerum* Vulgo.

subiicere] *subicere* Vind. Neob. *subiacere* Vulgo.

decreto cum] Sic Vind. *decretorum* Neob. Gr. *δεκρέτῳ μετὰ τῆς*.

falsas causas] Sic Vind. Neob. *falsis causis* Vulgo.

hoc] Sic Neob. *haec* Vind. Gr. *αὐτό*.

quacunque persona] Sic Vind. Neob. *quamcunque personam* Vulgo.

excepimus] Sic Vind. *excipimus* Neob. Gr. *ἀνείλομεν*.

competenter] Sic Vind. *conpetenter* Neob.

antenuptiales] Sic Vind. *ante nuptias* Neob.

et de] Sic Vind. Neob. Deest *et* Vulgo. Gr. *καί*.

ipso] Sic Neob. *ipsum* Vind. Gr. *περὶ αὐτὸ τοῦτο*.

circumscriptiones multas] Sic Vind. *circumsctio res o multas* Neob., sed litterae priori *o* littera *p* imposita, et secundae litterae *o* punctum subiectum est. Vulgo *multas circumscriptiones*. Gr. *περιγραφὰς πολλάς*.

legem] Sic Neob. *leges* Vind. Gr. *νόμον*.

ut] Sic Vind. Neob., sed Vulgo deest. Gr. *ὥστε*.

debere] Sic Vind. *deibent* Neob., sed litterae *i* punctum subiectum est. Sane interpres Graecum *χρῆναι κατὰ πόδα* videtur transtulisse.

curiam] Sic Vind. *curia* Neob.

corpore] Sic Vind. *opere* Neob. Gr. *μετὰ σώματος*.

hoc] Sic Neob., deest in Vind. *ipso* Vulgo. Gr. *τούτου χωρίς*.

deminuere] Sic Vind. *diminuere* Neob.

ea] Sic Vind. Neob. *eas* Vulgo. In Graecis interpreti videtur fuisse *αὐτά*.

susceperit] Sic Neob. *suscepit* Vind. Gr. *δέχοιτο*.

curia tres uncias] Sic Vind. Neob. *tres uncias curia* Vulgo.

NOV. XL. PRAEF. §. 3. stetimus] Sic Vind. *testimus* Neob.

institutione] *in institutione* Neob. Gr. *ἐνστάσεως*.

sanximus] *sacximus* Neob., sed litterae *a* lineola superius imposita est. Vind. *sancimus*. Gr. *ἐθεσπίσαμεν*.

occasionem] Sic Vind. *occasioe* Neob., sed litteris *oe* lineola superimposita est. Gr. *πρόφασιν*.

diminuetur] Sic Vind. *deminueretur* Neob., quod etiam Vulgo habetur. Gr. *ἐλαττοῦσθαι*.

pars] Sic Vind., deest in Neob. Gr. *τεταρτημόριον*.

istas] *ι istas* Neob., sed litterae *i* circumflexus impositus punctumque subiectum est.

cedentes] Sic Vind. Neob. *concedentes* Vulgo.

curia aliter] Sic Vind. Neob. *aliter curia* Vulgo. Gr. *βουλῆς ἄλλως*.

adeptionem] *adeptione* Neob. *ademptionem* Vind. Gr. *κτῆσιν*.

consulatus] Sic Neob. *consolatus* Vind.

praefecturae] Sic Vind. *prefectue* Neob.

sive civilis sive militaris; praefecturas autem esse et eas, quae principatum agunt exercitus, lex novit. Unde qui praefecturae dignitatem administraverit in ipso actu constitutus, et sive administrans eam, sive principatum agens exercitus, iste liberatur a conditione secundum nostram legem, aliis omnibus exceptionibus abrogatis. Nam propter solum honorem dantur tales dignitates (praefectorias dicimus quales et magistri militatus dici poterunt) non eximere de curiae albo eos, qui haec meruerunt, sancivimus. Haec itaque in anterioribus a nobis sancita sunt cum aliis multis, quae licebit ex ipsis olim positis legibus advertere. Absolvimus autem et quosdam a curiae conditione, diversas his pragmaticas concedentes leges, quas omnes firmas esse volumus, et praesentem sanctionem ab undecima indictione nuper delapsa inchoare, ex a nobis consilio venit haec lex. §. 4. Quoniam autem vidimus quosdam sic adversos esse contra proprias patrias, ut eligant potius alii suas relinquere substantias, et vix quartam partem curiae, et hoc per nostram legem aestimavimus oportere, ubi filii desunt, hanc partem augere.

esse] Sic Vind., deest in Neob.

unde qui] Sic Vind. Neob. *itaque si quis* Vulgo.

administraverit] *aministraverit* Vind. *adiministraverit* Neob., sed sec. m. correxit, ut in cont.

administrans] *administrant* Neob. *aministrans* Vind. Gr. *ἄρχων*.

exercitus] Postea Vulgo habetur *curiali*, quod in Vind. Neob. deest. An interpres hanc vocem *βουλευτικῆς* in Graecis non habuit?

nostram legem] Sic Vind. *legem nostram* Neob. Gr. *κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον*.

exceptionibus] Sic Vind. *exceptionis* Neob.

abrogatis] Sic Vind. *atrogatus* Neob., sed ex *u* secunda manus efficit *i*.

propter] Antea Vulgo est *quae*, quod in Vind. Neob. non est, nec in Graecis habet, quo confirmetur.

solum] Sic Vind. *solutum* Neob. Gr. *μόνην*.

praefectorias] Sic Neob. *praefectoria* Vind. Gr. *τὰς πραιφεκτωρίας*.

quales] Haec, quae abhinc habentur usque ad verba *dici poterunt*, Vulgo desunt, cum ibi ita sit: *idem autem est dicere et magisterium militum.*

magistri] *magistro* Vind. *magisto* Neob., sed litterae *o* littera *r* imposita est.

poterunt] *poter* Neob. *pot* Vind., sed lineola superius imposita est.

eximere] Sic Vind. *exibe* Neob., sed supra litteram *e* secunda manus circumflexum posuit.

de] Sic Neob., deest in Vind.

curiae] Sic Vind., deest in Neob. Gr., *βουλευτικῆς*.

albo] *alveo* Vind. *ambo* Neob. Gr. *καταλόγου*.

sancimus] Sic Neob., sed supra litteram *n* secunda manus litteram *i* posuit. Vind. *sanctimus*. Scribendum, ut et Vulgo habetur: *sancivimus* propter Gr. *ἐθεσπίσαμεν*.

haec itaque] Sic Neob. *itaque haec* Vind. Gr. *ταῦτα μὲν οὖν*.

anterioribus] Sic Vind. *altioribus* Neob.

olim positis] Sic Vind. *solinpotius* Neob.

advertere] Sic Vind. *atere* Neob., sed litterae *a* circumflexus iniectus est. Gr. *λαβεῖν*.

absolvimus] Sic Vind. *asolvimus* Neob.

conditione] Sic Vind. *conditioni* Neob.

his] Sic Vind. *hoc* Neob. Sed corr., propter Gr. *αὐτοῖς*.

indictione] *inditione* Vind. *inperdiccione* Neob.

ex] Sic Neob., deest in Vind. Gr. *ἐξ*.

a nobis] Sic Vind. *non* Neob. Gr. *ἡμῖν*.

consilio] *cosilio* Neob., sed supra litteras *co* lineola posita est. Antea Vulgo scriptum est *in*, quod in neutro dictorum codd. est.

NOV. XL. PRAEF. §. 4. quoniam] *qm* Vind., sed circumflexus superius iniectus est.

autem vidimus] Sic Neob. *vidimus autem* Vind. Gr. *ἐπεὶ δὲ ὁρῶμεν*.

adversos] *aversos* Neob. *adversus* Vind. Gr. *ἀπεχθῶς διακειμένους*.

proprias patrias] Sic Vind. *patria proprias* Neob. Gr. *τὰς ἑαυτῶν πατρίδας*.

eligant] Sic Neob. *elegant* Vind.

alii] Sic Vind. Neob. *aliis* Vulgo.

vix] Sic Vind. *ius* Neob. Gr. *μόλις*.

hoc] Sic Neob. *haec* Vind. Gr. *τοῦτο*.

aestimavimus] *estimavimus* Vind. *extimavimus* Neob. *existimavimus* Vulgo. Gr. *ᾠήθημεν*.

CAP. I. Si igitur post hanc nostram legem defunctus fuerit curialis filios non habens neque masculos neque feminas, iste propriam substantiam curiae derelinquat, quartam vero quibus voluerit. Erit namque ei pro filio forsan uno vel pro plurimis tota curia, id est dicere et totius civitatis plenitudo in filiorum modo exsistens et labor perpetua et immortalis memoria et fructus tantus, quantus nequaquam a filiis esset. Quodsi quis legitimos filios non habuerit, naturales autem ei fuerint, liceat cum onere curiae scribere sibi et hos heredes, et scriptura pro omni datione sit, et non indigeat antiquarum legum aliis adiectionibus, neque dum adhuc superessent datione, sed mox scripti, si quidem liberi fuerint, curiales et heredes efficiantur, et habeant et ipsi substantiae novem uncias, secundum quod pater eis diviserit. Quodsi et omnia eis relinquere voluerit, adhuc melius faceret, verumtamen usque ad novem uncias modis omnibus eis relinquat, cognoscens,

NOV. XL. CAP. I. hanc] Sic Vind. *hae* Neob., sed contra Gr.

legem] Sic Vind. *lege* Neob., sed contra Gr.

defunctus] Sic Neob. *defuctus* Vind.

propriam substantiam] Sic Vind. Neob. Cont. *propriae substantiae* Vulgo, ubi postea adiiciuntur et haec: *tres partes*, quae tamen in Vind. Neob. Cont. non sunt. Contius ad marg. *in Graeco hodie est propriae substantiae novem uncias.*

derelinquat] Sic Vind. *dereliquat* Neob.

ei pro] Sic Vind. *et* Neob. Gr. αὐτῷ ἀντί.

plurimis] Sic Neob. *plurimas* Vind. *pluribus* Vulgo.

id est] Sic Vind. Neob. Coniicit Os. *idem est*, cum in Graeco sit ταὐτό. Scilicet vox *est* in codd. mss. designari solet hoc modo ē, qua re item *em* significari potest. Sed potest interpres in Graec. habuisse vel τουτέστιν vel τοῦτο δ' ἐστίν, qua de re iam dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung. 1842. Juni. Num. 134. p. 559.

dicere] Sic Vind. Neob., deest Vulgo. Gr. εἰπεῖν. Hoc iam Os. coniectura assecutus est.

labor] Sic Vind. Neob. *fama bona* Vulgo.

et] Sic Vind., deest in Neob. Gr. καί.

immortalis] *mortalis* Vind. *inmortali* Neob., sed supra litteram o circumflexus positus est. Gr. ἀθάνατος.

autem ei] Sic Vind. *ei autem* Neob. Gr. δὲ αὐτῷ.

fuerint] Sic Neob. *fuit* Vind., sed litterae *i* circumflexus impositus est.

liceat] Sic Vind., deest in Neob. Gr. ἐξέστω.

onere curiae] *honore curiae* Vind. Neob. Gr. τῆς βουλῆς ἄχθους. Et sane illa verba *onere* et *honore* fere ubique in codd. mss. confunduntur.

scribere] Sic Vind. *scribe* Neob. Gr. γράφειν.

et hos] Sic Vind. *hos* Neob., priore tamen voce *et* omissa. Gr. καὶ τούτους.

datione] *ratione* Vind. *rae* Neob., sed his litteris lineola imposita est. Gr. ἐπιδόσεως

indigeat] Sic Vind. *indigend* Neob.

legum] Sic Neob., deest in Vind. Gr. νόμων.

adiectionibus] Sic Vind. *adiecciomibus* Neob.

superessent] Sic Neob. *superes* Vind. *superstes est* Vulgo. Gr. περιῆσαν.

datione] *dationes* Vind. Neob. Gr. τῆς – ἐπιδόσεως.

sed] *sex* Vind. Neob.

mox] In Neob. subiicitur *o*, cui quidem litterae punctum subiectum est.

siquidem] Sic Vind. *quidem* Neob. Gr. εἴ γε.

fuerint] Sic Vind. *quidem fuit* Neob., sed litterae *i* circumflexus iniectus est; voci *quidem* autem puncta subiecta sunt. Gr. καθεστᾶσι.

efficiantur] Sic Vind. *eficiantur* Neob.

et ipsi] Sic Vind. Prior vox *et* in Neob. desideratur. Gr. καὶ αὐτοί.

substantiae novem uncias] Sic Vind. *subs novem untias* Neob. *novem uncias substantiae* Vulgo. Gr. τὸ τῆς περιουσίας ἐννεαούγκιον.

et omnia] Sic Neob. Prior vox *et* in Vind. deest, nec sane Vulgo habetur. Gr. καὶ τὸ πᾶν.

faceret] Sic Vind. *faciet* Neob. Gr. πράξειε.

novem] Sic Vind. *XV.* Neob. Gr. ἐνναουγκίου.

uncias] *untias* Neob.

relinquat] Sic Vind. *relinquet* Neob., sed litterae *e* lineola imposita est. Gr. καταλιμπανέτω.

cognoscens] *cogscens* Neob., sed litterae *g* littera *o* sequentique *c* alia littera *e* iniecta est.

quia vel si reliquerit minus, a lege eis omnino usque ad novem uncias supplenda erit substantia; illi vero, si quidem desideraverint, et curiales efficiantur. Quodsi quidam voluerint, quidam autem recusaverint, ad eos, qui elegerint, recusantium veniunt partes; quodsi omnes recusaverint, tunc, tanquam si nullus filius sit, taliter ad curiam veniant omnes novem unciae.

CAP. II. Quodsi ille quidem tacuerit, filiorum autem legitimorum ei procreatio non fuerit, tunc quarta pars ad heredes, qui sine scriptura sunt, veniat, naturales autem filii, si voluerint se offerre curiae, recipiantur, secundum quod voluerint, sive omnes, sive quidam ex eis, modis omnibus novem unciis substantiae ad eum, qui curiae se dederit, devolutis. **§. 1.** Quodsi ex ancilla ei progeniti fuerint, deinde ipse eos manumiserit, aut dum superest aut in testamento, et obtulerit eos, et isti suscipiantur et sint curiales, secundum quod testator voluit, aut secundum quod ipsorum desiderium fecit dantium se in curia, accepturi, secundum quod dictum est, novem uncias. Ubique enim volumus, sive testatus fuerit, sive intestatus decesserit, eos, qui ad curiam venerint, novem uncias accipere. Quodsi manumiserit quidem tantummodo, non tamen obtulerit, illi autem etiam taliter voluerint, aut unus aut quidam ex eis, ad curiam venire, et tunc novem unciae ei vel eis, qui in curia sunt, secundum virilem partem dentur. Quodsi nullus naturalium voluerit, aut datus non fuerit, tunc novem uncias curia percipiat.

reliquerit] *relinquerit* Vind. Neob.

desideraverint[Postea Vulgo habetur *substantiam accipere*, quod in Vind. Neob. deest.

voluerint] Sic Vind. *uoluit* Neob., sed supra litteras *it* circumflexus positus est.

autem] Sic Vind. *aut* Neob. Gr. *δέ*.

elegerint] Sic Neob. *legerint* Vind. Gr. *ἕλοιντο*.

veniunt] Sic Vind. Neob. *veniant* Vulgo.

recusaverint] *recusavit* Neob., sed supra litteras *vit* circumflexus iniectus est. Gr. *ἀπείποιεν*.

NOV. XL. CAP. II. PR. tunc] *tunc te* Neob., sed priori voci puncta subiecta sunt.

qui sine] Haec, et quae sequuntur usque ad *curiae*, in Neob. non sunt, qui nihil habet, nisi haec verba: *scriptura sunt veni curie*.

veniat] Sic Neob. *veniant* Vind. Gr. *ἐρχέσθω*.

voluerint] *voluerit* Vind. Neob. Gr. *βούλονται*.

quidam] Sic Neob. *qdam* Vind., sed litterae *q* circumflexus iniectus est. Gr. *τινές*.

ex eis] Sic Vind. *e reis* Neob. Gr. *ἐξ αὐτῶν*.

novem] Sic Neob. *nevem* Vind.

unciis] *untiis* Neob.

dederit] Sic Neob. *dederint* Vind. *dedit* Vulgo.

NOV. XL. CAP. II. §. 1. fuerint] Sic Vind. *fuit* Neob., sed supra litteras *it* circumflexus positus est.

deinde ipse eos manumiserit] Sic Neob. Desunt in Vind.

dum] Sic Vind. *dun* Neob.

voluit] Sic Vind. Neob. *voluerit* Vulgo.

aut] Sic Vind., deest in Neob. Gr. *ἤ*.

ipsorum desiderium] Sic Vind. Neob. *desiderium eorum* Vulgo. Gr. *ἡ αὐτῶν ἐπιθυμία*.

fecit] Sic Vind. *fec* Neob., sed ultimae litterae *c* lineola superius imposita est. Vulgo *fecerit*. Gr. *πεποίηκεν*.

in curia] Sic Vind. Neob. *curiae* Vulgo. Gr. *εἰς τὴν βουλήν*.

venerint] *venierint* Neob. *venerit* Vind., sed circumflexus supra litteram *i* positus est, eique litterae punctum subiectum.

accipere] *acccipere* Neob.

manumiserit] *maseit* Vind. Neob., in quo priori litterae *a* lineola imposita est, ac litterae *e* circumflexus adiectus, qui tamen litterae *s* similis est.

etiam] Sic Vind. *et ei* Neob. Gr. tamen *καὶ οὗτοι*.

taliter] Sic Neob. *talater* Vind.

voluerint] Sic Vind. Neob. *voluerunt* Vulgo.

aut unus] Sic Neob. *unus* Vind., sed supra lineam scriptum est *aut*, sed a prima manu. Gr. *ἤ τις*.

secundum virilem] *secundum virile* Vind. *servilem* Neob.

dentur] Sic Vind. *detur* Neob.

aut datus] *datus* Vind. *datis* Neob. In Vind. tamen iam a prima manu supra *d* scriptum est *aut*, quod habet falsae lectionis emendationem, de qua vide notam sequentem. Gr. *ἢ ἐπιδοθείη*.

non] Sic Neob. *aut non* Vind., quod tamen Graecis repugnat.

CAP. III. Quodsi legitimorum filiorum fuerit pater, tunc res decernenda est, utrum tantummodo masculi, aut tantummodo feminae, an certe permixti sexus sint, quatenus lex undique perfectionem habeat et curiae utilitatem. Si ergo masculi tantummodo ei fuerint, filii vel nepotes forsan masculi ex praedefuncto filio, novem uncias in omnes filios sicut voluerit dividat, sic tamen, ut in nullo diminuatur lex, quae de inofficiosis legitur testamentis, nisi forte ingratitudinis modus hoc fecerit. Neque enim quae in his positae sunt leges omnino destruimus, illo omnimodo custodito, ut novem unciae inter non ingratos filios dividantur, et secundum hoc unusquisque subeat curiae paternae functionem, secundum quantum eis pater diviserit substantiam, tribus unciis tantummodo paternae derelictis voluntati, ubi eas pervenire voluerit, sive ad filios sive ad alium.

CAP. IV. Quodsi omnes feminae fuerint, si quidem eiusdem civitatis nuptae fuerint curialibus, licebit patri, si quidem nuptae fuerint, sicut dictum est, curialibus, dividere inter eas omnem substantiam, aut

NOV. XL. CAP. III. quodsi] Sic Neob. *uodsi* Vind.
tantummodo] Sic Vind. *tn* Neob., sed litteris *tn* lineola imposita est, qua re significatur *tamen*. Gr. μόνων.
aut] Sic Neob. *an* Vind. Gr. εἴτε.
tantummodo] Sic Vind. *tn* Neob., sed lineola superius iniecta est. Gr. μόνων.
an] Sic Vind. Neob. *aut* Vulgo.
certe] Sic Vind. *cer* Neob.
quatenus] *quatinus* Vind. Neob.
perfectionem] Sic Vind. *perfeccionem* Neob.
tantummodo ei] Sic Vind. Neob. *ei tantummodo* Vulgo. In Graecis videtur fuisse μόνον αὐτῷ.
fuerint] Sic Vind. *fiunt* Neob. Gr. καθεστήκοιεν.
vel] Sic Neob., deest in Vind. Gr. ἤ.
nepotes forsan] Sic Vind. *forsan nepotes* Neob. Gr. ἔγγονοι τυχόν.
ex] Sic Vind. *et* Neob. Gr. ἐκ.
sicut] Sic Neob. *sic* Vind. Gr. καθάπερ.
voluerit] Sic Vind. *voluit* Neob. Gr. βουληθείη.
tamen] Sic Vind. *tantum* Neob. Gr. μέντοι.
nullo] Sic Vind. Neob. *nulla* Vulgo. Gr. κατὰ μηδέν.
diminuatur] Sic Vind. *diminuant* Neob. *deminuatur* Vulgo. Gr. ἐλαττωθῆναι.
nisi] Sic Neob. *n* Vind., sed supra lineam circumflexus positus est. Gr. πλὴν εἰ μή.
neque] *nc neque* Neob., sed prioribus duabus litteris puncta subiecta sunt.
in his] Sic Vind. *his* Neob. Gr. ἐπὶ τούτοις.
destruimus] Sic Vind. *destruitur* Neob. Gr. ἀναιροῦμεν.
custodito] Sic Vind. *custoditur* Neob. Gr. φυλαττομένου.
novem] *noven* Neob.
unciae] *uncie* Neob.
hoc] Sic Vind. *quod* Neob. Gr. τοσοῦτον.
unusquisque] Sic Neob. *unus quis* Vind. Gr. ἕκαστον.
subeat] Sic Vind. *subead* Neob.
functionem] Hoc verbum et quae sequuntur usque ad voces *eis pater* in Neob., desunt, habentur autem in Vind.
quantum] Sic Vind. *quod* Vulgo. Gr. καθ' ὅσον.
diviserit] Sic Neob. *dividerit* Vind.
derelictis] Sic Neob. *relictis* Vind.
voluntati] *voluntatis* Vind. *voluntate* Neob., quod si servare velis, superius scribendum erit *paterna*.
sive ad filios] Haec et quae sequuntur usque ad finem huius capitis desunt in Vind., sed in Neob. sunt, qui tamen habet *alio* pro *alios*. Gr. παῖδας.
NOV. XL. CAP. IV. quodsi] *uodsi* Vind. *quodsesi* Neob., sed litteris *se* puncta subiecta sunt.
fuerint] Sic Vind. *fuit* Neob., sed supra litteram *i* circumflexus positus est. Gr. καθεστήκοιεν. Quod antea Vulgo est *nuptae*, in Vind. deest, et Graecis repugnat, ideoque omittendum fuit.
si quidem] Sic Vind. *si quide* Neob.
eiusdem] *eiusde* Neob.
civitatis] Sic Neob. *civitatibus* Vind. Gr. πόλεως. Quod Vulgo subiicitur *curialibus*, hoc loco nec in Vind. aut in Neob. est.
curialibus] Sic Neob., quod etiam Graecorum ordo confirmat. Deest in Vind.
licebit] Sic Neob. *licentia erit* Vulgo. In Vind. desunt, quae inde ab hoc verbo habentur usque ad *nuptae fuerint*.
curialibus] Inde ab hac voce denuo incipit oratio codicis Monacensis, in quo initium constitutionis desideratur foliis quattuor excisis.
omnem substantiam] Sic Vind. Mon. *omne suba* Neob., sed priori litterae *a*

certe novem uncias, secundum quo modo voluerit, respiciens et hic legem, quae de successionibus sine scriptura disposuit. Quodsi quaedam ex eis nuptae sunt curialibus, quaedam non his talibus, quidem novem unciae omnino relinquantur a patre curialium uxoribus, divisis et hic secundum quod pater voluerit, residuum autem eis, quae non curialibus propriae patriae nuptae, vel certe aliis, procul dubio legitima portione et eis omnino reservans. Quodsi necdum nuptae sint, tunc sub tali definitione scribendum est de his aut quandam aut quasdam ex eis in novem unciis esse heredes, quatenus omnimodo nubant eiusdem civitatis curialibus. Quodsi hoc non voluerit, aut ipse quidem scripserit, illae vero non pertulerint, novem unciae quidem ad curiam civitatis venient, tres autem unciae tantummodo inter omnes secundum quem lex vult dividantur in modum, deductis in rationem etiam dotibus earum.

lineola imposita ac litterae *b* circumflexus traiectus est. Gr. *τὴν ὅλην οὐσίαν*.

certe] *cte* Mon., sed litterae *c* littera *i* superius imposita est. Gr. *γοῦν*.

quo modo] Sic Neob. *quo* Mon., sed lineola ultimae litterae *o* iniecta est. In Vind. est *quominus*, sed litterae *m* a prima manu littera *o* imposita est, qua re *modo* significatur. Vulgo *quem modum*. Caeterum Os. *secundum* delendum esse censet.

voluerit] Sic Vind. Mon. *voluerint* Neob. Gr. *βουληθείη*.

respiciens] Sic Neob. Mon., deest in Vind. Gr. *προσέχων*.

legem] Sic Vind. Mon. *legen* Neob.

sunt] Sic Vind. Mon. *sint* Neob. Sed indicativum modum Graeca tuentur.

quaedam] *quae* Neob., sed ut in cont., Vind. Mon. Quod Vulgo subiicitur *vero*, in Vind. Mon. Neob. non est, ideoque omittendum videbatur esse.

quidem novem] Sic Vind. Mon. Neob. Verborum ordo Vulgo inversus est. Sed Graeca, si *κατὰ πόδα* transferas, codicum lectionem firmant.

omnino] Sic Vind. Mon. *omo* Neob., sed lineola superius iniecta est. Vulgo *omnimodo*. Gr. *πάντως*.

relinquantur] Sic Vind. Mon. *relinquentur* Neob. Gr. *καταλιμπανέσθω*.

curialium] *turialium* Neob., sed litteris *tu* puncta subiecta lineaeque inscriptum est *cu*. Gr. *τῶν βουλευτῶν*.

divisis] Sic Vind. Mon. Neob. *divisae* Vulgo. An interpres pro *διαιρούμενον* legit *διαιρουμέναις*?

et hic] *et his* Vind. Neob. *ex his* Mon. Gr. *κἀνταῦθα*.

eis] Sic Vind. Mon. Neob. *his* Vulgo.

non] *nc* Vind. Mon. Neob., sed lineola imposita, qua re *nunc* significatur. Sed littera *c* ex sequenti voce videtur adhaesisse; tum autem significaretur *non*. Gr. *μή*.

propriae] *proprie* Mon. Neob.

patriae] Sic Neob. *patrie* Mon. *patriae* Vind. Gr. *μοίρας*.

nuptae] Vulgo subiicitur *sunt*, quod in Vind. Mon. Neob. deest.

aliis] Sic Vind. Mon. *aliquid* Neob. Gr. *εἰς ἑτέρους*.

eis omnino] Sic Mon. Neob. *omnino eis* Vind. Gr. *κἀκείναις πάντως*.

reservans] Sic Vind. Mon. Neob. *reservata* Vulgo.

necdum] Sic Mon. Neob. *ne duorum* Vind. Gr. *μήπω*.

nuptae] Sic Vind. Neob. *nupte* Mon.

sint] Sic Vind. Mon. *sic* Neob. Gr. *ἔτυχον*.

sub tali] Sic Vind. Mon. *tali sub* Neob. Gr. *ἐπὶ τούτῳ*. An vero interpres legit *ἐπὶ τοιούτῳ*?

definitione] *diffinitione* Mon. Neob.

de his] Sic Vind. *de eis* Mon. Neob. *eas* Vulgo.

quandam] *quadam* Neob., sed ut in cont., Vind. Mon. Gr. *τινά*.

unciis] Sic Vind. Mon. *uncias* Neob. Vulgo.

quatenus] *quatinus* Vind. Mon. Neob.

civitatis curialibus] Sic Mon. Neob. *curialibus civitatis* Vind. Gr. *τῆς αὐτῆς πόλεως βουλευταῖς*.

non voluerit] Sic Vind. *voluit* Neob. Mon., sed supra litteram *u* et litteram *i* circumflexi positi sunt, qua re videtur significari *voluerit*.

aut] Sic Mon. Neob. *ut* Vind. Gr. *ἤ*.

illae] *ille* Vind. Mon. Neob. Gr. *αἱ δέ*.

scripserit] Sic Mon. Neob. *scripserint* Vind. Gr. *γράψειεν*.

pertulerint] Sic Mon. *pertulerit* Vind. Neob. Gr. *ἀνάσχοιντο*.

venient] Sic Vind. Neob. *veniet* Mon. *veniant* Vulgo.

tantummodo] Sic Vind. Mon. *tnmodo* Neob., sed prioribus litteris lineola imposita est. Gr. *μόνον*.

secundum] Sic Vind. Mon., deest in Neob. Gr. *καθ'*.

quem] Sic Mon. Neob. *que* Vind.

dividantur] Sic Vind. *videntur* Mon. Neob. *dividentur* Vulgo. Gr. *μεριζέσθω*.

in modum] Sic Vind. *modum* Neob.

CAP. V. Quodsi masculi et foeminae fuerint, masculi quidem omnimodo substantiae mediam habeant portionem, feminae vero residuam mediam, non integram quidem. Dabunt namque ipsae quartam partem curialibus fratribus, si tamen non fuerint curialium uxores omnes aut quaedam ex eis; quodsi ad tales pervenerint nuptias, et curialibus propriae fuerint sociatae, tunc liberabuntur a quarta curiae, utpote quae videntur et ipsae per viros suos, donec supersunt, esse participes functionum. Haec nos sancire oportere existimavimus, non quo auferamus hominibus propriarum rerum dispensationem, sed ut civitates non in integrum desolatae curiae remanerent, neque adinventionibus quibusdam forsan et impiis deminuerentur curiae. Denique cognovimus, quosdam interdictas lege contrahere nuptias, ut ex hoc non legitimi, sed naturales filii procreentur, et ipsis revera utpote extraneis relinquere, et sic fraudare curiam debita facultate.

mod Mon., sed ad ultimam litteram *d* virgula adiecta est.

ratione] Sic Vind. *roe* Mon., sed lineola superius iniecta est. Neob. *rone*, sed superius lineola posita est. Vulgo *rationem*. Gr. *ἐν λόγῳ*.

dotibus] Sic Mon. Neob. *doctis* Vind. Gr. *τῶν προικῶν*.

NOV. XL. CAP. V. foeminae] *fe͞e* Mon., sed supra ultimas quattuor litteras lineola posita est.

habeant] Sic Mon. Neob. *hnt* Vind., sed lineola tamen superius iniecta. Gr. *ἐχέτωσαν*.

omnimodo] Sic Vind. Mon. *omnino* Neob.

mediam habeant] Sic Vind. Mon. *quidem hnr* Neob., sed supra lineam ultimae voci lineola iniecta est. Gr. *τὴν ἡμίσειαν ἐχέτωσαν*.

quidem] Sic Vind. Mon. Neob. *tamen* Vulgo. Interpres pro *μέντοι* videtur sane habuisse *μέν*.

ipsae] *ıpe* Mon. Neob., sed lineola superius imposita est. Vind. *persone*. Gr. *αὗται*.

si tamen] Sic Vind. Mon. *curialem si tamen* Neob., sed priori voci puncta subiecta sunt.

fuerint] *fuerit* Neob., sed ad ultimam litteram circumflexus adiectus est.

quodsi] Postea Vulgo est *enim*, quod in Vind. Mon. Neob. deest, ideoque delendum fuit.

ad] Sic Vind. Mon. *a* Neob., sed supra lineam littera *d* posita est. Gr. *εἰς*.

propriae] Postea Vulgo subiicitur *patriae*, quod in Vind. Mon. Neob. non est.

tunc liberabuntur] Sic Vind. Mon., deest in Neob.

a] *a i* Vind., sed litterae *i* punctum subscriptum est.

curiae] Sic Vind. Neob. *curie* Mon. *parte* Vulgo.

utpote] *utpute* Vind., sed ut in cont., Mon. Neob. Gr. *οἷα*.

videntur] Sic Vind. Mon. Neob. *videantur* Vulgo.

ipsae] *ıpe* Mon. Neob., sed supra hanc vocem littera *s* posita est. Vind. *ipsa*. Gr. *αὗται*.

functionum] Sic Vind. Neob. *factionum* Mon. Gr. *τοῦ λειτουργήματος*.

haec] *s haec* Neob., sed priori litterae *s* punctum subiectum est.

existimavimus] Sic Neob. *extimavimus* Mon. *estimavimus* Vind.

quo] Sic Vind. Neob. *quod* Mon.

hominibus] *o hoībus* Neob., sed priori litterae *o* punctum subiectum est.

dispensationem] Sic Vind. Mon. *dispensationes* Neob., sed ultimae litterae *s* punctum subiectum est. Os. coniicit *dispositionem*, de qua re vide, quae notavimus in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung. Jan. 1842. Num. 134. p. 559. A.

civitates] Sic Vind. Mon. *civitatum* Vulgo. Gr. *τὰς πόλεις*.

in integrum] Sic Neob. *in* Mon., sed lineola superius imposita est. Vind. *in tegrum*. Vulgo *integre*. Gr. *τελείως*.

desolatae] Sic Neob. *desolate* Mon. *dare* Vind., sed postea lacuna quattuor fere litterarum notata est.

remanerent] *remanent* Mon. Neob.

quibusdam] *cuiusdam* Vind. Neob. *c𝔡dam* Mon. Hinc corrigendum, ut in cont. Gr. *τισίν*.

deminuerentur] *diminuerentur* Vind. *deminuerent* Mon. Gr. *ἐλαττοῦσθαι*.

denique] Sic Vind. Neob. *dein* Mon., sed ultimis duabus litteris circumflexus impositus est. Gr. *τοιγαροῦν*.

quosdam] Sic Mon. Neob. *quedam* Vind. Gr. *τινάς*.

legitimi] Sic Vind. Neob. *legitime* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont.

utpote] Sic Mon. Neob. *utpute* Vind. Gr. *ὡς*.

extraneis] Sic Vind. Mon. *extraneldis* Neob.

fraudare] Sic Vind. Mon. Neob. *defraudare* Vulgo.

debita] Sic Vind. Mon. *debitam* Neob.

CAP. VI. Sed et illud etiam ex ipso reperimus experimento, quod adversus curiam fit, multi, quasi dicentes, aut sacri aerarii, aut vicaneae, aut purpurariae, aut alterius cuiuscunque esse conditionis alterum suum parentum curialis, se tentant coniungere aut sacri aerarii, vel vicaneorum, vel purpurariae, aut alteri cuicunque conditioni, et curiam evitare. Sancimus itaque, nullam esse talem artem adversus publicum, sed omnino, sive ex sacri aerarii matre, sive ex purpuraria, sive ex vicanea nati fuerint filii curiales, conditionem curiae obtinere ******. Curiales namque pauciores ubique nostra in republica sunt, sacri autem aerarii et vicanei et purpurarii in multitudine effusi sunt deinde, et

NOV. XL. CAP. VI. adversus] Sic Vind. Mon. *aversus* Neob. Gr. κατά.

fit] Sic corrigendum ex Graeco γίνεται, cum Vind. Mon. Neob. habeant *sit*. Vulgo *sint*.

multi] Sic Vind., deest in Mon. Neob.

quasi dicentes] Sic Mon. Neob. *dicentes quasi* Vind.

aerarii] *errarii* Vind. *erarii* Mon. *erarie'* Neob., sed ultimae litterae *e* punctum subiectum est.

vicaneae] *vicanee* Mon. *vicanei* Neob. *vicaneorum* Vind.

purpurariae] Sic Vind. *pparie* Mon., sed litteris *pp* duo circumflexi impositi sunt. Neob. *purpurati*. Quae postea leguntur *aut alterius* usque ad *ex purpuraria*, in Neob. plane desunt, quod sine dubio propter utriusque vocis similitudinem accidit.

cuiuscunque] Sic Neob. *c9cunque* Mon. *cuiusdam* Vind.

esse conditionis] Sic Mon. Vind. *conditionis esse* Neob., quod tamen Graecis καθεστάναι καταστάσεως repugnat.

suum] Sic Vind. Mon., deest Vulgo. Non dubito hoc esse in contextu recipiendum, modo scribatur *suûm*. Gr. τῶν αὐτῶν γονέων.

parentum] Sic Mon. Neob. *parentium* Vind.

se tentant] *se temptare* Vind. *se temptant* Mon. *et tentant* Vulgo.

coniungere] *coniugem* Mon. Vind. *adiudicare se ipsos* Vulgo. Gr. προσνέμειν.

aut sacri] Sic Vind. Mon. *vel sacri* Vulgo.

aerarii] *errarii* Vind. Mon.

vel] Sic Vind., deest in Mon. Gr. ἤ.

vicaneorum] Sic Vind. Mon. *vicaneae* Vulgo.

vel] Sic Vind. Neob. *aut* Mon.

alteri] Sic Mon. *alterius* Vind. *aliis* Vulgo.

cuicunque] Sic Mon. *cuiuscunque* Vind. *quibuscunque* Vulgo.

conditioni] Sic Mon. *conditionis* Vind. Dativum casum sane etiam Graeca habent, et Latina requirunt.

curiam] Sic Mon. *curia* Vind. Gr. τὸ βουλευτήριον.

evitare] Sic Mon. *et vitare* Vind. Gr. ἐκκλίνειν.

artem adversus] Sic Mon. Neob. *adversus artem* Vind. Gr. τέχνην κατὰ τοῦ.

publicum] Sic Vind. *p* Mon., quare idem significatur.

aerarii] *errarii* Vind. Mon.

purpuraria] *paria* Mon., sed priori litterae circumflexus impositus est.

vicanea] Sic Vind. Neob. *vicanei* Mon. Gr. κωμητικῆς.

nati] Sic Vind. Mon. *nata* Neob.

curiales] Sic Vind. Mon. Neob. *curiali* Vulgo. Pro βουλευτῇ interpres videtur habuisse βουλευτής.

conditionem curiae] Sic Vind. Mon. Neob. *curialem constitutionem* Vulgo. Gr. τὴν βουλευτικὴν τύχην.

obtinere] *optinere* Vind. Quod postea Vulgo additur *volumus*, in Vind. Mon. Neob. deest, ideoque omittendum fuit. Sed cum in Graeco sit βουλόμεθα, quod interpres vertere neglexit, lacunae signa ponenda fuerunt.

namque] Sic Vind. Mon. Neob. *enim* Vulgo.

pauciores] Quod postea Vulgo est *sunt*, in Vind. Mon. Neob. deest.

ubique] Quod postea Vulgo additur *locorum*, in Vind. Mon. Neob. deest, ideoque omittendum fuit.

nostra in republica] Sic Vind. *in nostra r.p.* Mon. Neob.

sunt] Sic Vind. Mon. Neob., deest Vulgo. Gr. εἰσί.

autem] *aut* Neob., sed lineola superius iniecta est. Mon. *at*, sed lineola superius imposita est. Vulgo *vero*.

aerarii] *errarii* Vind. *erarii* Mon. Neob.

multitudine] Sic Vind. Mon. Neob. *multitudinem* Vulgo.

sunt] Antea Vulgo est *constituti*, quod in Vind. Mon. Neob. deest, ideoque delendum fuit.

deinde] Sic Neob. *dein* Vind. Mon., sed ultimae syllabae circumflexus impositus est.

congruens magis est ampliare curias civitatum in paucis corporibus angustatas, quam multitudinem multitudini adiicere. Quodsi quidam nomine propriae matris, tanquam quae sacri aerarii, vel purpurariae, aut vicaneae conditionis sit, se subtrahere a curiae conditione tentaverunt vel tentaverint, a nuper praeterita decima indictione et ipsa ea, quae secundum hunc acta sunt modum sive a nostra aula, sive aliunde, vacua et invalida sint, et hos tales curiales de cetero esse sancimus. Nam si quid actum est ante decimam indictionem, hoc firmum et in sua fortitudine permanere volumus eum. Excepimus autem ad hanc nostram divinam constitutionem Theodosium et eius fratres, et filios Iohannis, qui cognomen habuit Xescon, qui se in sacri aerarii conditionem permutaverunt, licet de curialibus essent patribus, et omne, quidquid actum est in eorum liberatione, destruimus. Nihil enim eorum, quae

congruens magis] Sic Vind. *magis est congruens* Mon. *magis congruens* Neob. *congruens est magis* Vulgo.
ampliare] Sic Mon. Neob. *amplicare* Vind. *amplificare* Vulgo.
curias] Sic Vind. Mon. *curi* Neob. Gr. τὰ βουλευτήρια.
civitatum] Sic Vind. Mon. *civitates* Neob.
multitudinem] Sic Mon. Neob., deest in Vind., sed contra Graecorum tenorem.
multitudini] Sic Mon. Neob. *multitudine* Vind., quod tamen sententia loci refutatur.
adiicere] *adicere* Mon. Neob.
matris] Sic Neob. Vind. *matri* Mon. Gr. μητρός.
quae sacri] *que sacri* Vind. Neob. *sacri* Mon.
aerarii] *errarii* Vind. Mon. *erarii* Neob.
vel] Sic Vind. Mon. *q* Neob., sed lineola superius iniecta est, qua re significatur *quae*.
vicaneae] *vicanee* Mon. Neob. *vicane* Vind., sed supra litteram *i* circumflexus positus est.
sit] Sic Vind., deest in Mon. Neob. Gr. οὔσης.
tentaverunt] *temptaver̄* Mon.
tentaverint] *temptaverint* Mon.
decima] Sic Vind. Neob. *decimam* Mon.
indictione] *indiccione* Neob. *indicione* Mon. *inditione* Vind.
ipsa] Sic Vind. Neob. *ipse* Mon. Gr. αὐτά.
ea] In Vind. Mon. antea est *et*, quod etiam Vulgo deest, et in Neob. habetur, nec sane Graecis firmatur.
sunt] Sic Vind. Mon. Neob. *sint* Vulgo.
sint] Sic Vind. Mon. *sunt* Neob.
sancimus] Sic Vind. Mon. *saccimus* Neob.
hos tales] Sic Mon. Neob. *hospitales* Vind. Gr. τοὺς τοιούτους.
est] Sic Vind. Neob., deest in Mon.
decimam] Sic Vind. Mon. *decima* Neob.
indictionem] Sic Vind. *indicionem* Mon. *indictioe* Neob., sed ultimis duabus litteris lineola imposita est.
eum] Sic Vind. Mon. Neob., deest Vulgo.
excepimus] Sic Vind. Mon. Neob. *excipimus* Vulgo, quod sane melius habet propter Gr. ἐξαιροῦμεν.
ad] Sic Vind. Mon. Neob. *ab* Vulgo.
hanc] Sic Vind. Mon. Neob. *hac* Vulgo.
nostram] Sic Vind. Mon. Neob. *nostra* Vulgo.
divinam] Sic Vind. Mon. Neob. *divina* Vulgo.
constitutionem] Sic Vind. Mon. Neob. *constitutione* Vulgo.
fratres] Sic Vind. Neob. *frr* Mon., sed lineola superius imposita. Gr. ἀδελφούς.
Iohannis] *Iohis* Mon. Neob., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est. Vind. *Ioh*, sed per litteram *h* circumflexo traiecto.
qui] Sic Vind. Neob. *per* Mon.
habuit] Sic Vind. Mon. *huit* Neob., sed litterae *i* circumflexus adiectus est.
Xescon] *sex eos* Vind. *sex* Mon., deest in Neob.
qui] Sic Vind. Mon., deest in Neob.
se in] Sic facile corrigendum ex eo, quod habet Vind. *in se*. In Mon. *se*, in Neob. *se in* non est. Gr. ἑαυτοὺς εἰς ταμειακήν.
aerarii] *errarii* Vind. *erarii* Mon. Neob.
permutaverunt] Sic Vind. Mon. Neob. *se perscripserunt* Vulgo.
patribus] Sic Mon. Neob., in quo supra litteram *i* littera *s* posita est. Vind. *de patribus*. Vulgo additur: *ante decimam indictionem*, quod in Vind. Mon. Neob. deest.
omne] Sic Vind. Mon. *oe* Neob., sed supra has litteras lineola posita est.
quidquid] *quicquid* Vind. Mon.
liberatione] Sic Vind. Mon. Neob. *liberationem* Vulgo. Gr. ἐπ' ἐλευθερίᾳ τούτων.
quae] Sic Vind. Neob. *que* Mon.

habuerunt, frui volumus, sed curiales esse, et quae curialium sunt agere, et ad functiones curiae respicere, nihil, sicut praelocuti sumus, eis prodesse possibile, etsi quid elicitum ei est sive ex nostro palatio sive aliunde.

EPILOGUS. Quae igitur visa sunt nobis et ad utilitatem civitatum et curiarum complacuerunt, et quae per hanc indicantur legem, tua excellentia et custodire et operi tradere festinet; imminente poena XX. librarum auri adversus eum, qui hanc legem nostram praevaricare praesumserit. *Dat. XV Kal. Mart. CP. Belisario V. C. Cons.* (535.)

XLI. GLOSS.

DE RESTITUTIONIBUS, ET EA, QUAE PARIT UNDECIMO MENSE POST MORTEM VIRI.

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, P. P. Orientis secundo.

PRAEFATIO. Decursio et varietas humanae naturae et paulatim

habuerunt] Sic Neob. Mon. *licuerunt* Vind. Atque *habuerunt* vel *tenuerunt* legendum esse iam Os. coniecerat.

functiones] *fctionum* Mon. Neob., sed litterae *c* lineola imposita est, sed ut in Cont., Vind.

curiae] *curiales* Vulgo.

possibile] Sic Vind. Mon. Neob. *possibili* Vulgo.

etsi] Sic Vind. *set etsi* Mon. *set si* Neob.

quid] Sic Vind. Mon. *quidem* Neob. Gr. *τι.*

ei est] Sic Vind. Neob. *sit ei* Mon.

NOV. XL. EPIL. visa] Haec vox in Neob. bis scripta, sed secunda vice punctis subiectis notata est.

utilitatem] Sic Vind. Neob. *hutilitatem* Mon.

curiarum] Sic Mon. Neob. *curialium* Vind. Gr. *τῶν βουλευτηρίων.*

complacuerunt] Sic Vind. Neob. *placuerunt* Mon. Gr. *δόξαντα.*

tua] Sic Neob. Mon. *tuam et* Vind.

excellentia] *excelentia* Neob. *excellentiam* Vind.

et custodire] Sic Vind. Mon. *custodire* Neob. Gr. *καὶ φυλάττειν.*

imminente] *iminente* Mon. *imminentem* Vind.

poena] *pena* Mon.

adversus] *aversus* Neob. Gr. *κατά.*

eum] *eos* Mon., sed sec. m. correxit *eum.*

praevaricare] Sic Vind. Mon. Neob. *praevaricari* Vulgo.

Dat.] Sic Vind. Mon. *data* Neob. Cont., qui hanc subscriptionem a se restitutam esse in nota marginali profitetur.

XV.] Sic Mon. Neob. Cont. *V.* Vind.

Kal.] Sic Cont. *kl.* Vind. Mon. Neob., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

Mart.] Sic Cont. *Marc.* Vind. Mon., sed supra lttteras *rc* lineola posita est. In Neob. est *Mit9*, sed supra litteram *t* lineola posita est.

CP.] *cp.* Neob., sed superius lineola iniecta est. Mon. *Cap.*, sed lineola superius iniecta. Vind. *Constantinopolin*, Vulgo *Constantinop.*, Cont. *Constantinopoli.*

hominibus] *omnibus* Berol., sed supra litteram *o* a secunda manu littera *h* posita est. Gr. ἀνθρώποις.

est, quod ipsa quoque commemoratione ornatur imperii. Consules etenim et indictiones et quod quidem indicium temporum omnino est apud nos, sunt quidem forsan et haec significativa horum, quae volunt, non tamen nos aliquid horum perimimus, sed maiorem adiectionem eis inponimus, ut ex maioribus et perfectioribus eis temporum designetur cursus. Si quis enim respexerit ad vetustissima omnium et antiqua reipublicae, Aeneas nobis, Troianus rex, reipublicae princeps, et nos quidem Aeneadae ab illo vocamur, sive quis etiam ad secunda principia respexit, ex quo pure Romanorum nomen apud homines coruscavit, reges eam constituerunt Romulus et Numa, ille quidem civitatem aedificans, ille autem eam legibus ordinans et exornans, sive etiam tertia principia sumat quilibet imperii, Caesarem maximum et Augustum Pium, et ita rempublicam nobis inveniet hanc, quae nunc est, valentem (sitque immortalis ab illis procedens). Erit ergo absurdum in documentis et his, quae in iudiciis aguntur, et absolute in omnibus, in quibus memoria quaedam fit temporum, non imperium his praeponi.

CAP. I. Unde sancimus, eos, quicunque gestis ministrant, sive

commemoratione] Sic Vind. Berol. *in commemoratione* Mon., sed priori litterae *n* punctum subiectum est.
ornatur] Sic Berol. Mon. *ornentur* Vind., sed litterae *ne* a secunda manu scriptae sunt. Gr. κοσμεῖται.
indictiones] *indictionis* Vind. Berol. I., in quo quidem solo non est, quod Vulgo antea est *et*. Gr. καὶ ἐπινεμήσεις.
quod quidem] Sic Vind. Mon. *quod* Hamb. Trid. Port. *quotquot* I. *quodquod* Berol. *quodcunque* Vulgo. Ego crediderim interpreti ob oculos fuisse ὅτιπερ. Hinc emendanda sunt, quae dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung Juni 1842. Num. 135. p. 563.
indicium] *indicia* I. *iudicium* omnes mei codd., perpetua fere harum vocum confusione. Notat Acc. *alias indicium*. Gr. δεῖγμα.
est] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed secunda manus supra lineam posuit *ht*, cui tamen voci lineola iniecta est; deest etiam in I. Gr. ἐστί.
apud nos] Sic Vind. Berol., sed supra vocem *apud* a secunda manu scriptum *et*. Mon. *et apud*. Gr. παρ' ἡμῖν.
significativa] Sic Vind. Berol. *significata* Mon., sed ultimae litterae circumflexus impositus est, in quo quidem secunda manus correxit *significativa*. Gr. δηλωτικά.
volunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quis vult* Vulgo.
aliquid] Sic Vind. Mon. I. *aliquod* Berol. Gr. τι.
maiorem] Sic Vind. Mon. *a maiorem* Berol., sed priori litterae *a* punctum subiectum est.
inponimus] Sic Vind. Mon. *imponimus* Vulgo. Caeterum verba *sed maiorem — inponimus* in I. desunt.
designetur cursus] Sic Vind. Mon. *cursus designetur* Berol. Caeterum I. *design. eis temporum curs.* Gr. δηλῶται δρόμος.
vetustissima] Sic Vind. *vetustissimam* Mon. *venustissimam* Berol. Gr. πρὸς τὰ παλαιότατα.
omnium] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *hominum* Trid. Port. Gr. πάντων.
antiqua] Sic Vind. Berol. *antiquam* Vulgo. *antiqua hominum* I. Gr. ἀρχαῖα.
Aeneas] *Eneas* Berol. *Heneas* Vind.
Troianus] Sic Vind. Berol. *Troianis* Mon., sed ultimae litterae *i* littera *u* superius iniecta est.
quidem] Sic Mon. *qui* Vind. Berol. I.
Aeneadae] *Eneade* Vind. Berol. *Eneades* Mon. I., sed ultima littera tantum a secunda manu scripta est. Gr. Αἰνειάδαι.
sive quis] *sive etiam quis* I.
etiam] deest in I.
respexit] Sic Vind. *respexerit* Mon. Berol.
coruscavit] *corruscavit* Vind *corruscau* Berol., sed ultimae litterae lineola imposita est.
reges] *et reges* I.
ille autem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *hic autem* Vulgo. Gr. ὁ δέ.
immortalis] *inmortalis* Mon. Post haec Vulgo parenthesis, quae a verbis *sitque* incipit, concluditur.
procedens] Sic Vind. Mon. Berol. I. *procedentem* Vulgo. Interpres manifesto προϊοῦσα legit.
his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.
quae] *que* Vind. *q9*, Berol., sed secunda manus supra lineam scripsit *que*.
fit] *sit* I.
imperium his] Sic Vind. Mon. *his imperium* Berol. *imperium in his* I.
NOV. XLVIII. CAP. I. PR. sancimus] Sic Vind. Berol. *saccimus* Mon.

in iudiciis, sive ubicunque conficiuntur acta, et tabelliones, qui omnino qualibet forma documenta conscribunt in hac magna civitate, sive in aliis gentibus, quibus nos praesidere dedit deus, hoc modo incipere in documentis: Imperii illius sacratissimi Augusti et imperatoris anno toto, et post illa inferre consulis appellationem, qui illo anno est, et tertio loco indictionem, mensem et diem. Sic enim per omnia tempus servabitur, et pro imperii memoria atque consulatus ordine et reliqua observatione interposita documentis inadulterata haec valde constituuntur. §. 1. Si qua vero apud Orientis habitatores aut alios homines observatio custodiatur in civitatum temporibus, neque huic invidemus, sed praescribatur quidem imperium, sequatur vero, sicut dictum est, consul et indictio atque mensis et dies, secundum quam geruntur et scribuntur quae geruntur, et tunc inferatur etiam civitatis omnibus modis annus. Nos enim auferimus quidem priorum nihil, imperiali vero additamento causam augemus. Et inchoetur mox auctore deo a praecedente prima indictione, ita quodammodo eis scribentibus: Imperii Iustiniani sacratissimi Augusti et imperatoris anno XI. et post consulatum Flavii

qui] In Vind. Mon. Berol. I. *et* omissum, quod Vulgo antea positum est.
forma] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. σχῆμα.
hac] Sic Mon. Berol. *haec* Vind. Gr. ταύτης.
gentibus] Postea Vulgo et in I. est *omnibus*, quod in Vind. Mon. Berol. deest.
praesidere] Sic Vind. Mon. *possidere* Berol., sed sec. m. correxit *praesidere*. Gr. ἐξάρχειν.
deus] Sic Mon. Berol. *dus* Vind., sed secunda manus supra litteram *u* litteram *e* posuit.
illius sacratissimi] Sic Vind. Berol. *sacratissimi illius* Mon. Gr. τοῦδε τοῦ θειοτάτου.
et imperatoris] Sic Vind. Mon. Berol. I. Prior vox *et* Vulgo non est. Gr. καὶ αὐτοκράτορος.
toto] Sic Vind. Mon. Berol. *tali* Hamb. *tertio* Trid. Port. I. Interpres, ut τοσοῦδε, quo anni numerus significatur, in Latinum transferret, ex voce *tot* novum genus sermonis effinxit.
illo] Sic Vind. Mon. Berol. *in illo* I. Vulgo.
inadulterata] Haec vox, quaeque sequuntur usque ad vocem *Orientis*, in Vind. plane desunt, habentur in Mon. Berol.
constituuntur] Sic Mon. Berol. I. *constituentur* Vulgo.
NOV. XLVIII. CAP. I. §. 1. qua] Sic Mon. Berol. I. *quae* Vulgo.
vero] Sic Mon., deest in Berol., sed supra lineam scriptum est. Gr. δέ.
praescribatur] Sic Mon. Berol. *perscribatur* Vind. Gr. προτετάχθω.
sicut] Sic Mon. *sicuti* Vind. Berol. I.
indictio] *inditio* Mon., sed supra litteram *t* secunda manus litteram *c* scripsit. Gr. ἐπινέμησις.
mensis] Sic Mon. *mensis is* Berol., sed ultimis duabus litteris puncta subiecta sunt. Deest in Vind. Gr. μήν.
secundum quam] Sic Mon. Vind. *quam secundum* Berol., ubi tamen secunda manus ordinem verborum esse immutandum adnotavit. I. *secundum quae*. Gr. καθ' ἥν.
geruntur] Sic Vind. Mon. *gert* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola iniecta est, secundaque manus supra lineam litteras *et* addidit.
scribuntur] Sic Mon. *conscribuntur* I. Vulgo. Gr. γράφεται.
quae] *que* I.
geruntur] Sic Vind. *aguntur* I. Vulgo.
inferatur] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *inseratur* Port. Vulgo. Gr. ἐπαγέσθω.
omnibus modis] Sic Vind. Berol. *modis omnibus* Mon. Gr. πᾶσι τρόποις.
quidem] *quidam* I.
mox] *quidem mox* I.
deo] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a secunda manu supra lineam positum est. Gr. ἡγεμόνι θεῷ.
praecedente] Sic Vind. Berol. Port. *procedente* Mon. Hamb. Trid. I. Quod Vulgo antea est *a*, in I. deest. Gr. προϊούσης.
indictione] Sic Mon. Berol. *inditione* Vind.
eis] Sic Mon. Berol. *ei* Vind., sed secunda manus litteram *s* adscripsit. Gr. αὐτῶν.
imperii] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem secunda manus supra lineam scripsit *scd*, ut per ultimam litteram circumflexus traiiciatur.
Augusti] *principis augusti* I.
imperatoris] *inperatoris* Mon.
et post] Sic Vind. Mon. Berol. I. Prior vox *et* Vulgo desideratur. Gr. καὶ μετά.

Belisarii viri clarissimi anno II., die nono Kalendas, sicque in omnibus nominentur imperii anni, et nostri, in quantum eos deus elongaverit et de cetero imperatorum. Palam namque est, quia nunc quidem annum XI. nostri scribunt imperii, inchoante vero Aprile mense, et prima die, in qua nos deus Romanorum superposuit rebus, XII. annum scribent, et ita de cetero, donec nostrum deus imperium extenderit, ut nobis etiam haec causa super leges et harum celebrationem continue maneat immortalis, dum memoria imperii omnibus simul interfuerit causis atque temporibus.

CAP. II. Illud quoque adiicimus, quia, quoniam hi, qui tempus in iudiciis designant, cum incertis illis et antiquis litteris hoc declarant, observetur in omni iudicio, ut post illas litteras antiquitatis alias subdant, id est has communes et omnibus notas, et quae legi ab omnibus facile possint, et significare gestorum tempus, ut non fatigentur requirentes tempus, deinde errantes exspectent, donec hominem quem-

Belisarii] *Bilisarii* Vind. Mon. Berol. I.
viri clarissimi] Sic Vind. Mon. I. *clarissimi viri* Vulgo.
die nono] Sic Vind. Mon. Berol., sed supra vocem *nono* in Mon. a secunda manu scriptum est: *a¢. toto R/.* Vox *die* deest in I. *IX.* Hamb. Trid. Port. *ante tot et tot* Vulgo.
Kalendas] *Kal.* Hamb. Trid. *Cal. Iunii* Port. *K.* Mon. *Kal. idus* I.
nominentur] Sic Mon. *ominentur* Vind., sed secunda manus litteram *n* praeposuit. Berol. *nominentur*, quod tamen a secunda manu scriptum est.
quantum] Sic Vind. Mon. Berol., sed in hoc secunda manus litteris *um* imposuit litteras *vel o.*
eos] Sic Mon. Berol. *eam* Vind.
imperatorum] *inperatorum* Mon.
nunc] Sic Mon. *tunc* Vind. I. Berol., in quo quidem secunda manus supra lineam scripsit *vel nunc.* Gr. νῦν μέν.
XI.] Sic Vind. Mon. *udecimum* Berol., sed lineola supra priorem litteram *u* iniecta, cui deinceps puncta subiecta sunt Gr. ἑνδεκάτου.
scribunt] Sic Mon. Berol. *dicunt* Vind. Pro γράψουσι interpres videtur habuisse γράφουσι.
inchoante] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἀρχομένου.
Aprile] Sic Vind. Mon. Berol. *Aprilis* I. *Aprili* Vulgo.
mense] In Vind. postea est *inchoante.*
prima] *a prima* I.
XII.] Sic Mon. Berol. *duodecimum* Vind.
scribent] *scribunt* I.
deus imperium] Sic Vind. Mon. *imperium deus* Berol. I. Gr. ὁ θεὸς τὴν βασιλείαν.
ut] *ita ut* I.
leges] Sic Vind. Mon. *geles* Berol. Gr. πρὸς τοῖς νόμοις.
harum] Sic Vind. Berol. *earum* Mon. Gr. τούτων.
celebrationem] *celebratione* I.
immortalis] Sic Vind. Berol. *inmortalis* Mon.
imperii] Sic Vind. Mon. *imperatoris* Berol. Gr. τῆς βασιλείας.
interfuerit] Sic Vind. Berol. *interfiunt* Mon., sed sec. manus scripsit *interfuerint.* Gr. συμπαραγινομένης.

NOV. XLVIII. CAP. II. adiicimus] *adicimus* Mon. Berol. *addimus* Vind. Gr. προστίθεμεν.
quia] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Pro *quia quoniam* I. habet *quoniam qui.* Gr. ὥστε.
hi] *hii* Vind. Mon. Berol. Voces *hi qui* in I. desunt.
designant] Sic Vind. Mon. *designat* Berol., sed litterae *a* lineola imposita est. Gr. ἀποσημαίνοντες.
hoc] Sic Vind. Mon. Berol. *haec* Vulgo. Gr. αὐτόν.
has] In Berol. quidem litterae *a* circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit.
et omnibus] Sic Vind. Mon. *in omnibus* Berol. Pro verbis *ab omnibus facile* I. habet *facile ab omnibus.* Gr. καὶ ἅπασι.
possint] *possunt* I.
tempus] Sic Vind. *id tempus* Mon. Berol. I., quod etiam Vulgo habetur. Gr. τὸν χρόνον.
exspectent] Sic Berol. *expectent* Vind. Mon.
donec] *chonec* Vind.
quemcunque] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quendam* Vulgo.

cunque comperiant litteras illas pro veritate lecturum. Sed si quidem reliqua etiam post praescriptionem incertarum litterarum graecae sint vocis, graecis litteris subdi tempus; si vero latinus quidem totius chartae consistat ordo, latinis quidem perscribatur tempus, interpositis illis incertis elementis, clariorem tamen ordinem habentibus litteris, quas licet omnibus legere omnino syllabarum latinarum ignaris.

EPILOGUS. Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, et in hac maxima civitate, et in provinciis universis, quibus praeest, manifesta constituat, ut nullus praesumat aliter numerare tempus, aut aliud agere, sed ita, sicut modo decrevimus. *Dat. Kal. Sept. CP. imperatore Iustiniano pp. Augusto anno XI., p. c.' Belisarii V. C. anno secundo indictione I.* (537.)

comperiant] Sic Vind. Mon. *ccipiat* Berol., ut tamen priori litterae *c* lineola imposita ultimaeque litterae *t* circumflexus appositus sit. Secunda autem manus litteris *ci* puncta supposuit. Gr. *περιτύχοιεν*.

illas] Sic Vind. Mon. *litillas* Berol., sed prioribus tribus litteris secunda manus puncta supposuit. Gr. *ἐκεῖνα*.

sed] Sic Mon. Berol. *litterarum* Vind., quo deleto secunda manus lineae imposuit *sed*. Gr. *ἀλλ'*.

si quidem] Haec et reliqua quae usque ad voces *graecae sint* habentur, in Vind. non sunt, sunt autem in Berol. Mon.

reliqua] Sic Berol. *reliquam* Mon. Gr. *τὰ ἐφεξῆς*.

praescriptionem] Sic Mon. *perscriptionem* Berol. Vulgo. Gr. *προγραφήν*.

graecae sint vocis] Sic Mon. Berol. *sint graecae vocis* Hamb., sed a secunda manu. Trid. Port. *si graecae sint vocis*. Gr. *τῆς ἑλλάδος εἴη φωνῆς*.

graecis litteris] Sic Vind. Mon. *litteris graecis* Berol. Gr. *γράμμασιν ἑλληνικοῖς*.

latinus] Sic Mon., sed litterae *u* punctum subiectum est. *latinis* I.

quidem] Sic Vind. Mon. *quidam* Berol. Gr. *τις*.

chartae] Sic Vind. Berol. *carte* Mon.

consistit] Sic Mon. *consistat* Vind. Berol. Gr. *καθέστηκε*.

latinis] *latinas* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. In Berol. scriptum est *latinas*, sed secunda manus ultimam litteram *s* delevit lineaeque imposuit *e*.

quidem] Sic Mon. Berol. *quidam* Vind. Gr. *μέν*.

perscribatur] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *praescribatur* Trid. Port. *subscribatur* Vulgo.

incertis] Sic Vind. Berol. *certis* Mon. Gr. *ἀσαφέσιν*.

tamen] Sic Vind. Berol. *tantum* Mon. Gr. *μέντοι*.

litteris] Sic Vind. Mon. *literis* Vulgo.

licet] Sic Berol. I. *liceat* Vind. Mon., quod etiam Vulgo habetur. Gr. *ἔξεστι*.

syllabarum] *sillabarum* Vind. I. *syllarum* Mon., sed per litteras *ll* circumflexus traiectus est.

ignaris] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I., qui non habent, quod Vulgo antea est *non*. Itaque interpres *οὐκ* illud non videtur in cont. habuisse.

NOV. XLVIII. EPIL. et] Sic Vind. Mon. *ut* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont.

praeest] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. *praees* Port. Vulgo. Gr. *ἄρχει*.

aliud] Sic Mon. Berol. *aliu* Vind., sed ultimae litterae punctum subiectum est.

modo] Sic Vind. Mon. *dudum* Berol. I.

Dat.] Sic Mon. *d.* Vind. *datum* I.

Kal.] Sic Vind. I. *pridie Kal.* Mon., quod etiam Vulgo habetur, sed tum non conveniet cum *indictionis primae* adiectione, quae a Kalendis Septembribus incipit.

Sept.] Sic Vind. *Septemb.* Mon. I.

CP.] Sic Vind., deest in Mon. I. *Constantinop.* Vulgo.

imperatore] *imperator* Mon., deest in Vind. I. *imperante* Vulgo. Caeterum possis et: *imperatoris Iustiniani Augusti*.

Iustiniano] *Iust.* Vind. Mon., deest in I.

pp.] Sic Mon., deest in Vind. *perp.* Vulgo. Deest in I.

Augusto] *aug.* Mon., lineola superius imposita. Deest in Vind. I.

anno XI.] *an. XI.* Vind., deest in Mon.

p. c.] Sic Vind., deest in Mon. Berol.

Belisarii] *Bil.* Vind. *Bilisaio* Mon., sed supra litteras *ai* circumflexus impositus est. I. *Bili.*

V. C.] *vic. con.* Mon., sed superius lineola imposita est. I. *viro clarissimo.* Deest in Vind.

secundo] *scdo* Mon., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est. Vind. *II.*

indictione I.] Sic Mon., deest in Vind. I.

XLIX.

APPELLATIONES EX QUINQUE PROVINCIIS, CARIA ET CYPRO, CYCLADIBUS INSULIS ET MYSIA ET SCYTHIA, APUD QUEM OPORTEAT EXAMINARI.

Imp. Iust. Aug. Bono, Quaestori Iustiniani exercitus.

PRAEFATIO. Scimus pridem sacram facientes constitutionem, secundum quam tuae gloriae tradidimus quinque has provincias, Cariam et Cyprum et in circuitu positas insulas, insuper et Mysiam ac Scythiam, ad constituendum eas sub tua gloria adiicientes, et sub appellatione factas causas per memoratas provincias nequaquam ad gloriosissimos nostros praefectos, sed ad tuam remitti magnificentiam. Quia igitur multi adierunt nos ex Caria et Rhodo et Cypro, difficultatem patientes et dicentes, cogi se frequenter hiemis tempore venire ad Scythiam et Mysiam, ubi deges, et ibi appellationes, forte neque pro

NOV. XLIX. XLIX.] *XLVIIII.* Vind. Deest in Berol. Neob. In Mon. haec Novella desideratur tota.
appellationes] Sic Berol. Neob. *apellationes* Vind.
quinque] Sic Berol. *XXV.* Neob. *Pquuacq*, Vind., sed supra litteram *c* littera *e* posita est, quod tamen secunda manus correxit *quinque.*
provinciis] *provintias* Neob.
Cypro] Sic Vind. Berol. *quipro* Neob.
Cycladibus] Sic Vind. Berol. *Cicladibus* Neob.
Mysia] *Misia* Vind. Neob.
Scythia] *Scithia* Vind. *Sithia* Neob.
apud] Sic Berol. *aput* Vind. *ap* Neob., sed ultimae litterae lineola imposita est.
quem] Sic Vind. Berol. *q* Neob., sed tamen lineola imposita.
examinari] Sic Vind. *examinare* Neob. Berol.
Iust.] Sic Vind. Neob. *I.* Berol., sed supra lineam lineola posita est. *Iustinianus* Vulgo.
exercitus] Sic Vind. Neob. Berol., in quo quidem ad finem huius vocis adscriptum est *s.*
NOV. XLIX. PRAEF. PR. scimus] Sic Vind. Berol. *cimus* Neob., sed antea uni litterae spatium vacuum relictum fuit.
tuae gloriae] *tue glorie* Vind. Berol. Neob.
tradidimus] Sic Vind. Berol. *tradimus* Neob.
quinque has] *v as* Neob.
Cariam] Sic Neob. *Caryam* Berol. *Caria* Vind. Gr. *Καρίαν.*
Cyprum] Sic Vind. Berol. *Ciprum* Neob. Gr. *Κύπρον.*
circuitu] Sic Neob. Berol. *circuitu* Vind.
Mysiam] *Misiam* Neob. *Missiam* Berol. *Misya* Vind. Gr. *Μυσίαν.*
Scythiam] *Sythytiam* Vind. *Sithiam* Berol. Neob.
constituendum] Sic Vind. *constituendus* Neob. *constituendam* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *ἐφ' ᾧ τελεῖν.*
adiicientes] *adicientes* Vind. Berol. *adhicientes* Neob. *addentes* Vulgo. In Vind. esse *adtuentes* Os. scribit.
appellatione] Sic Vind. Berol. *apelatione* Neob.
memoratas] Sic Neob. Berol. *memoraturas* Vind. Gr. *τὰς εἰρημένας.*
gloriosissimos] *gloriosissimorum* Neob., sed supra litteras *rum* secunda manus litteram *s* posuit. Gr. *ἐνδοξοτάτους.*
quia] Sic Vind. Berol. *quod* Neob. *quoniam* Vulgo.
igitur] Sic Vind. Berol. *ag* Neob., sed litterae *g* littera *i* imposita est.
Rhodo] *Rodo* Vind. Berol. Neob.
Cypro] Sic Vind. Berol. *Cipra* Neob. Gr. *Κύπρου.*
difficultatem] *diffulcultatem* Berol., sed prioribus litteris *ul* puncta a secunda manu subiecta sunt.
patientes] *facientes* Berol. *fatientes* Neob.
cogi se] *cogisse* Vind. *cogere se* Neob. *coge se* Berol., sed litteris *ge* lineola superius iniecta est. Gr. *ἀναγκάζεσθαι.*
hiemis] *hyemis* Vind. Berol. Gr. *χειμῶνος.*
tempore] Sic Vind. Neob. *tempi* Berol., sed ultimis litteris lineola imposita est.
ad] Sic Vind. Berol. *a* Neob., sed supra lineam littera *d* posita est.
Scythiam] *Scythyam* Vind. *Sithyam* Berol. *Sitiam* Neob., sed secundae litterae *i* littera *h* imposita est.
Mysiam] *Misiam* Vind. Neob. *Nisiam* Berol.
deges] Sic Vind. Berol. Neob. *degis* Vulgo. Gr. *διάγεις.*
ibi] Sic Berol. *ubi* Vind. Neob. Gr. *κἀκεῖσε.*
appellationes] *apellationes* Vind. Neob.,

magnis pecuniis, exerceri, et periclitari etiam maria transeuntes longa et venire ad provincias a barbaris inquietatas, propterea perspeximus hanc legem scribere ad tuam gloriam, ut ex Scythia quidem et Mysia causas, tanquam ex vicinis exsistentes, tua celsitudo secundum se audiat, aliarum vero, hoc est ex Caria et praedictis insulis et Cypro, etsi ab initio ipsae apud gloriosissimos nostros praefectos exercebantur, ex sacra iussione nostra traditae provinciae iudici, si quidem adfueris huic regiae civitati, etiam eas apud te moveri et examinari una cum gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii in sacro auditorio, sicut super appellationibus posita lex explanat; §. 1. Si autem ipse in Mysiam et Scythiam commoraris, locum implenti tuum in hac felici civitate deferri appellationes, omnino tamen residente eo una cum gloriosissimo nostro quaestore audire negotium secundum talium examinationum schema, et

sed priori litterae *p* aliud *p* supra lineam impositum est.

magnis] Sic Berol. Neob. *mag* Vind., sed superius lineola imposita est.

exerceri] Sic Berol. Neob. Vind., in quo quidem *exercere* haberi Os. scribit. *exercere* Vulgo.

etiam] Sic Vind. Berol. *et* Neob.

venire] Sic Vind. Neob. Berol. *venientes* Vulgo.

ad provincias] Sic Vind. Berol. *et provincias* Neob., quod tamen secunda manus correxit, ut in cont. Gr. εἰς χώρας.

provincias] *provintias* Vind. Neob.

inquietatas] *inquietas* Vind. Berol. Neob., quod corrigendum ex Graeco ἐνοχλουμένας.

perspeximus] Sic Vind. Berol. *prospesimus* Neob. Gr. συνείδομεν.

scribere] Sic Vind. Berol. *scbem* Neob., sed litterae *c* littera *i* imposita est. Gr. γράψαι.

ut] Sic Berol. Neob. *et* Vind. Gr. ὥστε.

ex] Sic Vind. Berol. *et* Neob. Gr. ἐκ.

Scythia] *Scythya* Vind. *Sitthia* Neob. *Scicya* Berol.

Mysia] *Misia* Berol. Neob. *Missia* Vind.

exsistentes] Sic Vind. Neob. *existens* Berol. Gr. οὐσῶν.

aliarum] Sic Vind. Berol. *aliorum* Neob. *alias* Vulgo. Gr. τῶν δὲ ἄλλων.

hoc est] *hoc* Vind.

Cypro] *Cipro* Vind. Berol. Neob.

etsi] Sic Neob. *si* Vind. Berol. Vulgo. Gr. εἴπερ.

initio] Sic Vind. Neob. *inicio* Berol.

ipsae] Sic Bienerus correxit. Neob. Berol. Vind. *ipsas*. Gr. αὗται.

ex] Sic Vind. Berol. *et* Neob., sed huic voci puncta subiecta sunt. Gr. ἐκ.

traditae provinciae] *tradite provincie* Vind. Berol. Neob.

quidem] Postea Vulgo est *ipse*, quod in Vind. Berol. Neob. non est.

adfueris] *affueris* Vind. *affuis* Neob., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Berol. *afuris*.

civitati] Sic Vind. Berol. *civita* Neob.

etiam] Sic Vind. Berol. *et* Neob. Gr. καί.

eas] Sic Vind. *ea* Berol., deest in Neob. Gr. αὐτάς.

apud] *aput* Vind. *ap* Neob., sed superius lineola imposita est.

moveri] Sic Vind. Berol. *mo* Neob.

nostri] In Neob. hoc bis scriptum est.

auditorio] Sic Vind. *nostro auditorio* Berol. *aiutorio* Neob., quae quidem Graecis non confirmantur.

super] Sic Neob., deest in Vind. Berol., in quo quidem supra litteras *ap* a secunda manu scriptum est *de*. Vulgo *et de*. Gr. ἐπὶ ταῖς.

appellationibus] Sic Vind. Berol. *apellatiōnebus* Neob., sed litteris *ebus* puncta supposita sunt.

explanat] Sic Vind. Berol. *aplanat* Neob.

NOV. XLIX. PRAEF. §. 1. Mysiam] *Misiam* Vind. Neob. *Misyam* Berol. *Mysia* Vulgo.

Scythiam] *Scytickam* Vind. *Sithyam* Berol. *Sitiam* Neob., sed litterae *t* littera *h* imposita est. Manifesto interpres legit ἐπὶ Σκυθίας καὶ Μυσίας.

commoraris] Sic Berol. *comoraris* Vind. Neob. *commoreris* Vulgo.

locum] Sic Vind. Berol. Neob. *loco* Vulgo. Gr. τὸν τόπον.

implenti] Sic Vind. *implet* Berol. *implei* Neob., sed sec. manus ultimis litteris lineolam imposuit. Gr. πληροῦντι.

appellationes] Sic Vind. Berol. *apellatioes* Neob., sed ultimis litteris lineola imposita est.

residente] *resindente* Vind. *reseindente* Berol. *resistentes* Neob. *residentem* Vulgo.

eo] Sic Vind. Berol. Neob. *eum* Vulgo.

una] Sic Berol. Neob. *unam* Vind. Gr. ἅμα.

cum] Sic Vind. Berol. *c* Neob., cui tamen punctum subiectum est.

schema] *scema* Vind. Berol. Neob. Gr. σχῆμα.

non homines sustinere praedictas difficultates, sed ab eis communiter, secundum quod prius a nobis dictum est, iudicari, eo quod placuit nobis ita ordinare legem, ut cum plurima et maiori subtilitate et auctoritate negotia exerceantur. §. 2. Si vero ipse dederis iudicem in memoratis superius provinciis, qui locum obtineat tuum in civitate felicissima audiet, secundum quod et gloriosissimis praefectis solitum est. Si vero inchoari apud tuam gloriam contingat litem, hic forsan inventam, deinde in medio propter militares expensas proficisci, eam sine dilatione compleri apud eum, qui tuum obtinet locum, sicut eam ipse audiebas. Si autem ab initio non apud gloriosissimos praefectos appellatio ex aliquibus provinciis remittebatur, sed in aliud forum, antiquitatem penitus non novamus.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, tua gloria operi effectuique tradere et in perpetuum servare festinet. *Dat. Kal. Sept. CP., imp. Iustiniano PP. Aug. anno XI., p. c.* B e l i s a r i i. *V. C. anno secundo.* (537.)

homines] Sic Vind. Neob. *oms* Berol., sed supra lineam lineola iniecta est. Gr. τοὺς ἀνθρώπους.

praedictas] Sic Vind., deest in Berol. Neob. Gr. τὰς εἰρημένας.

sed] *si* Neob. Berol. Gr. ἀλλ'.

communiter] Sic Berol. *coiter* Neob. Vind., sed prioribus tribus litteris lineola imposita est. Gr. κοινῇ.

prius] Sic Vind. Berol. *plus* Neob. Gr. ἔμπροσθεν.

a nobis] Sic Vind. Neob. *nobis* Berol.

dictum] *dicdictum* Neob. Gr. εἰρημένον. In Vind. haberi *edictum* Os. auctor est.

maiori] Sic Vind. Berol. *maioris* Neob. *maiore* Vulgo.

auctoritate] Sic Vind. Berol. *actoritate* Neob.

negotia] Sic Vind. Neob. *negocia* Vulgo.

NOV. XLIX. PRAEF. §. 2. obtineat] *optineat* Vind. Berol. Neob. *obtinet* Vulgo.

tuum] Sic Vind. Berol. *tum* Neob.

et] Sic Vind. Berol., deest in Neob. Gr. καί.

solitum] Sic Neob. Berol. *et solutum* Vind., in quo quidem *resolutum* esse Os. auctor est. Gr. νενόμισται.

inchoari] Sic Vind. Neob. *incohari* Berol.

apud] Sic Berol. Neob., deest in Vind. Gr. παρά.

forsan] *forsam* Neob. *forsat* Berol.

proficisci] Sic Vind. Berol. *profecissci* Neob.

compleri] *conpleri* Neob.

audiebas] Sic Berol. Neob. *audiebat* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. ἠκροῶ.

autem] Postea in Berol. est *audieb*, cui quidem voci puncta subiecta sunt.

initio] *inicio* Berol.

apud] Sic Vind. Berol. *aput* Neob.

appellatio] Sic Vind. Berol. *apellatio* Neob.

aliud] *aliu* Vind. Neob. Berol., sed ultimae litterae *u* lineola imposita est. In Vind. haberi *alium* Os. scribit.

antiquitatem] Sic Vind. Berol. *antiquitate* Neob.

novamus] Sic Vind. Berol. *novatus* Neob. Gr. καινίζομεν.

NOV. XLIX. EPIL. quae] Sic Neob. Berol. *ue* Vind., sed antea spatium vacuum relictum est, cui explendo una littera sufficere queat. In Vind. esse *ut* Os. notavit.

tua] Sic Vind. Berol. *et tua* Neob.

tradere] Sic Vind. *contradere* Neob. *contende* Berol., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est.

Dat.] Sic Vind. Berol. *data* Neob.

Kal.] *kl.* Vind. Berol. Neob., sed per litteram *l.* superiorem circumflexus traiectus est. Vulgo *XV. Kal.*

Sept.] *Septembr.* Vind. *Septeb* Berol., sed priori litterae *e* circumflexus impositus est. Neob. *Septembris.*

CP.] *Cap.* Vind. Berol. Neob., sed circumflexo superius iniecto. *Constant.* Vulgo.

imp.] *pr.* Vind., sed lineola superius iniecta, deest in Neob. Quod Vulgo subiicitur *DN.*, neque in Vind., neque in Neob., aut in Berol. habetur.

Iustiniano] Sic Neob. Berol. *Iust.* Vind.

PP.] *ppo* Berol. Neob., sed superius lineola imposita est.

anno] Sic Vind. Berol. *ann.* Neob., sed superius lineola imposita est.

p. c.] Sic Neob. Berol., sed superius lineola imposita est. Desunt in Vind.

Belisarii] *Bil.* Berol. *Bilis.* Neob. *Bilisario* Vind.

V. C.] *vc.* Neob. Berol., sed circumflexus superius impositus est, deest in Vind. Postea in Neob. appositum *clar.*, Vulgo est *cons.*, quod in his tribus mss. non est.

anno secundo] Sic Neob. Berol., desunt in Vind.

L.

GLOSS.

SCENICAS NON SOLUM SI FIDEIUSSOREM PRAESTANT, SED ETIAM SI IUSIURANDUM DENT, SINE PERICULO DISCEDERE.

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni P. P. secundo.

PRAEFATIO. Novimus pridem facientes legem, interdicentem nulli licentiam esse scena detentas mulieres fideiussores exigere, quia observabunt et impiam complebunt operationem, poenitentiae tempus non habentes, et poenas interminantes novissimas his, qui tales fideiussiones exigunt, insuper et ipsos fideiussores sine obligatione recedere et nullam inferri eis necessitatem personarum harum praesentationis. Sed in praesenti comperimus crudelem quandam et importabilem calumniam contra studendam a nobis fieri castitatem. Quia enim eos fideiussorem accipere prohibuimus, invenisse illos aliam viam ad impietatem ducentem maiorem; iusiurandum enim eas exigere, quia nunquam ab impia illa et turpi operatione cessabunt, mulieres autem exsistentes miseras et sic male seductas pie agere se putare, si impie egerint, et ut custo-

NOV. L. L.] *R/. L.* Vind. *R/.* Mon., deest in Berol.

fideiussorem] Sic Mon. Berol. I. *fideiussorum* Vind. *fideiussores* Vulgo.

praestant] Sic Vind. *prant* Berol., sed duabus prioribus litteris *pr* lineola imposita est. *praestent* Vulgo I.

etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon.

si] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a secunda manu lineae impositum est.

discedere] Sic Vind. Mon. *descendere* Berol.

imp.] Sic Pist. Berol. *impr.* Vind. In Mon. deest, sed spatium vacuum relictum est.

Iustinianus] Sic Mon. *Iust.* Vind. Berol. *Iu.* Pist.

Aug.] Sic Vind. *au.* Pist. *a.* Mon. Berol., deest in I.

Ioanni] *Ioh.* Vind. Mon. Berol., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est. *Io.* Pist. *Ioh.* I.

P. P.] Sic Mon. Pist. Berol. *pprum* Vind. *praefecto praetorio* Vulgo. *pa* I.

secundo] *scdo* Vind. Berol. I. *so* Pist. *II.* Mon. Pro hoc Vulgo est: *iterum exconsuli et patricio,* quae nec in Vind., nec in Berol., Mon. aut Pist. sunt.

NOV. L. PRAEF. scena] Sic Vind. *scenas* Berol., in quo quidem ultima littera deleta est. Mon. *e scena*, sed priori litterae punctum subiectum est. Vulgo I. *in scena.*

impiam] Sic Vind. Berol. *inpiam* Mon. Pro verbis *impiam complebunt* I. habet *complebunt impiam.*

et poenas] Sic Berol. Mon. *pena* Vind., sed sec. manus supra litteram *a* lineam posuit. Gr. καὶ ποινάς.

interminantes] Sic Mon. Berol. *interminantem* Vulgo I. Gr. ἀπειλήσαντες.

novissimas] Sic Mon. Berol. *novissimam* Vind. Ad marg. Mon. adscriptum est: *iustissimas.* Caeterum inde a syllaba *simas* quae sunt usque ad *obligatione*, in Berol. a secunda manu scripta sunt omnia.

fideiussiones] Sic Mon. Berol. I. *fideiussione* Vind., sed secunda manus supra ultimam litteram *s* posuit. Vulgo *fideiussores.* Gr. ἐγγύας.

inferri] Sic Vind. Mon. *inferre* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Pro verbis *inferri eis* I. habet *eis inferri.* Gr. ἐπάγεσθαι.

personarum] Sic Vind. Mon. *et personarum* Berol.

praesentationis] Sic Berol. *inpraesentationes* Vind. *praesentationes* Mon., quod tamen secunda manus correxit, ut in cont. Gr. παραστάσεως.

fideiussorem] Sic Vind. Berol. *fideiussores* Vulgo I. Pro ἐγγυητὰς interpres videtur legisse ἐγγυητήν.

ducentem] Sic Mon. Berol. Hamb. I. *deducentem* Trid. Port. Vulgo. Gr. ἄγουσαν.

eas] *eis* I.

impia illa] *illa impia* I.

seductas] Sic Mon. Berol. *deductas* Vind. Gr. ἐξηπατημένας.

ut] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Vocem *et*, quae antecedit, I. non habet. Gr. ἵνα.

diant iusiurandum, propterea suam prostituere castitatem, quum oporteret agnoscere, quia huiusmodi transgressiones magis placent deo, quam iurisiurandi observationes. Non enim si quis ab aliquo iusiurandum acceperit, quia occidet forsan, aut adulterabitur, aut aliquid aget tale illicitum, oportet servari iusiurandum, utpote quum sit ita turpe et illicitum et ad perditionem ducens. Ideoque liceat mulieri, licet huiusmodi iusiurandum iuraverit, recedere a iurisiurandi huius amaritudine, et caste vivere sine periculo periurii, magis autem deo amabiliter, poena periurii, si qua omnino est poena, contra eum, qui iusiurandum exigit, convertenda.

CAP. I. Unde etiam nos repente inferimus decem librarum auri poenam, exigentes eum, qui praesumserit omnino tale iusiurandum accipere. Et hanc scilicet quantitatem ipsi infelici dari mulieri sancimus ad reliquam bonae figurae vitam, exigendum per administrationem provincialem et dandum ei; sciente iudice, quia, si neglexerit, tenebitur ab ea deponens administrationem, heredesque eius, successores, et eius substantia, eo quod actionem piam agere neglexerit. §. 1. Si autem

prostituere] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem supra lineam a secunda manu scriptum est *comperimus.*
oporteret] Sic Mon. Berol. *oportet* Vulgo. Gr. ἐχρῆν.
agnoscere] *cognoscere* I.
forsan] Sic Vind. Mon. *forsitan* Vulgo.
aget] Sic Berol. *agit* Vind. I., deest in Mon. Gr. πρᾶξειν.
illicitum] Sic Mon. *illicito* Vind. Berol., quod tamen secunda manus correxit ita, uti in cont. Gr. ἄτοπον.
utpote] *utpute* I.
ita turpe] Sic Vind. Berol. *turpe ita* Mon., sed ultimae voci puncta subiecta sunt. Gr. οὕτω αἰσχρόν.
et illicitum] Sic Vind. Berol. *illicitum* Mon., sed supra lineam adiectum est *et.* Caeterum syllaba *ci* a secunda manu scripta est. Gr. καὶ ἄτοπον.
et ad] *que et ad* Mon., sed priori voci puncta subiecta sunt. I. *te ad.*
ducens] Sic Mon. Berol. *deducens* Vind. I. Gr. ἄγοντα.
liceat] Sic Vind. Berol. *licet* Mon. Gr. ἐξέστω.
huius] *huiusmodi* I.
periurii] Sic Berol., deest in Vind. Mon. I. Gr. ὅρκου.
deo] Sic Berol. *a deo* Vind. Mon., sed prior littera *a* in Vind. a secunda manu scripta est. Sane in Graecis nihil est, quo illud *a* confirmetur.
amabiliter] Sic Vind. Berol. *amabit*˜ Mon. Gr. θεοφιλῶς.
poena] Sic Vind. Berol. *pene* Mon., sed supra ultimam litteram *e* littera *a* superius posita est.
periurii] Sic Vind. Berol. *peiurii* Mon., sed supra primam litteram *i* a secunda manu littera *r* scripta est.
omnino-est] *noe* Berol., lineola superius iniecta, sed litteris *no* a secunda manu puncta subiecta sunt.
poena] Sic Vind. Berol. *pena* Mon., quod tamen a secunda manu punctis subiectis notatum.
exigit] Sic Vind. *accipere exig* Berol., in quo quidem ultimis litteris *ig* lineola imposita est. Mon. *exegit.*
convertenda] *convertendam* I.
NOV. L. CAP. I. PR. inferimus] Sic Vind. Berol. *inferemus* Mon., quod tamen secunda manus corr., ut in cont. Gr. ἐπάγομεν.
praesumserit] Sic Berol. *praesumpserit* Vind. Mon. *praesumpserat* I.
omnino] Sic Vind. Berol. *omni'* Mon., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. ὅλως.
dari mulieri] *mulieri dari* I.
figurae] *fruge* I.
exigendum] Sic Vind. Mon. Berol. *exigendam* Vulgo. Interpres vocem ἀπαιτούμενον non recte interpretatus est, quae quidem ad superius τὸ ποσὸν referenda fuit.
administrationem] Sic Vind. Berol. *aministrationem* Mon. *administratorem* I.
et] *ei* I.
dandum] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem secunda manus correxit: *dandam.* I. *dandam.* Gr. διδόμενον, quod interpres non recte interpretatus est. Quod Vulgo subiicitur *ei,* in I. deest.
quia] Sic Vind. Berol. *qui* Mon. Gr. ὡς.
ab ea] *ad eam non* I.
admin.] *ammin.* I.
successores] Sic Vind. Mon. Berol., in quibus non est, quod Vulgo et in I. antea est *et.*
substantia] Sic Vind. Berol. *substantiam* Mon. Gr. ἡ τούτου περιουσία.
NOV. L. CAP. I. §. 1. autem] Hoc et quae sequuntur usque ad voces *iudex sit,* in Berol. a secunda manu scripta sunt.

ipse provinciae praeses iusiurandum exegerit, ipse etiam memoratam decem librarum auri poenam exigatur, si quidem militaris iudex sit in illa provincia, per illum danda, sicuti dictum est, mulieri; si vero non habet militarem iudicem, metropoleos illius provinciae episcopus hoc provideat, causam etiam ad nos, si probaverit, referens, et insuper ex vicinis maioribus cingulis, et undique hoc agentem, sive iudex, sive privatus sit, memorata castigari poena, et dari hanc ei, quae quantum ad illum, neque caste vivere valet ulterius, ut non videatur quasi periurasse.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis, et per praesentem sacram declarata sunt legem, tua celsitudo praeceptionibus propriis omnibus faciat manifesta, ut agnoscant nostri imperii circa castitatem studium. *Dat. Kal. Sept. CP., imp. DN. Iustiniano PP. A. anno XI., p. c. Belisarii V. C.* **** (537.)

ipse] deest in I.

praeses] Sic Vind. Berol. *praesens* Mon., sed litterae s puncta subiecta sunt. Gr. ἡγούμενος.

exegerit] Sic Mon. Berol. *exigerit* Vind. Gr. ἀπαιτήσειεν.

in illa] Sic Vind. Mon. *nulla* Berol., ubi tamen secunda manus correxit *in illa*. Gr. κατ' ἐκείνην.

danda] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Port. *dandam* Trid.

sicuti] Sic Vind. Berol. *sicut* Vulgo.

habet] Sic Berol. *habeat* Mon. I. *hnt* Vind., sed lineola superius imposita est, qua re significatur *habent*. Gr. ἔχει.

hoc] Sic Vind. Mon. Berol. I. *hanc* Vulgo, quod si admittimus, post *causam* interpungendum erit. Interpres vocem τούτου non ad sequens τοῦ πράγματος retulit, sed ita transtulit, quasi sua vi et potestate constaret.

ad nos si] Sic Vind. Mon. *agnosci* Berol. Gr. εἰς ἡμᾶς εἰ.

probaverit] Sic Vind. Berol. *probavimus* Vulgo. Gr. δοκιμάσειεν.

cingulis] Sic Mon. Berol. Acc., qui tamen notat: *alias haberi cingulo*. Vind. *singulis*. Manifesto interpres legit μειζόνων ἀρχῶν.

valet] Sic Vind. Mon. Berol. *valent* Vulgo I.

ulterius] Sic Vind. Mon. *et ulterius* Berol., sed priori voci puncta subiecta sunt.

NOV. L. EPIL. tua celsitudo] Sic Vind. Mon., desunt in Berol., sed haec a secunda manu ad marginem adiecta sunt.

praeceptionibus] Sic Vind. Mon. *tuis praeceptionibus* Berol., sed litteris *tuis* lineola subiecta est.

faciat] Sic Vind. Mon. *fient* Berol., sed huic voci puncta subiecta lineaeque inscriptum *faciat*.

agnoscant] Sic Vind. Mon. Berol. *cognoscant* Vulgo I.

Dat.] Sic Vind. *d.* Mon., sed superius lineola imposita est. In Pist. Berol. Bamb. D. I. 1. et D. II. 11., et in I. subscriptio deest.

Kal.] *K.* Mon., sed superius lineola imposita est. *kl.* Vind., sed ultimae litterae circumflexus traiectus est.

Sept.] Sic Vind. *sep.* Mon., sed supra lineam lineola posita est.

CP.] Sic Mon. *Cap.* Vind., sed lineola superius imposita est. *Constant.* Vulgo.

imp. DN.] desunt in Mon. *impr. dons* Vind., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est.

Iustiniano] Sic Vind. *Iust.* Mon.

A.] Sic Mon. *aug.* Vind.

anno] *ann* Mon.

p. c.] Sic Vind., desunt in Mon. *post* Vulgo.

Belisarii] *Bilisiario* Vind. *Bi4* Mon.

V. C.] *vic.* Mon. *vicecon* Vind., sed ultimis tribus litteris lineola imposita est. Vulgo *V. C. cons.* Quod postea Vulgo habetur: *anno secundo*, in Vind. Mon. deest, ideoque his omissis, puncta posui, ut lacunae signum essent.

LI.

GLOSS.

UT NON FIANT PIGNORATIONES PRO ALIIS PERSONIS, ET UT, SICUT PRINCIPUM DONATIONES NON EGENT GESTIS MONUMENTORUM, SIC NEQUE A PRIVATIS IMPERATORIBUS FACTAE DONATIONES INDIGEANT.

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni p. p. secundo.

PRAEFATIO. Inhonestas pignorationes et odibiles super his exactiones plurimae quidem et aliae leges odio habent, praecipue autem a nobis positae, sed nescimus quemadmodum causa, licet tantis castigata legislationibus, adhuc praesumitur, et in republica est, et maiorem sui praebet virtutem, quam legum necessitas.

CAP. I. Propterea sancimus, nullam omnino pignorationem in nostra republica praevalere, neque in mercatis (hoc quod maxime ibi praesumtum invenimus), neque in agris, neque in civitatibus, neque in vicis, neque in civibus, neque in vicaneis, neque in agricolis, neque alio omnium quocunque modo vel tempore, sed praesumentem alium pro alio secundum pignorationis formam aurum aut aliud aliquid exigere, hoc reddere quadruplum violentiam passo, et cadère etiam actione, quam habuit adversus eum, pro quo exactionem fecit. Non enim habet ra-

NOV. LI. LI.] *Rl. LI.* Vind. Deest in Mon.

pignorationes] Sic Mon. Berol. *pignorationes* Vind.

pro] *prorsus pro* I.

principum] Sic Mon. Berol. *principis* I. *principium* Vind., sed ultimae litterae *i* puncta subiecta sunt.

gestis] *aliis gestis* I.

neque] Sic Vind. Mon. Berol. *nec* I. Vulgo.

imperatoribus] *imperatoris* Vind., sed ut in cont., Mon. Berol.

donationes] *donatiois* Vind., sed supra ultimam litteram *i* iam prima manus litteram *e* posuit.

imp.] Sic Pist. Neob. *impr.* Vind. Berol. I., deest in Mon.

Iustinianus] *Iust.* Vind. Mon. Berol. *Iustus* Neob. *Iusti.* I.

Aug.] Sic Vind. *a* Neob. Berol., sed lineola superius iniecta. Pist. *au.* Deest in I.

Ioanni] *Ioh* Vind. Mon. Berol., sed per litteram superiorem *h* circumflexus traiectus est. Deest in Neob. *Io* I.

p. p. secundo] *p. p. scdo* Berol. *pprum scdo* Vind. *pp. s.* Mon. *pp. so* Pist. Deest in Neob.

NOV. LI. PRAEF. pignorationes] Sic Vind. Mon. *pignerationes* Berol.

super his] Sic Mon. Berol., desunt in Vind. Gr ἐπὶ τούτοις.

habent] *habebant* I.

nescimus] Sic Vind. Berol. *nesciens* Mon., quod tamen secunda manus correxit, ut in cont. Gr. οὐκ ἴσμεν.

castigata legislationibus] *legislationibus castigata* Mon. Gr. κεκολασμένον νομοθεσίαις.

praesumitur] Sic Mon. Berol. *praesumatur* Vind. Gr. τολμᾶται.

est] *esse* I.

NOV. LI. CAP. I. omnino] Sic Vind. Berol. *omnium* Mon. Gr. παντελῶς.

pignorationem] Sic Vind. Mon. *pignerationem* Berol.

praevalere] *valere* I.

mercatis] *mercatis quidem* I.

max. ibi] *ibi max.* I.

civibus] Sic Mon. *villis* Vind. *civilibus* Berol., sed litteris *li* puncta subiecta sunt. Gr. ἐπὶ πολίταις.

alio] *in alio* I.

omnium] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *omnino* Port., quod etiam Vulgo habetur. Gr. τῶν πάντων.

pignorationis] Sic Vind. Mon. *pignerationis* Berol.

aliud aliquid] Sic Vind. Mon. *aliquid* Berol., sed supra litteras *id* vox *aliud* posita est. *aliquid aliud* I. Vulgo. Gr. ἤ τι ἕτερον.

quadruplum] Sic Mon. Berol. I. *in quadruplum* Vind. Vulgo. Gr. τετραπλάσιον.

actione] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ab actione* Vulgo. Gr. τῆς ἀγωγῆς.

habuit] Sic Vind. Mon. Berol., in quo ultimae syllabae circumflexus impositus est, quem tamen secunda manus delevit.

fecit] Sic Vind. Mon. *fac* Berol., sed lineola supra posita est, secundaque manus correxit *fecit*. Gr. ἐποίει.

tionem, alium quidem esse debitorem, alium vero exigi, sed nec alteri molestum esse pro altero quodam, tanquam invasionem aut iniuriam committentem, et alium quasi vicaneum exsistentem caedi aut iniuriam sustinere, et aliquid pati, quod omnino non competit, pro alio, et absque legitima occasione quamlibet perferre calumniam, et supplicia sustinere in corpore a praesidibus gentium, scientibus, quia si non hoc egerint, sed in provincia, cui praesunt, pignorationes praesumantur, nihil erit tale, quod eos a nostris eripiat manibus.

CAP. II. Illud quoque perspeximus huic adiicere legi, ut, sicut ab imperio in alios factae donationes non egent gestis monumentorum, sed ex ipso hoc habent virtutem, ita neque a privatis in imperatoribus factae, si tantummodo pro veritate fiant in publico a tabellionibus completae, et subscriptionem habentes et eius, qui fecit, et testium, et aliam donationum observationem, non egebunt gestis monumentorum, cuiuscunque quantitatis sint; non enim est consequens, ut nec his fruatur imperium a privatis, quae ab eo praebentur illis. Haec autem inaequa-

alteri] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed supra lineam haec vox posita est. Gr. ἕτερον.

pro altero] Sic Vind. Berol. *alterum* Mon. Gr. ὑπὲρ ἑτέρου.

quodam] Sic Vind. Mon. *quidam* Berol. Gr. τινός.

invasionem] Sic Vind. Berol. *inansionem* Mon., sed litteris *an* puncta subiecta sunt. Caeterum supra litteram *n* littera *u* posita est, sed a secunda manu.

committentem] Sic Vind. Berol. *committente* Mon.

vicaneum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *convicaneum* Vulgo. Postea Vulgo subiicitur *illius*, quod in Vind. Mon. Berol. I. non est.

perferre] Sic Mon. *inferre* Berol. *praeferre* Vind. Gr. ὑπομένειν.

et supplicia] Sic Vind. I. In Mon. Berol. prior vox *et* non est. *sed et* Vulgo.

in corpore] Sic Berol. Trid. Port. *corpora* Hamb. *incorporea* Vind., sed ultimae litterae *e* punctum subiectum est. Mon. *corporea*, quod ex attracta syllaba *a* factum est. Gr. τὰς εἰς σῶμα.

praesidibus] Sic Vind. Mon. *praesidentibus* Berol., quod etiam Vulgo habetur. Quod Vulgo antea est *a*, in Vind. Mon. Hamb. Trid. Port. I. non est, est tamen in Berol. Gr. παρὰ τῶν.

gentium] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem haec vox punctis subiectis notata est. Verum supra lineam a secunda manu scriptum est *certum*. Gr. τοῖς ἔθνεσι.

scientibus] Sic etiam Glossa, ubi Acc. notat: *alias scientium*.

quia] *quasi* Mon., sed secunda manus scripsit *quia*. Berol. *q*, sed supra hanc litteram circumflexus positus est, correxitque secunda manus *quia*.

si] Sic Vind. Berol., deest in Mon., in quo quidem a secunda manu lineae impositum est. Gr. εἰ.

hoc] Sic Mon. Berol. Hamb. I. *haec* Vind. Trid. Port. Gr. τοῦτο.

provincia] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. *provintie* Vind. *provinciis* Vulgo I., quod etiam apud Port. est. Gr. κατὰ τὴν ἐπαρχίαν.

cui] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. *quibus* Vulgo Port. I.

pignorationes] Sic Vind. Mon. *pignerationes* Berol.

praesumantur] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *praesumi patiantur* Port. Caeterum, quod postea habetur in Trid. Hamb. *agere*, in reliquis codd. non est, nec Vulgo habetur.

eos a nostris] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *a nostris eos* I. Trid. Port. Gr. αὐτοὺς τῶν ἡμετέρων.

NOV. LI. CAP. II. ipso hoc] Sic Vind. Mon. *hoc ipso* Berol. I., quod etiam Vulgo habetur.

habent] *habebant* I.

in imperatoribus] Sic Vind. Mon. I. *imperatoribus* Berol., sed supra primam syllabam *im* vox *in* posita est. Gr. εἰς τὴν βασιλείαν.

si] *nisi* I.

completae] Sic Berol. *complecte* Vind. Mon. Gr. συντελεσθεῖσαι.

et] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I., deest Vulgo et apud Port. Gr. τε.

eius] Sic Vind. Berol. *ei* Mon., sed secunda manus correxit *eius*.

aliam] Sic Vind. Mon. *alia* Berol. I. Gr. τὴν ἄλλην.

observationem] *observatione* I.

egebunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *egeant* Vulgo.

est consequens] Sic Vind. Mon. Berol. *consequens est* Vulgo I.

his] Sic Vind. Berol. *is* Mon., sed supra litteram *i* littera *h* posita est.

imperium] Sic Mon. Berol. *imperio* Vind. Gr. τὴν βασιλείαν.

litas facta est ex novitate, quam Zenonis piae memoriae introduxit constitutio, ut imperiales donationes non egeant monumentis. Quia igitur imperfectius causa prius apparuit, propterea nos perfectionem imponentes ei, ex utroque tenere hoc volumus, etiam in his donationibus, quae ab imperatoribus in privatis fiunt, et a privatis in imperatorem, ut ex aequalitate iustitia causae adiiciatur.

EPILOGUS. Tua igitur excellentia, quae per hanc divinam nostram constitutionem sancita, sunt praeceptis propriis solenniter manifesta facere studeat universis. *Dat. Kal. Sept. Constantinopoli, imper. DN. Iust. PP. A. anno XI., p. c. Belisarii* **** (537.)

LII.

UT HAERETICI CURIALES ET MUNIA IMPLEANT ET OMNES FUNCTIONES EXHIBEANT, PRIVILEGIIS AUTEM NON FRUANTUR, ET DE TESTIBUS HAERETICIS ET UT DE CURIALI FORTUNA TESTIMONIUM PERHIBEANT.

tenere] Sic Vind. *tenore* Mon. Berol. I., sed in utroque a secunda manu supra lineam positum est: *al'. tenere.* Gr. *κρατεῖν*.

etiam] Sic Vind. Mon. *et* Berol. I., quod etiam Vulgo habetur.

privatis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *privatos* Vulgo. Gr. *εἰς τὴν βασιλείαν*.

a privatis] Antea Vulgo et in I. est *quae*, quod in Vind. Mon. deest. Caeterum I. *in privatis*.

in] Sic Mon. Deest in Vind. Berol., in quo quidem a secunda manu adscriptum est. I. *ab*.

imperatorem] Sic Mon. Berol. *imperatore* I. Vind., ubi secunda manus correxit *imperatorem*. Gr. *εἰς τὴν βασιλείαν*.

ex] Sic Mon. Berol. *et* Vind. Gr. *ἐξ*.

aequalitate] *qualitate* Mon. Berol. Vind., in quo quidem secunda manus supra litteram *q* litteram *e* posuit. Gr. *ἰσότητος*.

iustitia] Sic Vind. Berol. *iustitiam* Mon.

adiiciatur] Sic Vind. Berol. *addiciatur* Mon.

NOV. LI. EPIL. sunt] Sic Vind. Mon. *s* Berol., sed lineola superius imposita, qua re *sunt* significatur, sed supra hanc vocem a secunda manu scriptum est *que*.

solenniter] Sic Mon. Berol. *solempniter* Vind.

Kal.] Sic Vind. *XV. Kal.* Vulgo. Caeterum in Mon. Berol. Pist. Bamb. D. I. 1., D. II. 11., I. tota subscriptio non est.

Constantinopoli] Sic Vind. *Const.* Vulgo.

imper.] *impr* Vind., sed lineola superius iniecta.

Iust.] Sic Vind. *Iustiniani* Vulgo.

p. c.] Sic Vind., ubi tamen etiam subiicitur cons. Vulgo *post cons*.

Belisarii] *Bilisarii* Vind. Quod Vulgo subiicitur: *V. C. anno secundo*, in Vind. non est. Hic lacunam haberi manifestum est. Vide Bieneri historiam Novellarum p. 515.

NOV. LII. LII.] *R/. LII.* Vind., deest in Neob. Berol. Mon., qui hanc Novellam ad finem nonae collationis exhibet, sed ut ante appendicem Extravagantium collocata esse reperiatur.

haeretici] Sic Berol. *aeretici* Mon. *afetici* Vind.

curiales] Sic Vind. Berol. *et curiales* Mon.

et munia] Sic Vind. Berol. *munia et munia* Neob. *munia* Vulgo.

omnes] Sic Vind. Berol. *uos* Mon., sed lineola superius imposita est.

exhibeant] *exibeant* Vind. Mon. Berol. Pro *functiones exhibeant* Neob. habet *exhibeant functiones*.

fruantur] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Neob.

et de testibus] Sic Vind. Berol. *de testibus* Mon.

ut] Sic Mon. Berol. *in* Vind., deest in Neob.

curiali fortuna] Sic Vind. Mon. Berol. *fortuna curiali* Neob.

testimonium perhibeant] Sic Vind. Neob. Berol. *perhibeant testimonium* Mon. Vulgo tota haec inscriptio sic habet: *ut non liberentur curiali fortuna Iudaei nec Samaritani aut haeretici occasione eorum religionis, sed curialibus quidem functionibus subiaceant, privilegiis vero curialium non fruantur; posse vero eos contra orthodoxos, quod subiaceant curiali fortunae, testimonium perhibere, ut qui et pro orthodoxa politia recte testimonium perhibeant.*

Imp. Iust. aug. Ioanni P. P. secundo.

PRAEFATIO. Verbum quoddam nobis tua retulit eminentia, quosdam inter curiales esse Iudaeos forte, aut Samaritas, aut Montanistas, aut aliter respuendos homines, quibus nondum hactenus recta et immaculata fides illuxit, sed in tenebris sedent, animarum vera non sentientes sacramenta, et quoniam haereticos odio habemus, putant per eam occasionem liberi curialium esse functionum, et quae competunt his declinare. Nos igitur mirati sumus, si sapientia et acumen tuum tales eorum pertulit rationes, et non repente talia dicentes dilacerasti. Si enim homines quidam sunt, qui quidem putant per novissimam absurditatem illa promereri se praemia, quae solis maximis dignitatibus reservavimus, quis non eorum habeat exosam vecordiam et stultitiam?

imp.] *impr.* Vind. Mon. Neob. *..mperator* Berol. *idem imperator* Vulgo.

Iust.] Sic Vind. Mon. *Iustinianus* Neob. *Iu.* Berol. Deest Vulgo.

aug.] Sic Vind. Mon. Berol. *a* Neob.

Ioanni] *Iohanni* Neob. *Ioh.* Vind. Mon. Berol.

P. P. secundo] Sic Mon. Berol. *pprum secundo* Vind., sed priori voci lineola superius iniecta est. In Neob. est: *pp. scdo uo.*, sed prioribus sex litteris lineola imposita est. Vulgo: *pf. p. iterum exconsuli et patricio.*

NOV. LII. PRAEF. verbum] *uerum* Mon. Neob. *...ero* Vind. Berol. Gr. ῥῆμά τι.

quoddam] Sic Vind. Mon., deest in Neob. Berol. Gr. τι.

tua] Sic Vind. Neob. Berol. *rein* Mon., sed supra litteram *i* secunda manus litteram *y* posuit.

retulit eminentia] Sic Vind. Mon. Neob. *eminentia retulit* Berol.

quosdam] *quosdas* Neob., sed litteris *s* puncta subiecta sunt.

inter curiales esse] Sic Vind. Neob. Berol. *esse inter curiales* Mon. Gr. ἐν τοῖς βουλευταῖς εἶναι.

Iudaeos] *Iudeos* Berol.

Montanistas] *Montistas* Neob., sed litteris *os* lineola imposita est.

homines] Sic Vind. Mon. Neob., deest in Berol. Gr. ἀνθρώπους.

quibus] Sic Vind. Mon. *quibus hominibus* Berol. *quos* Vulgo.

nondum] Sic Vind. Mon. *nūdū* Berol.

hactenus] *actenus* Vind. Neob.

et] Sic Vind. Berol. Neob., deest in Mon. Gr. καί.

immaculata] Sic Vind. Berol. *inmaculata* Mon. Neob. Gr. ἀμώμητος.

fides] *fidex* Mon.

sed] Vulgo postea est *et*, quod in Vind. Mon. Neob. Berol. non est. Gr. ἀλλ'.

sedent] *sed et* Neob. Gr. κάθηνται.

animarum] Sic Vind. Berol. Mon. Neob. *animis* Vulgo. Interpres videtur legisse τῶν ψυχῶν.

odio] Sic Vind. Berol. *hodio* Mon. Neob.

eam] Sic Mon. Berol. Neob. *eam hoc* Vind. *illam* Vulgo.

curialium] *cu alium* Neob., sed prioribus duabus litteris lineola superius imposita est.

functionum] Sic Vind. Mon. Berol. *factionum* Neob. Gr. λειτουργημάτων.

quae] Sic Mon. Neob. Berol., deest in Vind. Gr. ὡς προσήκει.

declinare] Sic Vind. Mon. Berol. *designare* Neob. Interpres pro διακριθῆναι videtur legisse διακλίνειν.

mirati] Sic Vind. Mon. Berol. *miserati* Neob. Gr. ἐθαυμάσαμεν.

sapientia et acumen] *sapientia et cacumen* Berol. *sapienti et cacumen* Mon. *sapientie cacumen* Vind. Neob. Gr. σύνεσίς τε καὶ ὀξύτης.

talia dicentes] Sic Vind. Mon. Berol. *dictas* Neob.

dilacerasti] *declararasti* Mon. *delaterasti* Vind. Berol. *delatasti* Neob., sed ultimae litterae *a* lineola imposita est. Gr. διέσπασεν.

si enim] Sic Mon. Berol. *si* Vind. *set* Neob. Gr. εἰ γάρ.

qui] Sic Vind. Mon. Berol. Neob., qui non habent, quod Vulgo postea interponitur *quidem*. Sane in Graecis non est, quo hoc *quidem* confirmetur.

per] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *propter* Vulgo. Gr. διά.

novissimam] *novissimas* Neob.

absurditatem] *adsurditatem* Neob.

promereri] *promeus* Neob., sed litteris *eu* circumflexus impositus est.

se praemia] Sic Vind. Mon. Berol. In Neob. prior vox *se* plane omissa est.

maximis] Sic Vind. Neob. Berol. *maximisque* Mon., quod Graecis non firmatur.

dignitatibus] *digni* Neob.

habeat exosam] Sic Vind. Mon. Berol. *exoia habeat* Neob., sed litteris *oia* lineola superius imposita est.

vecordiam] Sic Vind. Mon. Berol. *verecundiam* Neob. *inverecundiam* Vulgo.

Quapropter curiam exerceant huiusmodi omnes et nimis ingemiscentes et curialibus subiaceant functionibus, sicut etiam officialiis, ut dudum sancitum, et nulla religio ab huiusmodi eos excipiat fortuna (hoc enim neque antiquarum quarumlibet legum, neque Novellarum dictum est), indigni tamen curiali sint honore. Et quoniam leges plurima praebent curialibus privilegia, et ut non caedantur et non exhibeantur neque ad aliam deducantur provinciam, et alia plurima, horum nullo fruantur, sed quicquid scriptum est de curialibus, quod non confert privilegium, hoc etiam in his valeat, et compleant corporalia et pecuniaria munia, et nulla ab his eripiat eos lex; honore vero fruantur nullo, sed sint in turpitudine fortunae, in qua et animam volunt esse. Sic igitur eis de hoc disponet.

curiam] In Vind. postea spatium vacuum relictum est, cui supplendo fere quattuordecim litterae sufficere possunt.
exerceant] Sic Vind. Mon. Neob. *exeant* Berol.
omnes] *homines* Mon. Berol., sed ut in cont. Vind. Neob. Gr. πάντες.
et nimis] Sic Vind. *etiam nimis* Mon. Berol. *in minus* Neob. Gr. καὶ μάλα.
ingemiscentes] Sic Vind. Neob. *ingemescentes* Mon. Berol. Gr. οἰμώζοντες.
et] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Neob. Gr. καί.
subiaceant] Sic Vind. Mon. Neob. *subaceant* Berol., in quo quidem secunda manus supra primam litteram *a* posuit litteram *i*.
sicut] Sic Vind. Mon. Neob. *siu* Berol., sed supra lineam a secunda manu lineola posita est. Gr. ὥσπερ.
etiam] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Neob. Gr. καί.
officialiis] Sic Mon. *officialis* Vind. Berol. *in officialiis* Neob. *officialibus* Vulgo.
sancitum] Sic Vind. Mon. *sanctitum* Berol. Neob. Quod Vulgo postea legitur *est*, in Vind. Mon. deest, ideoque omittendum esse videbatur.
religio] Sic Vind. Neob. *regio* Berol. *religio eos* Mon., quod Graecis non firmatur.
ab] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Neob.
huiusmodi] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *eiusmodi* Vulgo.
eos] Sic Vind. Neob., deest in Mon. Berol. Gr. αὐτούς.
hoc] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *horum* Vulgo. Pro τούτων videtur interpres habuisse τοῦτο.
enim] Quod postea Vulgo est *nihil*, in Vind. Mon. Berol. Neob. deest. Itaque interpres οὐδὲν illud non videtur in Graecis habuisse.
antiquarum] Sic Mon. *antiquorum* Vind. Berol. Neob.
quarumlibet] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. [illegible] Vulgo.

dictum] Sic Vind., deest in Mon. Berol. Neob. Gr. εἴρηται.
curiali sint] Sic Vind. Neob. *curiali sunt* Berol. *sunt curiali* Mon. Gr. βουλευτικῆς - ἔστωσαν.
praebent curialibus] Sic Mon. Berol. Neob. *curialibus praebent* Vind. Gr. διδόασι τοῖς βουλευταῖς.
caedantur] Sic Mon. Neob. *cedantur* Berol. *concedantur* Vind. Gr. τύπτεσθαι.
et non exhibeantur] Sic Mon. Berol. *et non exibeantur* Vind. Neob. Haec tamen Vulgo desunt. Gr. περί τε τὸ μὴ παρίστασθαι.
deducantur] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *ducantur* Vulgo. Pro ἄγεσθαι interpres videtur legisse κατάγεσθαι.
provinciam] Sic Vind. Mon. Neob. *provintiam* Berol.
alia] Sic Mon. Neob. Berol. Vind., in quo quidem ultimae litterae circumflexus impositus est.
nullo] Sic Vind. Mon. Neob., deest in Berol. Gr. μηδενός.
quicquid] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *si quid* Vulgo.
non] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Neob. Gr. οὐ.
confert] *comfert* Vind.
etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon., deest in Neob. Gr. καί.
et pecuniaria] Sic Vind. Mon. Berol., desunt in Neob. Gr. καὶ χρηματικάς.
munia] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *munera* Vulgo.
eripiat] Sic Neob. *erripiat* Vind. *arripiat* Mon. Berol. Gr. ἐξαρπαζέτω.
nullo] Sic Vind. Berol. Neob., deest in Mon. Gr. μηδεμιᾶς.
animam] Sic Vind. Neob. Berol. *antea* Mon. Gr. τὴν ψυχήν.
volunt] Sic Vind. Mon. Berol. *nolunt* Neob. Gr. ἠβουλήθησαν.
hoc disponet] Sic Vind. Berol. Neob. *disponet hoc* Mon. *hoc dispositum sit* Vulgo. Gr. περὶ τούτου διαθέσθω, quod interpres explicuit, quasi medii generis significationem haberet.

CAP. I. Illud quoque nuntiasti nobis dignum quaestione tibi natum. Quia enim haereticos testimonium perhibere prohibuimus, ut, quando orthodoxi inter alterutros litigant, dantes eis per nostram constitutionem, si quidem inter alterutros misceantur illi et litigent, et uterque haereticus sit, et actor et reus posset testimonium, dignis adinvicem exsistentibus et litigantibus et testimonium perhibentibus, si vero rursus haereticus sit et orthodoxus, contra haereticos quidem etiam valde posse testimonium dari pro orthodoxo, adversus orthodoxum nequaquam, orthodoxis quoque exsistentibus litigatoribus nullum esse penitus accessum illis ad testimonium ****** ex genere aut etiam aliter quodam modo scientibus eorum fortunam, et quoniam lex suspendit super

NOV. LII. CAP. I. quoque] Sic Vind. Mon. Neob., in quibus non est, quod in Berol. subiicitur *quidem*.

nobis] Sic Vind. Berol. Neob., deest in Mon. Gr. ἡμῖν.

quaestione tibi natum] Sic Vind. Berol. Mon. *natumt qstione* Neob., sed litterae *q* lineola superius imposita est. Vulgo *quaestione tua natum*. Gr. σοι ζητήσεως γινόμενον.

perhibere] Sic Berol. Neob. *perhibent* Mon. Vind. Gr. μαρτυρεῖν.

prohibuimus] Sic Vind. Mon. Berol. *perhibuimus* Neob. Gr. εἴρξαμεν.

ut] Sic Vind. Mon. Neob., deest in Berol. *et* Vulgo.

orthodoxi] *ortodoxi* Mon. Berol. Neob. *horthodoxi* Vind.

litigant, dantes] Sic Vind. Mon. Berol. *litis cea illide* Neob., sed litteris *cea* et ultimae litterae *e* lineolae superius impositae sunt. Gr. δικάζονται διδόντες.

misceantur] *miseantur* Neob.

illi et] Sic Vind. Berol. Neob. *et illi* Mon. Gr. ἐκεῖνοι καί.

et uterque] Sic Vind. Mon. Neob. *uterque* Berol. Gr. ἑκάτερος.

sit] Sic Vind. Mon. Neob. *sic* Berol. Gr. εἴη.

et actor] Sic Vind. *et auctor* Berol. In Neob. Mon. et Vulgo vox *et* non est. Gr. ὅ, τε ἐνάγων.

posset] Sic Vind. Mon. *posse* Berol. Neob.

testimonium] Quod Vulgo subiicitur *perhibere*, in Vind. Mon. Neob. Berol. non est, ideoque omittendum visum est.

et litigantibus] Sic Neob. Berol., deest in Vind. Mon. Gr. καὶ τῶν δικαζομένων.

perhibentibus] Sic Mon. Berol. *perhibentes* Vind. *praebentibus* Neob. Gr. καὶ τῶν μαρτυρούντων.

orthodoxus] *ortodoxus* Berol. *horthodoxus* Vind. *ordoxos* Neob.

posse] Sic Vind. Mon. Berol. *possit dari* Neob.

dari pro] Sic Vind. Mon. Berol. Posterior vox *pro* deest in Neob. Desunt Vulgo. Gr. μαρτυρεῖν ὑπέρ.

orthodoxo] Sic Vind. Berol. *orthodoxo vero* Mon. *ordoxo* Neob.

orthodoxum] Sic Mon. *ortodoxum* Berol. *ordoxum* Neob. *horthodoxum* Vind. Quod Vulgo postea est *autem*, in Berol. est, deest in Mon., nec sane Graecis firmatur.

orthodoxis] Sic Mon. Neob. *ortodoxis* Berol. *horthodoxis* Vind.

quoque] *aqtioque* Berol., sed supra litteram primam *q* lineola posita est, quam iam prima manus delevit.

ad] Sic Mon. Neob. *ut ad* Berol., deest in Vind. Gr. εἰς.

testimonium] Postea Vulgo est *perhibendum*, quod in Vind. Mon. Neob. Berol. non est, ideoque videbatur esse omittendum, cum neque in Graecis sit, quo confirmetur.

ex genere] Sic Vind. Mon. Neob. *exigere* Berol. Gr. ἐκ τοῦ γένους. Caeterum pro his et iis quae sequuntur usque ad voces *eorum fortunam*, Vulgo haec habentur: *docuisti igitur nos, quod quidam orthodoxi constituti refugiunt curialis esse fortunae et necessitatem subire perhibendi testimonii eos, qui illis ex genere iuncti sunt vel qui alias aliquo modo eorum sciunt fortunam*, quae in nullo dictorum codd. habentur. Caeterum antea lacunae signa ponenda fuerunt. Est enim manifestum interpreti illa ἐδίδαξας τοίνυν – παρελθεῖν εἰς μαρτυρίαν τοὺς ob oculos non fuisse.

aut etiam] Sic Vind. Berol. *vel etiam* Mon. *vel* Neob. Gr. ἢ καί.

quodam] Sic Vind. Neob. Mon. *qdam* Berol.

modo] Sic Neob. Mon. *modis* Vind. Berol.

lex] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Neob. Gr. ὁ νόμος. Quod Vulgo subiicitur *eorum*, in Vind. Mon. Neob. Berol. non est, ideoque omittendum fuit, cum nec in Graecis habeat, quo firmetur.

orthodoxis testimonia haereticorum, propterea iudices piguisse haec admittere, cum utique vanum metuant timorem, qui huiusmodi repudiant suscipere testimonium. Primum etenim pro orthodoxis fiunt (hoc autem leges agere haereticos non prohibent), deinde si exsistentes curiales contra fortunam reluctantes trahit quisquam ad curiam et haereticos ad testimonium ***, quomodo non hoc pro nostra agit republica? ut sit respublica litigantium quidem orthodoxa, et maxime ex quo nos ei dedit deus imperare, qui autem super hoc testantur, pro orthodoxis perhibeant testimonium. Conversatio enim nostra recta est etiam plena orthodoxa fide, omni alia haeresi merito constituta sub odio.

EPILOGUS. Et hoc igitur tua eminentia custodiat, nostram co-

orthodoxis] Sic Vind. Berol. *orthodoxos* Mon. *ortodoxos* Neob.

testimonia] Hoc in Mon. bis scriptum est.

haereticorum] Sic Mon. Vind. Berol. *haereticarum* Neob. Desideratur Vulgo. Gr. τῶν αἱρετικῶν. Quod in Mon. postea intruditur *et*, in Vind. Neob. Berol. non est, nec Graecis firmatur.

piguisse] Sic Mon. *pinguius* Neob. *pigre* Berol. In Vind. deest, sed spatium vacuum relictum est, cui supplendo quattuor fere litterae sufficere queant. Gr. ὀκνεῖν.

haec] Sic Mon. Neob. Berol., quod melius fere et Os. iudicat; deest in Vind. *hoc* Vulgo. Gr. ταύτας.

cum] *quum* Mon. Neob. *eum* Berol.

utique] Sic Vind. Mon. Neob. Berol., quod et Os. viderat. Deest Vulgo.

vanum] Sic Mon. Neob. *unum* Berol. *unam* Vind. *in vanum* Vulgo. Gr. μάταιον.

timorem] Sic Mon. Neob. Berol., deest Vulgo. Gr. δέος. Os. coniicit: *in vanum metum incidunt*, qua coniectura iam opus non est.

qui] Sic Vind. Mon. Berol. *quod* Neob.

repudiant] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *dubitant* Vulgo.

suscipere] Sic Berol. Neob. Vind., deest in Mon. *recipere* Vulgo.

testimonium] In Mon. subiicitur *suscipere*. Gr. δέχεσθαι μαρτυρίας.

primum etenim] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *nam primum quidem* Vulgo. Gr. πρῶτον μὲν γάρ.

orthodoxis] *ortodoxis* Mon. Berol.

hoc] Sic Vind. Neob. Berol. *haec* Mon. Gr. τοῦτο.

contra] Antea Vulgo est *postea*, quod in Vind. Mon. Berol. Neob. non est. Interpres ἔπειτα illud non videtur reperisse.

trahit] Sic Berol. *trait* Mon. *trahis* Vind. *trahi* Neob. Gr. ἕλκει.

quisquam] *quisque* Berol.

et haereticos] Sic Vind. Mon. Berol. *in haereticos* Neob.

testimonium] Vulgo interponitur *vocat*, quod in Vind. Mon. Neob. Berol. non est, ideoque omittendum fuit. Exstitisse tamen aliquid sequens καλεῖ et sententiarum contextus satis significat.

quomodo] Sic Vind. Berol. Neob. *quo* Mon.

non] Sic Mon. Neob. *in* Vind. Berol.

agit republica] Sic Vind. Neob. Berol. *re.p. agit* Mon. Gr. πράττει πολιτείας.

sit] Postea Vulgo est *quidem*, quod in Vind. Mon. Neob. Berol. hic desideratur.

litigantium quidem] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *ligantium quidem* Vulgo. Interpres ob oculos habuisse videtur τὴν πολιτείαν τῶν δικαζομένων μέν.

orthodoxa] *ortodoxa* Berol. Neob.

ex quo] Sic Mon. Neob. *et quod* Vind. *q* Berol. Gr. ἐξ οὗπερ.

dedit deus] Sic Vind. *ei deus dedit* Mon. *dederit deus* Berol., desunt in Neob. Gr. αὐτῆς δέδωκεν ὁ θεός. Quod postea Vulgo intruditur *dedit*, in Mon. Berol. Vind. Neob. deest, cumque hoc Graecis firmetur, omittendum fuisse visum est.

imperare] *ei imperare deus* Neob.

qui] *quis* Berol. *qs* Vind., sed lineola superius iniecta est.

testantur] Sic Mon. *testatur* Neob. *testatuti* Vind. *testantibus* Berol.

pro] Sic Vind. Mon. Neob., deest in Berol. Gr. ὑπὲρ ὀρθοδόξων.

orthodoxis] *ortodoxis* Mon. Berol. Neob. *horthodoxis* Vind.

perhibeant] Sic Vind. Mon. *peribeant* Berol. *non habeatur* Neob., quod tamen Graecis non firmatur.

etiam plena] Sic Vind. Mon. Berol. *et plena* Neob. Pro καὶ ἤδη μετὰ interpres legisse videtur καὶ πλήρες.

orthodoxa] *ortodoxa* Berol. Neob.

constituta] *conconstituta* Mon.

odio] *hodio* Neob.

NOV. LII. EPIL. et hoc] Sic Vind. Mon. Berol. *in hoc* Neob. Gr. καὶ τοῦτο.

eminentia] Sic Vind. Mon. Berol., in Neob. deest. Gr. ἡ σὴ ὑπεροχή.

custodiat] Sic Vind. Mon. *custodia* Berol., sed supra ultimam litteram *a* secunda manus litteram *t* posuit. Neob. *custodiat eminentia*.

gnoscens mentem, et quod reipublicae expedit commemorans, et sciens per omnia, quia illa nobs et agere et sancire studii est, quaecunque nostrae prosint reipublicae. *Dat. Kal. Septemb. Constantin. imperatore Iust. PP. aug. anno XI. p. c. Belisarii V. C.* *** (537.)

LIII.

GLOSS.

DE EXHIBENDIS ET INTRODUCENDIS REIS, ET UT HI, QUI CONVENIUNTUR, POST VICESIMUM DIEM PRAESENTENTUR IUDICIBUS, ET DE HIS, QUI IURATORIAM CAUTIONEM EXPONUNT, ET ANTE LITIS CONTESTATIONEM ABSENTES FIUNT, ET DE HYPOTHECIS, QUAE APPELLANTUR EX CASU, ET QUAE PERSONAE, ET QUANDO IUS HOC HABEANT, ET DE INDOTATIS UXORIBUS, UT HABEANT QUANDAM PARTEM IN SUBSTANTIA VIRI ET IPSE VIR IN SUBSTANTIAM UXORIS, QUANDO INOPS EST, QUI RELINQUITUR.

Imp. Iust. Aug. Ioanni, P. P. scdo.

quod] Sic Mon. Neob. Berol. *qd* Vind., sed per litteram *d* superiorem circumflexus traiectus est.
reipublicae] *reipublice* Mon.
expedit] *expedidit* Vind.
et agere] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *agere* Vulgo. Gr. καὶ πράττειν.
sancire] *sanctire* Neob. *sanccire* Berol. Quod Vulgo subiicitur *lege*, in Vind. Neob. Berol. desideratur.
quaecunque] *quecumque* Mon.
prosint] Sic Mon. Neob. Berol. *possunt* Vind. *prosunt* Vulgo.
Dat.] Sic Vind. *Datum XV.* Vulgo. In Mon. Berol. Neob. tota haec subscriptio desideratur.
Constantin.] Sic Vind. *Constantinop.* Vulgo.
imperatore] Hoc verbum et, quae sequuntur usque ad voces *anno XI.*, in Vind. habentur, desunt autem Vulgo.
p. c.] In Vind. subiicitur *cons.*, lineola superius iniecta. Vulgo *post cons.*
Belisarii] *Bilisario* Vind., sed litteris *ar* circumflexus impositus est.
V. C.] *vic. cos.* Vind., sed lineola superius iniecta. Quod Vulgo postea est *anno II.*, in Vind. non est, ideoque lacunae signa ponenda fuerunt. Vide Bieneri historiam Novellarum p. 514.
NOV. LIII. LIII.] Deest in Vind. Berol. *Const. VI.* Mon.
exhibendis] Sic Mon. Neob. I. *exibendis* Vind. Berol.
reis] Sic Mon., deest in Berol. Vind., in quo quidem a secunda manu supra lineam positum est *reis.*
et ut] Sic Vind. Berol. *et* Mon.
hi] *hii* Mon., deest in Vind. Berol.
vicesimum] *vicesimam* Vind. Berol. *XX.* I.
diem] *dies* I.
praesententur] Sic Vind. Mon. *praesentur* Berol., sed supra *en* a secunda manu scriptum est *ten.*
his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.
absentes] *abscentes* Mon., sed litterae *c* punctum subiectum est.
et de] *de* I.
hypothecis] *ypothecis* Vind. *ypotecis* I.
casu] *causa* I.
et quae] Sic Vind. Mon. Desunt in I. Prior vox *et* in Berol. desideratur.
personae] *persona* I.
ius hoc] Sic Vind. Berol. *hoc ius* Mon. I., quod etiam Vulgo est.
habeant] Sic Vind. I. *habent* Mon. Berol., quod etiam Vulgo habetur.
quandam] Sic Vind. Mon. Berol., deest in I. *quartam* Vulgo.
substantia] Sic Mon. Berol. *substantiam* Vind.
et ipse] Sic Vind. Berol. Ultima vox in Mon. deest. Pro verbis *viri et ipse* I. habet *nisi et vir.*
substantiam] Sic Vind. *substantia* Mon. Berol. Verba *vir in substantiam* desunt in I.
quando] *q* Vind., sed circumflexus supra lineam positus et alius infra lineam ad sinistram partem appositus est. Pro verbis *quando — relinquitur* in I. haec sunt: *ipsius substantiam que inops.*
qui] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. *cui* Vulgo Port. Contius, qui tamen ad marginem: *al. quae subaudi persona. recte.* Deest in Vind.
relinquitur] Sic Mon. Berol., deest in Vind.
imp.] Sic Pist. *impr.* Vind. Neob. Berol. I., deest in Mon.
Iust.] Sic Vind. Mon. Pist. Berol. *Iustus* Neob. *Iusti* I. *Iustinianus* Vulgo.
Aug.] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *au* Pist., deest in I.

PRAEFATIO. Plurimi adeuntes docent nostram potestatem, quia exhibentur ab aliquibus, aut etiam in alias protrahuntur provincias aut ex sacra nostra iussione aut ex decretis iudicialibus, et ad miseriam quidem per haec aguntur, coacti vero iussionibus aut decretis exhibentur. Proinde qui eos exhibent, etiam cautiones exigentes, quia intra certum tempus veniunt ad determinatum iudicium hi, qui ab eis conventi sunt, ipsi remanent in provincia, affligi in peregrinationem sumtibus exhibitum aut praesentatum relinquentes.

CAP. I. Hoc igitur miserantes sancimus, si quid fiat tale, et tempus impleatur, quod in cautione exhibitionis aut praesentationis ipse actor constituit, deinde ille quidem observet in iudicio, actor autem desit, et non intra dies decem, postquam reus venerit in provinciam, actor occurrerit, reum quidem ingredientem apud iudicem et haec do-

Ioanni] *Iohι* Vind. Mon. Berol. Neob. *Iohā* I.

P. P. secundo] *pp.* Mon. *pp. so.* Pist. *p. p. secū.* I. *pp. scdo* Berol. *pprum scdo* Vind. *prumi scdo* Neob. *gloriosissimo praetoriorum per Orientem praefecto iterum, exconsuli et patricio* Vulgo.

NOV. LIII. PRAEF. docent nostram] Sic Hamb. *nostram docent* Vind. Berol. Mon. Port. Trid. Gr. *διδάσκουσι τὸ ἡμέτερον.*

quia] Sic Vind. Mon. *q* Berol., sed superius lineola iniecta est.

exhibentur] Sic Vind. Berol. *exibentur* Mon.

aut etiam] *aut* I.

aliquibus] *alibus* Vind., sed supra litteras *li* a secunda manu scriptum est *qui*. Gr. *τινῶν*.

protrahuntur] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. *protrauntur* Berol. *pertrahuntur* Port., quod etiam Vulgo habetur.

aut ex] Sic Mon. Berol. I. *ex* Vind., quod etiam Vulgo habetur. Gr. *ἢ ἐκ θείας*.

sacra] deest in I.

aut ex decretis] Sic Mon. Berol. Hamb. I. *exdecretis* Vind., sed priori voci *ex* vox *aut* imposita est. Vulgo *aut decretis*, omissa voce *ex*, quod idem et Trid. Port. habent.

per] Sic Vind. Mon. Berol. Port. *propter* Hamb. Trid. I.

haec] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a secunda manu supra lineam scriptum est *hoc*, quod sane et Vulgo et in I. est. Gr. *τούτοις*.

eos] deest in I.

cautiones] Sic Vind. Berol. *cautionem* I. *cautiones* Mon., sed supra ultimam litteram *e* lineola superius posita est.

quia] *quod* I.

veniunt] Sic Vind. Mon. Berol. *veniant* I. Vulgo.

determinatum] *determinandum* I.

hi] *hii* Vind. Mon. Berol. I. *ii* Vulgo.

conventi] Sic Vind. Mon. *conventa* Berol., quod tamen secunda manus correxit *conventi*. Gr. *αἰτιαθέντες*.

remanent] *remaneant* Mon. I. *remanet* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola imposita est et his iisdem litteris puncta subiecta sunt. In Berol. secunda manus tamen supra lineam scripsit *eant*. Gr. *μένουσιν*.

affligi] Sic Mon. Berol. *afligi* Vind.

peregrinationem] Sic Berol. *peregritionem* Mon., sed supra vocem *gri* lineae a secunda manu inscriptum est *na*. Vind. *peregrinando*, sed ultimis duabus litteris puncta subiecta sunt atque ad finem vocis appositum est *ne*. I. *peregrinatione*.

sumtibus] Sic Mon. Berol. *sumptibus* Vind.

NOV. LIII. CAP. I. hoc] Sic Vind. *haec* Berol. I. *hec* Mon. Gr. *τοῦτο*.

fiat tale] Sic Vind. *tale fiat* Mon. Berol. Gr. *γένοιτο τοιοῦτο*.

et tempus] *tempus* I.

actor] Sic Mon. Berol. *auctor* Vind. Gr. *ὁ ἐνάγων*.

constituit] *autem desit constituit* Berol., sed prioribus duobus verbis lineola subiecta est.

ille quidem] *quidem ille* I.

actor] Sic Mon. Berol. *auctor* Vind.

non] *n* Vind. Mon. Berol., littera *i* superius iniecta, qua re significatur *nisi*. I. *nisi*. Gr. *μή*.

dies decem] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *decem dies* Port., quod etiam Vulgo habetur. Gr. *εἴσω ἡμερῶν δέκα*.

postquam reus] desunt in Mon. Vind. Berol., sed a secunda manu in Vind. Mon. supra lineam scripta sunt.

actor] Sic Mon. Berol. *auctor* Vind.

occurrerit] Sic Vind. *aocurrerit* Mon., sed prima manus litterae *a* puncta supposuit, litteraeque *o* vocem *et* imposuit. Berol. *occurrit*, sed supra litteram *o* a secunda manu *et* scriptum, litterae *r* autem littera *e* imposita est.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. I. Gr. *ταῦτα*.

centem repente dimitti; iureiurando autem eius iudicetur de omnibus expensis, quas pertulit circa viam et circa peregrinam habitationem, et has iudices addicant actorem convenientem frustra. Et quoniam mos est, non aliter fieri exhibitiones aut praesentationes, nisi actores fideiussores certa quantitate dederint, quia exsequuntur causam et suscipiunt sententiam, hanc quidem quantitatem omnino eos exigi et dari frustra calumniam passo. Si vero per iusiurandum etiam plus aliquid declaraverit, certa tamen quantitate definita a iudice, quam leges taxationem vocant, etiam hoc superexigi, ut agnoscant non ludere in vitas alienas, sed in provincia eligere iudices, et ibi contra suos adversarios litigare.

CAP. II. Quia vero ab actoribus fideiussiones plerumque novimus hic datas, tanquam in exhibendis personis, si vero in aliam deducantur provinciam, forte declinare hanc observationem, sancimus, hic iudicem aut gloriosissimum nostrum quaestorem sacris ministrantem litteris, si

repente] Sic Vind. Berol. *et repente* Mon.

dimitti] Sic Vind. Berol. *dimittit* Mon., sed ultimae litterae punctum subiectum est.

eius] Sic Vind. Berol. *eis* Mon., sed secunda manus correxit *eius*. Gr. αὐτοῦ.

has] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Vind. Berol. secunda manus correxit *his*. In Mon. supra lineam appositum est a secunda manu *al. his*. Vulgo I. *his*.

addicant] Sic Berol. *abdicat* Vind. *abdicant* Mon., in quo quidem secunda manus supra litteram *b* posuit litteram *d*. Gr. καταδικάζειν.

actorem] Sic Mon. Berol. *auctorem* Vind. Gr. τὸν ἐνάγοντα.

convenientem] Sic Vind. Mon. *venientem* Berol.

frustra] Sic Vind. Berol. *frusta* Mon. Gr. μάτην.

mos] Sic Vind. Berol. *mox* Mon., sed supra litteram *x* a secunda manu scriptum est *s*.

exhibitiones] Sic Vind. Berol. *exhibitio* Mon., quod secunda manus correxit, ita ut in cont. Gr. ἀπαγωγάς.

actores] Sic Mon. Berol. *auctores* Vind. Gr. οἱ ἐνάγοντες.

certa quantitate] Sic Vind. Mon. Berol. *ad certam quantitatem* Vulgo I.

quia] *qui* Vind., sed secunda manus litteram *a* ad finem huius vocis apposuit. Gr. ὡς.

exsequuntur] Sic Berol. *exsecuntur* Vind. Mon. *exsequentur* Vulgo I. Gr. ἐπεξέρχονται.

suscipiunt] Sic Vind. Mon. *suscipiant* Berol. *suscipient* Vulgo I. Gr. κρατοῦσι.

quidem] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. μέν.

omnino] *oomo* Berol., sed lineola superius iniecta, sed primam litteram *o* punctis subiectis secunda manus notavit.

exigi et] Sic Mon. Berol. *exiget* Vind. Gr. ἀπαιτεῖσθαι καί.

si vero] *si vero iusiurandum si vero* Vind., sed prioribus quattuor litteris secunda manus puncta subiecit.

certa] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem tantummodo a secunda manu scriptum est.

definita] *diffinita* Vind. Mon. I. *et definita* Berol., sed prior vox in Graecis non habet quicquam, quo confirmetur.

hoc superexigi] Sic Vind. Berol. *super hoc exigi* Mon. Gr. καὶ τοῦτο προσαπαιτεῖσθαι.

agnoscant] Sic Vind. Mon. Berol. *cognoscant* Vulgo I.

ludere] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *illudere* Port. Vulgo. Gr. παίζειν.

in vitas] Sic Vind. Berol., in quo quidem prior syllaba a secunda manu punctis subiectis notata est. Mon. *vitas*, quod etiam Vulgo est. Gr. εἰς βίους.

contra] Sic Vind. Mon. *co* Berol., sed circumflexus superius iniectus est. Gr. πρὸς τούς.

NOV. LIII. CAP. II. fideiussiones] Sic Vind. Berol. *fideiussores* Mon. I. Gr. ἐγγύας.

datas] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem secunda manus correxit *datos*, quod etiam in I. habetur.

declinare hanc] Sic Vind. Berol. *hanc declinare* Mon. Gr. διαφυγγάνειν ταύτην.

hic] Sic Vind. Mon. *hinc* Berol. Gr. ἐνταῦθα.

nostrum quaestorem] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *quaestorem nostrum* Trid. Port. Vulgo. Gr. ἡμῶν κοιαίστωρα.

sacris] *sacris nostris* I.

quid tale agere iubeatur, non aliter ad aliam exhiberi provinciam reum, antequam fideiussorem praebeat actor in iudicio, in quod futurus est reum deducere, quia dabit secundum locorum spatium aurum, quantumcunque decretum fuerit, fugienti, si non exsequatur, aut exsequens non vincat causam, et ibi omnia agi, quaecunque in exhibitione decrevimus, definitum vero aurum a fideiussoribus exigendum, et dandum ei, qui deductus est, praebendo quoque ab illo etiam iureiurando usque ad taxationem, ut, si iuraverit se etiam amplius expendisse, et hoc recipiat, et undique videantur perfectae nostrae legislationes.

CAP. III. Illud quoque antiquitas quidem bene faciens disposuit, nunc autem studio machinantur, nostrarum legum clementiam occasionem facientes suarum calumniarum. Vetustate namque volente conventionis libellum suscipientem diebus aeque decem deliberationem habere, quo possit discutere causam, et forte etiam recognoscere et liberari, post decem autem dierum inducias, tunc et subscribere misso libello, et iudiciales implere cautiones, quidam vero respicientes ad nostras leges, quae post litis contestationem neque refutare iudicem, neque alium petere iudicem permittunt, causam arte machinantur, et maxime executoribus talia dolose adinvenientibus, et mox ut oblata fuerit quaelibet admonitio, forte neque libello dato, neque iudiciali ulla cautione, deducunt hominem invitum ad iudicem datum, et nihil scientem compellunt facere litis

exhiberi] Sic Vind. Hamb. Trid. I. *exhibere* Mon. Port. *exhibet* Berol., sed sec. manus scripsit *exiberi*. Gr. κατάχ- ϑῆναι.

provinciam] deest in I. In Mon. subiicitur *exhiberi*, quod tamen Graecis non firmatur.

reum] Sic Mon. Berol. *rerum* Vind., sed secunda manus correxit *reum*. Gr. τὸν ἐναγόμενον.

actor] Sic Mon. Berol. *auctor* Vind. Verba *actor in* desunt in I. Gr. ὁ ἐνάγων.

in quod] Sic Vind., *in quo* Berol. I. Mon. Gr. εἰς ὅ.

reum] Sic Berol. Mon. Vind., in quo quidem syllaba *um* a secunda manu scripta est.

decretum fuerit] *fuerit decretum* I.

definitum] *deffinitum* I.

aurum] *auaurum* Vind., sed litterae *au* mediae a secunda manu scriptae sunt.

exigendum] Sic Vind. Berol. *exhibendum* Mon. Gr. ἀπαιτουμένου.

etiam] *et* I.

iureiurando] Sic Vind. Berol. *iurando* Mon., sed supra litteram *r* alia littera *r* posita est. Gr. καὶ τοῦ ὅρκου.

taxationem] Sic Vind. Mon. *texationem* Berol.

se] Sic Vind. Mon. *set* Berol., unde secunda manus facit *se*.

et undique] Sic Vind. Mon. *ut undique* Berol. I. Gr. καί.

legislationes] *legislatinos* Vind., sed ultimae syllabae *nos* lineola iniecta est.

NOV. LIII. CAP. III. PR. studio] Sic Mon. Berol. *stidio* Vind., sed priori litterae *i* littera *u* imposita est.

calumniarum] Sic Vind., in quo quidem ultima syllaba *rum* a secunda manu scripta est. Gr. τῆς - ἐπηρείας.

vetustate] Sic Mon. Berol. *venustate* Vind., sed supra litteram *n* secunda manus posuit *al˜ vel˜*. Gr. παλαιότητος.

conventionis] Vulgo subiicitur *factae*, quod etiam in Mon. Berol. I. habetur, in Vind. deest, cumque nec Graecis confirmetur, omittendum fuit.

aeque] *eq* Berol., sed supra lineam lineola posita est.

recognoscere] Sic Vind. Berol. *cognoscere* Mon., sed supra *co* a secunda manu scriptum est *re*. Gr. ἐπιγνῶναι.

misso libello] Sic Vind. *libello misso* Mon. *misso libellum* Berol., sed secunda manus ex litteris *um* facit *o*. Gr. τῷ σταλέντι βιβλίῳ.

iudiciales] Sic Vind. Mon. *iudices* Berol., sed supra litteras *ic* a secunda manu scriptum est *ial*. Gr. τὰς δικαστικάς.

quidam vero] Sic Mon. Berol. *vero quidam* Vind., sed secunda manus priorem vocem delevit et post vocem *quidam* vocem *vero* lineae imposuit. Interpres videtur legisse τινὲς δέ.

iudicem] Sic Vind., deest in Mon. Berol. Gr. συνδικαστήν.

permittunt] Sic Vind. Mon. *permittit* Berol., sed duabus litteris circumflexus impositus est, unde secunda manus facit *permittunt*. Gr. συγχωροῦσι.

talia] Sic Mon. Berol. *tale* Vind. Gr. τὰ τοιαῦτα.

admonitio] Sic Berol. *ammonitio* Vind, I. *amonitio* Mon. Gr. ὑπόμνησις.

contestationem, ut semel sub litis contestatione constitutus obligetur, et nullam habeat licentiam neque refutare iudicem, neque alium simul iudicem petere, quum forte suspectus iudex sit; et sic agunt quae volunt, et sub suis artibus hominem constituentes, quo volunt modo, de eo agunt. §. 1. Sancimus igitur, dum admonitio oblata fuerit alicui, modis omnibus offerri libellum, et non secundum antiquitatem decem solummodo dierum habere eum, qui admonetur, inducias, sed duplices, hoc est viginti, ut, sive repudiare voluerit, sive et cum eo alium iudicem petere, licentiam habeat hoc facere, aut forte recognoscere debitum, et liberare se ab adversarii sui contentione amicabiliter, et non per calumniam et circumventionem sub iudice constitui forsan suspecto et forsan ingrato, plerumque autem aliquid etiam proprium contra eum dispensante, et eo, qui litem sustinet, nullum habente tempus ad cognoscendum, in quibus conventus occurrit. §. 2. Suscepto vero libello, sola personali fideiussione ab eo data, et sportulis secundum sacram nostram praebitis constitutionem, subscribere libello, qui appellatur responsionis, et declarare etiam tempus, quo ei libellus datus est, ne etiam ob hoc ars fiat

ut] Sic Vind. Berol. *et* Mon., cui tamen punctum subiectum, deindeque lineae impositum *ut*. Gr. ὥστε.

habeat licentiam] Sic Mon. *licentiam habeat* Vind. *habet licentiam* Berol. Gr. ἔχειν ἄδειαν.

iudicem] *indicem* I.

simul] Sic Vind. Mon. Berol., deest Vulgo. Gr. συνδικαστήν.

iudicem] deest in I.

quum forte suspectus] Sic Vind. Mon. *subspectinus* Berol., quo deleto a secunda manu supra lineam positum est: *cum forte suspectus*. Gr. καίτοιγε ἴσως ὑπόπτου.

hominem] *homines* I.

constituentes] Sic Mon. Berol. *statuentes* I. Vulgo.

de eo] desunt in I.

NOV. LIII. CAP. III. §. 1. admonitio] Sic Berol. *ammonitio* Mon. *ammotio* Vind. Gr. ὑπόμνησις.

oblata] Sic Mon. Berol. *ablata* Vind. Gr. προσενεχθείη.

offerri] Sic Vind. *offerret* Mon., sed secunda manus correxit *offerri*. Berol. *auferri*, sed sec. m. correxit *offerri*. Gr. ἐπιδίδοσθαι.

et non] Sic Mon. Berol. *ut non* Vind. Gr. καὶ μή.

antiquitatem] Sic Vind. Berol. *quantitatem* Mon., sed sec. manus correxit *antiquitatem*. Gr. κατὰ τὸ παλαιόν.

dierum] deest in I.

admonetur] *ammonetur* Mon. Vind. *monetur* Berol., sed secunda manus supra litteram *m* posuit litteram *a*.

et cum eo] Sic Vind. Mon. Berol. *etiam cum eo* Vulgo I.

recognoscere] Sic Vind. Mon. *cognoscere* Mon. I. Gr. ἐπιγνῶναι.

ab] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a secunda manu lineae impositum est *ab*.

contentione] Sic Vind. Mon. *contemptione* Berol.

calumniam] Sic Vind. Berol. *calupniam* Mon.

forsan] Sic Vind. Hamb. Trid. *et forsan* Mon. Berol. Port., quod tamen Graecis non firmatur.

suspecto] Sic Vind. Mon. *sub specto* Berol. Gr. ὑπόπτῳ.

et forsan ingrato] *forsan ingrato* I.

aliquid etiam] *etiam aliquid* I.

proprium contra eum] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. *contra eum proprium* Mon. Gr. οἰκεῖον ἐπὶ τῷ φεύγοντι. Hinc Leunclavius Notat. II. 245. recte coniicit scribendum esse *reum*, quod in I. habemus, quia tamen codicum auctoritate non firmatur, in contextum recipere dubitavi.

dispensante] Sic Berol. Mon. *dispensantem* Vind.

qui litem] Sic Mon. Berol. In Vind. prior vox *qui* deest, sed Gr. τοῦ τὴν δίκην ὑπομένοντος.

cognoscendum] Sic Vind. Hamb. Trid. I. *agnoscendum* Mon. Berol. Port., quod etiam Vulgo habetur. Postea Vulgo et in I. interponitur *ea*, quod in Vind. Mon. Berol. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum fuit.

NOV. LIII. CAP. III. §. 2. vero] Sic Vind. Berol. *autem* Mon.

secundum sacram nostram praebitis] *praebitis secundum sacram nostram* I.

qui] *quod* I. Vind. Berol. Mon., in quo quidem iam secunda manus correxit *qui*.

est] Sic Vind. Berol., deest in Mon., ubi tamen id ipsum a secunda manu supra lineam adscriptum est.

ne etiam] Sic Vind. Berol. *nec etiam* I. *nei etiam* Mon., sed priori litterae *i* secunda manus puncta subiecit. Gr. ἵνα μή.

quaedam, cumque futura est celebrari contestatio litis apud iudicem, interrogari fugientem, si viginti dies transierunt deliberationis, et illum dicere quidem veritatem, ostendi quoque illud etiam ex die et subscriptione libelli, et si dixerit transisse viginti dierum numerum, tunc fieri litis contestationem; in medio autem licentiam esse ei repudiare iudicem et alium petere, aut cum eo iudicem percipere, aut certe absolvi amicabiliter, nihil in medio neque damnificando, neque ab exsecutoribus conturbando, sed et iudiciariam cautionem exponentem, sicut de his iudicans perspexerit, et viginti dierum habentem deliberationem. Si vero haec non serventur, licet videatur quaedam fieri contestatio litis, pro nihilo eam esse, sed licentiam esse et post huiusmodi contestationem litis intra definitos viginti dies sic omnia agere, tanquam si neque ab initio facta sit quaedam contestatio litis.

CAP. IV. Si vero semel repudians iudicem alium acceperit, non sinimus ei et eum, qui petitus est, rursus repudiare. Sicut enim eius curam habemus, sic etiam per dilationem agi aliquid adversus actores modis omnibus aversamur. Si vero etiam quidam iurent quidem, quia observant, et antequam contestatio litis fiat, ab hac maxima dispare-

fiat quaedam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quaedam fiat* Vulgo.

cumque] Sic Vind. Mon. Berol. *cunque* I. *quum vero* Vulgo.

transierunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *transierint* Vulgo. Gr. *διεληλύθασιν.*

dicere quidem] Sic Vind. Berol. *quidem dicere* Mon., quod etiam Vulgo habetur. Gr. *λέγειν μέν.*

ostendi] Sic Berol. Hamb. Trid. *ostendit* Vind. Mon. Port. Gr. *δείκνυσθαι.*

transisse] Sic Vind. Berol. *transsise* Mon.

viginti] Sic Vind. Berol. *decem* Mon., quo deleto, supra lineam a secunda manu scriptum est *viginti*. Gr. *αἱ εἴκοσι.*

licentiam esse ei] Sic Vind. Berol. I. *licentiam ei esse* Mon. *ei licentiam esse* Vulgo.

aut] Sic Mon., sed supra lineam a secunda manu *etiam* positum est. Vind. Berol. I. *aut etiam*, quod etiam Vulgo est, Graecis tamen non firmatur.

absolvi] Sic Vind. Mon. *persolvi* Berol. Gr. *ἀπαλλάττεσθαι.*

damnificando] Sic Mon. Berol. *dampnificando* Vind.

sed et] Sic Mon. *set* Vind. Berol. Gr. *ἀλλά τήν τε.*

exponentem] *exponente* I.

de his] *qui de his* Mon. I. Berol., quod etiam Vulgo habetur. *de his qui* Vind., sed iam incerta collocatio vocis *qui* hanc vocem glossematis loco esse demonstrat.

iudicans] Sic Vind. Mon. *iudicant* Berol. *iudicat* I. Vulgo. Interpres legisse videtur *ὁ ταῦτα κρίνων.*

habentem] Sic Mon. *hnte* I. Vind. Berol.; sed supra hanc vocem secunda manus lineolam posuit. Gr. *ἔχοντα.* In Berol., quae inde ab hac voce habentur usque ad voces *qui petitus*, omnia a secunda manu scripta sunt.

et post] *post* I.

contestationem] Sic Vind. Berol. *constitutionem* Mon., sed secunda manus correxit *contestationem*. Gr. *προκάταρξιν.*

intra] Sic Vind. Berol. *infra* Mon. Gr. *εἴσω.*

definitos] Sic Vind. *diffinitos* Mon. Berol. *prefinitos* I.

NOV. LIII. CAP. IV. PR. et eum] Sic Vind. Mon. Berol. I. Prior vox *et* Vulgo desideratur. Gr. *καί.*

petitus] Sic Vind. *petitus petitus* Berol. *penitus* Mon., sed secunda manus scripsit *petitus*. Gr. *τὸν ᾐτημένον.*

eius] Sic Vind. Berol. *eis* Mon. Gr. *αὐτοῦ.*

agi aliquid] Sic Vind. Mon. *aliquid agi* Berol. Gr. *πράττεσθαί τι.*

actores] Sic Vind. Mon. Berol. *actorem* I. Vulgo. Gr. *κατὰ τῶν ἐναγόντων.*

aversamur] *adversamur* Vind. Berol. I. *adversamus* Mon., sed ultimis tribus litteris puncta subiecta sunt.

quidam] Sic Vind. Mon. *quidem* Berol., sed secunda manus correxit *quidam*. Gr. *καί τινες.*

iurent quidem] Sic Vind. Mon. I. *uurent quidem* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. Vulgo ultima vox *quidem* non est. Gr. *δεομόσαιντο μέν.*

observant] Sic Hamb. *observent* Vind. Berol. Trid. I. *observabunt* Port., quod etiam Vulgo habetur. Gr. *προσεδρεύουσι.*

maxima] Sic corrigendum ex Graeco *μεγάλης ταύτης.* Vind. Mon. Berol. I. *maxime.*

dispareant] *disperant* Berol., sed ad ultimam litteram circumflexus appositus est. Vind. *disparreant*, sed ultimae lit-

ant civitate, licentiam esse etiam non facta litis contestatione adire actorem statutum iudicem, et haec denunciare, illum vero, si quidem administrator sit, iubere omnimodo exhiberi reum tanquam periurum, et paene sui accusatorem per fugam factum, si vero non administrat, sed datus sit a quodam iudice, sive ex sacra forte forma aut iussione, aut etiam ab aliquo administratore, ad illum nunciare, ut deducatur ab illo, ne causa maneat actori undique desolata, iudice agere aliquid non valente, eo quod nondum apud eum facta sit contestatio litis, illo contemnente legem et iuramentum suum manifestationem suam, et actorem extra omne legitimum adiutorium relinquente. §. 1. Igitur ne latente eo et tardata exhibitione causa maneat suspensa, examinet ut potuerit iudex, in quam terram abisse dicitur, et det inducias certas, ut, nisi intra eas occurrerit (liberam tamen huius rei fiduciam habens, si non forte studio actoris impediatur aut venire prohibeatur), tunc secundum unam partem examinet negotium. Et in possessionem mittat actorem eius rerum secundum mensuram declarati debiti (ipsumque in possessio-

terae *r* punctum suppositum est. Mon. *disperеant*, sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἀφανεῖς καταστaῖεν.

etiam] *et* I.

haec] Sic Vind. Mon. *hoc* Vulgo I. Gr. ταῦτα.

administrator] Sic Vind. Berol. *amministrator* Mon. I.

omnimodo] *omnino* I.

tanquam] Sic Vind. Berol. *taquam* Mon.

periurum] Sic Vind. Berol. *periurium* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἐπίορκον.

sui] Sic Vind. Mon. *sue* Berol. Gr. ἑαυτοῦ.

sive] Hoc in Berol. bis scriptum, sed ei, quod primo loco habetur, linea supposita est, quod delentis signum est.

administrat] *aministrat* Vind.

sacra forte forma] Sic Vind. Berol. Hamb. *sacra nostra forte forma* Mon. *sacra forma* Trid. Port. I. Vulgo. Gr. ἐκ θείου τύπου τυχόν.

administratore] Sic Vind. Berol. *amministratiore* Mon. Gr. ἄρχοντος.

nunciare] Sic Vind. Mon. I. Hamb., in quo quidem secunda manus correxit *denuntiare*. Berol. *denuntiare*. Trid. Port. Vulgo *renuntiare*. Gr. μηνύειν. Quod Vulgo subiicitur: *a quo datus est*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum visum est.

ut] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a secunda manu lineae impositum est. Gr. ὥστε.

contestatio litis] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *litis contestatio* Vulgo, quod etiam in Trid. Port. est.

contemnente] Sic Vind. Mon. *contimentem* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. καταφρονοῦντος.

iuramentum suum] Sic Vind. Mon. *iuramento suo* Berol., sed sec. manus correxit, ut supra.

manifestationem suam] Sic Berol. *et manifestatione sua* Mon., sed sec. manus litteras *et* punctis subiectis notavit. *manifestatione sua* Vulgo I. Haec ego secundae versionis verborum τῆς διωμοσίας τῆς ἑαυτοῦ locum obtinere puto, cum Graeca non habeant, quo firmentur.

omne] *omnem* I. Vind., in quo quidem ultimae litterae punctum subiectum est. Gr. πάσης.

relinquente] Sic Vind. Berol. *relinquere* Mon., sed secunda manus scripsit *relinquente*. Gr. ἀπολιμπάνοντος.

NOV. LIII. CAP. IV. §. 1. tardata] Sic Mon. Berol. *tardata et* Vind., sed ultimae voci *et* puncta subiecta sunt. Gr. βραδυνούσης.

exhibitione] Sic Mon. Vind. *et exibitione* Berol., sed priori voci puncta subiecta sunt. Gr. τῆς παραστάσεως.

causa] Sic Vind. Mon. *et ca* Berol., sed supra litteras *ca* lineola posita est, priorique voci *et* puncta subiecta, quae sane nec Graecis firmatur.

terram] Sic Vind. Berol. *in terram* Mon., sed priori voci *in* puncta subiecta sunt, quae nec Graecis firmatur.

abisse] Sic Vind. Mon. *abiisse* Vulgo.

si non] *nisi* I.

actoris] Sic Vind. Mon. *imperatoris* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. παρὰ τοῦ διώκοντος.

eius rerum] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. I. *rerum eis* Mon., quod tamen secunda manus correxit *rerum eius*, quod est apud Port. Gr. τῶν αὐτοῦ πραγμάτων. Caeterum inde a voce *rerum* usque ad voces *res et* quae sunt, in Berol. a secunda manu scripta sunt omnia.

nem missum habere res debiti causa servandi), et tunc, si ille occurrerit, omne ei prius solvet damnum, et tunc recipiens res et fideiussorem praestans prosequatur causam.

CAP. V. Optimum quoque est etiam hoc propter dubitationum quaestionem lege communi determinare. Primum namque fuerunt dubitationes plurimae, utrum oporteat militias sub hypothecae deduci vinculis, aut etiam his liberas esse. Sed hoc quidem iam definitum est lege, et certae consistunt militiae, quaecunque vendi aut obligari possunt. Nos autem ex maioribus causam considerantes scimus, quia ex antiquis temporibus non erat in militiis hypotheca, sed quaedam nomina omnino antiqua et deficientia in talibus ferebantur; paulatim vero imperatores, interpellantium creditorum miserati, haec praebebant, quum utique omnis militia publica exsisteret, et nullum quaestum omnino alium, quam ex imperiali munificentia habens. §. 1. Propterea igitur sancimus, ea, quae appellantur ex casu militias, non omnibus promte subiacere, nisi tamen creditor fuerit, qui ad hoc ipsum mutuavit, ut militia illi emeretur. Alioquin aliis creditoribus non promte damus

res] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *rem* Port. Vulgo. Gr. *τὰ πράγματα*. Quod Vulgo antea est *etiam*, in Vind. Mon. Berol. I. deest, nec sane Graecis firmatur.

causa servandi] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *servandi causa* Port. Vulgo. Gr. *ἕνεκεν φυλακτέου*.

solvet] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. Mon., sed secunda manus scripsit *salvet*, quod praestare crediderim. Certe eadem versio est vocis *θεραπεύοιτο* in huius Novellae cap. 6. §. 2. ad finem. *salvet* I.

fideiussorem] Sic Vind. *fideiussores* Mon. Berol. Gr. *ἐγγυητήν*.

prosequatur] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem supra syllabam *pro* a secunda manu scriptum est *quod*.

NOV. LIII. CAP. V. PR. dubitationum] Sic Mon. *dubitationi* Vind. *dubitationem* Berol. Gr. *τῶν ἀμφισβητουμένων*.

quaestionem] Sic Vind. Mon. *quaestionum* Berol. Gr. *ζήτησιν*.

lege] Sic Vind. Mon. *legem* Berol. Gr. *νόμῳ*.

primum] Postea in solo Berol. subiicitur *determinare*, quod tamen lineola subducta deletum est.

plurimae] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *multae* Trid. Port.

hypothecae] Sic Mon. Berol. *ypothece lege* Vind. *ypotece* I.

aut] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *au etiam* Port. *au* Vulgo. Gr. *ἤ*.

definitum] *diffinitum* Mon.

lege] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. *νόμῳ*.

considerantes] *desiderantes* Berol., sed secunda manus scripsit *considerantes*. Gr. *σκοποῦντες*.

scimus] *sancimus* I.

in militiis] *in mlitiis* Mon., quod tamen secunda manus correxit *in militiis*. Gr. *ἐπὶ ταῖς στρατείαις*.

omnino] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *παντελῶς*.

ferebantur] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *deferebantur* Trid. *efferebantur* Port. Vulgo. Gr. *ἐφέρετο*.

interpellantium] Sic Vind. Mon. *interpellai* Berol., sed secunda manus ex secundo *i* fecit *cium*. Gr. *τοὺς προσιόντας*.

haec] *hoc* I.

praebebant] Sic Vind. Berol. *praebeant* Mon., sed hinc secunda manus facit *praebebant*. Gr. *ἐδίδοσαν*.

militia] Sic Vind. Mon. *militiae* Berol., unde secunda manus facit *militia*. Gr. *δημοσίας*.

publica] *pulica* Vind. Mon., sed supra litteram *u* a secunda manu littera *o* imposita est. In Berol. deest, sed tamen a secunda manu supra lineam positum est. Gr. *δημοσίας*.

exsisteret] Sic Vind. Berol. *exsisterent* Mon.

et nullum] Sic Vind. Hamb. Trid., deest *et* in Mon. Berol. Port. I. Gr. *καί*.

NOV. LIII. CAP. V. §. 1. ea] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eas* Vulgo.

casu] *ca* Berol., lineola superius iniecta, sed supra lineam a secunda manu scriptum *su*. I. *causu*.

militias] deest in I.

promte] *prompte* Mon. *prom* Vind., sed lineola superius iniecta. In Berol. habetur *propterea g sancimus*, sed ultimae voci puncta subiecta sunt.

mutuavit] Sic Vind. Mon. *mutuaverit* Berol. *nuntiavit* I.

alioquin] Sic Vind. Mon. Berol. I. *alioqui* Vulgo.

promte] *ppea* Berol., sed supra lineam scriptum est *a t. prompte*. Gr. *προχείρως*.

hoc, sed si quidem filii fuerint aut uxor defuncti, istos omnibus praeponimus modis, ut adeant nos, et secundum iussionem nostram haec habeant non tanquam paternam hereditatem, si in aliis inops sit, sed tanquam imperialem munificentiam, ut et substantiam relinquentibus, et non habentibus merito solatium praebeamus. Si vero nullus eis neque filius neque uxor fuerit neque creditor, qui ad ipsam militiam mutuavit, tunc et aliis creditoribus praebemus haec, ne videamur inhumanum aliquid facere, et non propter piam et deo placentem actionem ponere legem; de militia quidem spectabilium silentiariorum proprie datis et largitis eis privilegiis in sua virtute manentibus.

CAP. VI. Quoniam vero ad clementiam omnis a nobis lex apta est, videmus autem quosdam cohaerentes mulieribus indotatis, deinde morientes, et filios quidem ex lege vocatos ad paternam hereditatem, mulieres autem, licet decies millies in statu legitimae coniugis manserint, attamen eo, quod non sit facta neque dos, neque antenuptialis donatio, nihil habere valentes, sed novissima viventes inopia, propterea sancimus, providentia fieri etiam harum, et in successione morientis et huiusmodi uxorem cum filiis vocari, et sicut scripsimus legem, volentem, si sine dote exsistentem uxorem vir dimiserit, quartam partem eius substantiae accipere eam, sic etiam hic, quoniam contigit forte paucos aut plures esse filios, quartam partem substantiae habere mulie-

uxor] Sic Mon. Berol. *uxore* Vind. Gr. γαμετή.

defuncti] Sic Mon. Berol. *defucti* Vind.

iussionem nostram] Sic Mon. Berol. *missionem nostram* I. *nostram iussionem* Vind. Gr. κέλευσιν ἡμετέραν.

haec] Sic Vind. Mon. *hoc* Berol. I., quod etiam Vulgo habetur. Gr. ταῦτα.

in aliis inops] Sic Mon. Berol. *aluuops* Vind. Gr. τὰ ἄλλα ἄπορος.

sit] *fuit* I.

merito] In Vind. subiicitur *i'to*, sed puncta a secunda manu subiecta sunt.

ipsam] Supra hanc vocem in Mon. scriptum est *hoc*, quod tamen Graecis non firmatur. Pro *ipsam mil.* I. habet *mil. ipsam*.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* I. Vulgo. Gr. τῶν τοιούτων.

quidem] Sic Berol. Mon. *quippe* Vulgo I.

silentiariorum] *soilentiariorum* Mon. *silentiarum* Berol., sed supra litteras *ia* a secunda manu scriptum est *rio*.

NOV. LIII. CAP. VI. PR. lex] Sic Mon. Hamb., deest in Vind. Berol. Trid. Port. I. et Vulgo. Gr. ὁ νόμος.

apta] Sic Berol. I. *apta* Vind. Mon., qua re *aperta* significatur. Vulgo *aptata*, quod etiam in Trid. Port. est. Gr. ἥρμοσται. Quod Vulgo subiicitur *lex*, in Vind. Mon. Hamb. non est, nec sane Graecis firmatur, ideoque omittendum visum est.

videmus] Sic Vind. Berol. *videamus* Mon. Gr. ὁρῶμεν.

deinde] Sic Vind. *et deinde* Mon. *deinde dein co* Berol., sed ultimis litteris *in* circumflexus impositus est litterisque *co* puncta subiecta sunt. Sane *et* illud in Graecis non habet, quo confirmetur.

morientes] *morientibus* Mon., unde secunda manus facit, quod in cont. est. Postea in Vind. haec intruduntur: *mulieribus indotatis deinde morientes*, quae quidem ex superiorum verborum repetitione orta et a secunda manu deleta sunt.

statu] Sic Vind. Mon. *statum* Berol. Gr. ἐν τάξει.

attamen] Sic Vind. Mon. *attm* Berol., sed supra ultimas duas litteras lineola posita est, qua re *at tantum* significatur. Gr. ἀλλ' οὖν.

novissima] Antea Vulgo est *in*, quod in Vind. Mon. Berol. I. non est, nec sane Graecis firmatur.

inopia] Sic Vind. Mon., deest in Berol., ubi tamen a secunda manu supra lineam adscriptum est *inopia*. Gr. ἀπορίᾳ.

providentia] Sic Vind. *providentiam* Mon. Berol. Gr. πρόνοιαν.

et sicut] Sic Berol. *in et sicut* Mon. *sicut* Vind., sed supra hanc vocem a secunda manu scriptum est *et*. Gr. καὶ ὥσπερ.

exsistentem] *existentem* Vind. Mon.

eam] Sic Mon. Berol. *eius* Vind., sed supra litteram *i* secunda manus litteram *a* posuit. Gr. αὐτήν.

contigit] Sic Vind. Mon. *contingit* Berol. I.

substantiae] Antea Vulgo et in I. est *eius*, quod in Vind. Mon. Berol. desideratur, nec sane Graecis firmatur.

rem, sive plures, sive minus filii fuerint. Si tamen legatum aliquod reliquerit ei vir minus a quarta parte compleri hoc, ut, sicut laesas eas iuvamus, si forte dimissae fuerint a viris indotatae consistentes, ita vel si perduraverint semper cum eis, eadem perfruantur providentia; scilicet omnibus secundum instar illius nostrae constitutionis, quae quartam decernit eis, etiam hic servandis similiter quidem in viris, similiter autem in mulieribus; communem namque etiam hanc super eis ponimus legem, sicut et praecedentem. §. 1. Si vero quasdam res proprias mulier in domo viri aut alibi repositas habuerit, harum actionem et retentionem habeat omnibus modis imminutam, subiacere huiusmodi rebus viri creditoribus nullo modo valentibus, nisi forte secundum quod in illius iure ex hac lege heres exstiterit. §. 2. Haec itaque dicimus, si coniunctorum alter dotem aut antenuptialem donationem non faciens, inops aut vir aut mulier inveniatur, et moriens quidem aut vir aut mulier locuples sit, ille vero vel illa superstes pauper exsistat. Nam si aliunde forsan habeat, non offerentem dotem aut non dantem propter nuptias donationem non erit iustum gravare filios per successionem, quoniam lex alia est nostra dicens, dotem non offerentem non posse res viri conquirere

sive minus] Sic Mon. Berol. *un minus* Vind., sed prioribus duabus litteris circumflexi impositi punctaque subiecta sunt. Gr. *εἴτε ἐλάττους*.

fuerint] Sic Mon. *sint* Vind. *fuit* Berol., litterae penultimae autem circumflexus iniectus est. Gr. *εἶεν*.

aliquod] Sic Vind. Berol. In Mon. siglum est, quo *aliquid* significatur.

reliquerit] Sic Vind. Berol. *relinquerit* Mon., sed litterae *n* punctum subiectum est. Gr. *καταλίποι*.

vir] In Vind. est *u*, sed supra lineam littera *i* iniecta est, qua re Vulgo *ubi* significatur, sed hoc totum secunda manus delevit. Sed Vulgatam confirmat Berol. Mon. Gr. *ὁ ἀνήρ*.

a quarta] Sic Vind. Mon. Berol. *quarta* Vulgo Port. *autem quarta* I. Manifesto interpres verba *τῆς τετάρτης μοίρας* non cum superioribus coniunxit, sed a sequenti voce *τοῦτο* pendere credidit. Si legimus: *autem quarta*, quod in Hamb. Trid. habetur, dicendum est, interpreti in Graecis fuisse *ἔλαττον δέ*.

iuvamus] Sic Vind. Mon. *videamus* Berol.

a viris] *auris* Mon., sed supra litteram *u* a secunda manu positum est *i*. I. *a viro*. Gr. *παρὰ τῶν ἀνδρῶν*.

vel si] Sic Vind. Berol. *lis si* Mon., cui tamen voci postea lineola subiecta est; supra lineam autem a secunda manu scriptum est *vel*. Gr. *κἂν εἰ*.

perfruantur] Sic Mon. Berol. *fruantur* Vind. I., quod etiam Vulgo habetur.

eis] Sic Vind. Mon. *his* I. *ei* Berol. Gr. *αὐταῖς*.

et praecedentem] Sic Mon. Berol. *etiam praec.* I. Deest *et* in Vind. Gr. *καὶ τὸν ἔμπροσθεν*.

NOV. LIII. CAP. VI. §. 1. habuerit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *habuit* Vulgo. Gr. *ἔχοι*.

omnibus] Sic Vind. Mon. *oι* Berol., sed supra lineam lineola iniecta est, secundaque manus adscripsit *bus*. Gr. *πᾶσι τρόποις*.

imminutam] *inminutam* Mon.

secundum quod in illius] Sic Vind. Mon., in quo quidem haec a secunda manu in linea scripta sunt; porro sic etiam Berol., in quo quidem pro *in illius* prima manus habuerat *nullius*. Gr. *καθ' ὅσον τῶν ἐκείνου*.

heres] *eres* Mon., sed supra primam litteram secunda manus litteram *h* posuit.

NOV. LIII. CAP. VI. §. 2. coniunctorum] *cutiunctorum* Mon., sed sec. manus primas litteras *nt* delevit lineaeque imposuit *on*. Gr. *τῶν συνοικούντων*.

vir] *u* Vind., sed littera *i* imposita, qua re significatur *ubi*, sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *ὁ ἀνήρ*.

mulier inv.] Sic Vind. Mon. *femina inv.* Berol.

locuples] Sic Vind. *locuplex* Mon. Berol. I.

illa] Sic Vind. *illas* Mon., sed ultimae litterae punctum subiectum est. Berol. *ista*.

offerentem] Sic Berol. *offorentem* Vind. *aufferentem* Mon., verum secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *εἰσενεγκοῦσαν*.

non] Sic Vind. Mon. *mo* Berol., sed lineola iniecta; secunda autem manus correxit *non*. Gr. *οὐκ*.

lex alia est] Sic Vind. Berol. *alia est lex* Mon. Gr. *νόμος ἄλλος ἐστίν*.

dotem] deest in I.

offer.] Postea I. subiicit *dotem*.

conquirere] Sic Vind. Mon. Berol. *acquirere* Vulgo, quod sane praestat propter Graecum *οἰκειοῦσθαι*.

per antenuptialem donationem. Quod etiam hic volumus obtinere, nisi tamen ipse vir aut legatum ei aut aliquam partem institutionis reliquerit; fieri namque hoc nullo invidemus modo, ut in omnibus nobis concordantiae legum serventur, et inopia coniugis per divitias alterius salvetur.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo valere effectuique contradere festinet, per praecepta a se conficienda universa faciens manifesta, quatenus ipsi secundum haec vivant etiam et convertantur. *Dat. X. Kal. Octob. CP. DN. nri Iustiniani PP. Aug. anno XI., p. c. Belisarii V. C. anno secundo.* (537.)

LIV. GLOSS.

CONSTITUTIONEM, QUAE EX ADSCRIPTITIO ET LIBERA NATOS ESSE LIBEROS VULT, NON HIS, QUI ANTE CONSTITUTIONEM NATI SUNT, SED QUI POST CONSTITUTI-

per] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. διά.

hic volumus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *volumus hic* Vulgo. Gr. κἀνταῦθα βουλόμεθα.

nisi tamen] Sic Vind. Berol. *nisi tantum* Mon. Gr. πλὴν εἰ μή.

reliquerit] *relinquerit* Vind. Mon.

invidemus modo] Sic Vind. Berol. *modo invidemus* Mon. Gr. βασκαίνομεν τρόπον.

in omnibus] Sic Vind. Mon. Berol. *omnibus* I. Vulgo. Gr. διὰ πάντων.

nobis] Sic Vind. *modis nobis* Berol. *modis* I. Mon., quod etiam Vulgo habetur. Gr. ἡμῖν.

alterius] Sic Berol., deest in I. Vulgo. Gr. θατέρου.

salvetur] Sic Mon. Berol. *salentur* Mon., sed supra litteram *e* a secunda manu scriptum est *u*. Gr. θεραπεύοιτο. Quod Vulgo et in I. postea subiicitur *alterius*, in Berol. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.

NOV. LIII. EPIL. nobis] *vobis* I.

celsitudo] Postea Vulgo et in I. *in omnibus*, quod in Vind. Mon. Berol. non est, nec Graecis firmatur. Originem glossae demonstrat Mon., ubi supra lineam secunda manus posuit vocem *omnibus*.

valere] Sic Vind. Mon. *valere, operi* I., deest in Berol. Gr. κρατεῖν.

contradere] Sic Mon. Berol. *tradere* Vind. I.

haec] *hoc* I.

etiam] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Crediderim interpretem male transtulisse illud, quod in Graecis est τε καί.

convertantur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *conversentur* Vulgo. An scribendum *conversantur*? Gr. πολιτεύεσθαι.

X.] deest in Bamb. D. I. 1.

Kal.] *kl.* Vind. In Mon. Berol. Pist. I. Bamb. D. II. 11. tota haec subscriptio desideratur.

Octob.] *Octub.* Bamb. D. I. 1.

CP.] Sic Bamb. D. I. 1., sed lineola superius imposita. *Cap.* Vind. *Constant.* Vulgo. Quod Vulgo subiicitur *imper.*, in Vind. deest, ideoque a me omissum est.

DN.] *dni* Vind., sed lineola superius iniecta. Bamb. D. I. 1. *dni.*

nri] Sic Vind. Bamb. D. I. 1., deest Vulgo.

anno] Sic Bamb. D. I. 1., deest in Vind.

p. c.] *pc* Bamb. D. I. 1. *kl*. *april.* Vind., quod fortasse ex male intellecto siglo *cp.* prodiit, de quo vide, quae habet Bienerus in historia Novellarum p. 503.

Belisarii] *Bilisario* Vind., deest in Bamb. D. I. 1.

V. C.] *viro clarissimo* Vind. Bamb. D. I. 1.

secundo] Sic Bamb. D. I. 1. *scdo* Vind., sed circumflexus per litteram *d* traiectus est.

NOV. LIV. LIV.] *R/. LIII.* Vind. In Bamb. D. I. 1. est *R/. LIIII.* In Mon. Berol. numerus deest. Ad marginem Vind. *const. V.*, ad marginem Berol. *const. VIII.*

constitut.] Antea in Mon. est *innovat.* Caeterum Vind. *const.* Berol. I. *constitutio.*

adscriptitio] *inscriptio* Vind. *inscripticio* Berol., sed supra ultimam litteram secunda manus scripsit *ē*.

libera] *libera mulierae* Berol. *libera muliere* I.

esse liberos] Sic Mon. Berol. *liberos esse* Vind. Vulgo.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *in hiis* I. *iis* Vulgo.

sunt] Sic Mon., deest in Vind. Berol., in quo quidem supra lineam a secunda manu scriptum est *st*, lineola tamen superius imposita. Verba *nati sunt* in I. desunt.

qui] *quod* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont.

ONEM, PRODESSE, ET UT VENERABILES DOMUS COMMUTATIONES FACIANT ADINVICEM IMMOBILIUM RERUM, DECRETO PRIUS INTERPOSITO, EXCEPTA HAC MAIORE ECCLESIA.

Imp. Iust. Aug. Ioanni P. P. secundo.

PRAEFATIO. In quadam nostrarum constitutionum nihil obscuritatis habente motae sunt quaestiones ab aliquibus, ex studio et ad suam intentionem obscuritatem ei introducentibus. Quum enim libertatis amatores simus, nuper posuimus legem, ut non secundum antiquitatem, si ex adscripticia et libera persona processerit soboles, omnino eam sequi adscripticiam fortunam, sed secundum servilis fortunae observationem, sic etiam super adscripticiis putari, et secundum ventris statum etiam eius, qui nascitur, considerari fortunam. Ex libera namque matre procedere servilem partum, nostra benefaciens noluit lex, quoniam diximus in lege, sive quidam coniuncti sunt mulieribus, sive etiam coniuncti

prodesse] Sic Vind. Mon. Berol., ad cuius finem tamen appositum est *t*. In I. antea est *nati sunt*.

venerabiles] *ne venerabiles* Mon. Port., quod tamen reliquis fontibus non firmatur.

domus] *domos* Vind. *yconomi* I.

commutationes] *commutation* Mon., sed ultimae litterae lineola superius iniecta est. Vind. *communicationes*, sed litteris *uni* puncta subiecta sunt.

rerum] Postea Vulgo et apud Port. subiicitur *ecclesiasticarum*, quod in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. non est. Caeterum I. *ecclesiast. rerum immobilium.*

excepta] *excepto* Mon., sed secunda manus scripsit, ut in cont.

hac] Sic Mon. Berol. *hic* Vind.

maiore] Sic Vind. Mon. Berol. *maiori* Vulgo I. *venerabili* Hamb.

ecclesia] In Vind. Mon. subiicitur *Rl*.

imp.] Sic Vind., deest in Mon. *impr.* Berol. Pist. I.

Iust.] Sic dicti codd. *Iustinianus* Vulgo. *Iusti* I.

Aug.] *a* Mon. Berol. I. *au* Pist.

Ioanni] *Iohi* dicti codd., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est. Hamb. *Mennae*. I. *Io*.

P. P. secundo] Sic Vind. Mon Berol. Pist. I. *praefecto praetorio iterum*, *exconsuli et patricio* Vulgo, quod etiam in Trid. Port. haberi Os. auctor est. Hamb. *archiepiscopo Constantinopoleos*.

NOV. LIV. PRAEF. intentionem] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. σκοπόν.

obscuritatem] In solo Mon. postea subiicitur *intentionem*, quod Graecis non firmatur.

simus] Sic Mon., sed sec. manus correxit *sumus*. Berol. *scimus*, sed priori litterae *c* puncta subiecta sunt.

ut] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem huic voci puncta subiecta sunt. Gr. ὥστε.

adscripticia] *adscripticio* Mon., sed secunda manus correxit *adscripticia*, quod etiam in Vind. est. *inscripticia* Berol.

adscripticiam] Sic Vind. *inscripticiam* Berol. *asscripticiam* Mon. I.

sed secundum] Sic Mon. *sed* Vind. In Berol. sigla sunt, quae explicari possunt hoc modo *sed quod*, sed secunda manus scripsit, ut in cont. est. Port. *et secundum*, Hamb. Trid. I. *secundum*, priore voce *sed* omissa. Gr. ἀλλὰ κατά.

sic] *sicut* I.

adscripticiis] *ascripticiis* Vind. *inscriptuis* Berol., sed litterae *u* circumflexus iniectus est, quem iam prima manus delevit. Supra ultimam litteram *i* secunda manus litteram *c* posuit. Mon. *inscriptiis*, sed supra litteram *t* a secunda manu scriptum est *i*.

etiam eius] Sic Berol. I. *etiam* Vind. Mon. *eius etiam* Vulgo. Gr. καὶ τοῦ.

considerari] Sic Vind. Berol. *consideratur* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. κανονίζεσθαι.

partum] Sic Vind. Mon. *patrem* Berol., ubi secunda manus correxit *partum*. Gr. βρέφος.

noluit lex] *lex noluit* I.

sive quidam] Sic Berol. *si quidam* Vind. Hamb. Trid. Mon., in quo quidem secunda manus scripsit *si quidem*, quod etiam apud Port. et in I. habetur. Gr. εἴτε τινές.

coniuncti] Sic Vind. Mon. *a cuncti* Berol., sed litterae *c* lineola superius imposita est.

fuerint, et filii procreantur, ita legem in his, qui procreantur, valere. Quidam autem sic fatue aut callide interpretari ausi sunt legem, ut, etiam si ante constitutionem nati sunt aliqui, vel si valde sint senes, putent eos liberari tanquam enim modo natos et non longe praecedentes legem, quum utique nos hunc habuimus intellectum, ut, si cohaerent iam quidam uxoribus, et post legem filii procreati essent, aut non cohaerent quidem, postea vero nuptiae fierent, post legem nati haberent ex lege datam libertatem.

CAP. I. Ne igitur liceat artibus uti et malignari et possessionum nocere dominis talibus interpretationibus, propterea sancimus omnes, qui nati sunt a tempore legis, hos solutos esse adscripticia fortuna, si ex liberis nascantur matribus, omne praeteritum antiquae servandum legi.

CAP. II. Quia autem nuper legem scripsimus, medentes his, quae de ecclesiasticis alienationibus fiunt, et volentes, si quidem publicum debitum sit, posse eas et alienare cum omni subtilitate secundum legis

fuerint] Sic Vind. Mon. *fuerunt* Berol., quod etiam Vulgo habetur. Gr. συνοιχήσωμεν. Pro *coni. fuerint* I. habet *fuerint coniuncti.*

in his] Sic Vind. I. *his* Mon., ubi supra lineam adscriptum est *in.* Berol. *in iis,* quod etiam Vulgo habetur. Gr. ἐπὶ τοῖς.

procreantur] Sic Mon. Berol. *creantur* Vind. Gr. τικτομένοις.

fatue] *fatuae* Berol. Gr. ἀνοήτως.

ausi] *nisi* Vind. Mon. I. *si* Berol., sed supra litteram *s* secunda manus posuit litteras *vi.* Gr. ἐπεχείρησαν.

si ante] Sic Vind. Mon. *sciant* Berol., sed litterae *c* punctum subiectum, litterisque *aut* lineola superius imposita est. Gr. εἰ πρὸ τῆς.

nati] Sic Vind. Mon. *cnati* Berol., sed priori litterae punctum subiectum est. Gr. ἐτέχθησαν.

valde] *valide* Berol., sed litterae *i* punctum subiectum est.

sint] Sic Vind. Berol. *sunt* Vulgo I. Gr. εἶεν.

senes] Sic Vind. Mon. *senex* Berol., ex quo secunda manus illud efficit, quod in cont. positum est. Gr. πρεσβῦται.

enim] Sic Vind. Berol. I. *etenim* Mon., deest Vulgo. Pro ἄρτι interpres manifesto legit γὰρ ἄρτι.

longe] Sic Vind. Berol. *longuė* Mon.

habuimus] Sic I. Mon., in quo quidem secunda manus scripsit *habuerimus,* quod etiam in Vind. Berol. est. Gr. ἔσχομεν.

intellectum] Inde a syllabis *tellectum* quae sunt usque ad verba *fierent quide,* omnia a secunda manu scripta sunt.

cohaerent] Sic I. *coerent* Vind., sed supra litteram *o* a secunda manu littera *h* posita est. Mon. Berol. *cohaererent,* quod etiam Vulgo habetur. Gr. συνοικοῦσιν.

quidam] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *quidem* Port. Vulgo. Gr. τινές.

cohaerent] Sic Vind. Mon. Berol. I. *cohaererent* Vulgo. Gr. συνοικοῦσι.

quidem] In Berol. subiicitur: *quidem postea vero nuptie fierent quide heret quidem,* quae a secunda manu punctis subiectis notantur.

nati] *non* I.

datam] Sic Mon. Berol. *data* Vind. Gr. δεδομένην.

NOV. LIV. CAP. I. ne] *nec* I.

igitur liceat] Sic Berol. *liceat igitur* Vind. Mon., quod sane Vulgo est. Gr. τοίνυν ἐξῇ.

possessionum] Sic Vind. Mon. *possessionem* Berol. Gr. χωρίων.

qui] In Mon. subiicitur *vero,* cui puncta subiecta sunt.

solutos] *solos* Vind. Berol. Mon., in quo quidem sec. manus correxit, ut in cont. Gr. ἐλευθέρους.

adscripticia] *inscripticia* Berol. *iamscripticia* Vind.

si] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem supra lineam scriptum est *ac. qui.* Gr. εἴπερ.

servandum] Sic Vind. Mon. Berol. *servando* Vulgo. *servabunt* I.

NOV. LIV. CAP. II. PR. autem] *igitur* I.

legem scripsimus] Sic Vind. Mon. Berol. *scripsimus legem* Vulgo. *conscripsimus legem* I. Gr. νόμον ἐγράψαμεν.

medentes] Sic Vind. Berol. *medentem* Mon. Gr. θεραπεύοντες.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

fiunt] *funt* Berol., sed supra litteras *ui* circumflexus positus est.

et alienare] Sic Vind. Mon. I. Prior vox *et* in Berol. deest, nec Vulgo habetur. Gr. καὶ ἐκποιεῖν.

observationem; si vero privatum debitum, pro soluto dare rem immobilem, et in nullo videri offendere positam legem, quae omnem alienationem prohibet, etiam illud adiicimus, et per quandam inevitabilem occasionem et utilem et danti et accipienti venerandae domui, hoc est aut ecclesiae ad ecclesiam, aut ptochio ad ptochium, aut xenodochio ad xenodochium, aut simpliciter venerabili domui ad aliam venerabilem domum, hoc est aut ecclesiae ad ptochium, aut monasterium ad venerandam domum, aut xenodochium, aut nosocomium, aut illis ad ecclesiam, aut ad alterutrum, aut ad unum horum, quae prius a nobis dinumerata sunt, aut alteri cuilibet venerabili domui, licentiam damus praesulibus horum per hanc legem commutationem facere, et hoc valere, et non solum imperium, sicuti prior dabat lex, licentiam habere commutare, sed etiam venerabiles domos, quae regi omnium dicatae sunt deo, sic tamen, ut etiam decretum interponatur cum omni subtilitate et

debitum] Vulgo et in I. subiicitur *est*, quod in Vind. Mon. Berol. non est, nec Graecis firmatur.

dare] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dari* Vulgo. Gr. *διδόναι*.

immobilem] *inmobilem* Vind. Mon.

prohibet] Sic Mon. Berol. *prohibent* Vind., sed litterae *n* puncta subiecta sunt. Gr. *εἴργοντι*.

inevitabilem] *incuitabilem* Berol., sed litterae *c* lineola superius iniecta est.

adiicimus] Sic Vind. Berol. *addicimus* Mon. Gr. *προστίθεμεν*.

et] Sic Vind. Mon. Hamb. I., in quo quidem huic voci puncta subiecta sunt, deest in Trid. Port. *ut* Vulgo.

et danti] Sic Vind. Berol. Hamb. I., deest in Mon. Trid. Port. Vulgo. Gr. *τῷ τε διδόντι*.

ecclesiae] In Mon. antea est *ei*, quod punctis subiectis notatum est.

ptochio] Sic Mon. Berol. *apotichium* Vind. *ptochotrophio* Vulgo. *ptochium* I. Gr. *πτωχείῳ*.

ptochium] Sic Mon. I. *tochium* Berol. *optochium* Vind. *ptochotrophium* Vulgo.

xenodochio] *xenodochium* Vind. Berol. I. *scenodochium* Mon., quae lectionis varietas in sequentibus redit. Gr. *ξενῶνι*.

simpliciter] Sic Vind. Mon. *simpliciter* Berol.

venerabilem] Sic Mon. Berol. *venerandam* Vind. I. *reuerendam* Vulgo.

ecclesiae] Sic Vind. Mon. *ecclesia* I. *ecclesiam* Berol.

ad] Sic Vind. *aut* Mon. Berol. I.

ptochium] Sic Mon. Berol. I. *optochium* Vind. *ptochotrophium* Vulgo.

monasterium] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasterio* Vulgo. Pro *μοναστηρίῳ* interpres videtur habuisse *μοναστήριον*.

ad] Sic Vind. *aut* Berol. Mon., in quo quidem a prima manu scriptum fuit *ad*. I. *aut ad*.

xenodochium] Sic Vind. Mon. Berol. I. *xenodochio* Vulgo. Gr. *ξενῶνα*.

nosocomium] *nosochomium* Vind. Mon. Berol. *noxocomium* I. *nosocomio* Vulgo. Gr. *νοσοκομεῖον*.

ad alterutrum] Sic Vind. Mon. Prior vox *ad* in Berol. non est. I. *alterius*. Gr. *πρὸς ἄλληλα*.

aut ad] *aut* Vind. Mon. Vulgo I. *ad* Berol., quod prius *aut* ut evanesceret, effecit. Gr. *ἢ πρός*.

unum horum] Sic Vind. Berol. *unius horum* I. *horum unum* Mon., quae verborum collocatio Graecis non firmatur.

dinumerata sunt] Sic Vind. Mon. *denumerata sunt* Berol. *sunt dinumerata* Vulgo I.

venerabili] Sic Mon. Berol. *venerabile* Vind. Gr. *εὐαγεῖ*.

horum] Sic mei codd., qui non habent, quod in Port. Trid. postea additur *monasteriorum*, quod nec Graecis firmatur.

imperium] Sic Vind. Berol. *in imperium* Mon., quod sane Graecis non firmatur.

sicuti] Sic Mon. Berol. I. *sicut* Vind. Vulgo.

dabat] *dat* I.

etiam] *et* I.

regi] Sic Vind. Mon. *rei* Berol. Gr. *τῷ βασιλεῖ*.

omnium] Postea Vulgo et in I. est *deo*, quod in Vind. Mon. Berol. deest. Interpres *θεῷ* illud non videtur habuisse.

dicatae] Sic Vind. Mon. Berol. *dedicatae* Vulgo I.

deo] Sic Vind. Mon. Berol., quod etiam Graecis firmatur. Deest Vulgo I.

tamen] Sic Vind. Berol. *tantum* Mon., quod secunda manus correxit *tamen*. Postea Vulgo est *ut*, quod tamen in I. desideratur. Gr. *μέντοι*.

decretum] *ubi et decretum* I.

interponatur] Sic Vind. Berol. *ponatur* Mon.

iureiurando. Et apud locorum metropolitam haec considerari, et si revera probatum fuerit cum iureiurando, quia utile est utrique parti hoc agi, ratum esse et valere, et non egere neque speciali iussione, nec divino pragmatico typo; habentibus quippe his, qui ad talia conveniunt, magni dei iudicium, si quid praevaricati fuerint horum, quae competunt, aut quoddam colludium fiat, aut aliquid praeter utilitatem utriusque geratur partis. Nam etiam maledicta his omnium terribilia imminebunt, et quae inferunt eloquia divina peccantibus, et quae nunc disposita sunt. Si quid autem praetermittatur, et postea demonstretur maligne factum, pro non facto erit. §. 1. Excipimus etiam hac lege sanctissimam maiorem ecclesiam, sicut etiam priore; illam namque in priore prohibitione alienationum stare volumus, quoniam et hoc ipsis gubernatoribus eius sanctissimis viris videtur.

EPILOGUS. Tua igitur eminentia quae bene a nobis et sancte iussa sunt, et per hanc sacram declarata sunt legem, in omnibus gentibus, quibus praeest, per praecepta propria solenniter faciat manifesta. *Dat. Kal. Septemb. CP. imper. DN. nostro Iustiniano pp. aug. anno XI., p. c. Belisarii V. C. anno secundo.* (537.)

haec] Sic Vind. Mon. Berol. I. *hoc* Vulgo. Gr. ταῦτα.

nec divino pragmatico] Sic Vind. Mon. Berol. *neque pragmatico divino* Vulgo I. Gr. μηδὲ θείου πραγματικοῦ.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

talia] Sic Vind. Mon. *italia* Berol., sed priori litterae punctum subiectum est.

si quid] *siquidem* I.

competunt] *competant* I.

praeter] Sic Berol. Hamb. Trid. Port. *propter* Vind. Mon., in quo quidem haec vox a secunda manu deleta est. Gr. παρὰ τό.

utriusque] Sic Vind. Berol. *utrisque* Mon., quod tamen secunda manus correxit, ut in cont. Sane singularem numerum etiam Graeca praeferunt.

his] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. τούτοις.

terribilia] Sic Vind. Berol. *tbilia* Mon., sed supra litteram *t* circumflexus positus est litteraeque *b* aliae litterae *ae* impositae sunt.

nunc] Postea Vulgo et in Trid. Port. subiicitur *eis*, quod in Vind. Mon. Berol. Hamb. I. non est, quamquam in Berol. eius locum obtinet *peccantibus*, quod ex superioribus male repetitum et iam a prima manu punctis subiectis notatum est. Sane in Graecis nihil habetur, quo illud *eis* confirmetur. Caeterum manifesto interpres verba τῶν τε νῦν διατεταγμένων, quae ad inferiora pertinent, male cum superioribus coniunxit.

NOV. LIV. CAP. II. § 1. etiam] Sic Vind. Mon., deest in Berol.; in his tribus autem codd. et in I. non est, quod Vulgo anteponitur *autem*.

illam — priore] deest in Vind. propter homoeoteleuta, est autem in Mon. Berol. I., sed Berol. I. habent *priori*.

priore] *superiori* I.

prohibitione] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem iam a prima manu deletum est. Gr. κωλύσεως.

alienationum] Sic Mon. Berol. *alienatam* Vind. Gr. τῶν ἐκποιήσεων.

ipsis] *ipsius* I.

gubernatoribus] *gubernatori* I.

NOV. LIV. EPIL. bene a nobis] Sic Vind. *nobis bene* Mon. Berol. I., quod etiam Vulgo est. Gr. καλῶς ἡμῖν.

iussa] Sic Vind. *visa* Mon. Berol. I.

sacram] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sanctam* Vulgo.

praeest] Sic Vind. Mon. I. *praees* Berol., quod etiam Vulgo est. Gr. ἄρχει.

solenniter] *sollempniter* Vind. Berol.

Dat.] Sic Vind. *D.* Mon. In I. Berol. Bamb. D. II. 11. subscriptio desideratur tota. Quod Vulgo subiicitur *XV.*, in Vind. Mon. deest.

Kal.] *kl.* Bamb. D. I. 1. Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. Mon. *K.* Vulgo *Kalend.*

Septemb.] Sic Vind. *Sept.* Mon. Bamb. D. I. 1.

CP.] Sic Bamb. D. I. 1. *Cap.* Vind., sed supra lineam circumflexus positus est. Deest in Mon. *Constant.* Vulgo.

imper. dn. nostro] *imp domno nro* Bamb. D. I. 1. *impr. donno nro* Vind., sed ultimae voci lineola imposita est. Mon. *Iuhi dno.*

Iustiniano] Sic Vind. Bamb. D. I. 1. *Iust.* Mon. *Iustiniani* Vulgo.

pp. aug.] Sic Vind. *pp. a.* Mon., sed lineolae superius impositae sunt. *pp* Bamb. D. I. 1.

p. c.] Sic Mon. *post* Vind. *pc.* Bamb. D. I. 1.

LV.

GLOSS.

UT DE CETERO COMMUTATIONES ECCLESIASTICARUM RERUM NON FORTUITE FIANT AD PIISSIMUM IMPERATOREM, ET HOC MODO AD ALIAS PERSONAS TRANSEANT RES, SED HAEC TANTUMMODO FIANT AD IMPERIALEM DOMUM; ET UT LICEAT PERPETUE EMPHYTEUSES AGI AB ORATORIIS IN ORATORIA, DECRETO VIDELICET INTERPOSITO, EXCEPTA HAC MAIORE ECCLESIA, NE TAMEN IN PRIVATAM PERSONAM TRANSEAT EMPHYTEUSIS.

Imp. Iust. Aug. Mennae, Archiepiscopo Constantinopoleos.

PRAEFATIO. Legem scripsimus dudum ecclesiasticas quidem alienationes prohibentem, solam autem commutationem permittentem sanctissimis ecclesiis, nec non sanctissimae maiori ecclesiae huius felicissimae civitatis, dum imperium accipere aliquid ab aliqua venerabilium

Belisarii] *Bilisaио* Vind., sed litteris *ai* circumflexus impositus est. *Bil* Mon. *Bilisari* Bamb. D. I. 1.

V. C.] *vic.* Mon., sed lineola superius imposita est. Vind. *viro clarissimo.* Bamb. D. I .1. *viri clarissimi.* Quod postea Vulgo subiicitur *cons.*, in Vind. Mon. Bamb. D. I. 1. deest.

secundo] Sic Vind. Mon. Bamb. D. I. 1. *II.* Vulgo.

NOV. LV. LV.] *R/. LV.* Vind. Bamb. D. I. 1., deest in Mon. Berol. Bamb. D. II. 11. Ad marg. Berol. *const. VIII.*

commutationes] Sic Mon. Berol. *commutationis* Vind.

fortuite] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem secunda manus scripsit *fortuito.* Vulgo I. *ficte*, quod etiam apud Contium habetur. Ad marg. Contius: *al. fortuito*, quae huc manifesto referenda sunt, quamvis notae signum superius ad verba *de caetero* appositum sit.

fiant ad] *fiant in privatam personam et ad* I.

imperatorem] Sic Vind. Berol. *peratorem* Mon., sed supra litteram *p* a secunda manu littera *i* posita est.

personas] In Hamb. Trid. I. postea additur *legitimas*, quod sane in reliquis codd. desideratur.

haec] Sic Vind. *nec* Mon. Berol., in quo quidem secunda manus correxit *sed hec.* Deest in I.

fiant ad] *ad* I.

domum] *domum fiant* I.

perpetue] Sic Mon. Berol. I. *perpetuam* Vind. *perpetuas* Vulgo.

emphyteuses] *enfiteosis* Mon. *emphiteusis* Vind. *emphiteosis* Berol. I.

ab] Sic Mon. Berol., deest in Vind.

oratoriis] *oratoriis* Berol. *oratorio* Vind.

in] Sic Berol., deest in Vind. Mon.

decreto] Sic Vind. Mon. *decetero* Berol., in quo quidem secunda manus correxit, ut in cont.

hac] Sic Vind. *hic* Berol. *hoc* Mon.

maiore] *maiori* I.

ne] Sic Mon. Berol. Vind. *nec* Vulgo. *tantum ne* I.

tamen] Sic Mon. Berol. *tantum* I. Vind., in quo quidem a secunda manu deletum est.

in] Sic Vind. Berol., deest in Mon.

privatam personam] Sic Mon. Berol. *personam privatam* Vind.

transeat] Sic Mon. Berol., deest in Vind.

emphyteusis] *emphiteosis* Berol. *enfiteosis* Mon. Postea in Vind. Mon. Berol. habetur *R/.*

imp.] *impr.* Berol. I., sed lineola superius iniecta. Deest in Mon.

Iust.] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *Iu* Pist. *Iustini* I. *Iustinianus* Vulgo.

Aug.] Sic Vind. *a* Mon. Berol. Neob. Deest in I.

Mennae] *Menne* Vind. Mon. *Mene* Pist. Berol.

Constantinopoleos] Sic Vind. Pist. Berol. *Cstpol.* Mon., sed ultimae litterae *l* circumflexus traiectus est. *Constanti* I. *Constantinopolitano* Vulgo.

NOV. LV. PRAEF. prohibentem] Sic Vind., sed supra litteram *b* a secunda manu *u* inscriptum est.

maiori] Sic Vind. Berol. *maioris* Mon. Gr. *μεγάλῃ.*

ecclesiae] *ecclesiis* Vind., quo deleto, secunda manus supra lineam correxit, ut in cont. Gr. *ἐκκλησίᾳ.*

aliqua] Sic Mon. Berol. *aliqque* Vind., sed supra priorem litteram *q* circumflexus positus est. Gr. *παρά τινος.*

domuum voluerit. Postea siquidem aliam scripsimus legem, qua excepimus sanctissimam maiorem ecclesiam, permittentes quasdam alienationes, quas illa lex dicit. Quia vero cognovimus, quod aliqui prioris constitutionis capitulum, quod de permutatione competentium rerum sanctissimis domibus ad imperium scripsimus, ad artem legi contrariam converterunt, postulaveruntque, nos quidem a sanctissima ecclesia accipere, his autem haec dare, hinc aggressi sunt multi quidam similibus petitionibus utentes sacram circumvenire constitutionem. Quaecunque igitur gesta sunt a nobis usque ad praesentem diem, haec sub schemate, quo nunc est, valere volumus, nullo permutando horum, quae iam a nobis cum sanctissima ecclesia in talibus gesta sunt, aut cum his, qui haec a nobis perceperunt.

CAP. I. De cetero autem sancimus, nulli penitus ullam esse licentiam aliquid tale agere, sed illas solas valere permutationes, quae in imperialem domum in hoc factae sunt, ut perpetuo apud imperium maneant, et non transferantur ad privatum, neque illarum ius per medium imperium ad eos proficiscatur. Sed si quid tale fiat, licentiam damus reverendissimis oeconomis res apprehendere huiusmodi, et tra-

qua] Sic Mon. *quia* Vind. *quam* Berol. Gr. οὕπερ.
maiorem ecclesiam] Sic Vind. Berol. *ecclesiam maiorem* Mon. Gr. μεγάλην ἐκκλησίαν.
permittentes] *permittentem* I.
quas] Sic Mon. Berol., deest in Vind., verum a secunda manu lineae impositum est. Gr. ἅσπερ.
dicit] Sic Berol. *dixit* Vind. Mon.
quod] Sic Vind. Mon. Port. *eo quod* Berol. Hamb. Trid. I. Gr. ὡς.
legi] *ei* I.
converterunt] *convertere* Mon., sed ultimae litterae punctum subiectum, eique syllabae lineola imposita est. I. *convertunt.*
postulaveruntque] Sic Vind. Mon. *postulaverunt* Berol.
a sanctissima] Sic Mon. Berol. *a sanct. maiore* I. Prior vox *a* in Vind. non est, sed a secunda manu supra lineam imposita est. Gr. παρὰ τῆς ἁγιωτάτης.
haec] Sic Vind., deest in Mon. Berol., sed a secunda manu lineae impositum est. Gr. ταῦτα.
aggressi] *adgressi* Vind.
quidam] Sic Vind. Berol. I. *quidem* Vulgo. Interpres videtur legisse πολλοί τινες ταῖς.
utentes] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *nitentes* Port. Vulgo. Gr. χρώμενοι.
sacram] Sic Mon. Berol. *sacrum* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. τὴν θείαν.
circumvenire] Sic Vind. Mon. *venire* Berol., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *circum*. Gr. περιγράφειν.
igitur] Sic Vind. Mon. Berol. *ergo* Vulgo I.
usque] Sic Mon. Berol. *vel usque* Vind.
quo] Sic Berol. *qui* Vind. *qua* Mon., sed iam prima manus litterae *a* litteram *o* imposuit. *quod* I.
permutando] Sic Vind. Mon. *permitendo* Berol., ubi tamen secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἀνατρεπομένου.
talibus] *tal. contractibus* I.
cum] Sic Berol., deest in Vind. Mon., verum secunda manus hanc vocem lineae imposuit.
his] Sic Vind. Mon. Berol. *iis* Vulgo.
perceperunt] Sic Vind. Mon. Berol. *perceperint* Vulgo.

NOV. LV. CAP. I. sancimus] *sacimus* Mon.
ullam] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. μηδεμίαν.
in] Sic Mon. Berol., deest in Vind. *ad* I. Vulgo. Gr. πρὸς τήν.
perpetuo] *perpetue* Mon.
maneant] Hoc in Berol. bis scriptum est, sed prima vice puncta supposita sunt. Pro *apud imp. maneant* I. habet *maneant apud imper.*
proficiscatur] *proficiscantur* Vind.
reverendissimis] *reverentissimis* Vind. Mon.
oeconomis] *yconomiis* Vind. *yconomis* Mon. Berol. I. Gr. οἰκονόμοις.
apprehendere] *apphendere* Mon., sed ultimae litterae *p* lineola superius imposita est.
trahere] *traere* Berol., sed litterae *t* circumflexus impositus est; secunda autem manus priori litterae *e* litteram *h* imposuit.

here eas rursus ad sanctissimam ecclesiam, tanquam si nec ab initio contigisset permutationes harum ad imperium factas, sed servari hoc schema in perpetuum ex praesenti die inchoatum; omnibus, quae dudum, sicuti praediximus, post priorem legem secundum praedictum modum gesta sunt, ratis manentibus, eo quod illa quidem, quae sic facta sunt, a viris gesta sunt, **** Nunc autem quidam volunt, illorum exemplo utentes, et nobis esse molesti, et sanctissimam maiorem ecclesiam huius felicissimae civitatis circumvenire. Quod per omne tempus nullo modo fieri volumus. Sed et si quolibet fiat schemate, etiam hoc infirmum esse, et a sanctissima maiore ecclesia in perpetuum vindicari posse, nulla ei temporis praescriptione in hoc obiicienda.

CAP. II. Illud quoque sancimus, ut, aliis omnibus de iure emphyteuseos sancitis et in sanctissima maiore ecclesia et in aliis omnibus venerabilibus domibus proprium robur habentibus, licentia sit sanctissimis ecclesiis et venerabilibus domibus adinvicem et emphyteusis

sanctissimam] *sanctissimās* Mon., sed ultimae litterae puncta iniecta sunt, ut sit *sanctissimam*. I. *sanctissimas*.
ecclesiam] *ecclesias nec* I.
nec] Sic Mon. Berol., deest in I. *nichil* Vind. Gr. μηδέ.
permutationes] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. Port. *permutationis* Berol. *permutatio* Vulgo. *permutationes ad* I. Manifesto interpres legit: ἀμείψεις τινὰς-γενομένας.
ad imp.] deest vox *ad* in I.
factas] Sic Vind. Mon. Berol. I. *facta* Vulgo.
schema] *scema* Mon. *chema* Vind.
praesenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praesente* Vulgo.
inchoatum] *incohatum* Vind., sed priores duo litterae a secunda manu scriptae sunt.
omnibus] In Vind. antea est *aut*, cui tamen voci lineola superius iniecta est, quod reliquis fontibus non firmatur.
sicuti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sicut* Vulgo.
praedictum modum] Sic Berol. *modum praedictum* I. Vulgo. Gr. τὸν εἰρημένον-τρόπον.
a viris] Sic Mon. Berol. *viris* Vind., sed supra primam litteram a secunda manu positum est *a*. Gr. παρ' ἀνδρῶν.
gesta sunt] Post haec lacunae signa posui, quia in Vind. Mon. Berol. I. non est, quod Beckius ex Graecis supplevit: *qui non machinantes neque malignantes fecerunt, sed etiam a nobis ad hoc incitati venerunt*. Interpres illa: οἵπερ-ἦλθον non videtur in Graecis habuisse.
volunt illorum] *illorum volunt* I.
utentes] Sic Vind. Mon. *viventes* Berol. *utentens* I.
omne] Sic Vind. Mon. *ome* Berol., sed supra litteras *m* et *e* iam prima manus circumflexum posuit.
fieri volumus] Sic Vind. Mon. *volumus fieri* Berol. Gr. γίνεσθαι βουλόμεθα.
sed et] Sic Vind. Berol. *sed* Mon. Interpres legisse videtur ἀλλὰ καί.
si] Postea in Trid. Port. et Vulgo est *fiat*, quod in Vind. Mon. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.
quolibet] Antea Vulgo est *sub*, quod in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. desideratur.
fiat] Sic Vind. Berol. Hamb., deest in Mon. Hic sane Graeca habent γένοιτο.
schemate] Sic Mon. *scemate* Berol. *themate* Vind. Gr. σχῆμα.
etiam hoc] Sic Mon. *hoc etiam* Vind. Berol. Gr. καὶ τοῦτο.
et a] Sic Mon. Berol. *et* Vind., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *a* Gr. παρά.
posse] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. δυνάμενον.
praescriptione] Sic Mon. Berol. *perscriptione* Vind. Gr. παραγραφῆς.
obiicienda] *obicienda* Mon. Berol. Vind., in quo quidem syllabae *icienda* a secunda manu scriptae sunt.
NOV. LV. CAP. II. aliis] Sic Vind. Mon. *in aliis* Berol.
omnibus] Sic Mon. Berol. *hominibus* Vind. Gr. ἁπάντων.
emphyteuseos] *emphiteoseos* Mon. Berol. I. *emphyteos* Vind.
sancitis] Sic Vind. Mon. *sanctitis* Berol.
omnibus venerabilibus] Sic Vind. Mon. *venerabilibus omnibus* Berol. Gr. ἅπασιν εὐαγέσιν.
licentia sit] *licentiam* I.
adinvicem] Sic Mon. Berol. *ab invicem* Vind. Gr. πρὸς ἀλλήλας.
et] Sic Mon., deest in Vind. Berol. Gr. καί.
emphyteusis] *emphyteosis* Mon. *emphiteosin* Berol. *emphiteosim* I. *emphyteosin* Vind. Gr. ἐμφυτεύσεις. Quod Vulgo postea subiicitur *perpetuam*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, nec Graecis firmatur.

agere perpetuo, decreto quippe hic faciendo; excepta quidem hic sanctissima maiore ecclesia, in hoc autem celebrata emphyteusi, ut non ad privatam personam extendi omnino possit.

EPILOGUS. Tua igitur beatitudo quae iussa sunt nobis custodiat, et his, qui sub ea metropolitanas sedes habent, faciat manifesta, ut et ipsi, quae nobis placuerunt, cognoscentes, nihil horum praevaricari praesumant. Erit enim universis a deo iudicium et exinde poena, si quid praeter haec aut ipsi egerint, aut agi permiserint. *Dat. III. Non. Nov. CP., imp. dn. n. Iust. pp. a. anno XI., post c. Belisarii V. C. anno II. indictione prima.* (537.)

LVI.

GLOSS.

UT EA, QUAE VOCANTUR INSINUATIVA SUPER CLERICIS, IN MAIORI ECCLESIA QUIDEM DENTUR, IN ALIIS AUTEM ECCLESIIS PENITUS NON DENTUR.

Imp. Iust. Aug. Mennae, Archiepiscopo regiae civitatis Constantinopol.

perpetuo] Sic Mon. *perpetuam* Vind. Berol. I. An interpres legit διηνεκῶς?
hic] Sic Vind. Mon. Berol. I. *in hoc* Vulgo.
sanctissima] In Mon. ultima syllaba a secunda manu scripta est.
hoc] Sic Berol. *hac* I. *haec* Vind. Mon.
autem] deest in I.
emphyteusi] *emphiteosin* Berol. *emphiteosi* I. *emphiteosis* Mon., sed ab initio scriptum erat *emphiteosin*.

NOV. LV. EPIL. iussa] Sic Vind. *iusa* Berol., sed supra primam litteram *i* littera *u* scripta est, sed a secunda manu. *nobis visa sunt* Mon., quod tamen Graecorum verborum collocatione non confirmatur.
nobis] Sic Vind. Berol., deest in Mon. *a nobis* Vulgo I.
his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.
metropolitanas] Sic Vind. *metropolitanis* Mon. *metropolitanus* Berol., sed sec. m. correxit *metropolitis*. Gr. τοὺς μητροπολιτικοὺς θρόνους.
habent] *habeant* I.
quae] Sic Vind. Mon. *cognoscentes quae* Berol., quod tamen Graecis non firmatur.
cognoscentes] Sic Vind. Mon., deest in Berol. In Graeco est γινώσκοντας.
horum] *orum* Vind.
praevaricari] Sic Vind. *paari* Berol., sed priori litterae lineola imposita est. Mon. *praevaricatori*, sed litteris *or* puncta subiecta sunt. Gr. παραβῆναι.
si quid] *si quidem* I.
haec] *hoc* I.
ipsi] Sic Vind. Berol. *ipse* Mon. Gr. αὐτοί.
permiserint] Sic Vind. Berol. *permiserit* Mon. Gr. συγχωρήσαιεν.
Dat.] *d.* Mon. In Vind. Berol. Pist. I. Bamb. D. II. 11. subscriptio deest.

III. Non.] *III. Nonas* Bamb. D. I. 1. *XV. Kal.* Mon.
Nov.] *Novb.* Mon., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est. *Novemb'* Bamb. D. I. 1.
CP.] *Cap.* Mon., sed lineola superius iniecta est. *Cpa.* Bamb. D. I. 1., sed lineola superius imposita.
imp. dn. n.] *impr. dom. nn* Bamb. D. I. 1. *imper. dn* Vulgo. *Iohn* Mon., quod fortasse ex siglo ortum est, quo significabatur: *imperatoris*.
Iust.] Sic Mon. Bamb. D. I. 1. *Iustiniani* Vulgo.
pp. a.] *pp. aug.* Bamb. D. I. 1.
XI.] *VII. decimo* Bamb. D. I. 1.
post. c.] Sic Mon., ubi tamen ultimae litterae lineola imposita est. Bamb. D. I. 1. *post cons.* Vulgo *post.*
Belisarii] *Bili* Mon. *Bilisario* Bamb. D. I. 1.
V. C.] Sic Bamb. D. I. 1. *vic.* Mon., sed circumflexus supra positus est.
anno II.] *ann. scdo* Bamb. D. I. 1.

NOV. LVI. LVI.] Sic Vind. *R/. LVI.* Bamb. D. I. 1. *const. VIIII.* Berol. Mon., in quo a secunda manu haec ascripta sunt: *localis est in regia civitate et ecclesiis sub ea constitutis.*
insinuativa] Sic etiam Gloss., ubi Acc. notat: *alias insinuata.*
clericis] In Berol. omissum, sed a secunda manu ad marginem appositum est.
maiori] Sic Vind. Mon. I. *maiore* Berol. Vulgo.
ecclesia quidem] Sic Vind. Mon. Port. *quidem ecclesia* Hamb. Trid. Berol.
imp.] Sic Pist. Berol. *impr.* Vind. I. Deest in Mon.
Iust.] Sic omnes codd. *Iustinianus* Vulgo. *Iustini* I.
Mennae] Sic Mon. *Mene* Vind. Berol. *Mene* Pist. *Menne* I.

PRAEFATIO. A plurimis aditiones suscipientes hanc legem dirigere ad tuam beatitudinem iustum existimavimus. Qui enim ordinantur a tua reverentia clerici in sanctissimis ecclesiis (absque tamen sanctissima maiore ecclesia), omnium patiuntur crudelissima, non suscipientibus eos illic clericis ante quam quantum voluerint accipiant aurum. Et novimus haec ex frequentibus aditionibus de hoc factis nobis.

CAP. I. Sancimus igitur, beatitudinem tuam hoc validissime custodire, et, si quid quidem consuetudo est dare eos qui ordinantur in sanctissima maiore ecclesia, hoc eos praebere (nihil enim de his, quae dantur in sanctissima maiore ecclesia, novamus), praeterea vero in aliis omnibus nulli in eis clericorum licentiam esse penitus pro his, quae vocantur insinuativa, aliquid ferre. Sed si quis tale aliquid egerit, illum quidem privari sacerdotio, in illius autem officium introire qui missus est, et hanc eum avaritiae ferre mercedem; custodire vero haec etiam deo amantissimos ecclesiae defensores sanctissimae maioris ecclesiae, poenam formidantes decem librarum auri, si quid horum neglexerint, sed gratis omnia procedere. Domini etenim dei

archiepiscopo] *archiepo* I.
Constantinopol.] *Constantinopolim* Vind. Pist. Berol. *Constantinopol* Mon., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. I. *Constantino*.

NOV. LVI. PRAEF. a plurimis] Sic Mon. Berol. *per plurimas* Vind. *plurimas* Vulgo I. Gr. παρὰ πολλῶν.
aditiones] *aditionis cleri* Mon. *donationes* Vind. *aditios* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola iniecta est. Gr. προσελεύσεις.
existimavimus] Sic Mon. Berol. *extimavimus* I. *estimavimus* Vind. Gr. ἡγησάμεθα.
clerici] Sic Vind. Berol. *cleri* Mon., in quo quidem supra litteras *ri* a secunda manu scriptum est *ci*.
maiore] Sic Vind. Mon. Berol. I. *maiori* Vulgo.
patiuntur] Sic Vind. Mon. *paciuntur* Berol.
clericis] Sic Vind. Berol. Hamb. *ecclesiis* I. Mon. Trid. Port., quod etiam Vulgo habetur. Glossa habet *ecclesiis*, ubi tamen Acc. notat: *alias est in littera clericis*. Gr. κληρικῶν.
quantum] *t* Berol., cui tamen litterae punctum subiectum est; supra lineam tamen a secunda manu scriptum est, ut in cont. Gr. ὅσον.
voluerint] Sic Berol. I., quod etiam Vulgo habetur. Vind. Mon. *volunt*. Gr. βουληθεῖεν.
novimus] Sic Vind. Mon. *novissimus* Berol., sed sec. m. scripsit, ut in cont. Gr. ἴσμεν.
haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* I. Vulgo. Gr. ταῦτα.

NOV. LVI. CAP. I. et si] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. I. *ut si* Mon. Port. Gr. καὶ εἰ.
quid] Sic Vind. Hamb., deest in Mon. Trid. Port. Berol., in quo quidem supra lineam scriptum est *quid*. Gr. τι.
eos] *eis* I.
hoc] Sic Berol. *haec* Vind. Gr. τοῦτο. Caeterum, quae abhinc habentur usque ad *maiore ecclesia*, in Mon. desunt omnia.
eos] *eis* I.
his] Sic Vind. Berol. I. *iis* Vulgo.
in eis] Sic Mon. Berol. *eis* Vind. Gr. ἐν αὐταῖς.
his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.
ferre] *inferre* I.
sed] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sed et* Vulgo. Gr. ἀλλ'.
quis] Sic Vind. Berol. In Mon. siglum est, quo vel *quid* vel *quidem* significatur. Gr. τις.
officium] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *officio* Vulgo. Gr. τάξιν.
introire] Sic Vind. Mon. *intrire* Berol., sed supra litteram *t* a secunda manu scriptum est *o*.
qui missus est] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port., ubi tamen a secunda manu haec eadem adscripta sunt. Gr. σταλέντα.
haec] Sic Vind. Berol. Mon. *hoc* Vulgo. Gr. ταῦτα.
etiam] Sic Vind. Mon. *et* Berol.
deo] Sic Mon. Berol. *deeo* Vind., quod secunda manus correxit, ut in cont. Gr. θεοφιλεστάτους.
ecclesiae defensores] Sic Vind. Berol.; priorem vocem Mon. omittit, quae sane nec Vulgo habetur. Sed κατὰ πόδα versum ἐκκλησιεκδίκους.
domini] *dni* Mon. Berol., sed supra lineam lineola posita est. Hamb. *deum*, Trid. *demum*, Port. Vind. *deinde*. Gr. δεσπότου.
dei functiones] *defunctiones* Vind. Mon.

functiones et ministeria non per venditionem, neque per mercationem fieri aliquam volumus, sed pure et citra redemtionem; sic enim re digni fient, nulla venditione ac mercatione facienda.

EPILOGUS. Tua igitur beatitudo, et qui postea in pontificalibus accesserint sedibus, quae a nobis ordinata sunt et per hanc sacram declarata sunt legem operi effectuique tradere festinet. *Dat. VI. Non. CP. Nov., imp. DN. Iust. pp. Aug. anno XI., post c.* ***Belisarii*** *V. C. anno II. ind. I.* (537.)

LVII.

GLOSS.

UT CLERICI, QUI RECEDUNT ALIIS PRO EIS SUBROGATIS, PRAEBEANT SUBROGATIS EMOLUMENTA, RECEDENTES AUTEM REMEARE VOLENTES NON SUSCIPI; ET UT, SI QUIS AEDIFICANS ECCLESIAM AUT ALITER IN EADEM SERVIENTIBUS MINISTRANS EMOLUMENTA VOLUERIT ALIQUOS CLERICOS INSTITUERE, NON FORTUITE EOS, SED PROBATIONE SACRATISSIMI PATRIARCHAE SUSCIPIAT.

I. Trid. Port. *functiones* Berol. *et defunctiones* Hamb. Gr. θεοῦ λειτουργίας.

neque] Sic Mon. I. *nec* Vind. Berol.

aliquam] Sic Vind. Berol. *aliqm* Mon., sed per inferiorem partem litterae *q* lineola traiecta est.

et citra] Sic Vind. Berol. *etiam* Mon.

re] Sic Vind. Mon. Berol. I. *rei* Hamb. Trid. Port. Gr. τοῦ πράγματος.

nulla] Sic Mon. Berol. *nulli* Vind., sed secunda manus scripsit, ut in cont.

venditione] In Berol. ultimae litterae *e* circumflexus impositus est, qui tamen a secunda manu deletur.

ac] Sic Vind. Mon. *a* Berol., quod secunda manus correxit, ut in cont.

NOV. LVI. EPIL. beatitudo] Sic Vind. Berol. *celsitudo* Mon. Gr. μακαριότης.

qui] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed tantummodo a secunda manu supra lineam positum est.

postea] Sic Vind. Mon. *post eam* Berol. Gr. μετ' αὐτήν.

in] *m* Vind., sed priori litterae lineola imposita eique deinde puncta subiecta sunt.

accesserint] Sic Berol. *accesserit* Vind. Mon. I. Gr. οἱ -γινόμενοι.

sedibus] Postea in Berol. subiicitur: *accesserit sedibus*, quod tamen punctis subiectis notatum est.

sacram] Sic Vind. Mon. Berol., deest Vulgo I. Gr. θείου.

Dat.] Sic Bamb. D. I. I. *D.* Mon. In Vind. Berol. Pist. Bamb. D. II. 11. et I. subscriptio desideratur tota.

VI. Non.] Sic Mon. *III. Nonas* Bamb. D. I. I. *III. Kal.* Vulgo.

CP.] Sic Bamb. D. I. I., sed circumflexo superius imposito. Deest in Mon. *Constant.* Vulgo.

Nov.] Sic Mon. *Novembr.* Bamb. D. I. I. *Novemb.* Vulgo.

imp.] *impr.* Bamb. D. I. I.

dn.] *dono* Mon., sed lineola superius iniecta est. *dnni* Bamb. D. I. I.

Iust.] Sic Mon. *Iustinian* Bamb. D. I. I., sed ultimae litterae *n* circumflexus impositus est.

pp. Aug.] *pp. a.* Mon. Bamb. D. I. I. *aug.* Vulgo.

anno XI.] Sic Mon. *ann. XI.* Bamb. D. I. I.

post c.] Sic Mon. *pc* Bamb. D. I. I., sed lineola superius imposita est. Ultima littera *c* Vulgo desideratur.

Belisarii] *Bil.* Mon. *Bilisari* Bamb. D. I. I.

V. C.] *vic.* Mon., sed superius lineola imposita est.

anno] *an.* Bamb. D. I. I., sed lineola superius imposita est.

II.] *III.* Mon., sed corrigendum tam ex anno imperii XI. et ex sequenti indictionis nota.

ind. I.] *indic. I.* Mon., sed ultimae litterae *c* lineola superius imposita est. *indct. prima* Bamb. D. I. I. Deest Vulgo.

NOV. LVII. LVII.] *Al. LVI.* Bamb. D. I. I., deest in Vind. Mon. Berol., ubi ad marginem *const. X.*

praebeant] *praebere* Mon. Berol. Ad marg. Berol. *al. praebeant.* Caeterum voces: *praebeant subrogatis emolumenta* in Vind. non sunt, in I. deest vox *subrogatis.*

remeare] Sic Mon. Berol. *remanere* Vind.

et ut] Sic Vind. Berol. *ut* Mon.

ministrans] *ministrare* I.

voluerit] Sic Vind. Mon. *voluit* Berol., sed secunda manus scripsit *voluerit.*

instituere] Sic Vind. Berol. *constituere* Mon.

fortuite] Sic Vind. Mon. Berol. *fortuito* Hamb. Trid. Port. I. Vulgo.

Imp. Iust. Aug. Mennae, Archiepiscopo Constantinopoleos.

PRAEFATIO. Plurimi saepe clerici quibusdam oratoriis observantes domibus, aut etiam forte ab aliquibus prius instituti, ministrantur eis ab aliquibus solennes expensae, deinde separant semet ipsos divinis omnino sacramentis, propter quas ipsi noverunt causas, aut pro qualibet occasione recedunt omnino a sanctissima, in qua constituti sunt, ecclesia.

CAP. I. Sancimus igitur, non hoc fieri prohibitionem sacro ministerio, sed alios subrogari a deo amantissimis episcopis, sub quibus ipsae constitutae sunt ecclesiae, et eos haec accipere. Non enim volumus aliquibus dari lucrari, quae iam per ipsos aut propter ipsos expendebantur sanctissimis ecclesiis, quoniam nolumus per quamlibet occasionem lucrum aliquos facere ex aliorum fraudatione, sed quae ab initio ministrabantur, semper dari, et non sacrum ex hoc ministerium corrumpi. Non exsistente licentia, postquam statuti fuerint aliqui pro prioribus clericis aut a sanctissimo patriarcha, aut a provincialibus

sacratissimi] Sic Vind. *sanctissimi* Mon. Berol. I., quod etiam Vulgo habetur.

suscipiat] In Mon. postea positum est *R/.*

imp.] Sic Pist. *impr.* Vind. Berol. I. Deest in Mon.

Iust.] Sic dicti codd. *Iustini* I. *Iustinianus* Vulgo.

Aug.] *ā* Mon. Berol., deest in I.

Mennae] *Mane* Pist. *Mene* Berol. Quod postea Vulgo est: *sanctissimo huius regiae urbis*, in meis codd. Hamb. Trid. I. non est.

Constantinopoleos] Sic Vind. Pist. *Constantino* I. *Constantinopopoleos* Berol., ubi prior syllaba *po* punctis subiectis notata est. Mon. *coxтpo*, sed prioribus tribus litteris lineola imposita est. Hamb. Trid. *Constantinopolitano.* Vulgo *et universali eius tractus patriarchae.*

NOV. LVII. PRAEF. oratoriis] Sic Vind. *orois* Berol., sed supra lineam a sec. manu lineola posita est. Mon. *orationes.* I. *orationis.* Gr. εὐκτηρίοις.

observantes] Sic Mon. Berol. I. *observientes* Vulgo.

eis ab aliquibus] Sic Vind. Mon. Berol. I., desunt Vulgo. Gr. παρά τινῶν.

solennes] *sollempnes* Vind. Mon. Berol.

separant] Sic Berol. *seperant* Mon., in quo bis scriptum est. Haec tamen vox secunda vice deleta est.

divinis] In Vind. Mon. Berol. I. deest, quod Vulgo antea est *a.*

occasione recedunt] *recedunt occasione* I.

noverunt] Sic Vind. Mon. *noverint* Berol. Gr. γινώσκουσιν.

pro] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. καθ'.

NOV. LVII. CAP. I. sancimus] Sic Mon. Berol. *saccimus* Vind.

hoc] deest in Vind. *ex*, quod Vulgo et in I. antea est, quod quidem nec Graeco τοῦτο firmatur.

ministerio] *misterio* Berol. *monasterio* Vind. *ministerio* Mon., nisi quod litterae *in* a secunda manu adscriptae sunt.

alios] Sic Vind. Mon. *al* Berol., sed circumflexo per litteram *l* traiecto; secunda tamen manus correxit *ios.*

a] Sic Mon. Berol., deest in Vind., in quo quidem secunda manus litteram *a* lineae imposuit. Gr. παρά.

amantissimis] Sic Mon. Berol., sed litterae *n* puncta subiecta sunt.

ipsae] Sic Mon. Berol. *ıp* Vind., lineola tamen superius imposita. Gr. αἱ αὐταί.

haec accip.] *accip. hoc* I.

aliquibus] Sic Mon. Berol. *abaliquibus* Vind. Gr. τισί.

lucrari] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Mon. Berol. iam secunda manus correxit: *lucra*, quod etiam Vulgo est. Gr. κερδαίνειν.

iam] Sic Vind. Mon. *iam eis* Berol. I., quod sane Graecis non firmatur.

per] Sic Mon. Berol., deest in Vind.

ipsos] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem a secunda manu deletum est.

nolumus] *volumus* I.

lucrum] *non lucrum* I.

aliquos] *aliq* Mon., sed ultimae litterae circumflexus impositus est. Gr. τινας.

sacrum] *sacm* Berol., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. τὴν ἱεράν.

mortuis] *et mortuis* Vind. *est mortuis* Paris., sed, ut in cont., Berol. An dicendum interpreti ob oculos fuisse τῶν τε τελευτώντων?
salute] Quod Vulgo postea additur *est*, in Vind. Berol. Paris. non est, nec Graecis firmatur, ideoque delendum videbatur esse.
pios] *pius* Vind. Berol. Paris. Gr. εὐσεβεῖς.
actus] Sic Berol. Paris. *actos* Vind. Gr. πράξεις.
effectum] Sic Vind. Paris. *affectum* Berol. Gr. εἰς ἔργον.
laborantium] Sic Vind. Berol. Paris. *praelaborantium* Vulgo.
a] *ad* Vind. Berol. Paris.
subsequentium] *sibsequentium* Paris.
desidia] *dare* Vind., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est, sed, ut in cont., Berol. Paris. Gr. ῥᾳθυμίας.
deperire] Sic Berol. Paris. *perire* Vulgo.
sicut] Sic Paris. Vind. *a sic* Berol., sed priori litterae *a* punctum subiectum litteraeque c lineola superius iniecta est. Gr. ὥσπερ.
autem] Postea Vulgo est *ea*, quod in Berol. Paris. deest.
imminuta] *iminuta* Vind. *imminutam* Berol. Gr. ἀμείωτα.
servari] Sic Vind. *servare* Berol. Paris. Gr. φυλάττεσθαι.
reliqua] Sic Vind. Berol. *reliquis* Paris. Gr. τὰ πάντα.

omnia sub tributis constitui sancimus, nullo penitus licentiam habente excipere ea tributis, neque venerabilibus domibus, neque xenodochiis, neque asceteriis, vel monasteriis, aut alio quolibet, sed neque ipsa imperiali nostra domo, aut qui in cingulo, aut qui in potestatibus sunt, sed omnibus ergasteriis similiter agnoscentibus tributa, nec paulatim singula excusare, et proprium levigare, et reliquis paucis exsistentibus totum imponere onus, et ex hoc magnum sustinere dispendium ferre hoc non valentes.

EPILOGUS. Tua igitur celsitudo, et qui post te eandem administrationem acceperit, et parens tibi officium, quae placuerunt nobis per praesentem divinam pragmaticam formam, nunc et in reliquum omne tempus servabunt. *Datum III. Non. Novemb. CP. imper. DN. Iust. PP. Aug. anno XI. p. c. Belisarii V. C.* *** (537.)

LXI. GLOSS.

UT DEFUNCTI SEU FUNERA EORUM NON INIURIENTUR A CREDITORIBUS, ET UT CONSILIARII NON SUSCIPIANT COGNITIONES ABSQUE IUDICIBUS.

sancimus] *sanccimus* Berol.

tributis] Sic Paris. Berol. *tribus* Vind. Gr. ὑποτελῆ. Inde a sequenti voce *constitui*, quae sunt usque ad vocem *tributis*, in Paris. desunt omnia. Gr. τοῦ τέλους.

excipere] Quod Vulgo antea est *ea*, id in Vind. Berol. desideratur, ideoque omittendum fuit. Sed ultimae litterae *e* a secunda manu impositum est *a*.

ea] *a* Vind. Paris., quod tamen corrigendum est ex Graeco αὐτά. Videtur enim ex superiori voce ultimum *e* adhaesisse.

venerabilibus] *venerabilium* Vind. Berol. Paris.

domibus] Sic Vind. Berol. Paris. *domuum* Vulgo.

xenodochiis] Sic Vind. Berol. *exenodochiis* Paris. *ex xenodochiis* Vulgo.

neque] Sic Vind. Berol. *ne* Paris.

asceteriis] *asisteriis* Vind. *assisteriis* Paris. Berol.

qui in] Sic Vind. Berol. Vox *in* deest in Paris. Gr. ἐν.

imponere] Sic Vind. Berol. *ipones* Paris., sed supra litteram *i* circumflexus iniectus est.

onus] Sic Vind. *honus* Berol. Paris. *pondus* Vulgo.

et] Sic Vind. Berol., deest in Paris. Gr. κἀντεῦθεν.

magnum sustinere] Sic Berol. Paris. *sustinere magnum* Vind. Gr. μεγάλην ὑφίστασθαι.

ferre] Sic Berol. *fere* Vind. Paris. Gr. φέρειν.

NOV. LX. EPIL. qui] *quid* Paris. Gr. οἱ.

te] Sic Vind., deest in Paris. Berol. Gr. σε.

eandem] Sic Vind. Berol. *eadem* Paris. Gr. τὴν αὐτήν.

acceperit] Sic Paris. Berol. *acciperit* Vind.

quae] Sic Vind. Paris. *que* Berol.

placuerunt] Sic Paris. Berol. *placuer* Vind., sed ultimae litterae lineola imposita est.

nunc et in] Sic Vind. *nunc et* Paris. *nc* Berol. Gr. νῦν τε καὶ εἰς.

Novemb.] *Novebr.* Vind., sed supra litteram *e* a secunda manu linea posita est. Caeterum in Berol. Paris. tota haec subscriptio deest.

CP.] *Cap.* Vind. *Constantinop.* Vulgo.

imper.] *ipr* Vind., sed primae et ultimae litterae circumflexi impositi sunt. *dn. imper.* Vulgo.

DN.] *dono* Vind., sed prioribus duabus litteris circumflexus impositus est. Deest Vulgo.

Iust.] Sic Vind. *Iustiniani* Vulgo.

anno] *ano e* Vind., sed litteris *n* et *e* circumflexi impositi sunt.

p. c.] *pc* Vind., sed his litteris circumflexus impositus est. Vulgo *post.*

Belisarii] *bilisaio* Vind., sed prioribus litteris *ai* circumflexus iniectus est.

V. C.] *viro clarissimo* Vind., nihil aliud. Postmodo Vulgo *cons. anno II.* Lacunae signa ponenda fuisse ex toto sententiarum contextu satis apparet.

NOV. LXI. LXI.] *R/. LXI. et inmutilata* Bamb. D. I. 1. Deest in Vind. Mon. Berol. Bamb. D. II. 11. et I. Ad marginem Vind. adscriptum est: *hic deest const. singula horum operum*, ad marg. Berol.: *hic deē una cōst: singla bo4 operum*, sed litteris *l* et *b* circumflexi traiecti sunt. Ad marg. Berol. Mon. scriptum est *const. XIII.*

consiliarii] *consciliarii* Berol.

cognitiones] *cognitione* Vind.

Imp. Iust. Aug. Ioanni, p. p. Orientis secundo.

PRAEFATIO. Qui veritatem causarum coniiciunt, non facile ad culpam venient, si veritatem examinent. Quosdam namque veri simile est multitudinem legum, quae per singula a nobis adiiciuntur, culpare, non considerantes, quia opere semper vocante consonas causis ponere leges compellimur, quum semper inopinabile emergat, et ab his, quae iam posita sunt, mederi non valeat, quale quiddam nuper est agnitum. Deberi sibi quidam dicens ab aliquo, dum hominem in morte cognovisset esse constitutum, milites congregans et servos et alios plurimos, ingressus est super morientem; verum ille anxiatus clamare coepit, donec eum violentia compressum reliquisset spiritus; at ille etiam signacula imposuit rebus sua potestate, praesente nullo in cingulo constituto, aut quolibet omnino legali et civili officio observante, et neque ita recessit, sed etiam defunctum iniuriare non eum piguit, primum qui-

imp.] *impr.* I.
Iust.] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *Iu.* Pist. *Iusti* I. *Iustinianus* Vulgo.
Aug.] Sic Vind. *au* Pist. *a* Mon. Berol. I. Neob., in quo quidem circumflexus superius iniectus est.
Ioanni] *Iohi* Vind. Mon. Berol. *Io.* Pist. I.
p. p.] Sic Mon. Pist. Berol. I. *pprii* Vind. *ppo* Neob., sed lineola superius iniecta est. Vulgo *gloriosissimo per Orientem praetoriorum praefecto.*
Orientis] Sic Vind. Pist. Neob. I. *Orient.* Mon., deest in Berol. et Vulgo.
secundo] Sic Neob. *scdo* Berol. Vind. *so* Pist. *II°* Mon. *secun* I. *iterum, exconsuli et patricio* Vulgo.

NOV. LXI. PRAEF. veritatem] Sic Mon. I., sed secunda manus in Mon. correxit *varietatem*. Gr. ἀληθείας.
coniiciunt] *coniciunt* Berol. *conciunt* Mon., sed litteris *in* puncta subiecta, priorique litterae *n* littera *i* imposita est. Vind. *comitiunt*, sed litteris *co* et *ut* lineola imposita, ultimae autem litterae *a* punctum subiectum est.
facile] Sic Mon. Berol. *fatile* Vind., sed supra litteram *t* littera *c* a secunda manu posita est.
venient] Sic Vind. Mon. *veniunt* I. *inveniunt* Berol., sed prioribus litteris *in* puncta subiecta sunt. Gr. χωροῖεν.
examinent] *examinenent* Mon., sed litteris *ne* puncta subiecta sunt.
veri simile] Sic Vind. Mon. *virsimile* Berol. Gr. εἰκός.
a] Sic Vind., deest in Mon. Berol. Gr. παρ' ἡμῶν.
adiiciuntur] Sic Mon. Berol. *adiciuntur* Vind. Interpres videtur habuisse προστιθεμένων.
opere semper] *semper opere* I.
consonas] Sic Vind. Berol. *consonans* Mon., sed litterae *n* punctum subiectum et supra lineam adiectum est *te*. Gr. συμφώνους.
ponere] *imponere* I.
leges] *legem* I.
emergat] Sic Mon. Berol. *emergeat* Vind., sed litterae *e* punctum subiectum est.
his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.
posita sunt] Sic Vind. Mon. *sunt posita* Berol.
valeat] *valeant* I. Vind. Mon., sed litterae *n* in Mon. Vind. puncta subiecta sunt.
quiddam] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. *quidem* Berol. Port. *quoddam* I. Gr. δή τι.
deberi] Vulgo et in I. subiicitur *enim*, quod in Berol. Vind. Mon. non est. Interpres vocem γὰρ non videtur in Graecis habuisse.
morte] *monte* Vind. Mon., sed litterae *r* punctum subiectum lineaeque littera *n* imposita est. Gr. ἐπιθάνατον.
et alios] Sic Vind. Mon. *alios* Berol. I. Gr. καὶ ἑτέρους.
super] Sic Vind. Berol. *ad* Mon.
ille] Sic Berol. *ne ille* Vind. Mon., sed priori voci puncta subiecta sunt. Gr. ὁ δέ.
anxiatus] Sic Vind. Berol. *exanxiatus* Mon., sed priori syllabae *ex* puncta subiecta sunt.
coepit] *cepit* Vind. Mon. Berol.
donec eum] Sic Berol. *eum donec* Vind. Mon. Gr. ἕως αὐτόν.
spiritus] Sic Berol. *sps* Vind., sed lineola superius iniecta est. Mon. *tes*, sed huic syllabae puncta iniecta et supra lineam positum est *spiritus*. Gr. ἡ ψυχή.
etiam] Sic Mon. Berol. I. *et* Vind.
in cing.] Prior vox *in* deest in I.
observante] Sic Vind. Mon. Berol. I. *observato* Vulgo.
non eum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eum non* Vulgo.

dem insistens non fieri exsequias, deinde, quum vix cessisset de domo deponi mortuum, instabat publice, portari lectum non sinens, neque deducendum dicens, nisi debitum perceperit, donec sponsorem accepit, et ita iam defunctum tradi terrae permisit. Negotium siquidem, quo haec commissa sunt, competenter dispositum est, oportere autem iudicamus etiam generali lege haec emendare, non sinentes haec rursus committi semper sine legislatione manentia.

CAP. I. Sancimus igitur, si quis illo superstite adhuc, quem putat debere sibi, adscendat domum eius, et molestus sit superstiti homini aut qui eius sunt, uxori forte, vel filiis, aut domui omnino, aut etiam signacula per propriam potestatem imponere praesumat, non prius decreto et officio legali servato, post eius, qui dicitur debere, mortem actione quidem modis omnibus cadat, sive iustam habeat hanc, sive non, quantum vero deberi sibi dicit, tantum aliud superexigatur, et detur iniuriati heredibus; confiscationem quoque in tertiam substantiam sustineat (sicut et Marcus philosophissimus imperatorum in suis conscripsit legibus), et infamia feriatur. Qui enim hominis naturam non erubuit, dignus est et pecuniis et gloria et aliis omnibus condemnari. §. 1. Si vero etiam moriente quodam circa funus peccetur aliquid morientis, quod exsequias prohibeat, scripta quidem iam lex est et a nostro patre

exsequias] Sic Berol. *exequias* Vind. Mon.

cessisset] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *concessisset* Port. in marg. Vulgo. *coepisset* Port. Gr. ἐνέδωκεν.

instabat] *iustabat* I.

perceperit] Sic Vind. Berol. *perciperit* Mon.

accepit] *acceperit* I.

ita iam] *ita* I.

terrae] *terre* Vind., sed hoc a secunda manu punctis subiectis notatum est, signoque addito secunda manus ad marginem apposuit *sepultura*. Gr. τῇ γῇ.

haec] *hoc* Mon. Gr. ταῦτα.

commissa sunt] *commissum est* Mon.

iudicamus] Sic Vind. Mon. *iudicavimus* Berol. Gr. ἡγούμεθα.

haec] *hoc* I.

NOV. LXI. CAP. I. PR. quem] Sic Vind. Mon. *q̄* Berol.

adscendat] Sic Berol. *ascendat* Vind. Mon.

uxori] *uxor* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont.

omnino] Sic Vind. Berol. *omino* Mon.

aut] *autem* I.

etiam] Sic Berol. Mon. *et* Vind.

per] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. κατ'.

propriam] Sic Mon. Berol. *propriam* Vind., sed ultimae litterae *m* puncta subiecta sunt.

potestatem] Sic Mon. Berol. *potestate* Vind. Gr. ἐξουσίαν.

debere] Sic Vind. Mon. *habere* Berol., sed secunda manus litteris *ha* puncta subiecit, lineaeque imposuit *de*. Gr. ὀφείλεσθαι.

dicit] Sic Mon. Berol. *dic* Vind., sed litterae *c* lineola superius imposita est. Gr. λέγῃ.

tantum] *tamen* Mon., sed secunda manus correxit: *tantum*. Gr. τοσοῦτον.

superexigatur] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem syllaba *ex* a secunda manu scripta est. I. *desuper exigatur*. Gr. προσαπαιτείσθω.

substantiam] Sic Vind. Mon., in quo quidem secunda manus correxit *substantiae*; praeterea in Mon. supra lineam scriptum est *partem*. Caeterum deest in Berol. *partem substantiam* I. *partem substantiae* Vulgo, cuius glossematis originem ex cod. Mon. facile est cognoscere.

sicut et] Sic Mon. Berol. *sicut* Vind., sed supra lineam adscriptum est: *et*. Gr. καί.

philosophissimus] Sic Vind. Mon. Berol. *philosophus* Contius Vulgo I. Ad marg. Contius: *in vete. manuscr. est philosophissimus imperatorum, ut in Graeco*. Gr. ὁ φιλοσοφώτατος.

imperatorum] Sic Mon. Berol. *imperator* Vulgo. Gr. τῶν αὐτοκρατόρων.

feriatur] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem supra lineam a secunda manu adscriptum est: *sine sententia*. Gr. πληττέσθω.

NOV. LXI. CAP. I. §. 1. morientis quod] *quod morientis* I.

prohibeat] Sic Vind. Mon. *proibuit* Berol.

super hoc, tamen simul etiam ex nostris maior sequatur delictis poena, et iisdem subiaceat, quae praesens infert lex eis, qui in viventem tale aliquid, quale diximus, committunt; huius rei providentiam habente praecipue quidem gloriosissimo praefecto huius felicissimae civitatis, cui talium emendationum cura est, nihilo minus autem et gloriosissimo sacrorum nostrorum praetoriorum praefecto, et gloriosissimo magistro sacrorum officiorum, et semper his obedientibus officiis. Oportet enim, communibus exsistentibus contra naturam iniuriis, communem esse iudicibus super his prohibitionem atque vindictam. His non in sola hac felicissima civitate valentibus, sed etiam in omnibus gentibus, quarum nobis principatum alium quidem ab initio dedit deus, alium vero adiecit, et adhuc etiam dabit, sicut ait quidam ante nos, provinciarum quippe iudicibus, sive militaribus, sive civilibus, huius rei providentiam habentibus. Sequitur enim hic quidem iudices eorumque officia viginti librarum auri poena, si quid horum neglexerint, provinciales autem quinque, si neque ipsi ad hoc institerint, denunciatione qualibet aut hic aut per provincias facta.

CAP. II. Illud etiam recte se habere perspeximus, non permittere (sicut Zenonis piae memoriae dicit constitutio, et nostra quoque) consiliarios iudicum ipsos per se causas audire, quae apud administratores

tamen] Sic Vind. Berol. *tm* Mon., sed supra lineam a sec. manu lineola posita est. Gr. πλὴν ἀλλά.

delictis] Sic Mon. Vind., deest in Berol. *delicti* Vulgo. Gr. τοῖς πλημμελήμασι.

poena] Sic Vind. Mon. *pena delicti* Berol. Gr. ποινή.

iisdem] *hisdem* Vind. Mon. Berol. I.

infert] Sic Vind. Berol. *infertur* Mon., sed litteris *ur* puncta subiecta sunt. Gr. ὑπάγει.

in] Sic Vind. Mon., deest in Berol.

viventem] Sic Berol. *vivente* I. *venientes* Vind. *habentem* Mon.

habente] Sic Mon. Berol. *habentem* Vind., quod Graecis non firmatur.

quidem] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed secunda manus supra lineam hanc vocem posuit. Gr. μέν.

felicissimae] Sic Vind. Berol. *felicis* Mon. Gr. εὐδαίμονος.

civitatis] Sic Vind. Berol. *urbis* Vind.

cura est] *cura re* Berol., sed ultimae litterae *r* punctum subiectum est.

nihilo] Sic Vind. Berol. *nichil ho* Mon. Gr. οὐδέν.

gloriosissimo] Sic Vind. Berol. *gloriosissimorum* Mon. Gr. τοῦ ἐνδοξοτάτου.

semper] *senp* Berol., sed secunda manus supra lineam litterae *n* litteram *m* posuit.

communibus] Sic Mon. Berol. *communi* Vind. Gr. κοινῶν.

exsistentibus] *existentibus* Vind. Mon.

communem] Sic Vind. Mon. *omnem* Berol. Gr. κοινήν.

prohibitionem] Sic Vind. Berol. *iudicibus prohibitionem* Mon., quod Graecis non firmatur.

etiam] Sic Mon. Berol. *et* Vind.

alium] Sic Mon. Berol. *aliud* Vind. Gr. τὴν μέν (sc. ἡγεμονίαν). Pro verbis *principatum alium quidem* I. habet *aliud quidem principatum*.

ab initio dedit] Sic Vind. Berol. *dedit ab initio* Mon. Gr. ἐξ ἀρχῆς ἔδωκεν.

alium] Sic Mon. *aliud* Vind. Berol., in quo quidem hoc et quae deinceps sunt usque ad vocem *habentibus* plane non reperiuntur. I. *aliud*.

et] Sic Vind. Mon. Berol. I. *aut* Vulgo. Gr. ἤδ.

sicut] Sic Vind. Berol. *sic* Mon.

quippe] Ad marginem Mon. adnotatum est *al. quidem*. Hamb. Trid. I. *quidem*.

eorumque] *eorum quae* Vind. Gr. καὶ ταῖς τούτων.

viginti] Sic Vind. Mon. *triginta* Vulgo Berol. XXX. I. Sane quam id, quod in cont. posui, Graecis firmatur.

poena] Sic Vind. Berol. *penam* Mon.

ipsi] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Caeterum manifestum est ab interprete lectum esse αὐτοὶ pro αὐται.

institerint] Sic Vind. Mon. *insteterint* Berol. Gr. ὁρμῷεν.

NOV. LXI. CAP. II. PR. perspeximus] *prospeximus* I.

consiliarios] *consciliarios* Mon.

per se causas] Sic Mon. Berol. *per se causam* Vind. *causas per se* Vulgo I. Gr. αὐτοὺς τῶν ὑποθέσεων.

administratores] *ministratores* Vind. Berol., sed supra litteram *m* a secunda manu scriptum est *a*. Gr. ἄρχουσιν.

aut datos a nobis iudices agitantur. Multo namque melius atque perfectius coram ipsis administratoribus, praesentibus illis, quorum causae moventur, terrore imminente exhibitis testibus, et omnino causa propriam habente honestatem, quam si apud pedaneos iudices talia decernantur, in nullo consiliariorum officio distante ab illis. Sed quoniam nobiscum statuti semper administratores, occupationibus rerum nostrarumque iussionum comprehensi, ad hanc necessitatem deponuntur, oportet consonam congruamque legem rebus imponere. §. 1. Sancimus igitur, contestationes quidem litium modis omnibus apud ipsos fieri administratores, sive maiores, sive minores sint, sed etiam in mediis litibus introduci rursus apud eos semel negotium et, quatenus ea, quae examinantur, agnoscant; quum vero novissima sententia proferenda est, nullo modo praesumere consiliarios absque administratoribus audire, sed cum competenti honestate, quam dudum disposuimus, propositis sacrosanctis eloquiis, ipsos administratores et audire, quae examinata sunt, omnia consequenter, et iudicare eos negotia, et suscipere appellationes, si quis appellaverit, sine ulla dilatione, ubi lex haec fieri permittit; et rursus appellationis iudices modis omnibus per se audire negotia, nullo aliter agere praesumente; sed si quid tale fiat, ipsis quidem administratoribus viginti librarum auri formidantibus poenam, consiliariis autem, qui tale aliquid agere praesumserint, si quidem advocati sint, expellendis ab

ipsis] *ipsis atque* I.

administratoribus] Sic Vind. Mon. *amministratoribus* Berol.

quorum] Vulgo subiicitur *interest*, quod in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. non est, est autem apud Port. Manifesto interpres legit: ἐκείνων ὧν αἱ ὑποθέσεις κινοῖντο, quod sane Os. non intellexit, cum vocem *quorum* delendam esse censeret. Vide, quae dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung 1842. Juni Num. 134. p. 559.

omnino] Sic Mon. Berol. *os* Vind., sed lineola superius iniecta est. Gr. ὅλως.

causa] Sic Berol., sed ultimae litterae circumflexus impositus est, quem tamen secunda manus delevit. *causam* I.

habente] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem sec. manus litteram *s* apposuit, ut tamen lineola traiecta sit. Gr. ἔχοντος.

sed] *et* I.

nobiscum statuti] Sic Vind. Berol. *a nobis constitutis* Mon., sed ultimae litterae *s* puncta subiecta sunt priorique litterae *a* punctum subiectum est. Vulgo I. *a nobis constituti*. Gr. αἱ σὺν ἡμῖν οὖσαι.

rerum] Sic Vind. Mon. Berol., sed supra hanc vocem a secunda manu scriptum est: *suarum*, quod in Graecis non habet, quo firmetur.

nostrarumque] Sic Vind. Berol. *suarumque* Mon. Gr. τῶν ἡμετέρων.

necessitatem] Sic Vind. Berol. *necessitudinem* Mon.

NOV. LXI. CAP. II. §. 1. modis omnibus] Sic Vind. *omnibus modis* Berol. I. Vulgo Mon., in quo quidem prior vox punctis subiectis notata est. Gr. ἐκ τρόπου παντός.

apud ipsos] Sic Mon. Berol., deest in Vind., in quo quidem lacuna est, cui supplendae tres litterae sufficere queant.

semel] Vulgo subiicitur *moti*, quod in Vind. Mon. Berol. I. deest, nec sane in Graecis habet, quo firmetur.

negotium] Sic Vind. Mon. Berol. *negotii* I. Vulgo. Gr. τὴν ὑπόθεσιν.

et quatenus] Sic Vind. I. *quatenus* Mon. Berol. *res quatenus* Vulgo. In Berol. tamen a secunda manu scriptum est *rei*.

consiliarios] In Mon. subiicitur *et*, quod in Vind. Berol. deest, nec sane in Graecis habet, quo firmetur.

cum] deest in I.

competenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *competente* Vulgo.

eos] Sic Vind. Berol. *eorum* Mon. Gr. αὐτούς.

quis] *quem* Mon., ubi tamen secunda manus correxit, ut in cont. Gr. τὶς.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. Glossa, ubi Acc. notat: *alias et lex hec*. Interpres in Graecis videtur legisse ταῦτα.

aliter agere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *agere aliter* Vulgo. Gr. ἑτέρως πράττειν.

administratoribus] *aministratoribus* Vind. *amministrantibus* Mon. Berol.

auri formid.] *formid. auri* I.

consiliariis] *consiliarios* I.

advocati] Sic Berol. *avocati* Vind. Mon. Gr. συνήγοροι.

sint] Sic Vind. Mon. *sunt* Berol. I., quod etiam Vulgo est. Gr. εἶεν.

eloquentissimorum advocatorum collegio, si vero advocati non sunt, sed alii quidam, etiam cingulo, si quidem habeant, privandis, et decem librarum auri castigandis poena. Non enim oportet eos, qui Zenonis piae memoriae contemserunt legem, et dudum nostram et praesentem, arbitrari, ut unquam falsitatis huius fugiant poenas. Erit enim curae per tempus gloriosissimi comitis sacrorum nostrorum privatorum huius rei habere providentiam et exigere poenam et inferre aerario, dum tale aliquid commissum fuerit; cognoscente etiam ipso, quia de suo fisco compleret, nisi huius rei habuerit competentem providentiam. §. 2. Sed haec quidem in administratoribus decernimus, quibus publicae et circa nostras iussiones occupationes, ut non per se audiant causas, concedunt veniam. Alios autem omnes, qui nullam administrationem habent, causas autem ex iussionibus nostris audiunt aut in hac felicissima civitate, aut in aliis, si tale aliquid egerint, et eos, qui in officio consiliariorum cum eis audierint, adhuc vehementioribus affligimus poenis, nisi per omnem consequenter litem ipsi cum suis consiliariis audiant causam. Nam et dignitatum casum eis interminamus, et poenam vicenarum librarum auri, et eorum consiliarios ex ipsa pelli civitate, in qua haec egerint, et insuper et ipsos proprio cadere honore.

advocati] Sic Vind. Mon. *ad vocatu* Berol., sed ultimae litterae punctum subiectum est.
sunt] Sic Berol., quod etiam Vulgo est. Vind. Mon. I. *sint*. Gr. καθεστᾶσιν.
quidem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quoddam* Vulgo.
habeant] Sic Mon. Berol. I. *habent* Vind. Gr. ἔχοιεν.
et decem] X I.
eos] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. τούς.
contemserunt] Sic Mon. I. *contempserunt* Vind. Berol. *contemserint* Vulgo.
arbitrari] In Mon. antea est *legem*, quod in Vind. Berol. deest, nec sane Graecis firmatur.
unquam] *quamquam* Vind. Mon., sed hic quidem punctis ultimae syllabae subiectis, quod quidem secunda manus correxit, ut in cont. Deest in Berol., sed a secunda manu ibi lineae iniectum est.
huius] Sic Vind. Berol. *his* Mon., quod sec. manus correxit *huius*. I. *quisquam*. Gr. ταύτης.
fugiant] *fugiat* I.
erit enim] Sic Mon. Berol. *enim erit* Vind. *erit igitur* I. Gr. μελήσει γάρ.
gloriosissimi] *gloriosisimi* Berol.
hab. prov.] *prov. habere* I.
poenam] Sic Mon. Berol. *pea* Vind., sed lineola superius iniecta. Interpres videtur legisse ποινήν.
aerario] *errario* Vind. Berol.
quia] Sic Vind. Berol. *qui aministratorem* Mon., sed priori litterae *a* lineola iniecta est.
compleret] Sic Berol. *complere* Vind. Mon. I. Quod Vulgo et in I. subiicitur *debeat*, in Vind. Berol. deest, nec sane in Graecis habet, quo firmetur.

NOV. LXI. CAP. II. §. 2. haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* Vulgo I. Gr. ταῦτα.
iussiones] Sic Mon. Berol. *iusiones* Vind. *iussiones et* I.
alios] Ad marginem Mon.: *ut magistratus Constantinopolitanae civitatis in conventionibus ceris adiiat* (sec. m. corr. *audiaut*) *et sententiam dicant*.
audiunt] Sic Vind. Berol. *audiant* Mon.
aut in hac] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem supra priorem vocem alia lineola iniecta est, quam secunda manus delevit.
consiliariorum] Sic Vind. Berol. *conscilinriorum* Mon.
adhuc] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem antea scriptum est *cum*, quod Graecis non firmatur.
consequenter] *consequentes* Vind. Mon. Hamb. Trid. Port. I. *consequente* Berol., sed ultimae litterae *e* circumflexus impositus est. Gr. ἐφεξῆς.
ipsi] Sic Mon. Berol. *ipsis* Vind., sed ultimae litterae punctum suppositum est. Gr. αὐτοί.
interminamus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *interminamur* Vulgo.
poenam] Sic Vind. Berol. *pena* Mon. Gr. ποινήν.
vicenarum] Sic Mon. Berol. *vicinarum* Vind. Gr. ἀνὰ viginti.
librarum auri] Sic Vind. Mon. *auri librarum* Berol.
pelli] Sic Vind. Mon. *compelli* Berol. Gr. ἐξελαύνεσθαι.
haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. I. Gr. ταῦτα.
et insuper et] Sic Mon. I. *insuper et*

EPILOGUS. Tua igitur eminentia, quae visa sunt nobis et per hanc divinam declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum sollennem modum edictis per provincias utens, ut nullam gentium lateat aliquid, quod a nobis sancitur. In hac enim felicissima civitate gloriosissimus praefectus urbis haec proponet. *Dat. Kal. Decemb. CP., imp. DN. Iust. PP. Aug. anno XI., p. c. Belisarii V. C. anno II.* (537.)

LXII.

GLOSS.

UT IMMOBILIA ANTENUPTIALIS DONATIONIS NEQUE HYPOTHECAE DENTUR, NEQUE OMNINO ALIENENTUR A VIRO, NEC CONSENTIENTE UXORE, NISI POSTEA SATISFIERI POSSIT UXORI; HAEC VERO VALERE ETIAM IN DOTE.

Imp. Iust. Aug. Ioanni p. p. Orientis secundo.

Vind. Berol. *insuper etiam* Vulgo. Gr. καὶ πρός γε καί.

NOV. LXI. EPIL. eminentia] Sic Berol. Mon. *convenientia* Vind. Gr. ὑπεροχή.

visa] Sic Mon. Berol. *visi* Vind. Gr. τὰ παραστάντα.

sollennem] *sollempnem* Vind. Mon. Berol.

utens] Sic Vind. Berol. *mittens* Mon., quod sec. manus correxit, ut in cont. Gr. χρωμένη.

nullam] Sic Vind. Berol. *nullus* Mon., quod sec. manus correxit, ut in cont. Gr. μηδέν.

gentium] *gentilium* Mon., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. τῶν ἐθνῶν.

sancitur] Sic Mon. Berol. *sanctitur* Vind.

gloriosissimus] Sic Vind. Mon., in quo a secunda manu lineola traiecta est. Caeterum Berol. *gloriosisimus*.

praefectus] Sic Vind. Berol. Mon., in quo a secunda manu lineola traiecta est.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. I. Gr. ταῦτα.

proponet] Sic Vind. Berol. *proponit* Mon. I. Gr. προθήσει.

Dat.] *dat'* Bamb. D. I. 1. Caeterum in Pist. Berol. Mon. Bamb. D. II. 11. aut I. tota haec subscriptio non est.

Kal.] *kl.* Vind., sed supra lineam virgula apposita scriptum est.

Decemb.] *decebr.* Vind., sed ultimae litterae *e* lineola superius imposita est. *Decembr.* Bamb. D. I. 1.

CP.] Sic Bamb. D. I. 1., sed lineola superius imposita. *Cpr.* Vind., sed supra lineam virgula imposita est. Vulgo *Constant.*

imp.] *impr.* Bamb. D. I. 1., deest in Vind.

DN.] *do. n.* Vind., sed ultimae litterae circumflexus impositus est. *duin?* Bamb. D. I. 1.

Iust.] Sic Vind., sed supra hanc vocem circumflexus iniectus est. *Iustinianus* Bamb. D. I. 1. *Iustiniani* Vulgo.

XI.] *undecimo* Bamb. D. I. 1.

p. c.] Sic Vind. *cp.* Bamb. D. I. 1., sed lineola superius imposita est.

Belisarii] *bilisiaio* Vind., sed litteris *ai* circumflexus impositus est. Bamb. D. I. 1. *Bilisari.*

V. C.] *uc.* Vind. Bamb. D. I. 1., sed lineola superius iniecta est. Vulgo *V. C. cons.*

II.] *secundo* Vind. *so* Bamb. D. I. 1., sed per litteram *s* inferiorem circumflexus traiectus est.

NOV LXII. LXII.] *R/. LXII.* Vind. Bamb. D. I. 1., deest in Mon. Berol. Bamb. D. II. 11. Ad marginem Mon. adscriptum est *cons. XIIII.*, in Berol. *const. XIII.*

donationis] Sic Mon. Berol. *donationes* Vind.

dentur] *dentur a viro* I.

omnino] deest in I.

a viro] deest in I.

consentiente] Sic Vind. Mon. *consentientes* Berol., sed ultimae litterae punctum subiectum est.

nisi] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem a secunda manu ultima syllaba scripta est.

satisfieri] *satisfacere* I.

haec vero] *hoc* I.

valere] Sic Vind. Mon. Berol. I., deest Vulgo.

etiam] *et* I.

dote] Postea Vulgo est *valere*, quod in Vind. Mon. Berol. I. non est.

imp.] Sic Neob. Pist. *impr.* Vind. Berol. I., deest in Mon.

Iust.] Sic Vind. Mon. Pist. Neob. *Iusti* Berol. I. *Iustinianus* Vulgo.

Aug.] Sic Vind. *au* Pist., sed lineola superius imposita. Berol. Neob. Mon. I. *a.*, sed supra lineam virgula posita est.

Ioanni p. p. Orientis secundo] *Orien-*

PRAEFATIO. Causam miserandam fieri cognoscentes, coram nobis ipsis negotio moto, illud quidem correximus competenti modo, lege autem generali emendamus huiusmodi negotia, hoc quod moris est nostri.

CAP. I. Et sancimus, si quis conscripserit antenuptialem aut propter nuptias donationem (sic enim eam oportere magis vocari decrevimus), sive ipse pro se hoc faciens, sive etiam altero scribente, aut patre aut matre aut cognatis aut extraneis forte, si quis igitur tale aliquid fecerit, et scripserit donationem, in qua etiam aliquid immobilium est, interdicimus ei aut supponere de cetero rem conscriptam in antenuptiali donatione, aut alienare omnino. Quod enim semel vinculis sponsalitiae largitatis obligatum est, non erit conveniens alienari, ut mulier eveniente forsitan lucro, quod ei confert antenuptialis donatio, difficultatem patiatur, non inveniens rem in viri substantia, quum sit alienata aliis aut supposita, aut potentibus forte personis, quatenus illi propter huiusmodi causas aut sit omnibus modis inadibilis vindicatio, aut difficilis, et litibus egeat, dum ex hoc ipso sit adiuvanda. §. 1. Quapropter hoc observetur, et qui posthaec contraxerit, sciat, quia, sive

tis scdo Vind. *Iohi pp Ori II.* Mon., sed litteris *ri* circumflexus impositus est. — *Io. pp. Orientis so* Pist. *Iohi pp. scdo* Berol., desunt in Neob. *pp. Orientis secun* I. — Vulgo: *Ioanni gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto iterum, exconsuli et patricio.*

NOV. LXII. PRAEF. competenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *competente* Vulgo.
moris] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem littera *r* a secunda manu scripta est.

NOV. LXII. CAP. I. PR. antenuptialem] Sic Vind. Mon. *ananuptialem* Berol., sed prioribus duabus litteris lineola imposita est.
aut] Sic Vind. Mon. *vel* Berol., deest in I.
propter nuptias donationem] *donationem propter nuptias* I.
oportere] Sic Vind. Mon. *oportetere* Berol., sed priori litterae *e* circumflexus impositus syllabisque *tere* puncta subiecta sunt.
faciens] Sic Vind. Berol., in quo quidem subiicitur *ma*, cui voci puncta subiecta sunt. — Mon. *facietis*, quod sec. m. correxit *faciens*. Gr. ποιῶν.
altero] *alio* I.
patre] Sic Vind. Mon., nisi quod littera *r* in Vind. a secunda manu scripta est. Berol. *pat.*, sed supra lineam secunda manus posuit *re*. Gr. ἢ πατρός.
si quis] Sic Vind. Mon. *si quid* Berol., sed secunda manus correxit *si quis*. Gr. εἴ τις.
igitur] *autem* I.
supponere de cetero] Sic Vind. Berol. *de cetero ponere* Mon., sed secunda manus facit ex voce *ponere* vocem *supponere*. Vulgo *de cetero supponere*.
vinculis] *vinculo* I.
obligatum] Sic Vind. Berol. *oblatum* Mon., ubi secunda manus correxit *obligatum*. Gr. ἔνοχον γενόμενον.
eveniente] Sic Vind. *veniente* I. Mon., sed in Mon. secunda manus correxit *inveniente*. Berol. *invenientes*, quod secunda manus correxit *inveniens*. Hamb. Trid. *inveniens*, quod apud Port. plane non est. Gr. ἀποβαίνοντος.
forsitan] Sic Mon. Berol. Hamb. *forsitam* Vind. *forsan* Trid. Port.
lucro] Sic Vind. Mon. *in lucro* Port. *lucrum* Hamb. Trid. Berol. Gr. τοῦ κέρδους.
patiatur] Sic Mon. Berol. *doa patiatur* Vind., sed prioribus syllabis *doa* puncta subiecta sunt.
aut potentibus] Sic Vind. Hamb. Trid. I. *ut* Berol. Mon. Praestare *et* Os. scripsit. Nisi credendum interpreti pro καὶ ob oculos fuisse ἤ.
personis] Sic Vind. Mon. *persoe* Berol., sed ultimae litterae lineola imposita punctumque subiectum est, in quo quidem secunda manus scripsit *personis*.
propter] Sic Vind. Berol. *per* Mon.
omnibus modis] Sic Berol. *modis omnibus* Vind. Mon.
inadibilis] Sic Berol. *inabilis* Vind. Mon. *inhabilis* Port. Trid. I. Hamb., sed in hoc quidem ita a secunda manu scriptum esse reperitur. Gr. ἄβατον.
litibus] *litbus* I.

NOV. LXII. CAP. I. §. 1. posthaec] Sic Berol. *posthec* Mon. *post hoc* I. *posthac* Vulgo. Gr. μετὰ ταῦτα.

emtionem sive hypothecam habeat, nihil horum utilitatis habebit omnino, sed aequalia erunt non scriptis nec dictis, quae super hoc scripta sunt aut convenerunt, et servetur uxori lucrum. Non enim videntur nobis immoderate fecisse quidam nostrorum iudicum, qui etiam ipsam in rem mulieribus post matrimonii transactionem in sponsalitia largitate dederunt, quod recte inchoatum, deinde a posteris iudicibus, quasi pro supervacanea quadam subtilitate contemtum est. Et non quaslibet vias artificiosas inveniant sumentes hypothecas, praeparando mulieres consentire et ita proprio cadere iure. Consensus enim in talibus aut in hypothecam, aut in venditionem, aut in aliam alienationem conscriptus percipienti omnino non proderit, si semel consensus fiat, sed sicut in intercessionibus scripsimus, ut oporteat biennii tempore exsistente rursus aliam professionem scribi confirmantem consensum, et tunc ratum esse quod factum est; sic et in hoc fiat. §. 2. Et si consentiat mulier secundum speciem in intercessionibus, sit omnino indemnis, nisi etiam

emtionem] Sic Vind. Berol. *emptioe* Mon., sed litteris *o* et *e* circumflexi impositi sunt.

hypothecam] Sic Berol. *ypothecam* Mon. I. *ypotheca* Vind.

habeat] Sic Vind. Berol. *hat* Mon., sed supra lineam circumflexus positus est. Gr. ἔχοι.

nihil horum] Sic Mon. Berol. *nichilorum* Vind.

et] Sic Mon. I. *ut* Vind. Berol. Vulgo, Contius, qui ad marg. *al. et.* Gr. καί.

qui etiam] Sic Vind. Mon. *quia etiam* I.. deest in Berol., sed a secunda manu supra lineam scriptum est *qui etiam.* Arbitror, interpretem habuisse in Graecis οἵπερ καί.

ipsam] Sic Vind. Berol. *constante matrimonio in rem* Mon.

in rem] Sic Berol. *nre actionem* Mon., sed priori voci lineola iniecta est. Vulgo I. *in rem actionem,* quod etiam in Vind. est, quod glossam sapit.

sponsalitia largitate] *sponsalitiam largitatem* I.

supervacanea] Sic Vind. Berol. *supervacua* Mon., sed littera *u* a secunda manu scripta est.

subtilitate] Sic Mon. Berol. *suptilitate* Vind.

non] *si* I.

vias] Sic Vind. Mon. *causas* Berol., sed supra hanc vocem a secunda manu scriptum est: *al. vias.* Gr. ὁδούς. Quod Vulgo et in I. postea est *et,* Graecis sane non firmatur.

inveniant artificiosas] Sic Vind. Mon. Berol., in quo et subiicitur: *inveniant.* Vulgo I. *artificiosas inveniant,* quod sane Graecis non firmatur; quae verborum collocatio unde orta sit, ex testimonio codicis Berol. satis apparet.

hypothecas] *ypothecas* Vind. Mon.

praeparando] Sic Vind. Berol. *praeperando* Mon.

mulieres] Sic Vind. Berol. *et mulieres* Mon., quod tamen Graecis non firmatur.

ita] *illa* I.

consensus] Sic Mon. Berol. *concensus* Vind. Gr. συναίνεσις.

in hypothecam] Sic Vind. Mon., nisi quod vox *in* a secunda manu scripta est. Berol. *ypothecam*, sed supra litteram *y* scriptum est *in.*

in venditionem] Sic Vind. Berol. *in venditione* Mon., sed prior syllaba *in* a sec. manu scripta est.

aliam] Sic Vind. Berol. *alienam* Mon., sed litteris *en* puncta subiecta sunt. *alienationem aliam* I. Gr. ἄλλην.

in intercessionibus] Sic Mon. Vind. Berol., sed prior vox a secunda manu supra lineam in Berol. posita est.

exsistente] Sic Vind. Mon. Berol. *exeunte* Os. coniicit.

rursus] Sic Mon. Vind. *et rursus* Berol. I. Gr. αὖθις.

prof. scribi] *scribi prof.* I.

sic et] Sic Vind. Berol. *sic etiam* Mon., quamquam syllaba *iam* a secunda manu scripta est.

fiat] Sic Vind. Mon. *factum fiat* Berol., sed priori voci puncta subiecta sunt.

NOV. LXII. CAP. I. §. 2. speciem] Sic Vind. Berol. *spem* Mon., sed litterae *e* circumflexus iniectus est. Gr. σχῆμα.

in intercessionibus] Sic Vind. Mon. Port., in quo quidem prior vox *in* a secunda manu adscripta est. Trid. Berol. *intercessionibus.* Hamb. I. *intercessionis.*

secundum, sicuti praediximus, celebraverit consensum. Plura namque ex primo mox auditu delinquuntur, muliere quippe mariti seductionibus facile decepta et propria negligente iura, quum vero in plurimo tempore cogitaverit pro negotio, fiet forsitan cautior. §. 3. Veruntamen neque hoc simpliciter damus, sed tunc mulierem ex secundo consensu damno submittimus, dum sunt aliae res, ex quibus possibile est ei satisfieri pro re vel rebus immobilibus, quae in antenuptiali donatione continentur, et quae ab alio detinentur propter alienationis aut suppositionis modum; alioquin, si nihil aliud supersit, neque sic laesionem sustinere mulierem permittimus, sed licet secundo vel si frequenter consentiat, causa ad intercessionis feratur rationem, et sit ei omnino lucrum sub cautela positum, nisi apparuit relictum aliud sufficiens ad antenuptialis largitatis quantitatem. Et haec dicimus non solum parcentes mulieribus, sed multo potius viris talia facientibus, siquidem et multis et paene plurimis casibus communibus filiis antenuptialis donationis servantur res, et rursus hae manent apud substantiam viri

sicuti] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem secunda manus puncta supposuit, secundaque manus lineae vocem *quod* imposuit. Gr. καθάπερ.
plura] Sic Mon. Berol. *plurima* Vind. I. Gr. πολλά.
namque] *nanque* I.
delinquuntur] Sic Vind. Berol. *dereliuquuntur* Mon., sed litteris *re* puncta subiecta sunt.
propria] Sic Berol. Mon., in quo secunda manus scripsit. Vind. *proprio.* Gr. οἰκείων.
negligente] *neglegente* Vind. Mon.
iura] *iure* Vind. Mon., in quo quidem secunda manus correxit *iura*. Berol. *iua*, sed circumflexo superius imposito; secunda tamen manus priori litterae punctum subiecit, lineaeque litteram *c* imposuit, ut sit *cura*. Gr. δικαίων.
vero] *autem* I.
fiet] Sic Vind. Mon. *fħ* Berol., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *fiet*.
forsitan] Sic Vind. Mon. Berol. I. *forsan* Vulgo.
NOV. LXII. CAP. I. §. 3. veruntamen] Sic Berol. *verum tamen* Vind. Mon.
simpliciter] Sic Vind. Mon. *sinpliciter* Berol.
sed tunc] Sic Mon. Berol. *et tunc* Vind. Gr. ἀλλὰ τηνικαῦτα.
submittimus] *summittimus* Vind. Mon. Berol.
possibile est ei] Sic Vind. Berol. *ei possibile est* Mon. Gr. δυνατὸν αὐτῇ.
vel rebus] Sic Vind. Berol. *vel pro rebus* Mon. Gr. ἢ πραγμάτων.
continentur] *contineantur* I.
et quae ab alio detinentur] Sic Berol. *et quae ab illo detinentur* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Desunt in Vind. Gr. ὑφ' ἑτέρου κατεχομένων.

suppositionis] Sic Mon. Berol. *subpositionis* Vind.
sic] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. οὕτω.
si frequenter] Sic Vind. Mon. Berol., sed prior vox *si* Vulgo deest.
feratur] Sic Vind. Berol. *transferatur* Mon.
rationem] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem ultimae duae litterae a secunda manu scriptae sunt.
ei omnino] Prior vox in I. deest.
apparuit] Sic Vind. Mon. *apparuerit* Berol. I. Gr. φανείη.
relictum] Sic Vind. Mon. Berol., sed supra a secunda manu scriptum est *nichil*.
haec] *hoc* I.
parcentes] Sic Berol. Trid. Port. Cont. Vind., in quo quidem ultimae duae litterae a secunda manu scriptae sunt. Ad marg. Contius: *al. parentes. Videtur legendum: prospicientes.* Hamb. I. Mon. *parentes*, quod sec. manus in Mon. correxit, ut in cont.
sed] Sic Mon. Berol. *set* Vind.
et multis] *multis* I.
paene] *pene* Vind. Mon., deest in Berol. Gr. σχεδόν.
plurimis] Sic Mon. Berol. *pluribus* Vind. I. Gr. τῶν πλείστων.
antenuptialis donationis] *antenuptiales donationes* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς.
hae] *hee* Berol. *hec* Mon., deest in Vind. I.
manent] Sic Mon., sed Vind. Berol. I. *remanent*, quod etiam Vulgo est. Gr. μένειν.
viri] In Berol. supra hanc vocem a secunda manu scriptum est *eius*.

eiusque successionem ex hac observatione, ideoque utilis lex est et uxori et marito secundum has satisdationes. Et multo potius haec in dote valebunt, si quid dotis aut alienetur aut supponatur. Iam enim haec sufficienter delimata atque sancita sunt. §. 4. Sed neque ipsos contrahentes omnino neglexinus. Nam si etiam super his obligationem, quantum ad mulieres, neque dictam neque scriptam esse volumus, sed ipsos viros in aliis eorum rebus obligari volumus occasione alienationis aut hypothecae, mulieribus quidem servantes in ipsis immobilibus rebus sponsalitiae largitatis ius innovatum, illis autem competens ius ex documentis, quantum in aliis eius rebus; omnibus privilegiis doti datis iam a nobis in sua firmitate manentibus, quando mulier moverit. Aliis enim omnibus praeter mulierem huiusmodi privilegia nec ex antiquo dedimus, neque nunc damus.

EPILOGUS. Tua igitur eminentia, quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum solennem modum praeceptis per provincias utens, ut nullum gentium lateat, quae a nobis sancita sunt. In hac enim felicissima civitate gloriosissimus praefectus urbis haec proponet.

hac] Sic Vind. Berol. *hanc* Mon.

lex est] Sic Vind. Mon. Berol. *est lex* Vulgo I.

et uxori] Sic Vind. Hamb. Trid. *uxori* Mon. Berol. Port., sed in Mon. supra litteram *u* a secunda manu scriptum est *ut*. Gr. τῇ τε γυναικί. Vulgo sane vox *et* desideratur.

satisdationes] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *ratiocinationes* Vulgo.

siquid] *siquidem* I.

aut alienetur] Sic Vind. Berol. *alienetur* Mon., sed priori syllabae *al* a secunda manu vox *aut* inscripta est. Gr. ἢ ἐκποιήσειεν.

delimata] Sic Vind. Berol. *elimata* Mon. *declinata* I.

sancita] *sancta* Mon., in quo quidem supra lineam a secunda manu scriptum est *ci*.

NOV. LXII. CAP. I. §. 4. obligationem] Sic Vind. Berol. I. *obligationes* Mon. Gr. ἐνοχήν.

mulieres] Sic codd. *mulierem* I.

sed] Sic Mon. *et* Vind. Hamb. Trid. Port. I. *tamen* Vulgo. Gr. ἀλλ'.

eorum] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. *earum* Mon. Port.

obligari] *obligati* Mon., quod sec. manus correxit, ut in cont. Gr. ἐνέχεσθαι.

aut] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem lineola superius iniecta est, quam secunda manus delevit.

hypothecae] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem litterae *mi* subiiciuntur, quibus a secunda manu puncta subiecta sunt.

servantes] *servantibus* I.

rebus] Sic Vind. Berol. *eius* Mon., quod Graecis non firmatur.

illis] Sic Mon. *viris* Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. I. Gr. ἐκείνοις.

ex] *est ex* I.

eius rebus] Sic Vind. Mon. *rebus suis* Hamb. Trid. Port. I. Vulgo. Interpres videtur habuisse αὐτοῦ πράγμασι.

omnibus] In Vind. subiicitur *suis*, quod in Mon. Berol. non est. Quod post vocem *privilegiis* Vulgo subiicitur *iam*, id in Vind. Mon. Berol. I. non est.

datis iam] Sic Vind. Mon. Berol. *datis* Vulgo. Pro verbis *doti datis iam* I. habet *doti in mdotis*(sic). Gr. δεδομένων ἤδη.

privilegia] *privilegio* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Berol. *privilegia*, sed secunda manus correxit *privilegium*.

neque nunc] *nec nunc* I.

NOV. LXII. EPIL. quae] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a secunda manu supra lineam positum est: *quae*. Gr. τὰ παραστάντα.

solennem] *sollepnem* Vind. Mon. Berol.

praeceptis] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *p edictis* Mon., sed priori litterae *p* punctum subiectum est. Trid. *edictis praeceptis*, Port. I. *edictis*. Apud Contium vox *praeceptis* uncis inclusa est, qui ad marg. *alias deest*. Gr. κηρύγμασι.

ut] *tu* I.

nullum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *nullam* Vulgo. Interpres vocem μηδὲν, quae ad sequentes genitivos τῶν ἐθνῶν refertur, plane non intellexit.

lateat] Sic Vind. Mon. Berol. I. *lateant* Vulgo.

praefectus urbis] Sic Berol. *p. h·* Vind., sed priori litterae *p* lineola imposita est. Mon. *p. u.*, sed ultimae litterae lineola superius imposita est, qua re significatur *id*, quod in cont. posuimus.

haec] *hoc* I.

[LXIII.]
DE PRAETORE SICILIAE.

Idem. aug. Triboniano, Quaestori sacri palatii.

PRAEFATIO. Tua cognoscit sublimitas, utpote operi quaestorio praeposita et nostri consilii particeps constituta, quia Siciliae provinciae secundum instar antiquitatis praetorem praefecimus, eius ut gubernatione omnia privata peragantur et militares expensae procurentur. Nam publicas eiusdem insulae functiones sub iurisdictione viri excellentissimi comitis sacri patrimonii per Italiam esse, antiqua consuetudo tradidit, cuius auctoritate tam exactio quam illatio earum procederet. Sed quia lites in tanta provincia moveri necesse est, volumus, ut, si quando appellatum fuerit a praetore, vel a duce, vel ab aliquo iudice eiusdem insulae, appellationes omnes ad tuum fastigium tuamque sedem remittantur, et ipse merita eorum more consultationis discutias et ad nostram referas scientiam, quatenus tua nobis cognita dispositione, ex nostra auctoritate lis dirimatur, neque ad anteriorem Romam, neque ad alium iudicem huius regiae civitatis eatur, sed ipse vice sacri cognitoris audias et litem dirimas. Et non solum haec tuam iurisdictionem respicere decernimus, sed etiam si quid aliud civile ordinatur, quod confirmatione indigeat, id est pro defensoribus vel patribus civitatum decretum; nam id quoque ad tuam sedem remitti, ut per tuam sententiam nostramque auctoritatem roboretur, quia semper Sicilia quasi peculiare aliquod commodum imperatoribus accessit, et oportet res civiles, quum aliquam habuerint dubitationem, nostri quaestoris iudicio dirimi, quod accipere a tua sublimitate censemus, quam nos proveximus, quam legitimo operi praeposuimus, cuius opere atque industria omnis legum

proponet] Vulgo subiicitur haec subscriptio: *Dat. Kal. Dec. Constant. imper. dn. Iustiniani pp. aug. anno XI. post Belisarii V. C. cons. anno II.*, quae tamen subscriptio in Vind. Mon. Berol. Bamb. D. I. 1. et D. II. 11. aut I. desideratur, ideoque a nobis omissa est.

NOV. LXIII. LXIII.] deest in Vind.; sed in Mon. Berol. Bamb. D. II. 11. aut D. I. 1., reliquis haec Novella plane non est.
aug.] Sic Vind. *a.* Vulgo.
Triboniano] *Tribuniano* Vind.

NOV. LXIII. PRAEF. publicas] *publicae* Vind.
patrimonii] Sic corr. Bienerus. — Os. in Vind. esse *patromonii* auctor est, quod schedis meis contradicit.
quia lites] *qualitates* Vind.
fuerit] Vulgo subiicitur *vel*, quod in Vind. desideratur.
eorum] Sic Vind. *earum* Vulgo.
consultationis] *consultatione* Vind., in quo quidem esse *consulatione* Os. scribit.
referas] Sic Vind., sed supra litteram *e* lineola posita est, quam tamen lineam secunda manus delevit.
dirimatur] *drimatur* Vind.

neque] Haec vox in Vind. bis scripta est.
audias] *audiat* Vind.
et] *ed* Vind., sed lineola per litteram *d* superius iniecta.
si] *etsi* Vind.
aliud] Sic Vind., in quo quidem esse *aliquid* Os. scribit.
ordinatur] *ornatur* Vind., sed emendandum est ex coniectura satis facili, cum nihil quicquam deesse videatur praeter virgulam litterae *n* impositam.
nam] Sic Vind., deest Vulgo. Sed recte se habet, modo ex superioribus vox *decernimus* ad inferius *remitti* trahatur. De hoc loco dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung Juni 1842. Num. 135. p. 564.
Sicilia] *Secilia* Vind., verum secunda manus correxit, ut in cont.
quod] *qm* Vind., sed supra ultimam litteram circumflexus positus est, qua re significari potest *quam* vel *quoniam*. In Vind. esse *quam* Os. scripsit.
quam legit.] *q* Vind., sed supra lineam circumflexus positus est. In Vind. esse *qua* Os. scripsit.

ambiguitas, omnis altitudo in praesentem concordiam et pulchram brevitatem pervenit.

EPILOGUS. Quae igitur per hanc divinam legem nostra decrevit aeternitas, tua sublimitas sciens, praeceptionibus suis admoneat Sicilienses iudices, quatenus sciant, cui debeant causas appellatione suspensas praeferre, ut per tuas tuorumque successorum suggestiones omnia nobis manifestentur, et videamur per semet ipsos easdem causas peragere. Esse enim non indignum putavimus, ** Siciliam, nostrum quodammodo peculium constitutum, nostrorum particeps consiliorum quaestor sub iurisdictione sua suscipiat.

[LXIV.]

[DE ORDINE SENATUS.]

Idem Aug. Ioanni P. P.

PRAEFATIO. Antiquissimis temporibus romani senatus auctoritas tanto vigore potestatis effulsit, ut eius gubernatione domi forisque habita iugo romano omnis mundus subiiceretur, non solum ad ortus solis et occasus, sed etiam in utrumque latus orbis terrae romana ditione propagata; communi etenim senatus consilio omnia agebantur. Postea vero quum ad maiestatem imperatoriam ius populi romani et senatus felicitate reipublicae translatum est, evenit, ut hi, quos ipsi elegerint et administrationibus praeposuerint, omnia facerent, quae vox imperialis eis iniunxisset, et militiae sub eis constituerentur, et cetera eorum dispositionibus obedirent, reliquis senatoribus in quiete degentibus, et

altitudo] Sic Vind. *latitudo* Vulgo, palmaria sane coniectura.

NOV. LXIII. EPIL. quae] *ue* Vind.

decrevit] *decuit* Vind., sed litterae *u* circumflexus impositus est. In Vind. esse *decernit* Os. scripsit, quod schedis meis contradicit.

quatenus] *quatinus* Vind.

praeferre] Sic Vind. Correxit Bienerus *referre*. Vulgo *proferre*.

videamur] *videamus* Vind.

semet] Sic Vind. *nosmet* Vulgo, quod ex Bieneri coniectura venit, qua tamen Hellenismus satis notus tolli non debebat. De hac re dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung Juni 1842. Num. 135. p. 564.

Siciliam] *Seciliam* Vind., quod tamen secunda manus correxit, ut in cont. Quod Vulgo antea ex Bieneri coniectura interponitur *ut*, in Vind. desideratur; cumque tale quid excidisse totus orationis contextus satis demonstret, puncta interponere satius duxi, ut lacunae signum foret.

suscipiat] Post hanc vocem haec subscriptio Vulgo adiecta est: *dat. m. dec. imp. Iustiniani a. anno XI. post Belisarii V. C. cons. anno II.*, quod in Vind. non est.

NOV. LXIV. LXIV.] Deest in Vind.

de ordine senatus] Deest in Vind. Sed habetur in Glossis apud Bienerum in hist. Nov. p. 542. seq. *de Senatoribus* Vulgo.

idem Aug.] *imp. Iustinianus a.* Vulgo, sed ut in cont., Vind.

Ioanni] *Iohi* Vind.

p. p.] *ppro* Vind., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. *pf. p.* Vulgo.

NOV. LXIV. PRAEF. forisque] *foris quae* Vind.

subiiceretur] *subiceretur* Vind.

terrae] *tre* Vind., sed supra lineam lineola posita est.

romana ditione] *romano ditione* Vind.

vero] *uo* Vind., sed supra lineam a secunda manu lineola posita est.

quum] *q* Vind., sed per partem inferiorem circumflexus traiectus est. In Vind. esse *quum* Os. scribit. Caeterum Bienerus *quam*, quod tamen corrigendum esse ipse vidit.

reipublicae] *reip.* Vind.

hi] *hii* Vind.

ipsi] Sic Vind. *imperatores* Vulgo.

elegerint] *elegenter* Vind.

administrationibus] *amministrat.* Vulgo.

iniunxisset] *iniuxisset* Vind.

militiae] *militie* Vind., in quo quidem esse *militis* Os. scribit. Vulgo *milites*.

reliquis] *reliquiis* Vind.

quiete] *quietae* Vind.

posteaquam administratores causas sibi mandatas deposuerint, in principali maneat voluntate, utrum velit eos laborioso cingulo liberatos ad senatus securitatem remittere an aliis actibus destinare.

CAP. I. In praesenti itaque multis variisque actibus urgentibus, quos nostra maiestas bello et pace indefessa gerere noscitur, pars vacantium senatorum in nimia deminutione pervenit hocque summam putavit iniuriam et non curiosae conversationis remedium. Ideoque et eam, quibus oportet modis, ampliare nostro monumento visum est, et homines nobilitate et summa opinione egregios ei assignare, quatenus una quidem nostri senatus pars per administrationes suam ostendat sagacitatem, altera vero, quae in quiete degit, alio modo suum ingenium reipublicae valeat exhibere. Et quia magna utilitas ex iudicandi sinceritate reipublicae nostrae cedit, quaedam autem causae post appellationes iudicibus porrectas in sacrum nostrum numinis consistorium inferuntur, et a nostris proceribus examinantur, idcirco nobis *** non solum iudices nostros, sed etiam senatores ad examinandas lites in consultationibus convenientes una cum aliis florentissimis nostris proceribus litium facta trutinare, et quemadmodum, si quando silentium ab ullo una cum conventu fuerit nunciatum, omnes colliguntur et proceres et senatores, ita et nunc, quando silentium tantummodo propter alicuius causae examinationem pronuncietur, etsi non addatur conventus vocabulum, tamen eos convenire, et omnes considentes quod eis visum fuerit sub sacrosanctorum evangeliorum praesentia et statuere et ad nostram perferre scientiam et augustae maiestatis dispositionem exspectare, *** a solis senatoribus, sed ab utroque ordine, huiusmodi litibus exercendis. Melius enim et perpensius amplioribus quam paucis examinantibus ius merum et iustitiae lumen invenitur: eo certissimo constituto, quod et

administratores] *amministratores* Vind.

sibi] Sic Vind., quod et viri doctissimi Savignius et Bienerus in contextum receperunt. In Vind. tamen *iis* haberi Kriegel et Os. scribunt.

NOV. LXIV. CAP. I. urgentibus] Sic Vind. *vigentibus* Bienerus coniicit.

et pace] Sic Vind. *ac pace* Vulgo.

indefessa] Sic Vind. *indefesse* Vulgo.

gerere] *egerere* Vind.

nimia deminutione] Sic Vind. *nimiam deminutionem* Vulgo ex Bieneri correctione.

hocque] *hoc quae* Vind.

summam] *sua* Vind.

curiosae] *curiose* Vind.

ideoque] Hoc in Vind. male bis scriptum est.

quatenus] *quatinus* Vind.

administrationes] *aministrationes* Vind.

exhibere] *exibere* Vind.

cedit] Sic Vind. *accedit* Vulgo.

nostrum] Sic Vind. *nostri* Vulgo ex Bieneri coniectura.

nobis] Quod Vulgo subiicitur *placuit*, ex Bieneri coniectura profectum est, nec in Vind. est. Ego lacunae signa ponenda curavi, quoniam tale quid excidisse totus orationis contextus docet.

trutinare] *trucinare* Vind.

quemadmodum] Sic Beckius vidit scribendum propter inferiora illa: *ita et nunc.* Vind. *q̲ est ad modum*, sed litterae *q* supra lineam littera *i* imposita est, unde Bienerus coniicit *quasi ad modum*, quod non recte se habet. Caeterum facile est demonstratu vocem *est* exiisse ex litteris *em*, quae in codd. sic scribi solent *ē*, quo signo et vox *est* designatur.

ullo] *ulla* Vind., sed supra litteram *u* littera *a* posita est. In Vind. simpliciter haberi *ulla* Os. auctor est.

colliguntur] *colleguntur* Vind.

alicuius] *alicus* Vind.

addatur] *adatur* Vind.

considentes] Sic ex Bieneri coniectura scripsi. *conscendentes* Vind.

perferre] *praeferre* Vind.

augustae] *auguste* Vind.

huiusmodi] *h9moι* Vind., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est.

a solis] Sic Vind. Ego antea lacunae signa posui, quod aliquid excidisse totus orationis contextus satis significat, quale est illud *non*, quod Os. rectius fore scripsit.

in ludis circensibus, et quando conventus fuerit nuntiatus, solito more et senatores colligi necesse est, et suum officium exercere. Et hunc quidem praesentis legis articulum ita disponimus et hanc constitutionem in perpetuum valituram constringimus.

CAP. II. Aliud autem capitulum propter honorem dignitates comitantem praesenti lege discernendum esse perspeximus. Quum enim inter florentissimos nostri palatii proceres et gloriosissimos senatores quasi quaedam medietas sublimi est praefecturae, sancimus, praesulem quidem amplissimi senatus (secundum instar antiquissimae series memoriae vindicatur) urbicariam esse praefecturam et primam sedem ei dedicari, postea autem omnes eminentissimos senatores patricios numerari, videlicet ut, si quis ex his et consulatus insignibus decorantur, secundum consulatus ordinem habeant inter se emergentem praerogativam; his procul dubio, qui in ipso actu consulatum gesserunt, aliis omnibus consularibus in suo ordine anteponendis. Quemadmodum enim inter proceres nostros moris est patriciatus infulas consulari fastigio anteponi, et in amplissimo senatu idem exemplum observandum est. Cetero omni post patricios consortio, tam consularium quam praefectoriae dignitatis, quibus etiam magistros militum connumeramus, nec non viros magnificos, illustres, secundum suae dignitatis tempora in magnam curiam tam convenientibus, quam considentibus et sententiam ferre habentibus licentiam. Si quem autem utentem cingulo ex nostra iussione deponere cingulum contigerit, non ex hoc fieri eum deteriorem censemus vel ad inferiorem gradum deduci, sed suam tenere etiam in amplissimo senatu praerogativam, quam antea, quum cingulo uteretur, habuisse noscebatur; et si quidem altiore loco condonare voluerimus, hoc eum et in maxima curia beneficio perpotiri. Quos enim honoratos vocamus, eos nullam iniuriam perpeti concedimus, ne, quod eis pro labore per quietem praecipuum praemium indulgemus, hoc

valituram] Sic corrigendum ex toto orationis tenore. Vind. *valitura.*

NOV. LXIV. CAP. II. dignitates] Sic Vind., sed ultimae litterae *e* lineola superius imposita est.
praesenti] Sic Vind. *praesente* Vulgo.
lege] Sic Vind., sed supra ultimam litteram *e* circumflexus positus est.
discernendum] *disscernendum* Vind.
sublimi] *sublima* Vind. *sublimissima* Vulgo ex Bieneri emendatione.
praefecturae] *praefecture* Vind. *praefectura* Vulgo.
sancimus] *sanctimus* Vind.
instar] Sic Bienerus recte coniecit. In Vind. est *s*, sed littera *i* supra lineam iniecta est, quamquam Os. auctor est, haberi ibi *s*, littera *x* supra lineam iniecta. Caeterum deest Vulgo, ubi tantummodo lacunae signa sunt.
urbicariam] Sic Bienerus coniecit; *bicariam* Vind.
sedem] *sede* Vind., sed per litteram *d* circumflexo traiecto.
quis] Sic Vind. *qui* Vulgo, quod quare corrigatur, caussa omnino non est. Recte enim pluralis modus infertur, cum manifestum sit, in verbis *si quis* collectivam vim et potestatem inesse.
insignibus] *insingnibus* Vind.
emergentem] *emegentem* Vind.
amplissimo] *amplissimos* Vind.
praefectoriae] *praefectorie* Vind.
illustres] Sic Vind., qui non habet, quod Vulgo antea scriptum est *et*. Sed hac voce opus non est, modo post vocem *magnificos* minus plene interpungamus.
magnam] *magina* Vind., sed supra litteram *a* iam a prima manu lineola posita est.
considentibus] *consedentibus* Vind.
cingulo] *cingulum* Vind.
sed] *set* Vind.
quum] *cum* Vind.
honoratos vocamus] Sic Vind. *honoramus* Savignius, Bienerus, Vulgo.
ne quod] *ne q* Vind., sed per inferiorem partem ultimae litterae circumflexus traiectus est, qua re significatur *quod*. In Vind. *neque* esse Os. scribit.

in deminutionem honoris eorum detrahatur. Gaudeat ita unusquisque sine aliqua laesione beneficio nostro, sive ut agat, sive ut requiescat, fuerit in eum collatum, quum neque semper laborare, neque semper vacare hominibus libitum esse videtur, sed permutatio et varietas et usus rarior mentes humanas delectant. Si qui autem illustri dignitate decorati sunt, liceat eis patriciatus codicillos accipere, etsi non consulares vel praefectorii exsistant, quod constitutio divae memoriae Zenonis non rite postulabat. Sufficit etenim in patriciatus honorem capiendum, si tantummodo illustri dignitate quidam decoretur; sed etsi hoc iam in quibus praetermissum est, nullum praeiudicium eis, qui provecti sunt, generare. Sin vero dignitate donare quosdam voluerimus, illa tamen voluntate, ut illico in senatu eos transferamus, eos tantummodo tertiam partem sportularum praestare sancimus, ut et dignitate gaudeant, et magnum non sentiant detrimentum; aliis videlicet omnibus in provectionibus suis in solidum consuetudines praestantibus.

EPILOGUS. Quae igitur per hanc divinam legem nostra sanxit aeternitas, sublimitas tua et tuae sedis successores et officium tuum in omne aevum conservare festinent, poena quinquaginta librarum auri eis imminente, qui hoc violare tentaverint vel a quoquam violari concesserint. *Dat. Kal. Ianuar. CP. imp. DN. Iustin. PP. aug. anno XI., post cons. Bel. V. C.* ****

LXV.

DE ORTULANIS CONSTANTINOPOLITANIS.

Idem Aug. Longino, praefecto urbis regiae Constantinopolis.

deminutionem] Sic Vind. *deminutione* Vulgo, sed ut in Vind., Bienerus.
laborare] *labore* Vind., sed ut in cont., Bienerus correxit.
neque semper vacare] Sic Bienerus. *semper neque vacare* Vind.
autem] *au* Vind., sed supra lineam lineola posita est.
patriciatus] *patains* Vind., sed litterae *t* littera *i* supra lineam imposita est, quamquam hanc quidem, quae imponitur, litteram *x* esse Os. scribat.
praefectorii] Sic Vulgo. *praefectorie* Vind. Bienerus.
non rite] Sic corrigendum est, quod Vind. habet *inirrite*, quod quidam legerunt *in irrite*, unde Os. coniecit *non irrita*, quod a tota huius loci sententia abhorret. Vulgo *indistincte*.
si] *sit* Vind., quod ex littera initiali sequentis vocis exortum videtur esse. Bienerus *si sit — decoratus*.
quibus] Sic Vind. *quibusdam* Vulgo, qua emendatione facile caremus.
est] *et* Vind. Caeterum manifestum est, utriusque vocis permutationem ortam esse ex siglo, quo utrumque in codd. mss. significari potest.
senatu] Sic Vind. *senatum* Vulgo.
sancimus] *sanctimus* Vind.
NOV. LXIV. EPIL. quae] *que* Vind.
aeternitas] *eternitas* Vind.
omne aevum] *ome evum* Vind.
imminente] *imminenda* Vind., quod Bienerus recte correxit.
tentaverint] *temptaverit* Vind.
Dat.] Sic Vind. *Datum* Vulgo.
Kal.] *kl.* Vind.
Ianuar.] *Ianuaria* Vind.
CP.] *Cap.* Vind. *Constant.* Vulgo.
DN.] *doni* Vind., sed lineola superius posita est.
Iustin.] Sic Vind. *Iustiniani* Vulgo.
aug.] Sic Vind. *a.* Vulgo.
post cons.] *p̄ cōsl* Vind., sed ultimae litterae secunda manus circumflexum traiecit.
Bel.] *Bil.* Vind., in quo quidem ultimae litterae circumflexus traiectus est. *Belisarii* Vulgo.
V. C.] *vic.* Vind. Postea lacunae signa posui, quamquam Vulgo *anno II.*, sed haec anni designatio in Vind. desideratur.
NOV. LXV. LXV.] *R/. LXV.* Vind., deest in Berol.
ortulanis] Sic Vind. Berol. *hortulanis* Vulgo.
praefecto urbis] Sic Vind. *pf. u.* Vulgo. In Berol. tota inscriptio *idem — polis* non est.
regiae] *regie* Vind.

PRAEFATIO. Multae undique querelae ex tempore plurimo contra felicissimae huius urbis et eius suburbanorum ortulanos deferuntur laborantium omnium adversus eorum malitiam. Quae vero deferuntur, huiusmodi sunt.

CAP. I. Aiunt ex corpore ortulanorum et aestimatores ortorum plerumque esse et causam fieri pessimam. Dum enim orti dominus hunc tradit ortulano conductionem subeunti, nihil aliud, quam plantatum in eo olus aestimant, et huius aestimationem imponunt accipienti hortulano seu conductori; quum vero futurus est tradere post transactionem temporis conductor, fieri tunc quidem ab eis scrupulosam oleris aestimationem, aut in sexcuplum aut multiplicem fieri, et si ei quinquaginta aureorum sit olus, non minus trecentum, interdum autem et amplius hoc aestimari, et non usque hoc solum causae avaritiam stare, sed etiam maiorem multo eam facere, dicentes, quia stercus immiserint terrae, et alios quasi habeant labores, et ex hoc extendere in quantum voluerint

NOV. LXV. PRAEF. multae] *multe* Vind. Berol.

querelae] *quele* Berol., sed priori litterae *e* secunda manus circumflexum imposuit. Vind. *quaerele.*

contra] Sic Vind. *cc* Berol., sed circumflexo superius imposito.

suburbanorum] Sic Berol. *urbanorum* Vind. *suburbiorum* Vulgo.

ortulanos] Sic Vind. Berol. *hortulanos* Vulgo.

deferuntur] *deseruntur* Berol.

omnium] Sic Vind. *hominum* Berol.

eorum] Sic Berol., quod etiam Bienerus coniecerat. Vind. *eos.*

quae] *que* Berol.

NOV. LXV. CAP. I. corpore] Sic Vind. *cope* Berol., sed litterae *o* circumflexus impositus ac per partem inferiorem litterae *p* lineola traiecta est.

ortulanorum] Sic Vind. Berol. *hortulanorum* Vulgo.

aestimatores] *estimatores* Vind. *estimatioes* Berol., sed litteris *oe* lineola superius imposita est.

ortorum] Sic Vind. Berol. *hortorum* Vulgo.

et] Sic Berol., deest in Vind. Gr. *καί.*

orti] Sic Vind. Berol. *horti* Vulgo, quam quidem varietatem scripturae non amplius notabimus.

hunc tradit] Sic Vind. *ccdit* Berol., sed prioribus duabus litteris circumflexus impositus est, qua re significatur *contradit.* Gr. *τοῦτον παραδοίη.*

aestimant] *estimant* Vind. *extimant* Berol.

aestimationem] *estimationem* Vind. *extimationem* Berol.

conductori] *conductioi* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola imposita est. Gr. *ἤγουν μισθωτῇ.*

futurus est] Sic Vind. *futuris* Berol. Gr. *μέλλοι.*

conductor] Sic Vind. *conductioem* Berol. Gr. *ὁ μισθωσάμενος.*

quidem] Sic Vind. Berol. *demum* Vulgo. Gr. *μέν.*

ab eis] Sic Vind. *habes* Berol., sed supra litteram *e* lineola posita est. Gr. *αὐτούς.*

aestimationem] *estimatiom* Vind., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Berol. *extimationem.*

aut] Sic Vind. Berol. *eam autem* Vulgo. Interpres *ἢ* pro verbis *ταύτην δὲ* videtur habuisse.

sexcuplum] Sic Vind. Berol. *sextuplum* Vulgo.

aut] Sic Vind. Berol. *et* Vulgo. Pro *καὶ* interpres videtur habuisse *ἤ.*

trecentum] Sic Vind. *trecentis* Berol. *trecentorum* Vulgo.

aestimari] *estimari* Vind. *extimari* Berol.

solum] Sic Vind. *solo* Berol.

causae] *cause* Vind. *care* Berol. Gr. *τοῦ πράγματος.*

avaritiam] *auritiam* Vind.

sed etiam] Sic Vind. *sed et etiam* Berol.

maiorem] Sic Berol. *maiore* Vind.

multo] *mlto* Vind. Berol., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. Vulgo *tanto.* Gr. *κατὰ πολύ.*

immiserint] Sic Vind. *immiserit* Berol. Gr. *ἐμβαλόντες.*

terrae] *tre* Berol., sed supra has litteras a secunda manu lineola posita est.

quasi] *qi* Vind., sed supra hanc vocem a secunda manu circumflexus positus est. Berol. *quai*, sed supra hanc vocem a secunda manu lineola posita est. Vulgo *quosdam.* Os. notat in Vind. haberi *qui*, quod tamen schedis meis contradicit.

labores] Sic Vind. *labscens* Berol. Gr. *ἐμπονήματα.*

pretium, et pro aestimatione insertarum forsan arborum alia augmenta facere, dum utique, cum perceperint a dominis, nulla talis penitus aestimatio facta sit, sed plerumque in pactis profiteantur ortulani, quia et plantatas servant arbores et alias plantabunt. Sed aestimator, et in semetipso similiter causam post paucum tempus futuram putans, merito pro se talem avaritiam infert, unde si infelix patiatur dominus ex imperitia tanta dare damnum et sua recipere, alioque tradat hortum, et rursus in illo hoc patiatur, et ex tertio forte aut quarto similem patiatur nimietatem, periclitabitur et ipso penitus cadere horti dominio, et extraneus omnibus suis rebus fieri. Facere quoque eos agnovimus et quandam maiorem absurditatis adiectionem. Si enim qui postea subintrat hortulanus adiiciat aliquid priori pensioni et hac ipsa conductione completa exigit aestimationem tanquam ex laboribus suis factam, quum utique non omnino augmentum ex illius diligentia factum sit, sed forte

pretium] Sic Vind. *ptium* Berol., sed supra litteram *p* a secunda manu lineola posita est.

pro aestimatione] *pro estimatione* Vind. *pastinationem* Berol. Gr. ὑπὲρ ἀποτιμήσεως.

cum] Sic Vind. *dum* Berol. Gr. ἡνίκα.

perceperint] Sic Berol. *perciperint* Vind.

a dominis] Sic Berol. *ados* Vind., sed supra litteras *os* a secunda manu lineola posita est, quam tamen lineam circumflexi in formam haberi Os. auctor est.

aestimatio] *extimatio* Berol. *estimatio* Vind.

facta] Sic Vind. *fca* Berol., sed supra lineam a secunda manu lineola posita est.

pactis] Sic Vind. *factis* Berol. Gr. ἐν τοῖς συμφώνοις.

ortulani] Sic Vind. *ortulai* Berol., sed supra litteras *ai* lineola posita est.

plantatas] *plantatus* Vind. Berol., sed corr. propter id, quod sequitur: *arbores*.

servant] Sic Vind. Berol. *servabunt* Vulgo. Interpres videtur habuisse φυλάττουσι.

alias] *anoas* Berol. *alios* Vind., quod quidem iam apud Bienerum correctum est. Gr. ἕτερα.

aestimator] *extimator* Berol. *estimator* Vind.

tempus] Sic Berol., deest in Vind.

si] deest in Vind., est autem in Berol. Gr. εἴπερ.

tanta] Sic Vind. Berol. *tantum* ex Graecis Os. coniicit. Verum interpres legisse videtur τοσαύτης.

alioque] Sic Vind. Berol. *aliique* Vulgo. Postea *hortulano* excidisse Os. coniicit, quod si verum esset, id post vocem *tradat* dicendum foret excidisse propter Graeca ἐκδοίη κηπουρῷ.

et ex tertio patiatur] Sic Berol. Vind., in quo quidem haec deesse Os. auctor est.

nimietatem] Sic Vind. *minuetatem* Berol. Gr. ἀπληστίαν.

ipso] Sic Berol. *impo* Vind., sed supra litteras *po* lineola posita est. Gr. καὶ αὐτῆς.

cadere] Sic Vind. *cad'* Berol., sed supra litteram *a* lineola posita est. Gr. ἐκπεσεῖν.

dominio] Sic Berol. *dno* Vind., sed supra lineam lineola posita est, secundaque manus correxit *dominio*. Gr. τῆς δεσποτείας.

extraneus] Sic Berol. *extraneous* Vind., sed litterae *o* punctum subiectum est.

suis] Sic Berol. *omnibus suis* Vind. Gr. τῶν οἰκείων.

quoque] Sic Vind. Berol. *vero* Vulgo.

agnovimus] Sic Vind. Berol., quod tamen Vulgo deest.

absurditatis] Sic Vind. *absurditatem* Berol.

qui postea] Sic Vind. *postea qui* Berol. Gr. ὁ μετὰ ταῦτα.

subintrat] Sic Berol. *subintt* Vind., sed supra litteras *tt* circumflexus positus est. In Vind. esse *subitat* Bienerus refert, qui vult scribi *subit*.

adiiciat aliquid] *alitiat aliquid* Vind. *aliquid aditiat* Berol. Gr. προσθείη τι.

pensioni] *p9sessio* Vind. *possessoi* Berol., sed ultimis litteris duabus circumflexus impositus est. Gr. προσόδῳ. In Vind. esse *po*ɿ Os. auctor est, ut tamen priori litterae velut numerus 2 superscriptus sit.

ipsa] Sic Vind. *ipa* Berol., sed supra lineam lineola posita est. Gr. καὶ αὐτός.

exigit] *exigi* Vind. *erigit* Berol. Gr. ἀπαιτεῖ.

aestimationem] *extimationem* Berol. *estimationem* Vind.

factam] Sic Vind. *fiam* Berol., sed supra lineam lineola posita est.

diligentia] Sic Berol. *diligentiam* Vind.

factum] Sic Berol. *factm* Vind., sed ultimis duabus litteris lineola imposita est. In Vind. esse *facta* Os. auctor est.

sed] Sic Berol. *set* Vind.

principio aut per proditiones aestimantium, aut per negligentiam, dum in minus, quam debeat, traditio facta sit. Quae nobis omnia ultra omnem videntur esse calliditatem et asperitatem. Quam reprimi volumus a tua celsitudine, hanc sacram nostram pragmaticam respiciente legem, et sicut hortulanus suscepit hortum possessorem, ita eum et recontradat; si quidem olus habet, quum hortulanus eum suscipit, et aestimatio fiat huius, similiter et in restitutione scrupulosam aestimationem oleris solius percipiat; si vero non habet, sed purum percipiat hortum, sive habentem stercus, sive etiam non, sic etiam restitutionem fieri, et simpliciter ita servari causae ordinem super tradente hortulano, qualis fuit, cum perciperet, nulla alia inferenda domino laesione; aestimationem vero olerum non solum ab hortulanis fieri, sed etiam ab his, qui vocantur summarii, et qui talia noverunt, quippe propositis sacris eloquiis. Non enim volumus possessores inutiles esse usus propter eorum, qui

proditiones] Sic Vind. Berol. *proditionem* Vulgo.

aestimantium] *estimantium* Vind. Berol.

negligentiam] *neglegentiam* Vind. Berol.

dum] Sic Vind. Berol., deest Vulgo. — Bienerus coniicit legendum esse *dominorum*, quod quidem censeo improbandum esse, quum in Graecis nihil plane sit quo confirmetur. Sed ego hanc interpretationem ex male intellectis Graecis ἀλλ' ἴσως — ἢ κατὰ ῥᾳθυμίαν exiisse credo, quum haec iam non cum inferioribus, sed cum superioribus coniungerentur, ut proinde interpres ante haec ἐπ' ἐλάττοσιν minus plene distinguendum esse arbitraretur.

in minus] Sic Vind. *i. miminus* Berol., sed priori litterae *i* circumflexus impositus est.

facta] *fca* Berol., sed supra lineam lineola posita est.

quae] *que* Vind. Berol.

reprimi] Sic Vind. *perimi* Berol. Gr. ἀνασταλῆναι.

respiciente] Sic Berol. *respicientem* Vind.

suscepit] Sic Berol. *suscipit* Vind. Gr. παραλάβοι.

possessorem] Sic Vind. Berol. *a possessore* Vulgo.

recontradat] Sic Vind. *recondat* Berol. *retradat* Vulgo.

suscipit] *suscepit* Berol. Vind., in quo quidem secunda manus correxit, ut in cont. Gr. παραλαμβάνει. Os. scribit in Vind. simpliciter haberi *suscipit*.

aestimatio] *estimatio* Vind. *extimatio* Berol.

fiat huius] Sic Vind. *fiat hoc* Berol. *huius fiat* Vulgo. Gr. γένηται τούτου.

restitutione] Sic Vind. *restitutionem* Berol. Gr. κἂν τῇ παραδόσει.

habet] Sic Vind. Berol. *habeat* Vulgo. Pro ἔχοι interpres videtur habuisse ἔχει.

sed] *set* Vind.

sive hab.] Sic Vind. *suu hab.* Berol., sed supra ultimam litteram *u* lineola superius posita est.

stercus] Sic Vind. *stratus* Berol. Gr. κόπρον.

restitutionem] Sic Berol. *restitutione* Vind. Gr. παράδοσιν.

simpliciter] *sinplr* Berol., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. Gr. ἁπλῶς.

causae] *cause* Vind. *cae* Berol., sed supra lineam lineola posita est.

tradente] Sic Vind. Berol., in quo quidem ultimae litterae lineola superius imposita est.

perciperet] Sic Berol. *percipiet et* Vind. *reciperet* Vulgo. Gr. παραλάμβανε.

inferenda] *inserenda* Vind.

domino] Sic Berol. *dominio* Vind. Gr. τῷ δεσπότῃ.

laesione] *lesione* Berol. *lesionem* Vind. Gr. βλάβης.

aestimationem] *estimationem* Vind. *extimationem* Berol.

fieri] Sic Berol. *fi'ei* Vind., in quo *fiet* esse Os. auctor est.

vocantur] Sic Vind. *vocatur* Berol.

summarii] Sic Vind. *sumaii* Berol., sed supra litteram *a* secunda manus circumflexum posuit. Gr. *summaρίων*.

noverunt] *novert* Vind. Berol., sed ultimis litteris duabus lineola imposita est. Vulgo *noverint*. In Vind. esse *noverit* Os. scribit.

sacris] In hanc vocem desinit contextus codicis Berol. Relictum est spatium vacuum, fere undecim litteris idoneum. Quae postea leguntur, incipiunt a verbis *dat nulla*.

possessores] Sic Vind. *possessoribus* Vulgo, quod sane Graecis τοῖς κεκτημένοις satis convenire videtur.

usus] Sic Vind. *possessiones* Vulgo. Manifesto pro τὰς κτήσεις videtur legisse τὰς χρήσεις, qua de re dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturz. 1842. Juni Num. 134. p. 559. B.

eorum] *eos* Vind. Non dubito litteram

sortiuntur, nequitiam et avaritiam. Propterea igitur congregans eos determinabis et non sines iniuriam ullam inferri possessoribus, sed undique eos illaesos indemnesque servabis; volumus enim aequam mensuram et a dominis ad hortulanos, et ab hortulanis ad dominos fieri, eo quod undique nobis aequitas curae sit, et ut neutra laedatur pars.

CAP. II. Si vero aliquis in cultura terram tradat, ille eam colat, pro cultura percipiat mercedem et exsistentis in eo oleris aestimationem, et ita sine lite discedat, nulla avaritia neque maligna arte nec super hoc facienda, quatenus per hanc sacram nostram pragmaticam legem et futuram super eum dispositionem per tuam celsitudinem de cetero maneamus pro talibus non inquietandi, et non etiam reliquis nostris pro republica curis tales quaedam subeant sollicitudines, eo quod non parva, non grandis pars nostrae reipublicae absque nostra sollicitudine est, dum cuncta circumeamus mentis oculis, et nihil incompositum, nihil inordinatum neque dubium relinquere velimus. Interminabis autem etiam poenam quinque librarum auri contra eos, qui de cetero tale aliquid egerint aut agere permiserint. *Dat. XV. Kal. Feb. Constant. impr. DN. Iust. PP. aug.* **** *Ioanne V. C. cons.* (538.)

s exiisse ex signo, quo syllaba *rum* ad finem vocis significari solet. Gr. τῶν ἐκλαμβανόντων.

sines] *sinis* Vind., quod tamen apud Os. relatum non est.

illaesos] *illesos* Vind.

indemnesque] *indempnesque* Vind.

aequam] *nequam* Vind. Gr. ἐν ἴσῳ.

a dominis] *ad ois* Vind., sed ultimae voci lineola superius imposita est. Gr. παρὰ τῶν δεσποτῶν.

ad hortulanos] *hortulanas* Vind., priori voce omissa. Correxit iam Bienerus ad Graeca illa πρὸς τοὺς κηπουρούς.

NOV. LXV. CAP. II. in cultura] Sic Vind. *incultam* Vulgo.

eam] *ea* Vind. Quod Vulgo antea est *vero*, in Vind. non est, ideoque omittendum fuit.

maligna] Sic Vind. *malig* Berol., sed ultimae litterae circumflexus impositus est.

super] *sr* Vind.

facienda] Sic Berol. *faciendi* Vulgo.

quatenus] *quatinus* Vind. Berol.

sacram] Sic Vind., deest in Berol. Gr. τοῦ θείου.

eum] Sic Vind. Berol. *ea* Vulgo. In Vind. *eam* esse Os. auctor est. Interpres vocem αὐτῷ non videtur ad id, quod antecedit, νόμου retulisse.

per tuam] Sic Vind. *et perpetuam* Berol. Gr. παρὰ τῆς σῆς.

celsitudinem] *celsitudine* in Vind. esse Os. scribit, quod tamen in schedis meis non invenio adnotatum esse.

non] Sic Berol. *n* Vind., sed supra lineam circumflexus iniectus est, quod *nec* esse Os. scribit.

inquietandi] Sic Vind. Berol. *inquietati* Vulgo.

et non etiam] Sic Vind. Berol. *et nequaquam* Vulgo. Gr. καὶ μή.

quaedam] Sic Vind. *e quedam* Berol., sed priori litterae *e* lineola imposita est.

grandis pars] Sic Berol. Ultima vox in Vind. deest.

nostrae] *nre* Vind., sed lineola toti voci imposita est. Caeterum prior littera *i* minio notata est.

absque] Antea Vulgo legitur *pars*, quod in Vind. Berol. non est.

cuncta] *culta* Vind. *cultis* Berol. Correxit Bienerus ex Graeco πάντα.

oculis] Sic Vind. *odois* Berol., sed ultimis tribus litteris lineola imposita est. Gr. ὀφθαλμοῖς.

poenam] *penam* Berol. *pena* Vind. Gr. ποινήν.

aliquid] Sic Vind. Berol. *quid* Vulgo.

egerint] *egerunt* Berol., sed id, quod sequitur *permiserint*, satis significat id, quod in contextu posuimus, recte se habere.

agi] Sic Vind. Berol. *agere* Vulgo. Gr. πράττεσθαι.

Dat.] Sic Vind. *Datum* Vulgo. In Berol. tota subscriptio non est.

Kal.] *kl.* Vind.

Feb.] Sic Vind. *Febr.* Vulgo.

Constant.] Sic Vind. *Constantinop.* Vulgo.

impr.] *ipr.* Vind., sed supra lineam lineola posita est.

DN.] *don.* Vind., sed supra lineam a secunda manu lineola posita est.

Iust.] Sic Vind. *Iustiniano* Vulgo. Post vocem *aug.* Vulgo additum est: *anno XI.*, quod in Vind. deest. Itaque lacunae signa ponenda curavi, quoniam annum imperii designatum esse manifestum est.

Ioanne] *Ioh* Vind., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est.

cons.] *cosul* Vind., sed supra litteram *o* lineola posita per litteramque *l* circumflexus traiectus est.

LXVI.

DE NOVI OPERIS NUNTIATIONE MARINI ADSPECTUS.

Imp. Iustinianus Aug. Longino praefecto urbis Constantinopolitanae.

PRAEFATIO. Causam, quae dolose fit in hac regia civitate circa domuum aedificia, cohibere et emendare iustum credimus. Quia enim certis mensuris distare domos ab invicem Zenonis piae memoriae constitutio dicit, sed et nos aliquid tale sancivimus, sequitur autem in hac regia civitate non posse aliquid intra centum pedes prohibere maris adspectum, rem gratissimam; oportebat quidem forsan et ex ampliori

NOV. LXVI. LXVI.] *R/. LXVI.* Vind., deest in Berol. I. Mon., in quo haec lex bis posita est, cuius secundam varietatem lectionis notabo hoc signo *G.* Etiam in Vind. bis legitur, cuius secundam lectionem littera *C* notabo.

de novi operis] Haec et quae sequuntur ex inscriptione desunt in C. Berol. *operis novi* Pist. G.

nuntiatione] *annuntiatione* G.

marini] Sic Vind. Mon. G. *maritimi* Vulgo I. Deest in Pist.

adspectus] *aspectus* Vind. Mon. *aspectus R/.* G. *aspectus Rubrica* I., deest in Pist.

imp. Iustinianus] *impr. Iust.* Vind., sed supra litteras *st* circumflexus positus est. — *Id.* C. Pist. Berol. *..d.* Mon. In G. tota inscriptio deest. *Idem* I.

Aug.] Sic Vind. *a.* reliqui et I., sed circumflexo superius iniecto.

Longino praefecto] Sic Vind. C. *pri longini p* Pist., sed supra litteram *p* secunda manus litteram *i* posuit. — *Longini praefecto* Berol. *pp. Longini* Mon., sed supra priores duas litteras lineola posita est. I. *pp.* Vulgo *Longino huius almae.*

urbis] Sic Vind. C. Mon. *urb* Berol. Pist., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est. I. *ur.*

Constantinopolitanae] *Constantinopol* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. I. *Constan.* Pro hac voce Vulgo legitur *praefecto.*

NOV. LXVI. PRAEF. causam] *causa* Mon.

quae] *que* G.

fit] *sit* G. Gr. *γινόμενον.*

domuum] *domum* Pist. Vind. C. Mon. Berol. *dom* G., sed ultimae litterae lineola imposita est. Gr. *τῶν οἴκων.*

aedificia] *edificia* Vind. Berol. *edifitia* G.

cohibere] *coibere* Berol.

credimus] Sic Vind. G. C. *dedimus* Mon. Berol. Pist. Gr. *ἡγησάμεθα.*

distare] *digestare* G. Gr. *διεστάναι.*

domos] *domo* Vind. *doimos* G., sed litterae *i* puncta subiecta sunt.

constitutio] *est* G., in quo postmodo fere quattuor litterae erasae sunt. Gr. *διάταξις.*

sed et nos] Sic Vind. Berol. Pist. Trid. I. *nos* Mon. *sed* I. *nos* G. *nos etiam* Port. Gr. *καὶ ἡμεῖς δέ.*

aliquid] *aliquem* Vind. Gr. *τι.*

sancivimus] *sancimus* Pist. I. *sanccimus* C., sed litteris *nc* lineola superius imposita est. Berol. Mon. G. *sanccimus.* Verba *sancivimus sequitur autem* apud Contium uncis inclusa sunt, qui ad marg. haec adnotavit: *pro inclusis legendum sanciverimus, adiecerit autem illa constitutio et caet.*

sequitur] Sic Vind. C. Mon. Berol. G. *sancitur* Vulgo I.

civitate] Sic Mon. Berol. Pist. *urbe* Vulgo I.

posse] *potse* Mon., sed superius lineola imposita est.

aliquid] deest in G. An pro *τινα* interpres habuit *τι?*

intra] Sic Vind. Pist. Berol. C. Mon. *ultra* Vulgo I. Gr. *εἴσω.*

centum] deest in Mon., sed secunda manus lineae imposuit *centum.* G. *ccc,* sed supra lineam a secunda manu scriptum est *tum.*

prohibere] *perhibere* G. Gr. *κωλύειν.*

adspectum] *aspectum* Vind. C. Mon. Berol. G.

rem] *re* G. Quod Vulgo subiicitur *omnium*, deest in Vind. C. Berol. Pist. Port. Trid. I.

gratissimam] *gratissima* G. *gravissimam* I.

oportebat] *operiebat* Mon., sed huic voci puncta subiecta sunt lineaeque a secunda manu inscriptum *oportebat.* Gr. *ἐχρῆν.*

quidem] *quod* Berol. In Mon. subiicitur *quod.* Gr. *μέν.*

forsan et] *forsan forsam et* G. *fossan* Mon.. sed primae litterae *s* littera *r* imposita est. Caeterum vox *et* in Berol. deest, sed a secunda manu sequenti voci imposita est. Gr. *ἴσως καί.*

ampliori] Sic Vind. C. Mon. Berol. G. Caeterum pro *ex ampliori* Pist. habet

mensura adspectus eis aperiri, et non eos prohibere. Sed tamen et in hoc inopinabili quadam machinantur arte. Quidam enim centum pedum relinquentes mensuram, aut etiam parum aliquid huic addentes, deinde aedificant ibi nihil aliud habentes, sed tanquam aliquod velum tendunt, et quum abstulerint maris adspectum per omnem potestatem, et non repugnantes legi propter centum pedum spatium, interius aedificant sine prohibitione, et dum, quod quaerunt, potiuntur, deponunt illud, quod propter utilitatem ab eis inventum est, et ita schema circumvenientes omni voluptate, extraneas possessorum constituunt domos. Quod de cetero fieri nullo volumus modo.

et exampliari. I. *et ampliori.* Gr. ἐκ πλείονος.

adspectus] *aspectus* Vind. C. Mon. Berol. G. *aspectum* Pist. Gr. τὰς ἀπόψεις.

eis] *eius* Mon. Vind. Berol. G. C., in quo quidem ultimis duabus litteris puncta subiecta sunt, sed ut in cont., Pist. Trid. Gr. αὐτοῖς.

aperiri] *partem* Vind. C. Mon. Berol. G. I., sed litterae *a* punctum subiectum est. *partem* Trid. *parare* Vulgo. Gr. ἀνεῷχθαι.

prohibere] *proibere* Berol., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est. G. *perhibere.* Gr. κωλύειν.

et in] Sic Vind. G. *in* Mon. Berol. Pist. I., desunt Vulgo. Gr. καὶ τοῦτο.

inopinabili] *opinabili* Pist. Mon. Berol. I. *obmali* G.

quadam] *quodam* C. Berol. *qdam* G., sed per inferiorem partem prioris litterae lineola traiecta, eique iam a prima manu circumflexus impositus est. Gr. τινί.

machinantur] Sic I. *machinatus* Berol. *machinat9ur* Mon., sed secundae litterae *a* lineola superius imposita est. C. *dominatur.* Vulgo *machinatur.* Interpres videtur habuisse προσμεμηχάνηνται.

arte] *artem* Berol.

quidam] *quiddam* C. Gr. τινές.

relinquentes] *spatium relinqnte* Vind., sed supra litteram *q* lineola posita est. Gr. καταλιπόντες.

parum] Os. legendum censet *parvum.*

aliquid] deest in G. Gr. βραχύ τι.

huic] In Mon. subiicitur *aliquis*, quae tamen vox a secunda manu deleta est, nec sane in Graecis habet, quo firmetur.

aedificant] *edificant* Vind. *edificantibus* C. Mon. Berol. G. Pist. *aedificantibus* I.

ibi] In Berol. G. I. haec sane vox non legitur. Gr. ἐκεῖσε.

habentes] *habentis* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἔχοντες.

aliquod] *aliquid* C., sed per superiorem partem litterae *d* circumflexus traiectus est.

tendunt] Sic Berol. Pist. G. C. Mon. I. *tetenderint* Vulgo. Gr. παρατείνοντες.

adspectum] *aspectum* Vind. C. Mon. Berol. G.

spatium] *spacium* Berol. I.

interius] Sic G. Pist. *inteius* Mon., sed supra lineam a sec. manu litterae *e* circumflexus impositus est. Vind. *interus.* Vulgo *interim.* I. *ulterius.* Gr. ἔνδον.

aedificant] *edificant* Berol. G.

quaerunt] *quert* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola imposita est. Vind. *quer*, sed ultimae litterae lineola imposita est. Ad marg. Mon. *at quaeri.*

deponunt] *potiuntur* C.

illud] *illos* Berol. *ill* Mon., sed per litteras *ll* medias circumflexus traiectus est, in quo secunda manus correxit *illud.* Gr. ἐκεῖνο.

propter] *per* C. G.

ab eis] Sic Vind. Mon. Berol. C. G. I. *eis* Vulgo. Interpres vocem αὐτοῖς ita interpretatus est, quasi hoc loco esset παρ' αὐτῶν, quod sane per Graecae linguae rationes fieri potuit.

inventum] Sic Mon. Berol. G. Port. in marg.; primae tamen syllabae *in* in Mon. secunda manus signum imposuit, qua re significari solet *enim*; contra syllabae *re* secunda manus imposuit *id.* Pist. habet *iniunctum*, quod etiam Vulgo est. Vind. I. *adinventum.* Gr. ἐπινενοημένον.

et] *sed* Vind. I., quod tamen reliquorum codd. testimoniis repugnat. Gr. καὶ οὕτω.

schema] *scema* C. G. Berol. Pist.

voluptate] Sic C. G. Berol., in quo quidem supra litteram *u* lineola posita est, quam secunda manus delevit. Reliqui *voluntate*, quod etiam Vulgo legitur. Gr. τέρψεως.

possessorum] *possesorum* Mon.

constituunt] Sic Mon., sed sec. m. correxit *constituunt.* Pist. *constituit.* Gr. καθιστᾶσιν.

volumus modo] Sic Vind. Mon. Berol. C. G. *modo volumus* Trid. Port. Vulgo I. Gr. βουλόμεθα τρόπον. Quod Vulgo postea est *inventum*, in Vind. Berol. Pist. C. I. deest, nec sane Graecis firmatur; etiam Os. delendum vidit, cum apud Contium ex margine huc delatum animadvertisset.

CAP. I. Sed si quis voluerit tale aliquid excogitare et maligna non taliter ludat, sed si hoc eguerit pro veritate, domum totam aedificet, et usque ad spatium totum (centum dicimus pedum) tendat, aedificia faciens tanquam necessaria sibi et inevitabilia futura, non autem propter vicini laesionem construat parietes, et velut ex quadam pictura talem extendens machinationem, privationem adspectus abripiat. Sicut enim eos, qui aliena diripiunt, recte adversamur, et poena dignos putamus, ita et hoc molientes nihilo minus malitia eorum, qui etiam alienas res abripiunt, aestimamus. Unde si parvam aliquam rem ad modum arreptionis auferre praesumenti bene faciens vi bonorum raptorum cum

NOV. LXVI. CAP. I. sed si] *sed etsi* Berol. Pist. I. Gr. ἀλλ' εἰ.
quis] *quid* Vind. Gr. τις.
tale aliquid] *aliquid tale* Mon. C. Gr. τοιοῦτό τι.
ludat] *luat* G. Gr. παιζέτω.
sed si] *sed et si* Vind. Mon. Gr. ἀλλ' εἴπερ.
hoc] *hec* Berol. Gr. τούτου.
eguerit] Sic Vind. Pist. Berol. *egert* G., sed ultimis duabus litteris lineola imposita est. Vulgo I. *egerit*. Gr. δέοιτο.
totam] *tota* I. Berol., sed sec. m. correxit *totam*. Pist. *tota*. Gr. οἶκον ὅλον.
aedificet] *ediffícet* C. *edificet* G.
centum] deest in G. Gr. ἑκατόν.
dicimus] *domus* Mon. Pist. *decernimus* C. Gr. φαμέν.
aedificia] *edifitia* Vind. Berol. G.
necessaria] *necessariam* G.
sibi] deest in Mon. Berol. Pist., sed in Vind. C. G. est. Gr. αὐτῷ.
inevitabilia] Sic Mon. Berol. Pist. G. *invitabilia* Vind. *incunctabilia* C. Gr. ἀπαραιτήτους.
non] *nunc* C. Pist. Gr. μή.
laesionem] *lesioe* G., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est.
et] deest in G. Gr. καί.
velut] *velud* Mon. G. I. *veld* Vind., sed per litteram *d* ultimam circumflexus traiectus est. Gr. ὥσπερ.
machinationem] *machinacionem* Berol.
abripiat] Sic C. G. Pist. *arripuit* Vind. *arripiat* I. *eripiat* Mon., sed secunda manus supra primam litteram *e* posuit syllabam *ab*. Gr. ἁρπαζέτω.
eos] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. C. G. I. *eis* Vulgo. Accusativum sane casum et Graeca praestant.
recte] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. C. G. I. *directe* Vulgo. Gr. εἰκότως.
poena] Sic Mon. Vind. Berol. Trid. I. C. G. *poenis* Port. Vulgo. Gr. ποινῆς.
ita et] *et ita* C. Berol. Gr. οὕτω καί.
hoc] Sic Vind. C. G. I. *haec* Vulgo, quod etiam in reliquis fontibus non est. Gr. τοῦτο.
molientes] *mollientes* G.
nihilo] *nichilo* Mon. Berol. G.
minus] Sic Vind. Berol. Mon. C. G. Trid. Port. I. *minores* Vulgo. Pro ἐλάττονας interpres videtur habuisse ἔλαττον.
malitia] Sic C. *rei malitia* Vind. *ei malitia* Berol. Pist. *et malitiam* Trid. Port. I. *eius malitia* Mon. *reos militia* G. Hanc varietatem scripturae puto prodiisse ex varia lectione *res*, quae fortasse ad vocem *minus* in archetypo apposita fuit, cum interpres incertus haereret, transferendumne esset *minores*, an *minus*. Vulgo *in malitia*.
eorum] *horum* Vind. G.
etiam] Sic Vind. G., deest in reliquis et I., nec Vulgo est. Gr. καί.
alienas] *aliena* Vind., sed contra reliquorum codd. testimonia. Arbitror interpretem habuisse τὰ ἄλλων pro verbis τὰ ἄλλα.
abripiunt] *arripiunt* Vind. G. I. Gr. ἁρπαζόντων.
aestimamus] *extimamus* Trid. I. *aestimavimus* Port. *estimamus* Berol. Vind. G. *existimavimus* Mon. Pist. Gr. νομίζομεν.
rem] *semper* Vind. Mon. G., deest in Berol. Pist. Non dubitavi correctionem vulgarem in contextum recipere, siquidem facile vox *semper* ex verbis *rem per* oriri potuit. Gr. πρᾶγμα.
ad modum] Sic Vind. *modum* G. *mioris* C., sed supra lineam lineola superius posita est. Mon. Pist. *per modos*, deest in Berol. *per modum* Vulgo. Pro verbis *rem ad modum* I. habet *semper domum*. Gr. κατὰ τρόπον.
arreptionis] Sic Vind. C. G. *separationis* Mon. Pist. Berol. *abreptionis* I. Vulgo.
auferre] *aut ferre* Vind. Berol. *auferri* Mon. G., sed secunda manus correxit *auferre*. Gr. λαβεῖν.
praesumenti] Sic Vind. Berol. Pist. G. *praesumente* I. *praesumentibus* Mon. Gr. θαῤῥήσαντι.
benefaciens] Sic Pist. Mon., sed ultimae duae litterae punctis subiectis notatae sunt; supra lineam tamen a secunda manu scriptum est *afficimus*. G. Berol. *beneficiens*. Vind. *benefitient*. I. *beneficium*. Vulgo *beneficio*. Gr. εὖ ποιοῦσα.
bonorum] *boȝ* Berol., sed per mediam litteram *b* circumflexus traiectus est.

quadrupli minatur poena, quomodo non et hunc necesse est, qui tale aliquid egit, et cogi deponere, quod ab eo factum est, et alia maiori poena multari? hoc est decem librarum auri inferendarum theatralibus tuae celsitudinis, ut non malus vicinus (hoc quod in sermone) constitutus evadat deridens legem, tanquam non valentem eum propriis inhibere dispositionibus.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo in hac felicissima civitate operi terminoque contradere, et in perpetuum una cum obedienti officio servare festinet, eadem hoc est decem librarum auri imminente poena contra haec praevaricantes aut praevaricari sinentes. *Dat. VII. Idus Mart. Constantin., imper. DN. Iust. PP. Aug. anno XI., *** V. C. cons.* (538.)

raptorum] Sic Mon., sed secunda manus correxit *raptorem*, quod Graecis non firmatur.

cum quadrupli minatur] *cum quadruplari minatur* Vind. G. *cum quadrupli* Mon., sed prioribus tribus litteris puncta subiecta sunt. C. *conquadruplatur*, Berol. *cum quadruplicat*˜, sed litteris *ic* puncta subiecta sunt. Pist. *cum quadruplicat.* I. *cum quadruplatur.* Vulgo *conquadruplat.* Gr. *μετὰ τῆς τετραπλασίας ἔπεισι.*

et hunc] Sic Vind. *et hanc* G. *hoc* Mon. Berol. Pist. C. *hic* I. Prior vox *et* Vulgo deest. Gr. *καὶ τοῦτον.*

egit] Sic Vind. Berol. I. G. *eg* C., sed lineola superius imposita est. Vulgo *agit.* Gr. *πράξαντα.*

et cogi deponere] Sic G. *et cogit* I. *et cogi l ponere* Vind., sed per litteram *l* mediam circumflexus traiectus est. Pist. Mon. Berol. C. *depone*, sed ultimae litterae circumflexus impositus est. *et cogit* Trid. Port. *et, ut tollat, cogi* Vulgo. Gr. *καὶ καθελεῖν ἀναγκάζεσθαι.*

et alia] Sic Vind. *alia* Port. *talia* Mon. Pist. Berol. C., sed in Mon. supra litteram *t* secunda manus vocem *et* posuit. Gr. *καὶ ἑτέρᾳ.*

maiori] *mari* C., sed reliqui, ut in contextu, habent. Gr. *μείζονι.*

poena] *pena* G.

multari] Sic Vind. C. Mon. *mulctari* Vulgo I. Caeterum pro *poena multari* in Berol. est *multari pena.* Gr. *ποινῇ σωφρονισθῆναι.*

theatralibus] *teatralibus* Pist. *theatalibus* C.

tuae] *tue* G.

ut non] *ut* Pist. *u ut non* C., sed litterae *c* punctum supra lineam adiectum est. G. *et non.* Gr. *ἵνα μή.*

malus] *alius* Mon., quo punctis subiectis deleto, secunda manus ad marginem adscripsit, quod in contextu est. G. *s aliis*, sed supra primam litteram circumflexus positus est. C. *malis.* Gr. *κακός.*

constitutus] Vind. antea *est*, quod neque reliquis fontibus neque Graecis firmatur.

evadat] *vadat* Vind. Berol. C. I. *tradat* Mon., quod secunda manus correxit *vadat.* Caeterum in G. *est vadat*, quod veram lectionem satis demonstrat, cum vox *est* in mss. codd. sic scripta esse deprehendatur *ē*. Gr. *ἀπίοι.*

non] Sic G. *in* Mon. C. Pist. Berol., deest in I. Gr. *οὐκ.*

valentem] Sic Pist. Mon. Berol. C.; in Mon. tamen secunda manus correxit *valentes.* G. *valente*, quod quidem per Graecorum tenorem ferri non potest. I. *invalentem.*

inhibere] *inibere* G., qua re potest et *nubere* significari.

NOV. LXVI. EPIL. tua] *tuam* G.

operi] *operic* G., sed ultimae litterae puncta subiecta sunt.

terminoque] *termino quae* C.

contradere] *concedere* Mon. *concdere* Pist., sed secundae litterae *c* circumflexus impositus est, qua re sane videtur significari *concedere.* Caeterum, quod G. pro hac re habet *festinet*, id aperte ex inferioribus huc male translatum est. Gr. *παραδοῦναι.*

in perpetuum] *imperpetuum* Vind. C.

obedienti] Sic Vind. C. G. Mon. Berol. I. *obediente* Vulgo. Gr. *πειθομένῃ.*

servare festinet] *servari festinet* Berol. *festinet servare* G. Gr. *παραφυλάττειν σπευσάτω.*

hoc est] Sic Mon. C. Berol. G. Pist. *i. e.* Vind., desunt Vulgo. *enim* I. Gr. *τουτέστι.*

auri] Sic Vind. C., deest Vulgo I., habetur autem et in Graecis.

poena] *pena* Berol. G. *penam* Pist. *pene* C. Gr. *ποινῆς.*

haec] Sic Vind. G. *hoc* C. Mon. Berol. Pist. Gr. *ταῦτα.*

aut] deest in I.

praevaricari] *puai* Berol., sed litteris *p* et *i* lineolae superius impositae sunt.

Idus] Sic Vind. *Id.* Vulgo. Caeterum tota subscriptio deest in C. Mon. G. Pist. Berol. I.

Mart.] *Mar.* Vind., sed lineola superius iniecta est.

Constantin.] *Constant.* Vulgo.

LXVII.

DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIAE MYSIAE RELICTARUM PRO CAPTIVORUM REDEMTIONE ET ALIMENTIS PAUPERUM.

Idem aug. Iustiniano, VC. rectori Mysiae.

PRAEFATIO. Scimus, antea legem promulgasse, per quam omnes alienationes ecclesiasticas inhibuimus. Sed postea alia lege prospeximus, quatenus liceat pro soluto res ecclesiasticas, vel alias, quae piis domibus deputatae sunt, persolvere. Sed etiam hoc in nostram venit memoriam, quod Martino viro sanctissimo, episcopo Clissinatae civitatis, formam et ante legem nostram dedimus, prohibentem eum ecclesiasticas res vendere, ne qui ex potentioribus ei necessitatem imponant secundum suum propositum res ecclesiasticas alienare. Sed etiam in nostram venit memoriam alia res, quam pro divinis fecimus vasis, pro quibus omnibus abdicavimus, ne cui liceat sacrosancta vasa vel venumdare vel obligare, nisi tantummodo in redemtionem captivorum, quia animae redemtio aliis omnibus rebus pretiosior est.

CAP. I. Sed haec quidem antea subsecuta sunt. Quae narratio

imper.] *impr.* Vind., sed ultimis duabus litteris circumflexus iniectus est.
DN.] *dn. n.* Vind., sed his signis circumflexi impositi sunt.
Iust.] Sic Vind. *Iustiniani* Vulgo.
aug.] *ag.* Vind., sed supra lineam a secunda manu circumflexus iniectus est.
XI.] Postmodo, punctis positis, lacunam notavimus, quia vox *Ioanne*, quae hoc loco Vulgo legitur, in Vind. non est, sed tale quid excidisse satis manifestum est.
V. C.] *viro clarisio* Vind., sed litteris *i* circumflexi impositi sunt.
cons.] *9st* Vind.
NOV. LXVII. LXVII.] deest in Vind., reliquis G.
ecclesiae] *eccle* Berol., sed litterae *l* circumflexus traiectus est.
Mysiae] *Misie* Vind. Berol.
alimentis pauperum] Sic Vind. *pauperum alimentis* Vulgo.
aug.] Sic Vind. Berol. *a.* Vulgo. Tota haec inscriptio deest apud Petr. Pithoeum, qui eam lege in primus exhibuit post Collationem Leg. Mos. et Rom. (1573.)
Iustiniano] *Iustiano* Vind. Berol., sed litteris *sti* supra lineam circumflexus impositus est.
VC.] Sic Vind. Berol. *vice* Vulgo.
NOV. LXVII. PRAEF. scimus] Sic Vind. *imus* Berol., in quo priores litterae desunt, quia miniatori describendae datae sunt, qui has neglexit.
prospeximus] *perspeximus* Vind. Berol.
quatenus] *quatinus* Vind. Berol.
soluto] Sic Vind. *solutiones* Berol. *solutione* Pith.
res ecclesiasticas] Sic Vind. *ecclesias* Berol. Pith.
quae] *que* Berol.
deputatae] Sic Pith. *deputate* Berol. *de potestate* Vind.
sed etiam] Sic Vind. Berol. *sed et* Pith.
in nostram] Sic Vind. *ut nra* Berol., sed supra ultimas tres litteras lineola posita est. Pith. *in nostra.*
memoriam] Sic Vind. *memoria* Berol.
Clissinatae] *Clissinate* Vind. *Clinate* Berol. Pith.
formam] Sic Berol. Pith. *forma* Vind.
ne qui] Sic Vind. Pith. *neque* Berol.
etiam] Sic Vind. Berol. *et* Vulgo.
nostram] *nra* Berol., sed lineola superius iniecta est. Pith. *nostra.*
memoriam] Sic Vind. *memoria* Berol. Pith.
venumdare] Sic Berol. Pith. *venundare* Vind.
redemtionem] *redemptione* Berol.
animae] *anime* Vind. *ae* Berol., sed supra lineam lineola imposita est.
redemtio] deest in Vind., qui habet lacunam, cui supplendae fere duodecim litterae sufficere queant.
pretiosior] *ptiosior* Berol., sed lineola priori litterae imposita est.
NOV. LXVII. CAP. I. antea subsecuta] Sic Berol. *ause ab* Vind., quod Os. scribit esse *ante absecuta.* Caeterum Pith. post vocem *antea* plene distinxit.
quae narratio] Sic Vind. *quenam ratioe* Berol., sed ultimis duabus litteris *oe* lineola superius imposita est. Caeterum Pith. *quae * nam ratione.*

necessaria nobis fuit ad praesentis specialis legis memoriam. Venit etenim in praesenti memoratus sanctissimus vir in hanc sanctissimam civitatem, et edocuit nos, multos terras sine certo reditu vel domunculas vel vineas relinquere ad redemtionem captivorum vel pauperum alimonias, et alienatione prohibita memoratos actus, licet piissimi sint, attamen inhiberi, competens, sibi permitti per legem specialem hoc facere. Sancimus itaque, si quis reliquerit ad redemtionem captivorum vel sustentationem pauperum res immobiles, si quidem certus reditus est ex relictis rebus colligendus, manere legatum vel hereditatem vel donationem nulla alienatione mutilandam, quum possit ex reditibus redemtio vel sustentatio fieri. Sin autem vel certus reditus non est, vel domus paene diruta et longe ab ecclesia posita, vel vineae, quarum fructus non semper similes, sed varii colliguntur, et incursionibus forsitan barbaricis dediti, in his tantummodo speciebus permittimus et venditionem hac speciali lege in memorata provincia fieri, si tamen domus intra fines ecclesiae vel vineae iuxta muros civitatis minime positae sint, ita ut in venditionis instrumento ipsa verba testatoris exprimantur, ut ei placuit venditionem fieri, et redemtionem ex his captivorum vel alimonias pauperum celebrari. Et si hoc ita subsecutum fuerit, habeat venditio firmitatem; liceat sine metu alterius legis et oeconomis ecclesia-

specialis] Sic Vind. Berol., deest apud Pith.
memoriam] *veit memoriam* Berol., sed litteris *ei* lineola superius imposita est.
venit] deest in Berol., sed in Vind. Pith. est.
etenim] Sic Vind. Berol. Pith. *enim* Vulgo.
vir] Sic Berol. Pith. *u* Vind., sed supra hanc litteram a secunda manu littera *i* posita est.
multos] Sic Vind. Pith. *multas* Berol.
certo] Sic Vind. Berol. Pith. In Vind. deesse Os. notat.
reditu] *redditu* Berol.
vel pauperum] Ab his verbis quae sunt usque ad voces *redemptionem captivorum* in Vind. desunt.
memoratos] *memoratus* Berol.
attamen] *ac tamen* Berol.
inhiberi] *iniberi* Berol.
competens] *competivit* Berol.
specialem] Sic Berol., deest in Vind., nec Vulgo est.
captivorum] Post haec Berol. addidit: *vel pauperum alimonias et alienatione prohibita memoratos sustentatioem* (sed litteris *oe* lineola imposita est) *captivorum*, quae quidem omnia ex superioribus videntur huc male esse translata.
immobiles] *inmobiles* Berol.
reditus] *redditus* Vind. Berol.
donationem] *donatione* Berol.
mutilandam] Sic Pith. *mutilanda* Vind. Berol.
reditibus] *redditibus* Vind. Berol.
sin] Sic Vind. Berol. *si* Pith.
autem] Sic Vind. *aut* Berol., sed supra lineam a sec. manu lineola posita est.
reditus] *redditus* Berol.
paene] *pene* Vind. Berol.
vineae] *vinee* Berol.
fructus] Sic Berol. *fructus se* Vind., sed ultimae voci puncta subiecta sunt, quod Os. adnotare neglexit.
colliguntur] Sic Berol. Pith. *in colliguntur* Vind.
forsitan] *forsitam* Berol.
dediti] *deditum* Vind. *deditis* Berol., sed ut in cont., Pith.
tamen] *tn* Vind. Berol., sed lineola superius iniecta est.

contigit] Sic Vind. Berol., in quo quidem priori litterae *n* lineola imposita est, ut sit *contingit*. Gr. ἔτυχον.

antequam] Sic Vind. *ante quicquam* Berol. Gr. πρίν.

poneretur] Sic Vind. *ponere* Berol. Gr. τεθῆναι.

mori] Sic Vind. *moi* Berol., sed supra lineam a secunda manu ultimae litterae circumflexus inscriptus est.

contigit] Sic Vind. *contingit* Berol. Gr. ἔφθη.

nequaquam] *neque quam* Vind., sed, ut in cont., Berol.

illa] Sic legendum. Berol. Vind. *illas*. Gr. ἐκεῖνα.

quae] Sic Berol. In Vind. siglum est, quo idem significari solet. Gr. ἅπερ.

piae memoriae] *pie memorie* Vind. Berol.

sub sua] Sic Berol. *sin* Vind., sed lineola superius iniecta est, quod secunda manus correxit *sua*. Gr. ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ.

stentibus, secure habebunt, quae lucrati sunt, sed etiam vel si quid horum apud alios est, secundum modum competentem dominis vindicabunt. §. 2. Haec igitur brevi lege comprehendentes tales dubitationes perimimus, ut non assidue ab interpellantibus molestemur, sed lege haec statuentes communi, importunitatibus huiusmodi liberamur, figuram, quae ante nostram legislationem erat posita, servari volentes ei, qui ante eam beneficium meruit. Tua igitur eminentia, quae secundum hunc nobis placuerunt modum, omnibus manifesta propriis edictis ac praeceptis efficiat. *Dat. VIII. Kal. Iunii Constantinopol. dom. Iust. pp. aug. anno XII. Ioh. V. C. consule.* (538.)

LXXI. GLOSS.

UT AB ILLUSTRIBUS, ET QUI SUPER EAM DIGNITATEM SUNT, OMNIMODO SUPER PECUNIARIIS CAUSIS, SED ET INIURIARUM CRIMINALITER PER PROCURATOREM DICANTUR; CLARISSIMIS AUTEM IN PECUNIARIIS LICERE EIS ET PER PROCURATOREM, ET PER SE LITIGARE.

Idem aug. Iohanni p. p. secundo et cons.

quae] *que* Berol.
vel] Sic Vind. *aliud* Berol. Gr. κἂν.
vindicabunt] Sic Vind. *vendicabr* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Gr. ἐκδικήσουσι.

Ioh.] *Ioħ* Vind., sed lineola superius iniecta est.
V. C.] *vic* Vind., sed lineola superius imposita est.
consule] *9sule* Vind.

NOV. LXX. CAP. I. §. 2. haec] *hoc* Berol.
comprehendentes] *cophendentes* Vind., sed prioribus duabus litteris lineola superius imposita est.
ut non] Sic Berol. In Vind. est *ū n̄*, quibus siglis tamen idem significatur. Gr. ἵνα μή.
ab interpellantibus] Sic Berol. *ad interpellationes* Vind. Gr. ὑπὸ τῶν αἰτούντων.
haec] Sic Vind. *hoc* Berol. Gr. ταῦτα.
liberamur] Sic Vind. *liberabimur* Berol., quod propter Gr. ἀπαλλαγείημεν fortasse praeferendum est.
nostram legislationem] Sic Vind. *leḡ nrā latioe* Berol., ut tamen ultimis duabus litteris lineola superius iniecta sit.
ante eam] Sic Vind.; posterior vox in Berol. non est. Gr. πρὸ ταύτης.
placuerunt] *placuert* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola imposita est. Vind. *placuer*, sed ultimae litterae lineola imposita est.
Dat.] Haec tota subscriptio in Berol. desideratur, quamquam ibi lineae vacuae relictae sunt, quibus supplendis subscriptio inservire poterat.
Constantinopol.] *Constāpl* Vind., sed per ultimam litteram *l* circumflexus traiectus est.
dom.] *don* Vind., sed secundae litterae circumflexus, ultimae autem lineola imposita est.

NOV. LXXI. LXXI.] deest in Vind. Berol. et in utroque Bamb. et I. Ad marg. Vind. *const. XIII.*, Berol. *const. XVII.*
dicantur] Sic Vind. *et dicantur* Berol. Hamb. Trid. Port. *dicatur* Vulgo I.
clarissimis] Sic Berol. *claris* Vind., in quo quidem supra lineam a secunda manu scriptum est: *al. clarissimis.*
pec.] *pec. causis* I.
eis] Sic Vind. Berol. Port. I., deest in Hamb. Trid. Vulgo.
litigare] In Vind. Berol. ad marginem appositum est *R/.*
Idem aug.] Sic Vind. Neob., in quo reliqua ex inscriptione desunt. Pist. *imp. iu. au*, sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Berol. *impr. a.*, I. *idem ā.*, Vulgo *imp. Iustinianus aug.*
Iohanni] *Ioht* Vind. Berol., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est. Pist. I. *Io.*, sed lineola superius iniecta est. Vulgo *Ioanni.*
p. p. secundo et cons.] *ppro scdo et cons.* Vind. *so et Constantino* Pist. *pp. secun. cō* I. *pp. scdo et Constantino* Berol., quod quidem ex siglo, quo *consul* designatur, manifesto ortum est. Gr. ὑπάτῳ. Vulgo *gloriosissimo praetoriorum per Orientem praefecto iterum exconsuli et patricio.*

PRAEFATIO. Quaecunque procedunt quidem quasi honoris causa, et schematis melioris sunt, quod autem hinc evenit, non honorem, sed forsan etiam quandam laesionem inferens, hoc bene habere iudicamus brevi mederi lege. Fertur enim quibusdam constitutionibus, ut nulli clarissimorum liceat per se litem exercere, sed per procuratorem omnino. Sed haec quidem antiquitas pro dignitatum honore scripsit, multos autem conspicimus dignitates quidem adeptos, et inter clarissimos inscriptos, aut comites, aut tribunos, vel si qui alii consistunt huiusmodi, substantiae vero minoris dominos, ut penitus non sufficiant ad procuratores ordinandos et propter hoc agendas expensas.

CAP. I. Sancimus igitur, usque ad magnificentissimos illustres haec valere, et modis omnibus eos per procuratores pecuniarias exercere causas, nec non etiam iniuriarum per procuratorem criminali modo movere, secundum quod datum est eis super hoc privilegium, ne cogantur aut sedere cum iudicibus, quum iudicant, aut stare rursus, tanquam litigantes; ex utroque enim causa videtur incauta, aut dignitatibus iniuriam sustinentibus, aut iudiciali schemate indigne procedente. Post magnificentissimos igitur illustres omnibus licentia sit volentibus procuratores ordinare, et per se lites exercere, nulla ex hoc neque prohibitione neque damno neque poena inferenda eis.

EPILOGUS. Tua igitur eminentia, quae visa sunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, quae moris sunt, super his agens. *Dat. prid. Non. Iun. Constant. imper. DN. Iustiniani Aug. anno XII. Ioanne V. C. cons.* (538.)

NOV. LXXI. PRAEF. et schematis] Sic Vind. Hamb. Trid. *et scematis* Berol. I. Vulgo sane et apud Port. vox illa *et* deest.
habere] Sic Vind. *habi* Berol., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est, secundaque manus correxit, ut in cont.
iudicamus] Sic Vind. Berol. Port. *iudicavimus* Hamb. I. Trid. Gr. ἡγούμεθα.
liceat] Sic Vind., deest in Berol., sed supra lineam secunda manus apposuit *liceat.*
per se litem] *litem per se* I.
haec] *hanc ha* Berol., sed ultimis duabus litteris puncta subiecta sunt. Vind. *h*, sed circumflexus traiectus est, qua re vox *haec* significari solet. Trid. *hoc*, I. Hamb. Port. *hanc*. An interpres ταῦτα habuit loco vocis τοῦτο?
conspicimus] Sic Berol. *conscripsimus* Vind. Gr. ὁρῶμεν.
adeptos] Sic Vind. Berol., in quo quidem litterae *e* alia lineola superius imposita est. Gr. ἀξιῶν μὲν τυχόντας.
inscriptos] Sic Vind. *conscriptos* Berol. Gr. ἐγγεγραμμένους.
ut] Sic Vind. *aut* Berol. I. Gr. ὥστε.
hoc] Sic Vind. *haec* Berol. Gr. διὰ τοῦτο.

NOV. LXXI. CAP. I. haec] *hoc* I.
eos] deest in I.
datum est] Sic Vind. *datum est secundum quod* Berol., sed ultimis duobus verbis lineola subiecta est.
eis] Sic Vind., deest in Berol. I. Gr. αὐτοῖς.
super hoc] Sic Berol. *super haec* Vind. Gr. ἐπὶ ταύτης.
iudicant] *iudicatur* I.
enim] Sic Vind., deest in Berol. Gr. γάρ.
iniuriam] Sic mei codd., Glossa, ubi Acc. notat: *alias iniuriam.*
iudiciali] Sic Berol. *iudicialis* Vind. Gr. δικαστικοῦ.
schemate] Sic Vind. *scemate* Berol. I.
prohibitione] Sic Vind. *proibiti* Berol., sed secunda manus supra lineam scripsit *one.*

NOV. LXXI. EPIL. visa] Sic Berol. *iussa* Vind. Gr. τὰ παραστάντα ἡμῖν.
sunt] Sic Vind., deest in Berol.
Dat.] Haec subscriptio in Vind. Berol. Pist. Bamb. D. II. 11. et I. desideratur; est autem in Bamb. D. I. 1.
Iun.] Sic Contius, fortasse ex ms., uti Bienerus in hist. Nov. p. 518. coniecit. Caeterum pro *Iun.* in glossatis editt. haberi *Iul.* idem vir doctus auctor est. Bamb. D. I. 1. *Iunias.*
Constant.] *CP.* Bamb. D. I. 1.
imper.] *imp.* Bamb. D. I. 1.
DN.] *dns* Bamb. D. I. 1., sed lineola superius imposita.
Aug.] *pp. aug.* Bamb. D. I. 1.
cons.] *consulis* Bamb. D. I. 1.

[LXXII.]

GLOSS.

UT ORDINARIAE PRAEFECTURAE URBANAE DUAE ET PRAETORIANAE, ET PRAEFECTURAE, QUAE IN CINGULO ET IN ACTU SUNT, SOLAE, NON ETIAM HONORARIAE LIBERENT A CURIALI FORTUNA.

Idem aug. Iohanni p. p. Orientis II. et consuli ordinario.

PRAEFATIO. Plurima horum, quae olim sancita sunt, neglecta et non facile in republica tractata, omnino visa sunt absque lege sine legislatione consistere. Novimus enim, quia antiquitus erat quaedam praefecturae figura, quam honorariam vocabant, codicillis ab imperio super ea collatis. Hanc autem ita nominabant, ut nihil aliud, nisi purum honorem his, quibus praebebatur, conferret; quae curiales non liberabat fortuna curiali, nisi quis eam ipso opere ministrasset. Et sicut de gloriosissimis magistris militum videbimus, quia nullus ex magisterio armorum eripitur fortuna curiali, nisi eum opere gesserit (nam etiam

NOV. LXXII. LXXII.] deest in Vind. Berol. et utroque Bamb. Ad marginem Berol. *const. XVIII.*

ut] *R/. ut* Vind.

duae et] *due et* Vind. *due etiam* Berol. *et* I. Vulgo, sed ut in cont., iam Os. scripsit.

praetorianae] Postmodo Vulgo et in I. est *duae,* quod in Vind. Berol. non est, ideoque delendum fuit, uti et Os. censuit.

quae] *urbanae quae* I.

et in actu] Sic Berol. *quae in actu* Vind. *et quae in actu* Vulgo I.

solae] *solo* I.

etiam] deest in I.

liberent] Sic Berol. *liberentur* Vind.

fortuna] In I. subiicitur *Rubrica.*

Idem aug.] Sic Vind. *id. au* Pist. *idem a.* I. Ambras., in quo ultimae litterae lineola superius iniecta est. *id. a.* Neob., in quo reliqua inscriptionis desunt. Berol. *impr. a.*, sed ultimae litterae lineola iniecta est.

Iohanni] *Ioh* Vind. Berol. Ambras., sed litterae *h* mediae circumflexus traiectus est. *Ihoi* Pist., sed ultimis duabus litteris lineola superius iniecta est. Vulgo *Ioanni.* Deest in I.

p. p. Orientis II.] *ppro scdo Orientis* Vind. *pp. Orienti so.* Pist. *ppo Orientis secun* I. *pp. Orientis scdo* Berol., sed litterae *d* mediae circumflexus traiectus est. Vulgo: *gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto iterum.*

et] Sic Vind. Pist. Berol., deest in Ambras.

consuli ordinario] Sic Berol. *consuli* Ambras. *consul ordine* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. Pist. *c. ordinat,* sed supra litteram *c* lineola posita est. Vulgo *exconsuli et patricio.*

NOV. LXXII. PRAEF. sancita] Sic Berol. Vind., in quo quidem littera *i* a secunda manu scripta est.

visa] Sic Berol. *iussa* Vind., sed supra litteram *i* a secunda manu littera *o* inscripta est.

sunt] Sic Vind., deest in Berol., sed a secunda manu lineae impositum. Gr. ἔδοξεν.

sine] Antea Vulgo et in I. est vox *et,* quae in Vind. Berol. deest. Est autem hoc loco duplex versio vocis ἀνομοθέτητα.

honorariam] Sic Vind. *honoraria* Berol., sed ultimae litterae *a* secunda manus virgulam imposuit, quod sane Graecis convenit.

nominabant] Sic Vulgo. *nominabat* Vind. Berol. I., sed corr. ex Gr. ὠνόμαζον.

nihil] Sic Berol. *nil* Vind.

his] Sic Vind. Berol. I. *iis* Vulgo.

conferret] Sic Berol. *conferre* Vind., quod secunda manus emendavit, ut in cont. I. *coferret.*

fortuna] Sic Vind. Berol., qui non habent, quod Vulgo et in I. antea est *a,* quod sane in Graecis non habet, cui conveniat.

eam] Sic Vind. *ea* Berol., sed ultimae litterae circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit. Gr. αὐτήν.

de] Sic Vind., deest in Berol. Gr. ἐπὶ τῶν.

videbimus] Sic Vind. Berol. Hamb. I. Trid. Port. *videmus* Vulgo.

eum] Sic Vind. *cum* Berol. I. Vulgo. Gr. ταύτην ἔργῳ. Non dubito, quin interpres vocem *magisterium* masculini generis esse crediderit.

etiam] Sic Vind. I. *et* Berol. Vulgo.

magisterium militiae praefecturam esse nostrae dicunt leges, puri vero magistrorum militiae codicilli solam praebent dignitatem, fortuna non liberantes), sic etiam in ipsa praefectura, si futurus sit aliquis liber huiusmodi fortuna fieri, necesse est ipso cingulo designatum ab ea curiae vinculis liberari.

CAP. I. Renovamus igitur huiusmodi legem, sancientes, si quando visum fuerit imperio honorare curialem, ut etiam liberet fortuna, dare ei codicillos administrationis, praeparare eum in talibus constitui sedibus, aut cingulis urbanae praefecturae senioris Romae et novae, videlicet huius nostrae, aut in praetorianis tribunalibus et Orientis et Hesperiae et Libyae, nec non et Illyrici, quos omnes sub nobis fecit deus, et ita libertate frui, quatenus magno promeriti honore, et in carpentis vecti, et clamores praeconum audientes, et insuper iudiciales conscendentes sedes huiusmodi fortuna liberi constituantur. Si vero solo eos participare voluerit honore, fieri quidem codicillos et hos dari, tantum vero valere huiusmodi imperialem largitatem, ut ille honoratus quidem sit, et maximae curiae pars esse videatur, non tamen neque provinciali curia neque eius albo liberetur, sed maneat sub antiqua fortuna, solum

praefecturam] Ab hac inde voce usque ad *militiae* quae leguntur, a Berol. absunt. Caeterum inde a syllabis *turam* secunda lectio codicis Berol. incipit, quam hic siglo C. notabo.

puri] Sic Berol. *puniri* Vind., sed litteris *nir* puncta supposita sunt. Gr. ψιλοί.

magistrorum] Sic Vind. *magisteriorum* C., sed litterae *e* punctum subiectum est.

codicilli] *codicelli* C., quod sec. manus correxit, ut in cont.

liberantes] Sic Vind. Berol. *liberante* C., quod sec. manus correxit, utin cont. Gr. ἐλευθεροῦντες.

si] *ut si* I.

fortuna fieri] Sic Vind. I. *fortuna fieri curiali* Berol., quod Graecis non firmatur.

est] Sic Vind. C., deest in Berol.

ipso] Sic Vind. Berol. C., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *in*. Vulgo I. *in ipso*, quod Graecis αὐτῇ τῇ ἀρχῇ non firmatur.

NOV. LXXII. CAP. I. honorare] Sic Vind. Berol. *honerare* C., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. τιμῆσαι.

dare] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. I. *dari* Port. Vulgo. Gr. διδόναι.

administrationis] *amministrationis* Vind. Berol. *aministrationis* C.

praeparare] Quod antea Vulgo et in I. est *et*, in Vind. Berol. C. deest, ideoque omittendum fuit.

cingulis] Sic C. Berol. *cinguli* Vind.

et novae] Sic Berol. C., deest in Vind. Gr. καὶ τῇ νέᾳ.

praetorianis] Sic Vind. C. *praeturianis* Berol.

tribunalibus] Sic Vind. C. *civita tribunalibus* Berol., sed priori voci puncta subiecta sunt. Caeterum litterae *a* impositum est siglum, quo *et* significatur.

Orientis] Sic Berol. C. *Horientis* Vind.

Libyae] Sic Vind. C. *Libie* Berol. I.

Illyrici] *Illirici* Vind. Berol. C. I.

quatenus] Sic Berol. C. *quatinus* Vind.

promeriti] Sic Berol. C. *preventi* I. *promti* Vind., sed litterae *m* circumflexus impositus est.

et insuper] Sic Hamb. Priorem tamen vocem *et* omittunt Vind. Berol. C. Trid. Port. I. Gr. καὶ πρόσγε.

participare] Sic Vind. *participari* Berol. C. Gr. μεταδοῦναι.

hos] Sic Vind. Berol. C. Hamb. *his* Trid. Port. I. Vulgo. Gr. τούτους.

dari] Sic Vind. Berol. C. *dare* Os. coniicit.

tantum] Sic Vind. Berol. *tn* C., lineola tamen superius iniecta, cui voci secunda manus puncta subiecit; supra lineam tamen secunda manus scripsit *tantum*. Gr. τοσοῦτον.

vero valere] *uo valere* Berol., sed priori voci puncta subiecta sunt. Berol. *n° valere*, quod tamen sec. m. correxit *u*, sed priori litterae punctum subiectum supra lineamque adscriptum est *o*. — C. *valere vero*. Gr. δὲ ἰσχύειν.

huiusmodi] Sic C. *husmodi* Vind. *huiusmodi fortuna liberi* Berol., sed secundae voci *fortuna* puncta subiecta sunt, quod delentis signum est.

non tamen] Sic Vind. Berol. *n tm* C., sed utrique voci circumflexi iniecti sunt. Gr. οὐ μήν.

provinciali] Sic Vind. Berol. *provintili* C.

eius] Sic Vind. Berol. *ei* C., sed secunda manus correxit, ut in cont.

antiqua] Sic Vind. C. *antiq* Berol.,

lucratus honorem, et ita gratias agens deo et imperio, quia migravit eum, ad meliora prioris tranquillitatis educens. Sitque etiam hoc additamentum imperialium praemiorum, quod neque publicum minuit, neque fortuna, neque consuetis ei functionibus privans curialem, et ei, qui hoc promeruit etiam praesentem addens fortunam, et ostendens honoratiorem, et aliis curialibus dignitate solummodo praecedentem.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo servare festinet, sciens, quia neque curiales minuimus, et honoratiores eos omnibus demonstravimus, ut sciant haec civitates per tua praecepta, quatenus **** imperium. *Dat. prid. Non. Iun. CP., imp. DN. Iust. PP. A. anno XII., Ioanne V. C. cons.* (538.)

sed ultimis litteris lineola superius imposita est. Gr. *ἐπὶ τῆς ἀρχαίας τύχης*.

migravit] Sic Vind. Berol. *migraverit* C. I. Gr. *μετέστησεν*.

prioris] Sic Vind. C. I. *priori* Berol. *priore* Vulgo.

tranquillitatis] Sic Vind. Berol. C. I. *tranquillitate* Vulgo. Manifesto interpres voces *ἐπὶ τὰ καλλίω* iam non ad superiora illa *μετέστησεν αὐτόν*, sed ad sequentia traduxit.

praemiorum] Sic Vind. Berol. *provinciorum* C., quod iam a prima manu subiecta lineola deletum est lineaeque inscriptum: *praemiorum*.

quod] Sic Berol. C., sed deest in Vind., ubi tamen a secunda manu adscriptum est.

consuetis ei] *publicis* I.

privans] *privares* Vind., sed sec. m. correxit, ut in cont. Gr. *ἀπαλλάττουσα*.

hoc] Sic Vind. C. I. Hamb. Trid. *haec* Port. *hanc* Vulgo.

promeruit] Sic Vind. Berol. C. I. *promeruerit* Vulgo.

ostendens] Sic Berol. C. *hostendens* Vind.

honoratiorem] *honorationem* Vind. *honoratioe* Berol., sed ultimis duabus litteris circumflexi impositi sunt. Gr. *σεμνότερον*.

dignitate] Sic Berol. C. *dignitatem* Vind., quod tamen Graecis non firmatur.

NOV. LXXII. EPIL. quae] *que* Vind.

servare festinet] *festinet servare* I.

quia neque] Sic Vind. Berol. *neque quia* C. Gr. *ὡς οὔτε*.

honoratiores] *honorationes* Berol., sed priori parti litterae *n* puncta subiecta sunt. Secunda autem manus scripsit: *honoratiores*. Gr. *σεμνοτέρους*.

haec] In Vind. siglum est, quo haec vox significatur.

per tua] Sic Vind. C. *perpetua* Berol. I. Gr. *διὰ κηρυγμάτων τῶν σῶν*.

quatenus] Sic Berol. C. I. *quatinus* Vind. Quam postea lacunam significavi, ea Vulgo sic expletur: *in iis curiales haec cognoscentes nostrum merito imperium laudent*, quae quidem in Vind. Berol. C. Hamb. Trid. Port. desiderantur. Manifesto interpres verba *τοὺς – εὐφημεῖν* in Graecis, quae transtulit, non reperit.

imperium] Sic Berol. *imperio* Vind. *imperio datur* I., deest in C., qui non habet, nisi *datur*, quod ex initio subscriptionis originem habuisse Os. observavit.

prid. Non. Iun.] *p·d Iunii Nono* Vind. *p·d9* Ambras. *prid.* Bamb. D. I. 1. *piu. non. Iun.* Neob. *Kalend. Iun.* Vulgo. In Pist. Berol. Bamb. D. II. 11. et I. subscriptio deest.

CP.] Sic Neob. *Cap.* Vind., sed lineola superius iniecta est. Deest in Ambras. et Bamb. D. I. 1. *Constant.* Vulgo.

imp.] *cp. imp.* Neob., sed circumflexis superius iniectis. Vind. Ambras. *ipr.*, sed lineola superius iniecta est.

DN.] *dono* Vind., sed supra lineam lineola iniecta est. Ambras. *donus*, sed prioribus duabus litteris lineola superius iniecta. Deest in Neob. *dnns* Bamb. D. I. 1., sed lineola superius imposita.

Iust.] Sic Vind. Neob. Ambras. *Iustiniani* Bamb. D. I. 1. Vulgo.

A.] Sic Neob. Vind. *aug.* Ambras. Bamb. D. I. 1.

anno] Sic Vind. *ann.* Neob., sed lineola superius iniecta est. Bamb. D. I. 1. Ambras. *an*, sed lineola superius iniecta.

Ioanne] *Iohe* Ambras. Bamb. D. I. 1., sed per litteram *h* mediam circumflexus iniectus est. Vind. *Iohi*, sed per litteram *h* mediam circumflexus traiectus est. Neob. *Ioh.*, sed per litteram *h* mediam circumflexo traiecto.

V. C.] Sic Vind. Ambras. *vic* Neob. Bamb. D. I. 1., sed lineo superius iniecta est.

cons.] *consule* Ambras. Bamb. D. I. 1. *cosl* Vind., sed supra litteram *o* lineola posita est.

LXXIII. GLOSS.

UT OMNES OBEDIANT IUDICIBUS PROVINCIARUM ET IN CRIMINALIBUS, ET IN PECUNIARIIS, ET IBI NEGOTIA EXAMINENTUR, NULLO EXCEPTO PER PRIVILEGIUM, NEC HUC CONVENTI DEDUCANTUR, NISI SACRA PRAGMATICA FORMA EXHIBERI QUEMPIAM IUSSERIT.

Idem Aug. Constantinopolitanis.

PRAEFATIO. Unam quidem esse omnium perfectissimam virtutem arbitrandum est hominibus, quae iura omnibus distribuit, haec est ex causa cognominata iustitia. Etenim unamquamque aliarum virtutum nisi subsequantur huius bona, fiet nihil horum, quae competent, itaque nec fortitudinem, quae non est cum iustitia, laudabimus, quum scilicet patria lingua fortitudinem in armis virtutem appellet solum, et si quis ab ea iustitiam subtrahat, delictorum occasio solummodo, non quorumdam bonorum fiet. Quam in nostris provinciis intuentes contemni, lege placenti deo eam corroborare et ad fortitudinem decentem deducere iu-

NOV. LXXIII. LXXIII.] deest in Vind. Berol., in quo ad marginem adscriptum *const. XVIIII.* In Berol. bis legitur, itaque secundae lectionis varietatem, ut in superiori, littera *C* notabo.

ut] *R/. ut* C.

et in] *et u in* C., sed litterae *c* puncta subiecta sunt.

et in pecuniariis] Sic Vind. Berol. *peccuniariis* C., sed supra litteram *p* secunda manus vocem *in* posuit. Quod Vulgo et in I. subiicitur *causis*, in Vind. Berol. deest, ideoque delendum fuit, quamquam in C. Hamb. Trid. Port. reperitur.

ibi] *ut* I.

huc] Sic Berol. C. *hic* I. *hc* Vind., sed lineola superius iniecta est.

conventi] Sic Vind. Berol. *coouenta* C., quod tamen sec. manus correxit, ut in cont. est.

deducantur] Sic Berol. C. *deducant* Vind.

sacra] deest in I.

exhiberi] Sic C. *exiberi* Vind. Berol.

quempiam] *q̄piam* Berol., sed priori litterae lineola iniecta est.

idem aug.] Sic Vind. Pist. Neob. *id. a.* C. Ambras., sed his vocibus lineolae impositae sunt. Berol. *impr. ā.* Vulgo *imp. Iustinianus aug.* I. *imperator Iustinianus ā.* Postea idem I. *Constantinopoli.*

NOV. LXXIII. PRAEF. haec] Sic Vind. *hoc* Berol. C.

iustitia] Sic Berol. C. *iustitiam* Vind.

unamquamque] Sic Vind. *unaquaeque* I. *unaquaque* C., sed secunda manus correxit, ut in cont. Berol. *unamque.* Gr. ἑκάστῃ.

subsequantur] Sic Vind. Berol. *subsequatur* C., sed supra litteram *a* secunda manus virgulam posuit. Pro *subs. huius* I. habet *huius subs.*

fiet] In Vind. C. subiicitur *et*, quod secunda manus delevit, nec sane Graecis firmatur.

competent] Sic Vind. Berol. I. *compet* C., sed secunda manus apposuit *nt*, supraque lineam lineolam adscripsit; ad marginem C. tamen adscriptum est a secunda manu: *competent.* Vulgo *competunt.*

nec] Sic Berol. C. *ne* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. οὐδέ.

quum] *cum* Vind.

scilicet] *silicet* C., sed supra priorem litteram *i* secunda manus litteram *c* posuit.

appellet] Sic Vind. Berol. C., sed supra lineam secunda manus scripsit *ant.*

subtrahat] Sic Vind. C. *subtraat* Berol.

delict.] *ad delict.* I.

occasio] Sic Vind. Berol. C. *occasionem* I., deest Vulgo. Gr. ἀφορμή.

non] Sic Vind. C. *m* Berol., lineola tamen superius iniecta, sed priori ductui punctum suppositum, qua re significatur, quod in cont. positum est. Gr. οὐ μήν.

quorumdam] Sic Berol. C. *coirumdam* Vind., sed prioribus tribus litteris puncta subiecta sunt. Correxit autem secunda manus ita, ut in cont.

fiet] Postea Vulgo et in I. est *occasio*, quod in Vind. Berol. C. desideratur, nec sane Graecis firmatur.

lege] *legem* Vind. C., sed secunda manus correxit, ut in cont. Vind. *legem.* Gr. νόμῳ.

placenti] Sic Berol. *placente* I. *placentem* Vind. Gr. θεραπεύοντι.

corroborare] *coroborare* Vind.

decentem] Sic Vind. C. *dedcentem* Berol., in quo quidem secundae litterae *d* punctum subiectum est.

dicavimus oportere. Plurimorum namque alii quidem litteras sacras, alii privilegia, alii pragmaticas formas, alii praecepta iudicum, quidam alias ex aliis adinvenientes occasiones sibi peragunt peccandi quidem in provinciis, et extra eas litigare simulant. Qui enim in quolibet loco male patitur, aut aliquid suorum amittit, aut de terminis terrae litigat aut de proprietate aut de possessione aut de hypotheca aut de alio quocunque, quomodo valebit in alio loco probationes horum, quae pertulit, exhibere? haec enim agentes ostendentesque potentiam solam et fortitudinem, ita iuste credentes talia machinantur, et haec homines perpetrant, tanquam perpetuam virtutem habituros se confidentes, et non respiciunt ad multa et decies millia exempla, quia sero tandem et in personis innumerabilibus ex potentibus vidimus potentes procedere, ex divitibus divites, in omne autem paene ex potentibus processerunt ina-

deducere] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. I. *reducere* C. Port. Vulgo. Graeca nihil decidunt.

iudicum] Sic Berol. *iudiicum* C., sed ultimae litterae *i* punctum subiectum est. Vind. *iudicium*, sed ultimae litterae *i* punctum subiectum est. Gr. προστάξεις ἀρχικάς.

ex aliis] deest in I.

peccandi] *licentiam pecc.* I.

quidem] Sic Berol. C. Hamb. Trid. *quidam ut* Vind. *quidam* Port. Gr. μέν.

provinciis] *provintiis* C..

et extra] Sic Vind. Berol. C. I. *sed* Vulgo. Interpres legisse videtur ἔξω τε.

litigare] Sic Berol. C. *litigari* Vind.

simulant] Sic Vind. I. *simulent* C. *simul et* Berol., sed ultimae syllabae *et* lineola superius imposita est. Vulgo *simulandi*.

aliquid] Sic Vind. Berol. I. *aliqui* C. *aliquod* Vulgo. Gr. ἤ τι.

amittit] Sic Vind. Berol. *ammittit* C.

litigat] Sic Berol. C. *litigata* Vind.

aut] Sic Berol. C. *u* Vind., sed puncto supra lineam iniecto.

hypotheca] *ypotheca* Berol. C. Vind., in quo quidem litterae *y* punctum impositum est.

proprietate] Sic Berol. C. *propria etate* Vind. Gr. δεσποτείας.

quomodo] *mo* Vind. Berol. C., sed lineola superius iniecta. In C. tamen ad marginem a secunda manu adiectum est *i com.*

alio loco] Sic Vind. C. *alioquo co* Berol., sed ultimae litterae circumflexus impositus est, quem quidem secunda manus delevit, quae eadem correxit *loco*. Gr. ἑτέρῳ τόπῳ.

exhibere] Sic Vind. C. *exibere* Berol.

haec] Sic Vind. C. *hoc* Berol. Gr. ταῦτα.

solam] Sic mei codd. *suam* Glossa, ubi notat Acc. *alias solam* et *alias suam*.

ita iuste] Sic Vind. C. I. *iuste ita* Berol. *non iusto* Vulgo, quod ex Graeco correctum. Pro οὐ δικαίῳ interpres manifesto legit οὕτω δικαίως.

haec] *hoc* I.

perpetuam virtutem] Sic Vind. Berol. *perpetua virtute* C. Gr. διηνεκῆ τὴν δύναμιν.

habituros] Sic Vind. Berol. *habitu uros* C.

multa] Sic Vind. Trid. *milia* Berol. Hamb. Port. I. C., in quo quidem secunda manus litteras *ia* delevit priorique litterae *i* litteram *u* imposuit. Vulgo *millia*. Gr. πολλά.

millia] Sic C. *milia* I. *milies* Vind. Berol. Gr. μυρία.

quia] Sic Vind. Berol. *q̃ḻ* C. Gr. ὅτιπερ.

in personis] Sic Vind. Berol. *nupsonis* C., sed secunda manus priores litteras *nu* delevit.

innumerabilibus] Sic Vind. Berol. C. *numerabilibus* Vulgo I., quod manifesto ex Graecis correctum est.

potentibus] Sic Berol. Vind., in quo quidem a secunda manu supra lineam adscriptum *in*. C. *inpotentibus*. I. *impotentibus*. Gr. ἐκ δυνατῶν.

vidimus] Sic Vind. Berol. C. I. *videmus* Vulgo. Gr. εἴδομεν.

ex] Sic Vind. Berol. I., qui non habent, quod Vulgo anteponitur *et*, uti nec C., ubi tamen est *ex in*. Caeterum in I. subiicitur *non*, id quod etiam in Vind. supra vocem *ex* a secunda manu scriptum est. Interpres καὶ illud, quod post vocem δυνατῶν est, non videtur agnovisse.

omne] Sic Vind. *in omni* C. *in oe* Berol., sed ultimis duabus litteris circumflexus impositus est. Manifesto interpres ἐπὶ πᾶν habere sibi visus est.

paene] Ante hanc vocem scriptum est Vulgo et in I. *aevum*, quod in Vind. Berol. C. desideratur, nec Graecis firmatur, glossaeque locum obtinet.

nes, ex divitibus autem pauperes, dum patrum iniustitia sobolem est secuta, et non cogitant neque reputant, quoniam, quod ipsi quasi pro se machinantur potestatibus utentes, hoc forsan contra eos, qui ex eis procreantur, agunt, non eadem potentia sequente sobolem, quae illos.

CAP. I. Haec considerantes praesentem ponere legem existimavimus oportere. Et praecipimus omnibus in provincias iudicibus, quicunque nostris obediunt sceptris in universa ditione, et quae ascendentem videt et quae occidentem solem et quae ex utroque est latere, ut unusquisque, in qua provincia delinquit, aut in qua pecuniarum aut criminum reus fit, sive de terra et de terminis, sive de proprietate, sive de possessione aut hypotheca, vel de qualibet alia occasione, illic etiam iuri subiaceat (hoc enim apud praecedentes legislatores varie quidem, tamen dictum est, licet non pure, et sicut nos illud consideravimus), et ultra terminos litigare non quaerat. §. 1. Sive enim magna delicta

iniustitia] *iniustitiam* I.
sobolem] *soboles* I.
secuta] Sic Vind. Berol. *consecuta* C., sed priori syllabae *con* puncta subiecta sunt.
quasi pro se] *pro se quasi* C. *quasi per se* Vind. Berol. I. Vulgo. Alteram praepositionem praeferendam duxi. Sic enim Graeca ὑπὲρ ἑαυτῶν.
machinantur] Sic Vind. Berol. *machinatur* C., sed secundae litterae *a* secunda manus virgulam imposuit. Gr. μηχανῶνται.
hoc] Sic Vind. Berol. *haec* C. Gr. τοῦτο.
ex eis] Sic Vind. C. *pro eis* Berol., sed secunda manus litteras *pro* delevit, lineaeque imposuit *ex*. Gr. ἐξ αὐτῶν.
illos] Postea Vulgo et in I. est *sequitur*, quod quamquam Os. auctore in Trid. Port. est, in Vind. tamen Berol. C. Hamb. non est, nec sane Graecis firmatur, ideoque omittendum visum est.
NOV. LXXIII. CAP. I. PR. haec] Sic Berol. C. *hec* Vind.
existimavimus] Sic Berol. *estimavimus* Vind. C. *extimavimus* I.
praecipimus] Sic Vind. *praecepimus* Berol. C., in quo quidem sec. m. corr., ut in cont. Gr. προαγορεύομεν.
provincias] Sic Berol. C. Vind. *provinciis* Vulgo.
quicunque] Sic Berol. C. *et quicunque* Vind., quod tamen Graecis non firmatur.
nostris] In Berol. subiicitur *iudicibus*, quod in Vind. C. non est, nec sane Graecis firmatur.
sceptris] Sic Vind. Berol. *septris* C., sed supra litteram *e* secunda manus litteram *c* posuit.
in universa] Sic Vind. Berol. *universa* C., sed supra litteram *u* secunda manus posuit praepositionem *in*. Gr. ἐπὶ τῆς — πάσης.
et quae asc.] *quae asc.* C. *quae et asc.* Berol. Gr. τῆς τε.
occidentem] *descendentem* I.
solem] Sic Vind. Berol. C., in quo quidem ultimae duae litterae a secunda manu scriptae sunt. Gr. ἥλιον.
est latere] Sic Vind. *latere est* I. Priorem vocem omittunt Berol. C., in utroque tamen sec. m. supra lineam apposuit *est*.
ut] Sic Berol. C. I. *et* Vind. Gr. ὥστε.
unusquisque] Sic Berol. C. *unus quis* Vind., sed secunda manus in linea correxit, ut in cont. Gr. ἕκαστον.
delinquit] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. I. *deliquit* C. Port. Vulgo. Gr. πλημμελεῖ.
fit] *sit* I.
de possessione] Sic Vind. Berol. Priorem tamen vocem C. omisit. Gr. περὶ νομῆς.
hypotheca] *ypotheca* Vind. C. I.
de qualibet] Sic Vind. Berol. In C. I. prior vox omissa est. Gr. περὶ ἑτέρας.
iuri] Sic Vind. C., sed secunda manus correxit *iure*. Berol. *iure*.
enim] deest in I.
praecedentes legislatores] Sic Vind. Berol. C. I. *legislatores praecedentes* Vulgo. Gr. τοῖς πρὸ ἡμῶν νομοθέταις.
tamen dictum] Sic Vind. Berol. I. *dictum* C., quod etiam Vulgo est. Gr. εἰρημένον δὲ ὅμως.
et sicut] Sic Vind. *et sicuti* Berol. *set sic* C., sed litterae *c* lineola superius imposita est. Gr. καὶ ὡς.
et ultra] Sic Berol. C. I. *ut ultra* Vind., quod etiam Vulgo est.
non quaerat] Sic Vind., in quo quidem ultimae litterae circumflexus impositus est, quo deleto, secunda manus supra lineam posuit: *his nequeant*. C. *non querat*. Gr. ζητεῖν.

NOV. LXXIII. CAP. I. §. 1. magna] Sic Berol. C. *mag* Vind., sed linea superius imposita. Sec. manus correxit, ut in cont. Gr. μεγάλα.

sint, sive contractus consistunt, oportet omnibus modis super eis et conventionem esse et scripturam, si opus fuerit, et examinationem provincialem propter facilem probationem; sive in parvo quispiam similiter delinquat, sive maius adhuc peccatum fiat, quale est, si nec in parvis iure potiatur, sed exspectet venire in extraneae terrae provinciam, ibique eum convenire et de talibus litigare, quem neque praesentem, neque in provincia forsan, propter virtutem illius aut propter infirmitatem suam, convenire poterat competenter. Quid enim erit durius, quam laesum forsan circa sublationem bovis aut equi aut iumentorum alicuius aut pecudum aut (ut exiguum dicamus) domesticae gallinae, hunc cogi non, in qua aufertur provincia litigare, sed alibi currere, et ibi probationes horum, quae pertulit, exigi, et aut plures expensas pati, quam rei aestimationem, aut inopiam ingemiscentem ferre? Hinc nobis mul-

consistunt] Sic Vind. Berol. C. *consistant* I. Vulgo, Gr. καθέστηκε.
oportet omnibus modis] Sic Berol. C. *omnibus modis oportet* Vind. Gr. χρὴ πᾶσι τρόποις. Quod post vocem *modis* in C. subiicitur *et*, in Vind. Berol. desideratur, nec Graecis firmatur.
eis] Sic Vind. Berol. *his* C. Verba *super eis et* desunt in I. Gr. ἐπ' αὐτοῖς.
et conventionem] Sic Vind. Berol. *conventionem* C. *et conventiones* Vulgo. Gr. καὶ παραγγελίαν.
fuerit] *fueri* I.
sive in parvo] *sive quidem in parvo* Port., quod reliqui fontes non agnoscunt nec Graeca firmant.
sive maius] Sic Vind. Berol. I. C. Hamb. Trid. Port. Prior vox Vulgo deest. In Graecis videtur fuisse εἴτε μεῖζον.
adhuc] deest in I.
in parvis] Sic Vind. C. *paru* Berol., sed secunda manus adscripsit ad finem *is*, sed supra lineam sec. manus scripsit *is*. Gr. ἐπὶ τοῖς βραχέσι.
potiatur] Sic Vind. *patiatur* Berol. C., in quibus tamen correctum, ut in cont. Gr. ἀπολαύσειεν.
quem] Sic Berol. C.; in Berol. tamen supra lineam scriptum est *at. q*, lineola inferius traiecta. In Vind. est *q*, sed inferius lineola traiecta circumflexusque superius impositus est. Gr. ὅν.
provincia] Sic Vind. C. *provinciam* Berol. Gr. ἐπὶ τῆς χώρας.
forsan] Sic Vind. C., deest in Berol., sed supra lineam scriptum, ut in cont. Gr. ἴσως.
propter infirmitatem] Sic C. In Vind. Berol. I. prior vox non est, ut nec Vulgo adest. Gr. διὰ τὴν ἀσθένειαν.
poterat] Sic Berol. *potat* Vind., sed lineola superius iniecta est. In C. est *poterat*, sed sec. manus correxit *poterit*.
competenter] Sic Vind. C. *competentem* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. προσηκόντως.

laesum forsan] Sic Vind. Berol. I. *laesum forsan et* C. Gr. τὸν ἀδικηθέντα τυχόν.
bovis] Sic Berol. C. *aut bovis* Vind. Gr. βοός.
equi] Sic Berol. C. *equis* Vind., sed litterae ultimae punctum subiectum est. Ad marginem Vind. tamen a secunda manu adscriptum est *ut. vacce*. Gr. ἢ ἵππου.
pecudum] Sic Vind. C. *peccudum* Berol.
aut ut] *aut* I.
domesticae] *domestica* C., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. κατοικιδίας.
gallinae] Sic Berol. *galinan* Vind. C. In C. tamen sec. manus scripsit *gallinae*. Gr. ὄρνιθος.
hunc] Sic Berol. C. *hc* Vind., sed lineola superius imposita. Gr. τοῦτον.
provincia litigare] Sic Vind. C. *provinciare* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. est. Gr. χώραν δικάζεσθαι. Caeterum I. *prov. aufertur litigare*.
sed alibi] Sic Berol. C. *sed et alibi* Vind. Gr. ἀλλ' ἀλλαχόσε.
illic] *ilic* Vind. *ibi* Berol. Gr. κἀκεῖσε.
exigi et] Sic Berol. C. *exiget* Vind., sed tres ultimae litterae punctis subiectis notatae sunt, secundaque manus litterae *g* imposuit litteram *i*. Gr. ἀπαιτεῖσθαι καί.
aut plures] Sic Berol. C. Vind., in quo quidem secunda manus voci *aut* imposuit vocem *et*. Gr. ἢ πολλαπλασίαν.
aestimationem] *estimatiom* Vind., sed ultimae litterae lineola superius iniecta est. C. *estimatio*. Berol. *extimatio ē*. Vulgo *aestimatio est*. I. *extimatio est*, quod sane cum Graecis non satis consentit.
aut inopiam] Sic Vind. Berol. *atque inopiam* C. Gr. ἢ τὴν ἀπορίαν.
ingemiscentem] Sic Vind. *ingemescentem* Berol. C.

titudo plurima est interpellantium quotidie, et crebro in talibus causis inquietamur parvarum gratia occasionum, et ipsi multas sustinentes importunitates et videntes plurimam quidem multitudinem virorum, plurimamque mulierum ex propriis locis agitatas et ad hanc venientes felicissimam civitatem, quorum plurimi etiam mendicantes et afflicti hoc agunt, interdum quoque hic moriuntur.

CAP. II. Si igitur fuerint ambo in provincia et actor et reus, nequaquam ad aliam provinciam causa trahatur, neque ad hanc felicissimam civitatem, neque ex privilegio cuiuspiam neque ex iussione, sed illic decidatur. Si vero alter quidem adest, alter autem abest; qui vero praesens est ex domo absentis iniustitiam patiatur, conveniatur omnibus modis ipse, qui iniustitiam egit, sive curator sive conductor sive quicunque sit eius, et liceat ei secundum provinciae spatium et secundum legem communem antiquitus positam inducias accipientem nuntiare, quae de his gesta sunt illi, ad quem causa refertur. §. 1. Sed si quidem vicina provincia est, in qua hoc agitur, una aut duabus mansionibus in medio provinciarum constitutis, quatuor ei mensium dare inducias, si vero maius sit spatium, sex. Si vero ex Palaestina forsan aut ex Aegypto aut ex gentium longinquarum, menses octo ad hoc sufficient. Si vero ex hesperiis gentibus aut septentrionalibus aut in Libya, tunc,

quotidie] *cotidie* Vind. Berol. C. I.
importunitates] Sic Vind. C. *inportunitates* Berol.
et videntes] Sic Vind. Berol. C. I. Prior vox *et* Vulgo non est. Gr. ὁρῶντές τε.
plurimamque] Sic Vind. Berol. C. I., in quo quidem secunda manus scripsit *plurimarumque*. Vulgo *plurimam vero*. Interpres videtur habuisse πολύ τε.
ad hanc] Sic Vind. Berol. *hanc* C., sed supra lineam secunda manus scripsit *ad*. Gr. εἰς ταύτην.
hoc] Sic Hamb. Trid. Vind., deest in Berol., sed sec. manus supra lineam scripsit *hoc*. Vulgo I. *hic*, quod etiam apud Portam est. Gr. ἐνταῦθα.
interdum] Sic Vind. Berol. *et interdum* C. I.
quoque] Sic Vind. Berol. *etiam* C., sed secunda manus supra lineam scripsit *quoque*.

NOV. LXXIII. CAP. II. PR. si igitur] Ad marginem Berol. adscriptum est *de praesentibus reis*.
provincia] Sic Berol. *provinciam* Vind. C. Gr. τῇ χώρᾳ.
reus] Sic Berol. C. *actor* Vind., quo deleto secunda manus lineae inscripsit *actor*. Gr. ὅ τε ἐναγόμενος.
ad aliam] Haec et quae sequuntur usque ad voces *alter autem*, in Berol. a secunda manu scripta sunt.
vero alter] In hanc vocem C. desinit; sunt autem postea aliquot folia excisa.
alter autem abest] *alter uo abest abe* Berol., sed prioribus litteris *uo* lineola superius imposita est, vocique *abest* puncta subiecta sunt.
qui vero] *qui non* Vind., sed secunda manus ultimam vocem delevit lineaeque imposuit *vero*. Gr. δέ.
absentis] Sic Berol. *abscentes* Vind., sed secunda manus correxit *abscentis*. Gr. τοῦ μὴ παρόντος. Ad marg. Berol. *de absentibus reis*.
et liceat] Sic Vind. Berol. I. *sed liceat* Vulgo. Interpres videtur habuisse ἐξέστω τε.
accipientem] *accipiente* I.
quae] Sic Berol. *quae et* Vind., quod Graecis non firmatur.
quem] Sic Berol. In Vind. est *qm*, cui voci circumflexus iniectus est. Hac re vox *quam* designari solet. Gr. πρὸς ὅν.

NOV. LXXIII. CAP. II. §. 1. vicina] *in vicina* I.
una] Sic Berol., deest in Vind., in quo quidem secunda manus supra lineam posuit *et una*. In Graeco nihil est, nisi illud μιᾶς.
dare] Sic Vind. Berol. I. *dari* Vulgo.
sit spatium] Sic Vind. *spatium sit* Berol. Gr. εἴη διάστημα.
Aegypto] *Egypto* Vind. Berol. *Egipto* I.
ex] *facto* I.
gentium] Ante Vulgo est *spatio*, quod in Vind. Berol. I. deest, nec sane Graecis firmatur.
in Libya] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. *e Libya* Port. Vulgo. *in Libia* I. Gr. ἐπὶ Λιβύης.

quod etiam praecedentibus legislatoribus sufficiens visum esse, tempus determinatum, hoc est novem mensium, ut ille, si quidem ipsi nuntianti credit, litem illi eam committat; si vero aliud aliquid de illo sapit, alium dirigat suscepturum modis omnibus actionem, et completurum omnino, quae decernenda sunt, nisi appellatio fuerit subsecuta, sive in maiori sive in minori causa. Si autem ille quidem nuntiet, ille vero non ordinet et statutum transeat tempus, tanquam firme agentem eum qui conventus est, et pro absente persona, etiam invitum praesentet negotii iudex apud suum tribunal et causam examinans praesente eo, qui conventionem suscepit, condemnet etiam eum, in quo obnoxius apparuerit, insuper et illum, post huiusmodi admonitionem mittere in provinciam non volentem, si tamen omnino obnoxius apparuerit. Et si quidem locuples sit, ipse exigatur; quae decreta sunt, si vero minus sit, quod habet, aut non sufficiat in ista condemnatione, tunc et de absentis rebus compleatur victori damnum huiusmodi.

CAP. III. Si vero neque ipse apparuerit, qui dominum litis praesentare iussus, aut qui pro eo legitime cogatur, tunc vocetur quidem

quod etiam] Sic Vind. *etiam quod* Berol. *quidem etiam* I. Gr. ὁ καί.

visum] Postea Vulgo et in Berol. I. est *est*, quod in Vind. deest, nec Graecis firmatur.

determinatum] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *determinetur* Vulgo. Non dubito interpretem habuisse ὁρισθείς. De hoc loco dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung. Juni 1842. Num. 135. p. 563.

ut ille] *utile* Vind. Berol. I., quod facile corrigitur ex Graeco ὥστε ἐκεῖνον. In Hamb. Trid. Port. est *utile et*, quod Graecis non firmatur.

si] *et si* I.

credit] Sic Vind. Berol. I., in quo quidem secundae syllabae impositum est *di*. Vulgo *credat*. Gr. πιστεύει.

aliud aliquid] Sic Vind. Berol. *aliquid aliud* Vulgo. Gr. ἀλλοιότερόν τι.

de illo sapit] *illos ap* Vind., in quo quidem ultimae litterae lineola imposita est. Berol. *illo sap*, ut tamen ultimae litterae circumflexus impositus sit, quem quidem iam prima manus delevit, secunda autem manus ultimae litterae imposuit litteras *it*. Gr. πρὸς ἐκεῖνον φρονεῖ.

decernenda] Sic Vind. *discernenda* I. Vulgo. Gr. ψηφιζόμενα.

fuerit] *sit* I.

sunt] Sic Berol. Vind., in quo quidem iam prima manus correxit *sint*.

maiori] Sic Vind. Berol. I. *maiore* Vulgo.

minori] Sic Vind. Berol. I. *minore* Vulgo.

si] Sic Vind. *sin* Berol.

absente] Sic Berol. *abecente* Vind.

praesentet] Sic Berol. Hamb. *praesente* Vind., ubi secunda manus correxit, ut in cont. Vulgo I. *repraesentet*, quod etiam in Trid. Port. est.

obnoxius] Sic Vind. Berol., in quo quidem adiicitur *omo*, cui tamen voci puncta subiecta sunt.

insuper et] Sic Vind. Berol. *et insuper* I. Ultima vox *et* Vulgo deest. Interpres videtur legisse πρός γε καί.

admonitionem] *ammonitionem* Berol. *amonitiom* Vind., sed ultimae voci linea imposita est.

omnino obn.] *obn. omnino* I.

locuples] Sic Vind. *locuplex* Berol. I.

ipse] *ipse quidem* I.

decreta] Sic Vind. *deceta* Berol.; ultimae autem voci circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit; caeterum secunda manus correxit, ut in cont. Gr. τὰ ἐκ τῆς ψήφου.

habet] Sic Vind. *hat* Berol., in quo quidem supra lineam lineola imposita est. I. *habeat*.

aut non] Sic Berol. Hamb. Trid. I. *ut non* Vind. Port. Vulgo. Interpres videtur in Graecis habuisse ἢ μή.

NOV. LXXIII. CAP. III. PR. qui] Sic Berol. *quid* Vind., sed prima manus ultimae litterae punctum subiecit. Gr. ὁ.

dominum] *dnm* Vind., sed lineola superius iniecta. Berol. *dm*, sed lineola superius inscripta, quod quidem sec. manus supra lineam scripsit; *dum* Berol., sed lineola superius inscripta. Gr. τὸν κύριον.

iussus] Postea Vulgo et in I. est: *est*, quod in Vind. Berol. desideratur, estque a secunda manu lineae impositum. Nec sane Graecis firmatur.

legitime] Sic Vind., in quo quidem syllaba *gi* a secunda manu scripta est. *legitimae* Berol. Gr. νομίμως.

cogatur] Sic I. *cogantur* Vind. Berol. *agat* Vulgo.

legitima voce, non autem obediens condemnetur et absens secundum schema, quod appellatur eremodicium, id est desertae causae. Nam qui per contumaciam deserit, in nullo minor praesente putabitur. Si vero ille quidem forsan advenerit aut miserit quempiam, accusator autem desit, tunc et absolvere eum et damna eius mederi calumniatorem cogat. Sic erunt temperatiores, sic peccare cessabunt, sic non putabunt potentiam divitiarum iustitiae praevalere. §. 1. Nec latet nos, quia forsan neque hoc sufficiet ad perfectissimam causae medelam, quum iudicantes potentioribus magis, quam iustiora volentibus et ad provincias venientibus praestent. Sed tamen novimus plurima iniustitiarum curata ab hac legislatione, magis autem, quantum ad nos est, totum erit sanatum. Namque non aliter tradimus cingula, nisi prius iusiurandum subierint haec accipientes, iuste omnibus iudicare et puras servare manus; non puto post praesentem legem altero quolibet egebimus augmento, si illi quidem iuste iudicent, ad legem simul et iusiurandum respicientes.

CAP. IV. Abripiat autem nullus provincialibus cingulis violentos, nullo utens privilegio aut potestate aut forma, nisi forte sacra nostra pragmatica forma occasione publicae causae procedens exhibitum hic

obediens] Sic Vind. *conveniens* Berol., sed supra lineam secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ὑπακούων.

absens] *abscens* Vind. Berol.

schema] *scema* I.

eremodicium] *heremodicium* Vind. Berol. *hermodicium* I.

id est desertae causae] Sic Vind. *id est deserte causae* Berol., quod Vulgo non male uncis inclusum est, cum glossae significationem habere videatur.

quidem] Sic Berol., deest in Vind., in quo quidem a secunda manu in linea adscriptum est. Gr. μέν. Post verba *quidem forsan* I. subiicit *ille*.

quempiam] Sic Berol. *quemquam* Vind. I.

calumniatorem] Sic Vind. *calupniatorem* Berol.

sic] Vulgo postea est *enim*, quod in Vind. Berol. I. deest. Caeterum litterae *ic* in Berol. a secunda manu scriptae sunt.

peccare] Sic Vind. *pectare* Berol.

putabunt] Gloss. adnotavit: *alias putabunt, et alias putabitur.*

potentiam] *potentias* Berol. *potentiarum* Vind., in quo quidem sec. m. correxit, ut in cont. Gloss. adnotavit: *alias potentiam, et alias potentia.* Nisi fallor, interpres legit δύνασθαι τοῦ πλουτεῖν.

NOV. LXXIII. CAP. III. §. 1. neque hoc] Sic Vind. Berol. *nec* Vulgo. *neque* I. Gr. οὐδὲ τοῦτο.

sufficiet] Sic Vind. Berol. I. *sufficiat* Vulgo. Quod Vulgo et in I. subiicitur *hoc*, neque Vind. neque Berol. exhibent, neque in Graecis habet, cui rei conveniat.

medelam] Sic Vind. *tutelam* Berol. Gr. θεραπείαν.

quum] Sic Berol. *cum* Vind.

iustiora] *iustitiam* I.

plur. iniust.] *iniust. plur.* I.

legislatione] Sic Vind. *legis ratione* Berol. Gr. τῇ νομοθεσίᾳ ταύτῃ.

sanatum] Sic Berol. *si natum* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. τεθεραπευμένον.

namque] Sic Berol. *nam qui* Vind. *nam* I. Gr. γάρ.

tradimus] Sic Berol. Vind., sed secunda manus lineae imposuit syllabam *di*, quam secunda manus delevit. Gr. παραδιδόντες.

iuste] Sic Vind. *veste* Berol., sed supra primam syllabam scriptum est *iu*. Gr. τὸ δίκαιον.

puto] Sic Vind. Berol. Port. *ut puto* Hamb. Trid., quod tamen Graecis non firmatur.

quolibet] Sic Berol. *equolibet* Vind.

egebimus] Sic Vind. *legimus* Berol., sed sec. m. correxit, ut in cont. Gr. δεησόμεθα.

ad] *etiam ad* I.

NOV. LXXIII. CAP. IV. PR. abripiat] Sic Berol. *arripiat* Vind. I. Ad marg. Berol. adscriptum est: *de fori praescriptione tollenda.* Gr. ἐξαρπάσει.

cingulis] *cingulos* I.

violentos] Sic Berol. *violentus* Vind., sed sec. m. correxit, ut in cont. Gr. τοὺς ἀδικοῦντας.

nullo] Sic Vind., deest in Berol., sed secunda manus supra lineam hanc vocem adscripsit. Gr. οὐδεμιᾷ.

sacra] Sic Vind. *aut sacra* Berol., sed priori litterae puncta a secunda manu subiecta sunt. Gr. θεῖος.

procedens] Sic Berol. Hamb. Trid. Port. *praecedens* Vind. Gr. προελθών.

quempiam fieri praecipiat, aut hoc lege fiat, quale est super appellationibus, licet etiam hoc ex multa parte curavimus, plurimos maiorum iudicum in provinciis appellationum constituentes, ut apud illos magis appellatio, quando non de maximo negotio fuerit quaestio, quam in hac examinetur maxima civitate. §. 1. Hanc dicentes iustitiae legem, adhuc potius faciemus eam iustiorem, si nulli permittamus habere contra eam quaedam privilegia, neque excipi ab hac lege quolibet privilegio, nec si cuilibet sanctarum ecclesiarum largitum est aut alicui venerabilium xenodochiorum aut aliis reverendissimis domibus aut cuilibet ipsarum imperialium domuum aut sacro patrimonio aut sacris privatis, quae merito post supernum honorem secundo loco sunt posita, nec si aliquibus iudicibus aut in potentatu positis aut omnino sub nos constitutis hominibus, sed omnes obediant legi, et succumbentes iustitiae sanctioni honorent eam et per omnia habeant fortem, non solum in semet ipsos respicientes, sed etiam in futuras successiones, et scientes, quia nihil paene in semet ipso manet, sed curret natura semper multas evolvens mutationes, quas neque providere facile est, neque praedicere, deo solummodo et imperatore sequente deum haec gubernare mediocriter et mansuete valente. §. 2. Si vero

quempiam] Sic Berol. *quepiam* Vind. Gr. τινά.
fieri] Sic Vind. *inferri* Berol. Vulgo. *inferre* I. Gr. γενέσθαι.
hoc] Sic Berol. Vind., in quo a secunda manu scriptum est. Deest Vulgo et in I.
lege] Sic Vind., deest in Berol. *ex lege* Vulgo I. Gr. ὁ νόμος. Quod Vulgo postea est *hoc*, in Vind. I. deest.
fiat] Sic Vind. I. *faciat* Berol., quod etiam Vulgo est.
etiam hoc] Sic Vind. *hoc etiam* Berol. Gr. καὶ τοῦτο.
curavimus] *curaverimus* I.
plurimos] Sic Vind. *plurimis* Berol. Gr. πολλούς.
ut] Sic Berol., deest in Vind. Gr. ἵνα.
appellatio] *a populo* I.
non] Sic Berol. *inō* Vind., sed priori litterae punctum subiectum est. Gr. μή.
examinetur] Sic Berol. *examinet* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἀγωνίζοιτο.

NOV. LXXIII. CAP. IV. §. 1. dicentes] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *dicantes* Vulgo.
iustitiae] *iusticie* Vind., sed littera *u* a secunda manu scripta est. Berol. *iustitiam*, sed sec. m. litterae *m* puncta supposuit supra lineamque scripsit *e*. Gr. δικαιοσύνη.
iustiorem] Sic Vind. *iustiores* Berol. Gr. δικαιότερον.
quaedam] In Berol. hoc bis scriptum, sed prima vice deletum est.
largitum est] Sic Vind. *largitum sit* Berol. I., quod etiam Vulgo est. Gr. πεφιλοτίμηται.
xenodochiorum] *xenodochorum* Vind. Berol. Gr. ξενώνων.
reverendissimis] Sic Vind. Hamb. *reverentissimis* I. *venerabilibus* Berol. Trid. Port.
cuilibet] Quod Vulgo et in I. antea est *alii*, in Vind. Berol. desideratur, nec sane Graecis firmatur.
imperialium domuum] Sic Vind. Berol. I. *domuum imperialium* Vulgo. Gr. τῆς βασιλείας οἴκων.
nec si] Sic Berol. *nec* Vind., sed a secunda manu lineae vox *si* imposita est. Gr. μήτε εἰ.
potentatu] Sic Berol. Vind., in quo quidem litterae *o* lineola super. imposita est.
omnes obediant] Sic Vind. I. *nos obediant* Berol., sed secunda manus supra vocem *nos*, quam delet, imponit vocem *omnes*. Vulgo *obediant omnes*. Gr. ἅπαντες ὑπακούοιεν.
succumbentes] Sic Berol. *subcumbentes* Vind.
habeant] Sic Vind. *habent* Berol. Gr. ἄγοιεν.
fortem] Sic Vind. Berol. *sortem* Hamb. Trid. Port. I. Gr. ἰσχυρόν.
paene] Sic Berol. *pene* Vind.
semet ipso] *semetipsos* I.
manet] *manebit* I.
curret] Sic Vind. *curet* Berol. *currit* Vulgo. *cum* I.
quas] Sic Vind., deest in Berol., sed supra lineam secunda manus scripsit *quas*. Gr. ἅς.
providere] Sic Vind. Berol. *praevidere* Vulgo. *previdere* I. Gr. προειδέσθαι.
deo solummodo] Sic Vind. Berol. *solummodo deo* I. Vulgo. Gr. θεοῦ μόνου.
haec] *hoc* I.

NOV. LXXIII. CAP. IV. §. 1. si vero] Ad marg. Berol. adscriptum est: *de his, quibus fori praescriptio negatur.*

quisquam utatur aliquibus sacris formis, sive pragmaticis sive aliis, de tali quodam sibi largitis, erunt omnino infirmae, iudicibus maximam solventibus poenam, si omnino susceperint. Et non hoc, quod fit, solum medebuntur, sed et quod faciendum est. Etenim si posthaec tale aliquid impetretur ab aliquibus nostrorum subiectorum aut ab alio quolibet, quibus prius interdiximus, inter quos complectimur, sicut dictum est, ecclesias et venerabilia monasteria et sacras nostras domos et sacra privata et sacrum patrimonium, neque hoc omnino valebit. Erit autem lex haec ubique suam iuste extendens virtutem, et simul quidem futura caute constituens, simul autem, quod praeteriit, curans. §. 3. Scitote igitur omnes subiecti, quos deus in nostris progenitoribus et nobis donavit, quoniam hanc vobis damus legislationem, omnem vobis cautelam conferentes, et neque itinere fatigabimini longiore, neque adversus maximos lacrimabitis, neque nos culpabitis, tanquam haec non corrigentes, sed unusquisque de proximo respiciens poenam, in quibus forte damnificabitur aut laedetur, et hanc curam videns, magnum et bonum laudabit deum, qui haec nos sancire bene et iuste illuminavit. Sit ergo poena talia committentibus aut suscipientibus iudicibus et cinguli casus et decem librarum auri damnum.

EPILOGUS. Gloriosissimi igitur praefecti sacrorum nostrorum praetoriorum, qui per omnem subiectam terram consistunt, legem hanc

quisquam] Sic Vind. Berol. Hamb. Port. *quispiam* Trid.

de tali] *tali* I.

quodam] Sic Vind. Berol. Hamb. *quodammodo* Vulgo Port. *modo quodam* I. Trid. Gr. τοιούτου τινός.

largitis] Sic Vind. *largitatis* Berol., sed sec. m. correxit, ut in cont. Gr. πεποϱισμένους.

infirmae] Sic Berol. *infirmi* Vind., sed secunda manus correxit *infirme*, quod sane etiam Graeca requirunt.

hoc] Sic Vind. Berol. I. *huic* Vulgo. Accusativum sane casum vel Graeca requirunt.

solum] Sic Vind. Berol. *solummodo* I. Vulgo. Gr. μόνον.

medebuntur] Sic Vind. Berol. Hamb. I. *meditabuntur* Port. Trid. Pro θεραπεύομεν interpres videtur habuisse θεραπεύσουσι.

sed et] Sic Vind., deest in Berol. *sed* I. Gr. καὶ τὸ ἐσόμενον.

quod] Quod Vulgo et in I. postea est *etiam*, in Vind. Berol. desideratur, nec sane Graecis firmatur.

si] Sic Vind., deest in Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est. Gr. εἰ.

posthaec] Sic Berol. *posthec* Vind. *posthac* Vulgo. *posthoc* I. Gr. μετὰ ταῦτα.

interdiximus] *interdicimus* I.

complectimur] Sic Berol. *conclimur* Vind. Gr. πεϱιλαμβάνομεν.

lex haec] Sic Vind. Berol. *haec lex* I. Vulgo. Gr. ὁ νόμος οὗτος.

iuste] Sic Berol., deest in Vind. Gr. δικαίως.

extendens] Sic Berol. *ostendens* Vind. Gr. ἐκτείνων.

NOV. LXXIII. CAP. IV. §. 3. in nostris] Sic Vind. Berol. I. *nostris* Vulgo. An interpres legit ἐν τοῖς pro τοῖς τε?

et vobis] Sic Vind. Berol. I. *et nobis* Vulgo. Gr. ὑμῖν.

itinere] *in itinere* I.

lacrimabitis] *lachrymabitis* I.

haec] *hoc* I.

unusquisque] Sic Berol. *unusquis* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἕκαστος.

damnificabitur] Sic Vind. Berol. Hamb. s. *dapnificabitur* Berol., ut tamen priori litterae *a* lineola superius imposita sit. Trid. Port. I. *damnificatur*, quod etiam Vulgo est. Gr. ζημιωθείη.

aut] Sic Berol. *atque* I. Vind., quod etiam Vulgo est. Gr. ἤ.

laedetur] Sic Hamb. *laeditur* Berol. Vind. Trid. Port. I. Gr. βλαβείη.

curam] Sic Vind. *ca curam* Berol., sed priori voci circumflexus impositus est, secundaque manus puncta subiecit.

haec] *hoc* I.

illuminavit] *illuminabit* Vind. Berol. Gr. ἐλλάμψαντα.

poena] *haec pena* I.

cinguli casus] *casus cinguli* I.

et decem] Sic Berol. *decem* Vind. Gr. καὶ δέκα.

NOV. LXXIII. EPIL. praefecti] Sic Berol. *praefectis* Vind. Gr. ὕπαϱχοι.

sacrorum nostrorum] Sic Berol. *nostrorum sacrorum* Vind. Vulgo. *sacrorum* I. Gr. τῶν ἱεϱῶν ἡμῶν.

cognoscentes proponant et per dioeceses sub se constitutas et in omni Italia et Libya et insulis et Oriente, et quodcunque in Illyrico est, et scient omnes, quomodo eorum curam habemus, deo, qui tanta nobis contulit, offerentes legem, qui magnam nobis pro eis repensationem dabit, dum talia pro causa subiectorum salutis sanciverimus. *Proponatur Constantinopolitanis civibus nostris. Dat. Kal. Iun. CP. imp. Iustiniani PP. A. anno XII. Ioanne V. C. cons.* (538.)

LXXIV. GLOSS.

QUIBUS MODIS NATURALES FILII LEGITIMI EFFICIUNTUR ET SUI SUPRA ILLOS MODOS, QUI SUPERIORIBUS CONSTITUTIONIBUS CONTINENTUR.

Idem aug. Ioanni p. p. secundo, exconsuli et patricio.

PRAEFATIO. Recte dictum est a praecessoribus nostris, et ante omnes a Iuliano sapientissimo, quia nulla lex neque senatusconsultum prolatum in republica Romanorum videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum, sed multa indigere correctione, ut ad naturae varietatem et eius machinationes sufficiat. Igitur de his, qui ex naturalibus

proponant] Sic Berol. *preponant* Vind. Gr. προθήσουσιν.
dioeceses] *diocesis* Vind. *diocesis* Berol. *dioceseos* I.
Libya] *Libia* Vind. Berol. I., ubi tamen praecedens *et* omissum est.
Illyrico] *Illirico* Vind. Berol. I.
et scient] Sic Berol. Trid. I. *et sciant* Vind. Hamb. *ut sciant* Port. Vulgo. Gr. καὶ εἴσονται.
contulit] *optulit* I.
magnam] Sic Berol. *mag* Berol., in quo ultimae litterae circumflexus impositus est. Gr. μεγάλην.
repensationem] Sic Vind. Berol. *recompensationem* Vulgo I. Gr. ἀπολογίαν.
sanciverimus] Sic Vind. *sancciverimus* Berol.
proponatur — nostris] Sic Berol. I., deest in Vind. Pist.
Dat.] Sic Vind. Ambras., sed lineola superius iniecta. *datum* Vulgo. In Pist. Bamb. D. II. 11. Berol. I. subscriptio plane nulla est.
Kal.] *kl.* Ambras. Vind., sed ultimae litterae circumflexus traiectus est.
Iun.] Sic Vind., qui reliqua ex subscriptione non habet. Ambras. *i. Ium.*, sed priori litterae punctum subiectum est.
CP.] *cp'* Ambras. *Constantinop.* Vulgo.
Iustiniani] *Iust.* Ambras., sed lineola superius iniecta.
anno] *an* Ambras., sed lineola superius iniecta est.
Ioanne] *Iohe* Ambras., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est.
V. C.] *uc.* Ambras., sed circumflexus ad finem appositus est.
cons.] *consule* Ambras. Bamb. D. I. 1.

NOV. LXXIV. LXXIV.] deest in Vind. Mon. Berol. in utroque Bamb. et I. Ad marg. Berol. adscriptum est *const. I.*
filii] deest in I.
legitimi efficiuntur] Sic Vind. Mon. *efficiantur legitimi* Berol. I. Vulgo.
sui] Sic Mon. Berol., deest in Vind.
modos] Sic Mon. Berol. *modis* Vind., sed sec. manus correxit *modos*.
qui] Quod Vulgo subiicitur *in*, in Vind. Mon. Berol. I. non est.
continentur] In Vind. Berol. postea adiectum est *R/.*, in I. *Rubrica*.
Idem aug.] Sic Vind. *id. a̅* Berol. Ambras. Pist. *..d. a̅.* Mon. *imp. Iustinianus aug.* Vulgo. *imperator Iustinia a̅.* I.
Ioanni] *Ioh* Vind. Mon. Berol. *Io.* Ambras. Pist. *Ioha̅* I.
p. p. secundo] Sic Vind. Mon. Berol. *pp. II.* Ambras. *pp. so.* Pist. *gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto iterum* Vulgo. *prepo secu̅* I.
exconsuli et patricio] Sic Neob. Ambras. *exconsule et patritio* Vind. *exconsule patricio* Pist. *exc patri* Mon., sed litterae *c* lineola superius iniecta est. Vulgo *exconsuli ordinario et patricio*, I. *exconsuli et patricio*.

NOV. LXXIV. PRAEF. PR. praecessoribus] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Vind. secunda manus supra lineam scripsit *de*, quod litteris *ces* impositum. Vulgo I. *praedecessoribus*.
senatusconsultum] *senatusco* I.
correctione] *corectione* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont.
his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

ad ius suorum perveniunt, multas et varias scripsimus leges, ex his autem, quae a natura rerum per singula moliuntur, invenientes aliquid deesse his, quae iam statuta sunt, hoc in praesenti corrigimus. Sancitum namque est, ut, si quis habens mulierem puro sibi affectu compertam, deinde filios procreaverit, et postea ei etiam nuptialia fecerit instrumenta, et legitimos ex ea procreaverit filios, neque hi, qui prius nati sunt, maneant naturales, sed et illi suis connumerentur, eo quod occasio omnino eis sunt nasci legitimis. Sed habuit etiam ista correctionem lex; nam qui secundi et post dotem nati mortui sunt, ideo volebant quidam nequaquam priores a non exsistentibus adiuvari. Et hoc emendavimus et dedimus eis etiam sic, vel si mortui sui sunt hi, qui secundi fuerunt fratres, habere iura legitima, illud quoque adiicientes,

ius suorum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *suorum ius* Vulgo.

multas] Sic Vind. Mon. Berol. *et multas* Vulgo I. Gr. πολλούς.

scripsimus] Sic Mon. *conscripsimus* Vind. Berol. I. Vulgo. Gr. ἐγράψαμεν.

a natura] Sic Mon. *natura* Berol., sed supra litteras *na* secunda manus praepositionem *a* posuit. Vind. *atura*, sed supra primam litteram *a* sec. manus posuit litteram *n*. Gr. ὑπὸ τῆς φύσεως.

moliuntur] Sic Vind. *moriuntur* Mon., sed secunda manus litterae *r* priori punctum subiecit, lineaeque imposuit litteras *li*. Berol. *molliuntur*, sed supra lineam scriptum est *niuntur*.

his] Sic Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

statuta] *constituta* I.

hoc] *haec* I.

corrigimus] Sic Vind. Mon. *hoc corrigimus* Vulgo, quod tamen Graecis non firmatur.

sancitum] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *tum*. Gr. νενομοθέτηται.

compertam] Sic Berol. Hamb. *comperatam* Vind. *copulatam* I. *consternatam* Trid. Port. Vulgo. Gr. ἐγνωσμένην.

deinde] Sic Vind. Berol. *deis* Mon., quod tamen secunda manus correxit, ut tamen supra lineam scriptum sit *de*.

postea] Sic Vind. Berol. *post* Mon.

ei etiam] Sic Vind. Hamb. *etiam ei* Mon. *etiam* Port. Trid. Vulgo Berol., in quo supra lineam a secunda manu scriptum est *ei*. Desunt in I. Gr. αὐτῇ καί.

procreaverit filios] Sic Berol. *filios procreaverit* Vind. Mon. Gr. τέκοι παῖδας.

hi] Sic Mon. I. *hii* Vind. *his* Berol., sed sec. manus correxit *ii*. Vulgo *ii*.

qui] deest in I.

sed et illi] Sic Vind. Berol. *sed illi* Mon. Gr. ἀλλὰ κἀκεῖνοι.

suis connumerentur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *connumerentur suis* Vulgo. Gr. τοῖς γνησίοις συναριθμοῦνται.

eis sunt] Sic Vind. Mon. Hamb. Port. *eis fuerit* Berol. *eis sit* Trid. I. Gr. αὐτοῖς εἰσί.

legitimis] Sic Vind. Berol. Hamb. Port. Mon., in quo ultimae litterae *s* punctum a secunda manu subiectum est. *legitimos* I. Trid. Spangenbergius, cui etiam Os. accedit vocem *legitimis* olim scriptam esse opinatur, ut id, quod antecedit *eis*, explicaretur, itaque in orationem irrepsisse. Contra videtur mihi interpres habuisse τῆς γεννήσεως τοῖς γνησίοις.

ista] Sic Vind. Berol. *iste* Mon. Gr. οὗτος – ὁ νόμος.

correctionem lex] Sic Mon. *lex correctionem* Vind. Berol. I., quod etiam Vulgo est. Gr. ἐπανόρθωσιν ὁ νόμος.

qui] Sic Vind. Mon. Berol. *quia* I. Vulgo. Gr. οἱ δεύτεροι.

volebant] Sic Vind. Berol. *nolebant* Mon., sed sec. manus supra litteram *n* posuit litteram *v*. Gr. ἠξίουν.

a non] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a secunda manu supra lineam adscripta sunt *a non*. Gr. ὑπὸ τῶν δευτέρων οὐκ ὄντων.

adiuvari] *iuvari* I.

dedimus] Sic Vind. Mon. *dedinavimus* Berol., sed litteris *inavi* puncta a prima manu subiecta sunt. Gr. δεδώκαμεν.

etiam] Sic Mon. Berol. *et* Vind.

sic] Sic Vind. Berol. *scl* Mon., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. Verba *sic vel* desunt in I. Gr. οὕτω.

sui] Sic Vind. Mon. Berol., deest Vulgo et in I., nec sane Graecis firmatur.

sunt] Sic Vind. *s* Mon., sed lineola superius iniecta est. Berol. *sint*. Gr. τετελευτήκασιν.

hi] Sic Vind. I. *hii* Mon. Berol. *ii* Vulgo.

secundi] Sic Mon. Berol. *s* Vind., sed circumflexo traiecto, qua re *secundum* solet designari.

adiicientes] *adicientes* Vind. *addiicientes* Mon.

quoniam et hoc dubitatum est, ut, vel si aliqui filii post dotalia non nascantur, attamen praecedentes, licet ante dotalia nati sunt, inter suos adscribi, patre quippe ad hoc festinante. §. 1. Sed aliud quiddam tale occurrit. Ex huiusmodi namque consuetudine nati filii erant alicui, at ille eos volebat a nobis adinvento modo facere suos nuptialium confectione documentorum; deliberante autem haec patre, mortua est mulier et constitutionis eum deseruit modus. Non enim erat, ad quam oporteret nuptiale confici documentum, et naturales manebant filii invito patre. Et quiddam etiam secundum tale exortum est apud viros neque nobis incognitos. Procreavit enim quidam filios non legitime, et filios quidem ultra quam diligebat, et legitimos sibi fieri secundum legem volebat. Ea autem, quae sunt mulieris, non erant omnino sine peccato, neque dignam eam existimavit legitimo quodam nomine, quae etiam semet ipsam iniuriaverat (sufficit enim hoc tantum dicere). Quapropter secundus iste modus est, qui filios gravat, in priori quidem per mortem matris, in secundo vero per id, quod illa peccavit. §. 2. Novimus

ut] Sic Vind. Mon. *l ut* Berol., sed litterae *l* circumflexus traiectus eique litterae puncta subiecta sunt. Gr. ὡς.
vel] deest in I.
aliqui] Sic Vind. Mon. *aliquot* Berol., sed supra litteras *quot* a secunda manu scriptum est *l qui*, sed priori litterae *l* circumflexo traiecto, qua re significatur *vel*. Gr. εἴ τινες.
dot.] I. subiicit *instrumenta*.
nascantur] *nascuntur* I.
nati sunt] Sic Vind. Berol. *nati sint* Mon. Gr. ἐτέχθησαν.
suos] *filios* I.
adscribi] *asscribi* Mon. I. *ascribi* Vind. Berol.
NOV. LXXIV. PRAEF. §. 1. sed] Sic Vind. Berol. *sed et* Mon. Vulgo. *et* I. Gr. ἀλλ' ἕτερόν τι.
huiusmodi] Sic Mon. Berol. *huius* Vind., ut tamen supra lineam adscriptum sit *modi*, lineola tamen superius imposita.
confectione] Sic Mon. Berol. *correctione* Vind. Gr. ποιήσει.
haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. I., quod etiam Vulgo est.
deseruit] *deserit* I.
enim] Sic Mon. Berol., deest in Vind., in quo quidem secunda manus lineae signum imposuit, quo haec vox designari solet. Gr. γάρ.
ad quam] Sic Mon. Berol. *ead quam* Vind. Gr. πρὸς ἥν τινα.
quiddam] *quidem* I.
incognitos] Sic Vind. Mon. *cognitos* Berol. I. Gr. ἀγνώστους.
enim] Sic Vind. Mon. *etenim* Berol. I. Gr. γάρ τις.
filios] Sic Vind. Berol. *filius* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont.
filios] Sic Vind. Mon. *filiis* Berol., sed ultimae syllabae secunda manus imposuit syllabas *vel os*. Gr. παῖδας.
quidem] *quidam* I.
legitimos] *legitime* I.
legem] Sic Berol. *leges* Vind. Mon. Gr. κατὰ τὸν νόμον.
volebat] Sic Vind. Mon. *nolebat* Berol. Gr. ἠβούλετο.
ea] Sic Vind. Mon., deest in Berol., ubi id ipsum a secunda manu lineae inscriptum est.
sunt mulieris] Sic Vind. Mon. *mulieris sunt* Berol.
erant] Sic Mon. Berol. *ent* Vind., sed priori litterae circumflexus impositus est.
existimavit] Sic Vind. *esxistimavit* Berol. *estimavit* Mon. *extimavit* I.
nomine] Sic Vind. Mon. *modo* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ὀνόματος.
iniuriaverat] Sic Mon. Vind. *iniuriaverit* Berol., sed sec. m. scripsit, ut in cont. Gr. ὑβρίσασαν.
tantum] Sic Vind. Berol. *totum* I. *tamen* Mon., quod quidem secunda manus correxit, ut in cont. Gr. τοσοῦτον.
qui] Sic Vind. Mon. *et qui* Berol., quod Graecis non firmatur.
priori] Sic Vind. Mon. Berol. I. *priore* Vulgo.
per mortem] Sic Hamb. *post mortem* Vind. Mon. Berol. Trid. Port. I., quam ego lectionem ex male intellecto siglo prodiisse existimo, quo *per* designatur. Gr. διὰ τῆς τελευτῆς.
illa] Sic Vind. Mon. Berol., sed ultimae litterae circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit. Gr. ἐκείνη.
peccavit] Sic Mon. Berol. *peccaverat* I. *pecavit* Vind., sed litterae *a* littera *o* superius iniecta est. An coniunctivus modus hac re designatur? Gr. ἐξήμαρτεν.

autem etiam quendam tertium modum. Pater namque volebat legitimos facere filios, et ad ea, quae de dotibus sancita sunt a nobis, respiciebat; filii vero sentientes, quoniam quaedam inopinate evenissent ad matrem eorum (licet uxorem non legitimam exsistentem) a quodam cognato divite, maligne simul et dolose agentes matrem occultaverunt, ne eos facere legitimos esset patri possibile, et moriente forte matre maternarum rerum frueretur usufructu, hoc quod patribus dat benefaciens lex. Talibus itaque resistere artibus legis est proprium subtilis, quam in praesenti sancimus.

CAP. I. Si quis ergo non habens filios legitimos, naturales autem tantummodo, ipsos quidem suos facere voluerit, mulierem vero aut non habet penitus, aut quae non sine delicto sit, aut quae non appareat, habeat, aut secundum quandam legem ad matrimonium praepeditam, damus ei fiduciam nova quadam et nunc adinventa a nobis via ad legitimorum ius perducere naturales, proculdubio suis in talibus casibus non exsistentibus. Sicut enim est quidam a praecedentibus nobis adinventus modus, qui libertos ad ingenuitatem deducit, praemundans quidem

NOV. LXXIV. PRAEF. §. 1. autem] Sic Vind. Berol. *aut* Mon., sed secunda manus correxit *autem*. Gr. δέ.

etiam] deest in I.

quendam] Sic Vind. Mon. *quoddam* Berol.

legitimos facere filios] Sic Vind. *filios legitimos facere* Mon. Berol., quod contra Graecorum tenorem foret.

de dotibus] Sic Mon. Berol. *dotibus* Vind. Gr. ἐπὶ τοῖς προικῴοις.

sancita] *sancta* Vind.

inopinate] Sic Hamb. Berol. Port. *inopinata* Vind. Mon. Trid. I. Vulgo. Gr. παροδόξως.

evenissent] Sic Vind. Mon. Berol. I. Trid. Port. *venissent* Hamb. Vulgo.

ne] Sic Vind. Berol. *nec* I. Vulgo. Gr. ἵνα μή.

frueretur] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *fruentur* Mon., quod tamen secunda manus correxit *fruerentur*. Vulgo *fruerentur*. Interpres videtur habuisse ἀπολαύσοι.

dat] Sic Vind. Berol. *dabat* Mon. I. Gr. δίδωσιν.

lex] Sic Mon. Berol. *legem* Vind., sed secunda manus supra lineam posuit *lex* Gr. ὁ νόμος.

subtilis] Sic Mon. Berol. *subtilius est* Vind., sed ultimae voci *est* puncta subiecta sunt. Gr. ἀκριβοῦς.

quam] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a secunda manu supra lineam scriptum est. Gr. ὅν.

sancimus] *sanccimus* Berol.

NOV. LXXIV. CAP. I. ergo] Sic Mon. Vind. Hamb. *vero* Trid. *sane* Port. *igitur* Vulgo I.

autem] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. δέ.

suos facere vol.] Sic Vind. *voluerit suos facere* Berol. *facere aut suos voluerit* Mon. *suos facere voluit* I. Gr. γνησίους ποιήσασθαι βούλεται.

habet] *habebat* I.

quae non sine] Sic Mon. Prior tamen vox in Vind. Berol. non est. *si habeat in* I.

sit] Sic Vind. Berol. *fit* Mon., quod tamen per Graecorum rationem admitti non potest.

appareat] Sic Vind. Berol. *apparuit* Mon. Gr. οὐ φαινομένην.

habeat] *hanc* I.

aut secundum] *autem secundum* Hamb. Trid. Port. Berol. I. Gr. ἢ κατά.

fiduciam] Sic Vind. Berol. *licentiam* Mon. Gr. παῤῥησίαν.

nova] *vova* I.

perducere] Sic Vind. Mon. *procedere* Berol. Gr. ἀγαγεῖν.

exsistentibus] Quod Vulgo et apud Port. I. subiicitur *filiis*, in Vind. Mon. Hamb. Trid. Berol. non est, ideoque cum nec Graecis firmetur, delendum esse visum est.

est quidam] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I., deest Vulgo. Gr. ἐστί τις.

nobis] Sic Vind. Berol. I. *nos* Mon., sed secunda manus scripsit *nob*, sed ultimae litterae circumflexus superius traiectus est, cui litterae secunda manus punctum subiecit. Vulgo *nos*.

modus] Sic Vind. Mon., in quo quidem secunda manus postea apposuit *est*, quod quidem Vulgo atque etiam apud Trid. et Port. hoc loco est, deest tamen in reliquis fontibus et I. Gr. ἐξηυρημένος.

libertos] Sic Vind. Berol. *liberos* Mon., quod secunda manus correxit, ut in cont. Gr. τοὺς ἀπελευθέρους.

praemundans] Sic Vind. Berol. Mon.; coniecit Heraldus rerum quotidianarum I. 5. et Hombergk, coniecturam pro-

eos alio quodam actu, et dans eis aureorum ius annulorum, postea vero ad ipsam deducens naturam, quae servum et liberum ab initio non discrevit, sed liberam hominis fecit prolem, sic et nos hunc modum adinvenimus causae. Et licebit id patri in his, qui dudum a nobis dicti sunt, modis, vel etiam si quis alter occurrerit talis; multae namque, sicut praediximus, naturae sunt novitates. Liceat igitur, sicut diximus, patri, si legitimam non habeat sobolem, filios restituere naturae et antiquae ingenuitati, si ex libera ei fiant, et suos de cetero et sub potestate habere. Neque enim a principio, quando sola natura sanciebat homines, antequam scriptae provenirent leges, fuit quaedam differentia naturalis atque legitimi, sed antiquis parentibus antiqui filii mox, ut procedebant, fiebant legitimi, et sicut in liberis natura quidem liberos fecit omnes, bella vero servitutem adinvenerunt, sic etiam hinc natura quidem legitimas produxit soboles, at vero ad concupiscentiam diversio naturales eis immiscuit. Tanquam ergo similibus passionibus factis,

bante Os. *premandans* I. *praemandans* Vulgo.

alio quodam] Sic Vind. Mon. *quodam alio* Berol. *quodam* I. Gr. ἑτέρᾳ τινί.

aureorum ius annulorum] Sic Mon. Berol. *anulorum ius aureorum* Vind. Gr. χρυσῶν δακτυλίων δίκαιον.

liberam] Sic Vind. Berol. *si liberam* Berol., sed priori voci puncta subiecta sunt. Gr. ἀλλ' ἐλευθέραν.

hom. fecit] *fecit hominis* I.

id patri] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem prior vox a secunda manu scripta est. I. *hoc patri.*

in his] Sic Vind. *ut in his* Berol. I. *ut his* Mon. *in iis* Vulgo. Gr. ἐπὶ τῶν.

etiam] deest in I.

namque] Sic Vind. Mon. *nam* Berol., sed supra hanc vocem secunda manus vocem *que* posuit.

praediximus] Sic Mon. Berol. *supra diximus* Vind. Gr. καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες.

sicut diximus] Sic Berol. I. *edixit* Vind., sed priori litterae *c* lineola superius imposita est. Gr. καθάπερ ἔφαμεν.

antiquae] Sic Vind. Berol. *antique* Mon.

ingenuitati] Sic Vind. Berol. *ingenuitatis* Mon., sed litterae *s* puncta subiecta sunt. Gr. εὐγενείᾳ.

fiant] Sic Berol. *fiat* Vind. *sunt* Mon. Gr. γένοιντο.

quando] Sic Mon. Berol. *ante* Vind., in quo quidem a secunda manu scriptum est *qu qn*, lineola superius imposita, punctis voci *ante* subiectis. Gr. ὅταν.

sanciebat] *sancciebat* Vind. Mon. Gloss. adnotavit: *alias s c i e b a t.* Berol. *faciebat*, quod tamen secunda manus correxit *sanctiebat*. Gr. διεθεσμοθέτει.

homines] Sic Mon. I. *hominis* Vind., quod tamen secunda manus correxit, ut in cont. Berol. *hominis*, quod etiam Vulgo est. In I. subiicitur *omnes*, quod in reliquis fontibus non est. Hombergk proposuit *hominibus*. Gr. τοῖς ἀνθρώποις.

scriptae] Sic Vind. Mon. *scripte* Berol., sed litterae *e* circumflexus impositus est.

provenirent] Sic Vind. Mon. *provenire* Berol. Gr. εἰσφοιτῆσαι.

mox ut] *uet* I.

legitimi] Sic Vind. Berol. *legitima* Mon. Gr. γνησίου.

natura quidem] Sic Mon. Berol. *quidem natura quidem* Vind. Gr. ἡ μὲν φύσις.

fecit omnes] Sic Mon. Berol. *omnes fecit* Vind. Gr. πεποίηκεν ἅπαντας.

adinvenerunt] Sic Mon. *adinvenerant* Berol. I. *adinvenenant* Vind., quod secunda manus correxit *adinvenerant*. Gr. ἐξεῦρον.

hinc] Sic Berol. *huic* Vind., deest in Mon. *hic* I. Gr. κἀνταῦθα.

quidem legitimas] Sic Mon. Berol. *quidem legitimam* I. *legitimas quidem* Vind. Gr. ἡ μὲν φύσις γνησίας.

soboles] *sobolem* I.

produxit] Sic Vind. Berol. *perduxit* Mon., sed secunda manus correxit *produxit*. Gr. προήγαγε.

at vero] Sic Vind. Mon. Berol. *attamen* Vulgo I. Gr. ἡ δέ.

concupiscentiam] Sic Vind. Berol. *concupiscentias* Mon. Gr. εἰς ἐπιθυμίαν.

diversio] *diusio* Mon. Berol., sed supra litteram *u* lineola posita. In Berol. supra hanc lineam a secunda manu *i* scriptum est. Gr. ἐκτροπή.

naturales] Sic Vind. *natural* Mon. Berol., sed ultimae litterae circumflexus traiectus est. In Mon. secunda manus correxit *naturalis*, in Berol. *naturales*. I. *naturalis*. Gr. τὸ νόθον.

immiscuit] *inmiscuit* Mon. Berol.

tanquam] *tamquam* Mon.

factis] Sic Vind. Berol. *factisque* Mon., sed ultimae voci *que* puncta subiecta sunt. Gr. γενομένων.

oportet etiam medelam ex aequalitatibus inveniri, illam quidem a praecessoribus nostris, hanc vero a nobis.

CAP. II. Sit igitur licentia patri matrem in priori statu derelinquenti, si ex veritate aliquid circa torum apparuerit deliquisse (aliter namque fieri hoc in talibus casibus non permittimus), et si quadam circumventione aut non est aut latitet, aut aliquid etiam aliud fiat circa eam aliud, quod prohibeat venire ad viam ducentem ad dotalia, etiam sic providere filiis, et offerre imperatori precem hoc ipsum dicentem, quia vult naturales suos filios restituere naturae et antiquae ingenuitati et legitimo iuri, ut sub potestate eius consistant, nihil a legitimis filiis differentes, et hoc facto exinde filios frui tali solatio, et neque fraudare posse patrem, et celantes matrem ius legitimorum abiicere. Uno enim hoc modo omnibus huiusmodi naturae excessibus et adinventionibus in his, qui legitimos non habent filios, medemur, ita brevi solatio

oportet] Sic Vind. Berol. *oporteret* Mon. Gr. δεῖ.

aequalitatibus] Haec est palmaria coniectura Spangenbergi. — Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *qualitatibus*. Gr. ἐκ τῶν ἴσων.

inveniri] Sic Vind. Berol. *invenire* Mon. Gr. ἐξευρεθῆναι.

praecessoribus] Sic Vind. Mon. Berol., sed supra *ce* a secunda manu *de* scriptum est. Vulgo I. *praedecessoribus*.

a nobis] Sic Mon. Berol., sed vox *a* in Vind. deest, in quo tantum a secunda manu superscripta est. Gr. ὑφ' ἡμῶν.

NOV. LXXIV. CAP. II. PR. sit] *si* Mon., sed supra hanc vocem littera *t* posita est. Gr. ἔστω.

matrem] Sic Vind. Berol. *matri* Mon., sed secunda manus correxit *matre*. I. *matrique*. Gr. τὴν μητέρα.

derelinquenti] Sic corrigendum ex *delinquenti*, quod Berol. Mon. I. habet, in quo quidem sec. manus correxit *delinquente*. Vulgo *relinquenti*. Gr. καταλιμπάνοντι.

torum] *thorum* Vind. Mon. Berol. I.

et si] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. I. *sed et si* Hamb. *aut si* Vulgo. Interpres videtur habuisse καὶ εἴπερ pro verbis ἢ εἴπερ.

quadam circumventione] Sic Hamb. *quandam circumventionem* I. *quaedam circumventio ē* Vind. Mon., in quo quidem syllaba *cum* et *ē* a secunda manu scripta sunt. In Port. Trid. Berol. est: *quaedam circumventio est*, sed litterae *o* circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit. Vulgo *quaedam circumventio est*. Gr. κατά τινα περίστασιν.

latitet] Sic Vind. *latet* Mon. Berol. I., quod etiam Vulgo est. Gr. λανθάνοι.

fiat] Sic Vind. Berol. *faciat* Mon. Gr. γένοιτο.

aliud] *aut* Vind. Mon. Berol. Hamb. Port. Trid. I., deest Vulgo. Sciendum tamen in Vind. voculam *aut* a secunda manu deletam esse. Gr. ἕτερον.

quod] Sic Berol. *qui* Mon., sed sec. m. correxit *quod*. Deest in Vind., sed tamen a secunda manu supra lineam adiecta est. Gr. ὅ.

prohibeat] Sic Mon. Berol. *prohibebat* Vind. Gr. κωλύει.

offerre] Sic Mon. Berol. *offorre* Vind. Gr. ἐπιδοῦναι.

precem] Sic Mon. Berol. *preces* Vind. Gr. δέησιν.

quia] Sic Vind. Berol. *qui* Mon. Gr. ὡς.

suos filios] Sic Vind. Berol. *filios suos* Mon. Gr. τοὺς νόθους αὐτοῦ παῖδας.

restituere] Sic Vind. Berol. *restituerae* Mon.

antiquae] Sic Vind. Berol. *antique* Mon.

legitimo iuri] Sic Vind. Mon. Berol. I. *legitimorum iuri* Vulgo. Gr. γνησιότητι.

sub] Sic Vind. Mon. *sub sua* Berol., sed ultimae voci *sua* puncta subiecta sunt.

fraudare] Sic Vind. Mon. *fraudari* Berol. Gr. κακουργεῖν.

ius] Sic Berol. Vind., in quo quidem vox *et* supra lineam adiecta est. In Mon. Hamb. Trid. Port. I. est *et ius*.

abiicere] *abicere* Vind. Mon. Berol. *obiicere* I.

omnibus] Sic Vind. Mon. *hoibus* Berol. lineola superius iniecta, sed litterae *h* postea punctum subiectum est. Gr. πάσας.

huiusmodi] *huius* I.

et adinventionibus] Sic Berol. Vind. Mon., in quo quidem prior vox a secunda manu scripta est. Gr. καὶ ἐπινοίας.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

legitimos] Sic Vind., nisi quod syllaba *ti* a secunda manu scripta est.

ita] Sic Mon. Berol. *et ita* Vind., quod Graecis non firmatur.

tantum naturae impetum corrigentes. §. 1. Si vero solummodo naturalium filiorum pater hoc quidem propter quasdam fortuitas circumstantias non agat, moriens vero sub quodam praedictorum casuum scripserit in testamento, velle sibi eos legitimos esse filios et successores et huius rei damus licentiam; supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris et hoc dicentibus et ostendentibus patris testamentum, et heredibus exsistentibus, in quantum pater eos scripserit, et ab imperio hoc percipientibus, ut in uno eodemque hoc, quod agitur, sit donum patris et principis, idem est dicere, naturae simul et legis. Et haec dicimus nullum legitimum anteriorem perimentes modum, sed etiam hunc addentes, in quibus illos accipere non licet. Omnino enim suis exsistentibus, deinde naturalibus procreatis aut primitus natis, nequaquam legitimorum ius eis adiiciatur, nisi forsan constitutiones nostras, quae dotalium instrumentorum introduxerunt modum.

CAP. III. Et nos non latuit, quia etiam adoptionis modus erat antiquitus ab aliquibus ante nos imperatoribus super naturales ad legitimos transferendos non improbabilis existimatus, sed aeque piae me-

tantum] Sic Vind. Mon. *int* Berol., sed circumflexo ad ultimam litteram adiecto. Supra lineam tamen a secunda manu scriptum est *tantum*. Gr. τοσαύτην.

NOV. LXXIV. CAP. II. §. 1. filiorum pater] Sic Mon. Berol. *pater filiorum* Vind. Gr. παίδων πατήρ.
propter] Sic Mon. Berol. *proproptter* Vind., sed prior syllaba a secunda manu scripta est. Gr. διά τινας.
quasdam] Sic Mon. Berol. *quosdam* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont.
agat] Sic Vind. Mon. Berol., in quo secunda manus correxit *agit*. Gr. πράξειε.
scripserit] Sic Berol. *scripsit* Vind. Mon. Gr. γράψειεν.
in] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Port., deest in Trid. I.
eos] Sic Berol. Mon. *eorum* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont.; lineae enim imposuit litteram *s*.
et succ.] Sic Hamb., deest *et* in Vind. Mon. Berol. Trid. Port. I. Gr. καί.
et huius] Sic Vind. Mon. Berol. I. *etiam huius* Vulgo. Gr. καί.
post] Sic Vind. Berol. *pot* Mon., sed secunda manus litterae *t* punctum supposuit lineaeque inscripsit *st*. Gr. μετά.
patris] deest in I.
heredibus] Sic Mon. *ex heredibus* Vind., sed priori voci puncta subiecta sunt. Berol. *cheredibus*, sed priori litterae *c* puncta subiecta, circumflexusque per litteram *h* traiectus est. Gr. κληρονομούντων.
pater eos] *eos pater* I.
ut in uno] Sic Mon. Berol. *et in uno* Vind., quod tamen secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἵνα κατ' αὐτόν.
eodemque] *eodem quoque* I.
quod] Sic Berol. In Vind. et Mon. signum est, quo *quia* significari solet.
agitur] *agetur* I.
idem] Sic Vind. *id* Hamb. Trid. Port. Mon., in quo per litteram *d* circumflexus traiectus est. Berol. I. *i.* Gr. ταὐτόν.
est] Sic Vind., deest in Mon. Berol. I.
dicere] Sic Mon. Berol. *dicte* Vind.
haec] Sic Vind. Berol. *hec* Mon. *hoc* I. Gr. ταῦτα.
legitimum anteriorem] Sic Vind. *anteriorem legitimum* Mon. Berol. Vulgo. *interiorem legitimum* I. Gr. τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων.
naturalibus] Sic Vind. Mon. In Berol. subiicitur *existentibus*, quod punctis subiectis notatum est, cumque nec Graecis firmetur, delendum fuit.
aut primitus] Sic Vind. Mon. *vel primitus* Berol.
legitimorum ius] Sic Vind. Berol. *ius legitimorum* Berol.
adiiciatur] Sic Vind. *addicitur* Mon. *dr* Berol., lineola superius iniecta, sed supra lineam scriptum est *ad*. Vulgo *adiicitur*. Gr. προστεθείη.
forsan] Sic Vind. Mon. Berol. *forsitan* I. Vulgo.

NOV. LXXIV. CAP. III. nos non] Sic Vind. Mon. *non nos* Berol.
antiquitus] Sic Vind. Berol. *antiquius* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. τὸ πάλαι.
ab aliquibus] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port., deest in I. et Vulgo. Gr. τισί.
improbabilis] Sic Vind. Mon. *improbabil* Berol., sed litterae *l* mediae circumflexus traiectus est, sed supra lineam sec. m. scripsit *lis*.
existimatus] *extimatus* Vind. Berol. I. *estimatus* Mon. Gr. νομισθείς.
aeque] Sic Mon. Berol. *eque* Vind. I.

moriae noster pater et constitutio ab illo prolata talia reprehendit. Manere ergo et illam in suis terminis volumus, quoniam castitatem diligenter consideravit et incompetens est, quae bene exclusa sunt, rursus ad rempublicam revocare.

CAP. IV. Illud quoque melius arbitramur constituere competenter, quod ex plurimo causarum experimento cognovimus; multae quidem et continuae lites nuntiatae nostrae maiestati ad opus nos deduxerunt legis. Quia enim et antiquis promulgatum est legibus, et a nobis ipsis sunt haec eadem constituta, ut nuptiae et extra dotalia documenta ex solo affectu valeant et ratae sint, sed falsatis contractibus nostra ex hoc est completa respublica (nam introeunt testes sine periculo mentientes, quia vir vocabat dominam cohaerentem, et istum illa similiter nominabat, et sic eis finguntur matrimonia, non pro veritate confecta), hoc existimavimus oportere secundum naturales diffinire leges. Novimus etenim (et castitatis sumus amatores, et haec nostris sancimus subiectis) sed nihil est furore amoris vehementius, quem retinere philosophiae est perfectae, monentis et insilientem atque inhaerentem concupiscentiam

noster pater] *pater noster* I.

prolata] Sic Vind. Mon. *et prolata* Berol., sed priori voci iam prima manus puncta subiecit, quam vocem nec sane Graeca agnoscunt.

est] Sic Berol., sed a secunda manu, deest in Vind. Mon., quamquam in Vind. prima manus supra lineam adscripsit *est.* Gr. ἐστί.

quae] *et quae* Berol. *et qui* Vind. Mon., ut tamen in Vind. secunda manus correxerit *que*; in Mon. deletae voci *et* inscriptum sit *est*. Vide notam superiorem. Gr. τὰ καλῶς ἐκβεβλημένα.

NOV. LXXIV. CAP. IV. illud] Ad marginem Berol. Mon. haec adscripta sunt: *quae sine dotalibus instrumentis nuptias contrahere possunt.*

maiestati] Sic Vind. Berol. *magestati* Mon.

legis] Antea Vulgo et in I. est *huius*, quod in Vind. Mon. Berol. desideratur, nec Graecis firmatur.

promulgatum est] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. διηγόρευται.

ipsis] Sic Mon. Berol. *ipsi* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. ἡμῖν αὐτοῖς.

eadem] Supra hanc vocem in Mon. a secunda manu scripta est vox *sunt*, quae Graecis non agnoscitur.

constituta] Sic Mon. Berol. *instituta* Vind. Gr. διατέτακται.

nuptiae et] Sic Berol. *etiam nuptiae et* Mon., sed voci *et* puncta subiecta sunt. Vind. *et nuptiae et*. I. *et nuptiae*. Vulgo *nuptiae etiam*. Gr. τοὺς νόμους καί.

extra] Supra hanc vocem in Mon. secunda manus adscripsit *et*.

documenta] Sic Vind. Berol. *instrumenta* Mon.

ex] Sic Vind. Berol. *et ex* Mon. Gr. ἐκ.

ratae] Sic Vind. Berol. *rata* Mon.

falsatis] Sic Vind., sed secunda manus supra syllabam *at* inscripsit syllabam *ti*. Berol. *falsitatis*, Mon. *falsitas*, quod secunda manus correxit *falsitatis*. Gr. νενοθευμένων.

completa] *completa est* I.

introeunt] *introeuntes* Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I.; adhaesit enim huic voculae ultima syllaba sequentis vocis *testes*. Gr. παρίασι.

cohaerentem] I. subiicit *sibi feminam*.

istum illa] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ista illum* Vulgo. Gr. καὶ τοῦτον ἐκείνη.

eis] *eis verbis* I.

non] Sic Berol. Antea in Vind. Mon. scriptum est *vero*, quod nec Graecis firmatur videturque prodiisse ex male intellecto siglo: ū, quod ad similitudinem sigli, quo *non* significatur, accedit.

existimavimus] Sic Vind. Berol. *extimavimus* I. *estimavimus* Mon. Gr. ᾠήθημεν.

diffinire] Sic Vind. Mon. Berol. *definire* Vulgo. Gr. διορίσαι.

et castitatis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *etsi* Vulgo. Itaque interpres *εἰ* illud non videtur in contextu habuisse. Caeterum codicum lectionem si sequamur, parentheseos signa ponenda sunt, quae sane Vulgo desunt.

haec] Sic Mon. *hec* I. *huc* Vind. Berol. Gr. ταῦτα.

est] Sic Vind. Mon. Berol. I. *esse* Vulgo. An interpres pro εἶναι habuit ἐστίν?

philosophiae] *filosophie* Mon. *phylosofie* Vind.

monentis] Sic Vind. Berol. *morientis* Vind., sed secunda manus corr. *monentis*. Gr. νουθετούσης. Quod Vulgo postea legitur *etiam*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. deest.

refrenantis; ut hi, qui hoc tali detinentur, se abstinebunt sermone ad eas, quas amant, quem eis non per blandimenta conferunt? denique in tantum etiam ante nos legislatores tales scierunt animorum affectus, ut etiam donationes constante matrimonio prohiberent, ut non concupiscentiae magnitudine victi, latenter paulatim coniuges semet ipsos sua privarent substantia. Haec ergo casta lege sancire bene se habere credidimus. §. 1. In maioribus itaque dignitatibus, et quaecunque usque ad nos est, senatores et magnificentissimos illustres, neque fieri haec omnino patimur, sed sit omnino et dos et antenuptialis donatio, et ad omnia, quae honestiora decet nomina. Quantum vero in militiis honestioribus et negotiis, et omnino professionibus dignioribus est, si voluerint legitime uxori copulari, et non facere nuptialia documenta, non sic quomodocunque et sine cautela effuse et sine probatione hoc aga-

ut] Sic Vind. Mon. Berol. Port. I. Trid. *unde* Hamb., dubitante tamen Os., Vulgo. Gr. *ὥστε*.

hi] Sic Vind. Mon. I. *hii* Berol. *ii* Vulgo.

hoc] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *τούτῳ*.

tali] Sic Vind. *tale* Mon., sed secunda manus correxit *tali*. Berol. *tale hoc*, sed secunda manus correxit *tali*. Interpres videtur habuisse *τούτῳ τοιούτῳ*.

se] Sic Hamb. I. *ei* Vind. Mon. Berol. Trid. Port. In Gr. medium est *ἀπέχοιντο*. Caeterum Vulgo antea est *quo*, quod cum in his, quos dixi, fontibus non sit, omittendum esse visum est. Certe interpres *τίνος* in Graecis non videtur legisse.

quem] Sic Mon. *quae* Port. Vind. I., quod etiam Vulgo est. Berol. Hamb. Trid. *que*, sed mutandum fuit propter Graecum *ὅπερ*, quod ad superius *ῥήματος* refertur.

eis] Sic Berol. *ei* Vind. Mon., in quo quidem secunda manus correxit *eis*. Gr. *αὐταῖς*.

non] Sic Vind. Mon. *n* Berol., sed punctis inferius subiectis. Gr. *αὐταῖς*.

scierunt] Sic Vind. Berol. *scietur* Mon., sed lineola ultimis tribus litteris superius iniecta. Atque his iisdem litteris etiam puncta a sec. manu subiecta sunt. Gr. *ἠπίσταντο*.

affectus] Sic Berol. *effectus* Vind. Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *διαθέσεις*.

ut non] Gloss. adnotavit: *alias deest non*.

latenter] Sic Berol. Vind., in quo quidem ultima syllaba a secunda manu scripta est. Mon. *lateater*, sed secunda manus imposuit *re*, ut significetur *latere*. Caeterum Contius ad marg.: *al. laterent paulatim coniuges semetipsos sua privare substantia*.

sua privarent] *sua privari* Vind. Mon. Berol. I., sed correctum est, ut in contextu. Vulgo Cont. *privarent sua*.

sancire] *scire* I.

lege] Sic Mon. Berol. *lex* Vind., quod secunda manus correxit *lege*. Gr. *σώφρονι νόμῳ*.

credidimus] *credimus* I.

NOV. LXXIV. CAP. IV. §. 1. et quaecunque] Haec et quae sequuntur usque ad verba *illustres neque*, in Vind. tantum a secunda manu scripta sunt. I. *et quantum*.

usque ad] Sic Vind. Mon. *ad usque* Berol., sed priori voci *ad* puncta subiecta et supra lineam scriptum est *ad*.

nos est] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. *no9 est* Berol. *nostros sunt* Vulgo. *nos et* Port. Cont. Non dubito interpretem habuisse *μέχρι ἡμῶν ἐστί*, itaque ea, quae sequuntur, pro appositione habuisse. Ad marg. Contius: *legend. ad nostros sunt senatores etc. quia Princeps se senatoribus connumerat*.

fieri] Hoc et quae sequuntur: *haec omnino patimur*, in contextu Vind. desunt, sed a secunda manu ad marginem adscripta sunt.

omnino] Sic Mon. Berol. *omnibus* Vind. Gr. *πάντως*.

antenuptialis] *annuptialis* I.

et] *etiam* I.

ad omnia] Sic Vind. Mon. Berol. Cont. Hamb. Trid. Port. I. Cont. ad marg.: *legendum ea*. Vulgo *alia omnia*.

negotiis] *in negociis* I.

professionibus] Sic Vind. Mon. Berol. I., qui non habent, quod Vulgo antea positum est *in*.

voluerint] Sic Vind. Mon. Berol. *voluerit* I. Vulgo. An interpres habuit *βούλοιντο*?

nuptialia] Sic Mon. Vind. *nuptiali* Berol. Gr. *γάμων*.

quomodocunque] Sic Berol., sed ad priorem syllabam a prima manu adscriptum est *at. que*. Vind. *quomodo*, ubi sec. manus *cunque* adiecit. In Mon. post *qua modocunque* scriptum fuit *quocunque*, sed hoc secunda manus delevit. I. *quocunque modo*.

et sine] Sic Mon. Berol. Prior tamen

tur, sed veniat ad quandam orationis domum, et fateatur sanctissimae illius ecclesiae defensori, ille autem, adhibens tres aut quatuor exinde reverendissimorum clericorum, attestationem conficiat declarantem, quia sub illa indictione, illo mense, illa die mensis, illo imperii nostri anno, consule illo venerunt apud eum in illam orationis domum ille et illa et coniuncti sunt alterutri; et huiusmodi protestationem, si quidem accipere volunt aut ambo convenientes aut alteruter eorum, et hoc agant et subscribant ei et sanctissimae ecclesiae defensor et reliqui tres aut quantoscunque voluerint, non tamen minus trium, litteris hoc significantibus. §. 2. Si vero etiam hoc illi non egerint, ille tamen talem reponat chartam venerabilis illius ecclesiae defensor in eiusdem sanctissimae ecclesiae archivis, hoc est ubi venerabilia vasa servantur, praedictas subscriptiones habentem, ut reconditum sit hominibus ex hoc munimen, et non aliter videatur nuptiali affectu eosdem convenisse, nisi tale aliquid agatur, et omnino ex litteris causa testimonium habeat;

vox *et* in Vind. deest. Gr. *καὶ ἀναποδείκτως*.

agatur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *agat* Vulgo. Interpres videtur legisse *πραττέσθω*.

sanctissimae illius ecclesiae] Sic Vind. Berol. *illius sanctissimae ecclesiae* Mon. I. Gr. *τῆς ἁγιωτάτης ἐκείνης ἐκκλησίας*.

adhibens] Sic Vind. *adibens* Berol. *adhibentes* Mon., ubi tamen secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *παραλαβών*.

reverendissimorum] *reverentissimorum* Vind. Berol.

attestationem] Sic Mon., sed tantummodo supra lineam scriptum est; *atestationem* Berol., *atestatioe* Vind., sed ut supra ultimas duas litteras lineola imposita sit. I. *atesttationem*.

indictione] *inditione* Vind. Berol. Mon., ut tamen in Vind. et Mon. supra litteram *t* a secunda manu littera *c* inscripta sit. Gr. *ἐπινεμήσεως*.

illa] Sic Mon. Berol. *illo* Vind.

illo] Sic Vind. Berol. *sub illo* Mon. I., quod Graecis non firmatur.

mensis] Sic Vind. Mon. *mensis nostri* Berol.

imperii nostri] Sic Vind. Ultima vox *nostri* in Berol. non est. Mon. *nostri imperii*.

venerunt] Sic Vind. Berol. *venerit* Mon., sed secunda manus correxit *vener.*, lineola tamen superius iniecta. Gr. *ἦλθον*.

apud] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ad* Vulgo.

illam] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem prior littera *i* a secunda manu adscripta est. Gr. *ἐν τῷδε*.

orationis] Sic Vind. Mon. *orois* Berol., sed lineola superius iniecta est. Gr. *εὐκτηρίῳ*.

ille] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem a secunda manu superius inscriptum est *et*, quod Graecis non firmatur. I. *et ille*.

illa] Quod Vulgo postea est *et*, deest in I.

coniuncti] Sic Vind. Mon. *convicti* Berol. Gr. *συνηρμόσθησαν*.

agant] Sic Vind. Mon. *agunt* Berol. Gr. *πραττέτωσαν*.

subscribant] Sic Vind. Mon. *suuscribunt* Berol. Gr. *ὑπογραφέτωσαν*.

tamen] Sic Mon. Berol. *tantum* Vind. Gr. *μέντοι*.

NOV. LXXIV. CAP. IV. §. 2. si] Sic Mon. Berol. *sin* Vind.

etiam hoc] Sic Vind. Berol. *hoc etiam* Mon. I. Gr. *καὶ τοῦτο*.

egerint] Sic Vind. Mon. *egerunt* Berol. Gr. *πράξαιεν*.

tamen] Sic Vind. Berol. *tantum* Mon. Gr. *ἀλλά*.

talem reponat] *talem reponant* Berol., ut tamen penultimae litterae *n* punctum subiectum sit. Vind. *talem recipiat*. Mon. *reponat talem*. I. *talem proponat*. Gr. *τὸν τοιοῦτον ἀποτιθέσθω*.

chartam] Sic Vind. *cartam* Berol. I. Mon., in quo quidem sec. m. correxit, ut in cont. Gr. *χάρτην*.

venerabilis] Sic Vind. Berol. *venerabilem* Mon., sed supra ultimam litteram sec. manus adscripsit litteram *s*. Gr. *τῆς σεβασμιωτάτης*.

illius] Sic Vind. Berol. *eiusdem* Mon. Gr. *ἐκείνης*.

ubi] Sic Vind. Berol., deest in Mon., ubi a secunda manu adscriptum esse reperitur.

subscriptiones] Sic Mon. Berol. *suscriptiones* Vind.

hominibus] Sic Mon. *omnibus* Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. I. Gr. *τοῖς ἀνθρώποις*.

munimen] Sic Mon. Berol. *nom* Vind., lineola superius iniecta, sed secunda manus correxit *munimen*. Gr. *τὴν - ἀσφάλειαν*.

causa] *cause* I.

his ita gestis et nuptias, et ex eis sobolem esse legitimam. Haec autem dicimus, ubi non dotis aut antenuptialis donationis fit documentum; fidem enim in solis testibus suspectam habentes, ad praesentem venimus dispositionem. §. 3. Quisquis autem in abiecta degit vita, parvae quidem substantiae dominus consistens, in novissima vero vitae parte iacens, habeat etiam in his licentiam. Sed neque agricolas aut milites armatos, quos lex caligatos appellat, hoc est viliores et obscuriores, non perscrutamur, quibus civilium causarum ignoratio est, et solius circa terram operationis et circa bella concupiscentiae causa est studiosa et iuste laudabilis, sic ut in vilibus personis, in militibus armatis obscuris et agricolis licentia sit eis et non scripto convenire et matrimonia celebrare inter utrosque sintque filii legitimi, qui patrum mediocritatem aut militares vel rusticas occupationes et ignorantias adiuvent.

CAP. V. Quoniam autem interpellationibus, quae nobis fiunt sem-

et ex eis] Sic Vind. Berol. Prior vox *et* deest in Mon., sed a secunda manu adscripta est. Gr. καὶ τὰς ἐξ αὐτοῦ.

dicimus] Sic Vind. Mon. *diximus* Berol. Gr. φαμέν.

antenuptialis] Sic Mon. Berol. *ante nuptias* Vind. Gr. προγαμιαίας.

donationis] Sic Vind. Berol. *donationem* Mon., sed sec. m. correxit, ut in cont. Gr. δωρεᾶς.

fit] *sit* I.

enim] Sic Mon. Berol., in quo a secunda manu punctis subiectis notatum est. Deest in Vind., in quo quidem a secunda manu supra lineam adscriptum est. Gr. γάρ.

NOV. LXXIV. CAP. IV. §. 3. degit] Sic Vind. *deget* Mon. I. *diget* Berol. Gr. διαζῇ.

consistens] Sic Vind. Berol. *consistentes* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. καθεστώς.

vitae parte] Sic Vind. Mon. *parte vite* Berol. I. Interpres τοῦ βίου videtur legisse pro τοῦ δήμου.

habeat] Sic Vind. Mon. *hat* Berol., lineola tamen superius iniecta, sed sec. manus correxit *hat*, lineola superius imposita. Gr. ἐχέτω.

agricolas] Sic Vind. *agricolam* Mon. Berol. Gr. γεωργούς.

armatos] Apud Port. subiicitur *et*, quod in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. non est, nec Graecis firmatur.

caligatos] Sic Vind. *calligatos* Berol. *coligatos* Mon., quod sec. m. correxit, ut in cont. Gr. καλιγάτους.

non] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I., deest Vulgo.

ignoratio] Sic Vind. Mon. Berol. *ignorantia* I. Vulgo. Gr. ἀμαθία.

studiosa] Sic Mon., sed a secunda manu scriptum est. *studiose* Vind. Berol. Gr. πρᾶγμά ἐστι περισπούδαστον.

in milit.] Quod Vulgo anteponitur *et*, in Vind. Mon. Berol. I. deest.

eis] deest in I.

et non scripto] Sic Vind. Mon. Berol., qui non habent, quod Vulgo post *et* interpositum est *ex*. I. *etiam ex non*. Gr. καὶ ἀγράφως. Caeterum in Berol. vox *et* deleta est lineaeque a secunda manu inscriptum *ex*.

utrosque] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. *alterutros* Vulgo I. Gr. ἀλλήλους.

sintque] Sic Vind. *sint* Mon. Berol., sed supra lineam in utroque vox *que* a secunda manu adscripta est. Gr. καὶ ἔστωσαν.

filii legitimi] Sic Vind. *legitimi filii* Mon. *filii matrimonii* Berol., in quo ultima vox deleta supraque lineam adscriptum est a sec. manu *legitimi*. Gr. οἱ παῖδες γνήσιοι.

qui] Sic Vind. Mon. *quia* Berol., quod sane cum Graecis non convenit.

mediocritatem] *mediocrem* Berol., quod secunda manus correxit *mediocritatem*. Vind. Mon. I. *aut mediocritatem*, quod Graecis non firmatur.

vel rusticas] Sic Vind. Berol. *aut rusticas* Mon.

occupationes] Sic Vind. Berol. *operationes* Mon.

ignorantias] Sic Vind. Berol. *ignorantias* Mon., sed circumflexus litteris *ig* impositus est. Ac supra litteras *at* secunda manus lineolam imposuit. Gr. ἀγνοίαις.

NOV. LXXIV. CAP. V. quoniam] Ad marginem Mon. Berol. haec adiecta sunt: *qui sunt legittimi filii vel naturales vel neutrum* (Mon. *neutram*) *eorum i. e.* (ultimae litterae *i. e.* desunt in Berol.) *ex dampnata copulatione.*

nobis] *a nobis* I.

fiunt] Sic Vind. Mon. *fuit* Berol., sed ultimis duabus litteris circumflexus impositus est. Gr. τῶν γινομένων.

per, omnium tamen assidue mulieres audimus ingemiscentes et dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti ducant eas in domibus suis, sacra tangentes eloquia aut in orationis domibus iurantes, habituros se eas legitimas uxores, taliter eas habentes tempore multo, et forte suscipientes filios, deinde dum se satiaverint earum desiderio, aut extra filios aut cum filiis proiicientes de suis domibus, iudicavimus etiam hoc oportere sancire, ut, si mulier ostendere potuerit modis legitimis, quia secundum hanc figuram vir eam accepit domi, ut uxorem legitimam haberet et filiorum legitimorum matrem, nequaquam penitus licentiam ei esse hanc de domo praeter ordinem legis expellere, sed habere eam legitimam et filios suos ei esse; et illam quidem, si indotata sit, nostrae constitutionis uti bonis, quartam substantiae viri percipiens, sive expellatur, sive prius moriatur vir, non perscrutantibus nobis, sive repudio utens dimittat eam, sive etiam sine hoc; neque enim

omnium] Sic Vind. Berol. *omu* Mon., ut tamen ultimae litterae lineola superius imposita sit. Gr. πάντων.
tamen] Sic Berol., deest in Vind. Mon. I. Gr. δέ.
audimus] Sic Mon. *audivimus* Vind. Berol. Vulgo. Gr. ἀκούομεν.
ingemiscentes] Sic Vind. Mon., in quo secunda manus correxit *ingemescentes*, quod sane in Berol. est.
earum] Sic Mon. Berol. *eorum* Vind., quod sec. m. correxit, ut in cont.
ducant] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu lineae impositum est. Gr. ἀνάγουσιν.
eas] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ταύτας.
tangentes] Sic Vind. Mon. *tenentes* Berol., sed sec. manus scripsit *tangentes*. Gr. ἁπτόμενοι.
orationis] Sic Vind. Mon. *orois* Berol., lineola tamen superius iniecta. Vulgo *oratoriis*. Pro verbis *orationis domibus* I. habet *domibus orationis*.
iurantes] Sic Vind. Mon. *iuantes* Berol., sed prioribus litteris lineola superius imposita est.
habituros] Sic Vind. Berol. *abituros* Mon.
satiaverint] Sic Vind. Mon. *saciavit* Berol., ut tamen ultimis litteris *vit* circumflexus impositus sit.
earum] Sic Vind. Mon. *eorum* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont., quod quidem Graeca requirere videntur.
filiis] Postea Vulgo est *eas*, quod in Vind. Mon. I. deest, est autem in Berol., Graecis autem non firmatur.
proiicientes] Sic Vind. Mon. Berol. I. *proiiciunt* Vulgo. Pro ἀποῤῥίπτουσι interpres videtur habuisse ἀποῤῥίπτοντες.
suis domibus] Sic Vind. Berol. *domibus suis* Mon.
modis legitimis] Sic Vind. Berol. *legitimis modis* Mon. Gr. τρόποις νομίμοις.
quia] Sic Vind. Mon. *q* Berol., sed circumflexo superius iniecto; secunda manus scripsit *q*,. Gr. ὅτι.
eam] Sic Mon. Berol. *earum* Vind., sed supra litteram *a* lineola superius posita est. Gr. ταύτην.
accepit] Sic Mon. Vind., in quo a secunda manu scriptum est. I. *acceperit*. Berol. *accip.*, sed ultimis litteris lineola imposita est. Gr. ἔλαβεν.
ut] Sic Vind. Mon. *aut* Berol., sed priori litterae *a* punctum subiectum est. Gr. ἐπὶ τῷ. Quod Vulgo et in I. postea est *eam*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. non est, nec sane Graecis firmatur.
ei esse] Sic Vind. Mon. Berol. *esse ei* Vulgo I. Gr. αὐτῷ καθεστάναι.
ei esse] Sic Berol. *esse ei* Vind. Mon. *esse* I. Gr. αὐτῷ καθεστάναι.
illam quidem si] Sic Berol. Vind. Mon., in quo subiicitur *quidem* ultimae voci. I. *illa siquidem*. Vulgo *illam siquidem*. Gr. ἐκείνην μὲν εἴπερ.
bonis] Sic Vind. Berol. *in bonis* Mon., sed priori voci puncta subiecta sunt. Gr. ἀπολαύειν ἀγαθῶν.
substantiae] Sic Mon. Berol. *substantiam* Vind. Gr. τὸ τέταρτον τῆς περιουσίας.
percipiens] Sic Vind. Mon. Berol. I. *percipientem* Vulgo. Interpres videtur legisse λαμβάνουσα.
vir] Sic Mon. Berol. *u* Vind., sed supra lineam littera *i* adscripta est, quod quidem totum punctis subiectis notatur. Gr. τὸν ἄνδρα.
dimittat] Sic I. *dimittet* Berol. Mon., quod sec. manus correxit, ut in cont. Vind. *dimittens dimittatur*, sed prior vox a secunda manu punctis subiectis notata est. Gr. ἀποπέμψοι.
sive] Sic Vind. Berol. *sin* Mon., sed circumflexus supra lineam adiectus est. Gr. εἴτε.

verisimile est eum mittere repudium, qui et ipsas nuptias denegat. Sed si eam irrationabiliter expellat de domo, hoc ipsum sit adversus virum iusta causatio, et mulier hoc facto repudium ei mittat et exigat quartam, si uxor ostensa fuerit exstitisse, licet extra dotem convenerit, iuriiurando credens. Quid enim agat aliud, quae ad dotem non est idonea, quam ut semet ipsam sub omni dote contradat? §. 1. Sit autem et soboles legitima etiam invito patre. Qui enim ad hoc nuptias fecit et filios procreavit, ut mulier legitimorum ei filiorum fieret mater, non potest ex tali natos germine rursus ut naturales abiicere, neque quasdam postea forte nuptias post mortem uxoris aut repudium contrahens, eos, qui ex illis nascuntur nuptiis, velle habere solos esse legitimos, nisi eis etiam illi priores fuerint copulati, quorum similiter pater est, teste exsistente nuptiarum priorum quidem deo, secundarum autem lege. Eadem nobis lex pro cautela sit nuptias contrahentium, et si filii quidem ex talibus processerint nuptiis, erunt sui, et his legibus, quae sunt de suis positae, fruentur.

mittere] *remittere* I.

qui] Sic Mon. Berol. *ql.* Vind. Gr. τόν γε-ἐξαρνούμενον.

irrationabiliter] *inrationabiliter* Vind. Berol.

causatio] Sic Mon. Berol. *excuacto* Vind., sed lineola superius iniecta est, nisi quod litterae *xcu* a secunda manu scriptae sunt. Gr. αἰτία.

et] *tunc* I.

convenerit] Sic Vind. Berol. *conventus* Mon., sed secunda manus correxit *convenit*.

iuriiurando] Sic Vind. *iurisiurando* Berol., sed priori litterae *s* punctum subiectum est. Mon. *iusiurandum*, sed sec. manus correxit *iuriiurando*. Gr. τοῖς ὅρκοις.

idonea] *ydonea* I.

ipsam] Sic Vind. Mon. *ipsum* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. ἑαυτήν.

sub] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *cum* Trid. Port. *pro* Vulgo I. An fortasse ὑπὸ legit interpres pro ἀντί?

omni] Sic Vind. Mon. *di* Berol., sed lineola superius iniecta. Gr. πάσης.

contradat] Sic Mon. Berol. *contraxit* Vind. *credat* I. Gr. ἐπιδοῦναι.

NOV. LXXIV. CAP. V. §. 1. fecit] Sic Vind. Berol., sed supra lineam secunda manus virgulam posuit, qua re *fecerit* significari videtur. Mon. *fecerit*.

procreavit] Sic Vind. Berol., sed secunda manus virgulam superius imposuit. Mon. *procreaverit*.

ut] Sic Mon. *et* Vind. Berol., in quo utroque a secunda manu supra lineam adscriptum est: *ut*. Gr. ἐφ' ᾧ.

mulier] Sic Vind. Berol. *mulli* Mon., supra quam vocem secunda manus vocem *mulier* posuit. I. *mulieris*. Gr. τὴν γυναῖκα.

ei filiorum] Sic Vind. Berol. *filiorum ei* Mon. Gr. αὐτῷ παίδων.

fieret] Sic Vind. Mon. *fiet* Berol., sed supra litteram *e* lineola imposita est.

abiicere] Sic Berol. *abicere* Vind. Mon.

postea] Sic Vind. Mon. *posten uo* Berol., sed ultimis duabus litteris a secunda manu puncta subiecta sunt.

post] Sic Vind. Mon. *pt?* Berol., qua re Vulgo significatur *praeter*. Gr. μετά.

habere] Sic Vind. Port. Trid. *habebit* Berol. *habeb* Mon., sed per ultimam litteram circumflexus traiectus est. Deest in Hamb., quod sane melius est, et Graecis admodum confirmatur.

solos] *eos solos* I.

eis] Sic Mon. Berol. *tis* Vind., quo deleto, secunda manus lineae imposuit, quod supra in contextu receptum est.

quidem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. μέν.

deo] Sic Berol. Mon. *de eo* Vind. Gr. θεοῦ.

autem] deest in I.

lex] Sic Mon. Berol. *lege* Vind., sed supra lineam secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ὁ νόμος.

contrahentium] Quod Vulgo et in I. subiicitur *promulgata*, in Vind. Berol. Hamb. deest, nec sane Graecis firmatur, quod etiam ab interprete aliquo adiectum esse Os. recte vidit.

si] Sic Vind. Mon. *sci* Berol.

quidem] *quide* I.

his] Sic Vind. Berol. *huius* Mon., quod secunda manus correxit, ut in cont. Gr. τῶν-νόμων.

fruentur] Sic Vind. *fruebuntur* Mon. Berol.

CAP. VI. Si quid autem praeter haec fiat, non tamen ex scripta procedat copulatione, erunt naturales, et quae a nobis largita sunt naturalibus, sive ex testamento sive ab intestato potientur. Eos enim, qui semel ex odibilibus nobis et propterea prohibitis nuptiis procedunt, neque naturales vocari, neque participanda eis ulla clementia est, sed sit supplicium etiam hoc patrum, ut agnoscant, quia neque quicquam peccatricis concupiscentiae eorum habebunt filii.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis, et ad hominum medelam et naturae plenitudinem per hanc legem statuta sunt, tua celsitudo manifesta faciat universis programmatibus positis, per quae omnibus lex erit aperta, cognoscentibus, secundum quem circa talia conversentur modum, et nostram consideravimus providentiam, quia omni occupationi alteri eorum utilitatem proponimus. *Dat. prid. Nonas *** CP. imper. DN. Iust. PP. Aug. anno XII. Ioanne V. C. cons.* (538.)

NOV. LXXIV. CAP. VI. praeter] In Berol. Vind. signum est, quo haec praepositio designari solet. In Mon. Hamb. Trid. Port. I. est *post.*

haec] *hoc* I.

tamen] Sic Vind. Mon. *tm* Berol., lineola superius iniecta, qua re *tantum* significatur. Gr. *μέντοι.*

scripta] Sic Berol. *conscripta* Vind. Mon. Hamb. Trid. Port. I. Vulgo. Crediderim antea aliquid excidisse, quod Gr. *ἐκ καταδεδικασμένης* suadet, et Heraldus animadvertisse videtur, qui scribi voluit *proscripta.*

procedat copulatione] Sic Vind. Berol. *copulatione procedat* Mon. Gr. *προέλθοιεν συναφείας.*

naturalibus] Sic Vind. Berol., sed in Vind. supra hanc vocem vox *de* posita est. I. *de naturalibus.* Mon. *temporalibus*, sed supra lineam scriptum est *naturalibus.* Gr. *τοῖς νόθοις.*

sive ab intestato] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *εἴτε ἐξ ἀδιαθέτου.*

odibilibus] Sic Berol. Mon. Vind., in quo syllaba *bi* a secunda manu scripta est. I. *odibilibus nuptiis.* Gr. *μεμισημένων.*

propterea] Sic Vind. Berol. *propteroea* Mon.

participanda] *participante* I.

clementia est] Sic Vind. Mon. *est clementia* Berol.

etiam] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *καί.*

quicquam] Sic Vind. Mon. Berol. *quidquam* Vulgo I.

peccatricis] Sic Vind. *peccatrices* Mon. Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *ἁμαρτανούσης.*

NOV. LXXIV. EPIL. igitur placuerunt] Sic Vind. Mon. *placuerunt igitur* Berol.

sunt] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a secunda manu supra lineam adscriptum est *sunt.*

programmatibus] *programatibus* Vind. Mon. *programmaticis* Berol. Gr. *προγραμμάτων.*

positis] Sic Vind. Berol. *propositis* Mon. I. Gr. *τιθεμένων*,

modum] Sic Vind. Berol. *mo* Mon., sed supra lineam secunda manus scripsit *at. modum.* Gr. *τρόπον.*

consideravimus] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. *considerantes* Port. *consideramus* Berol. *considerantibus* Vulgo. Non dubito, quin interpres habuerit *ἐννοήσαμεν* loco vocis *ἐννοοῦσι.*

providentiam] Sic Vind. Mon. *per providentiam* Berol., sed ultimae litterae *m* punctum suppositum est.

omni] Sic Vind. Berol. *omnia* Mon.

proponimus] Sic Mon. Berol. *praeponimus* I. *imponimus* Vind., sed prioribus duabus litteris puncta supposita sunt. Gr. *προτίθεμεν.*

Dat.] Sic Vind. Bamb. D. I. I. *datum* Ambras. Tota subscriptio in Mon, Berol. Pist. Bamb. D. II. 11. et I. non est.

prid.] Sic Ambras. *pd* Vind., sed priori litterae *p* littera *i* superius imposita, secundaeque litterae *d* circumflexus traiectus est. Bamb. D. I. 1. *pridie.*

Nonas] *Nonos* Ambras. Vind. *Non.* Bamb. D. I. 1. Quod postea lacunae signum posui, cum Vulgo sit: *Iun.*, factum est ideo, quod haec mensis designatio in neutro codd. mss. est. Quamquam vel totus contextus tale quid excidisse satis demonstrat.

CP.] *Constantinopolim* Ambras. Bamb. D. I. 1. *Const͞pol.* Vind. *Constantinop.* Vulgo.

imper.] *imp.* Ambras. Bamb. D. I. 1., sed ultimae litterae in utroque circumflexus impositus est. Vind. *impr.*, sed lineola superius iniecta.

DN.] *dnus* Ambras, circumflexo superius iniecto; *don* Vind., sed lineola superius imposita est. Bamb. D. I. 1. *dnnus.*

Iust.] Sic Ambras. Vind. *Iustinianus* Bamb. D. I. 1. *Iustiniani* Vulgo.

PP.] Sic Vind., deest in Ambras.

Aug.] Sic Vind. *a* Ambras., sed circumflexo superius inscripto.

LXXV.

GLOSS.

UT HI, QUI OBLIGATAS SE HABERE PERHIBENT RES MINORUM AUT OBLIGATI SUNT EIS, AD EORUM GUBERNATIONEM PENITUS NON ACCEDANT, ET CURATORES NULLO MODO SUSCIPIANT CESSIONES ADVERSUS EOS, QUORUM CURATIONEM AGUNT AUT EGERUNT: HAEC AUTEM GENERALITER VALEBUNT IN OMNI CURATIONE, IN QUIBUS PERSONIS LEGES CURATORES PRAEBENT: ET DE GUBERNATIONE PECUNIARUM COMPETENTIUM EIS, QUORUM NEGOTIA MINISTRENTUR, ET QUANDO EAS RECONDI AUT MUTUARI OPORTET, AUT REDITUS EX EIS COMPARARI.

Id. Aug. Ioanni p. p. secundo.

PRAEFATIO. Omnia quidem legislatori reipublicae in magna cura sunt, quemadmodum optime se habeant et peccandi nihil relinquatur praecipue autem instrumenta minorum, et quae circa eos est curatio,

XII.] Sic Ambras. *XIIII.* Vind. *duodecimo* Bamb. D. I. 1.

Ioanne] *Iohanne* Ambras. *Iohe* Bamb. D. I. 1., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est. *Bilisario* Vind., quod Bieneri historia Novellarum p. 518. adnotare praetermisit.

V. C.] *vc* Ambras., sed circumflexo superius imposito. In Vind. Bamb. D. I. 1. est *vc*, sed circumflexo superius iniecto.

cons.] *cosl* Vind., ut tamen per litteram *s* circumflexus traiectus sit. Ambras. Bamb. D. I. 1. *ss*, sed lineola superius imposita.

NOV. LXXV. LXXV.] *R/. LXXV.* Vind., deest in Mon. Berol. utroque Bamb. et I. Ad marg. Berol. adscriptum est *const. II.*

hi] *hii* Berol. Mon. I.

perhibent] Sic Vind. Mon. Pro verbis *habere perhibent* I. habet *perhibent habere*. Berol. *proibent*, sed secunda manus scripsit *peribent*.

sunt] Sic Mon. Berol. *s* Vind., sed supra hanc litteram a secunda manu lineola posita est, qua re significatur *sunt*.

curatores] Antea Vulgo et in I. est *ut*, quod in Vind. Mon. Berol. desideratur.

nullo] Sic Mon. Berol. *nl* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

agunt] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed spatium vacuum in linea relictum fuit. Ad marginem Berol. scriptum *agunt*.

aut] Sic Vind. Mon. Berol. I. *vel* Vulgo.

curatores] *curationes* I.

ministrentur] Sic Vind. *ministrantur* Berol. *ministrant* Mon. *administrantur* Vulgo I.

quando] Sic Mon. Berol. *qua* Vind., sed litterae *a* lineola superius imposita est, secundaque manus correxit *quando*.

recondi] Sic Vind. Mon. *reconda* Berol., sed qui circumflexus ultimae litterae *a* impositus est, eum secunda manus delevit, quae et scripsit *recondi*.

reditus ex eis] *redditus ex eis* Vind. Mon. *ex eis redditus* Berol., sed sec. manus correxit *ex eis redditus*. I. *ex his redditus*. Vulgo *ex eis reditus*.

comparari] In Vind. Berol. postea est *R/.*, qua re *Rubrica* significatur. Ad marginem Mon. scriptum est *const. II.*

id. Aug.] Sic Vind. *id. a* Berol. Ambras. Pist. *..d a.* Mon., ubi prima littera miniatori pingenda relicta fuit. I. *idem a.* Vulgo *imp. Iustinianus aug.*

Ioanni] *Iohanni* I. *Ioh* Mon. Vind. Berol., sed ut per litteram *h* circumflexus traiectus sit. Ambras. Pist. *io*, sed lineola superius iniecta est.

p. p. secundo] *ppro secdo* Vind., sed lineolis superius impositis. Mon. *pp. scdo*, Berol. *ppo scdo*, Pist. *pp. so*, Ambras. *pp.*, I. *praeposito secun.* Vulgo: *gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto iterum, exconsuli et patricio.*

NOV. LXXV. PRAEF. peccandi] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *peccati* Vulgo.

nihil] Sic Vind. Mon. *nicni* Berol., sed sec. manus scripsit *nichil*.

relinquatur] Sic Vind. Berol. *reliquer* Mon., sed lineola ultimae litterae imposita est, qua re significatur *reliquerunt*. Secunda tamen manus scripsit *relinquatur*.

eos] *eos sunt* I.

est curatio] Sic Vind. *curatio est* I. Berol. *est curatores est* Mon.

res est studiosa eis, qui proferendi leges a deo licentiam perceperunt, dicimus autem de eo, qui imperat. Multas itaque causas audivimus, ubi administrantibus curatoribus cessiones factae sunt adversus minores, sive impuberes sive puberes quidem, in secunda tamen aetate constitutos, et mox efficiuntur eorum domini facultatum, ut non exsistentia forsitan debita subeuntes, aut parvo pretio cessiones accipientes eorum, quae sunt undique fragiles, aut etiam celantes desuscepta exsistentia in minorum rebus, et ita cessiones accipientes et secundum multas et plures occasiones. Quid enim homo ad malitiam semel declivus non adinveniat, ut minorum res proprias faciat?

CAP. I. Haec omnia lege corrigere volumus et praecipue illud, ut, si quis obligatum habuerit minorem aut eius res, hunc non omnino ad curationem eius, vel si a legibus vocetur, accedere. Quid enim non agat pro se, dominus eiusdem exsistens et adversarii rerum detentator effectus? Propter haec enim et illud sancimus, ut, si apertissime ma-

res est studiosa] Sic Vind. Mon. *studiosa* Berol., reliquis omissis. Vulgo *studiosa cura est.*, I. *res studiosa.* Gr. πρᾶγμά ἐστι περισπούδαστον.

proferendi] Sic Vind. Mon. *proferenda eis* Berol., sed ultimae voci puncta subiecta sunt secundaque manus correxit *proferendi*. Gr. τοῦ νομοθετεῖν.

perceperunt] Sic Vind. Mon. *praeceperunt* Berol., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. λαβοῦσι.

imperat] Sic Vind. Mon. *imperant* Berol. Gr. τῷ βασιλεύοντι.

administrantibus] Sic Vind., ut tamen syllabae *tibus* a secunda manu scriptae sint. Mon. Berol. *aministrantibus.*

curatoribus] Sic Vind. Mon. *curatoibus* Berol., sed litteris *oi* lineola superius imposita est, secundaque manus litterae *t* punctum supposuit.

cessiones] Sic Vind. Mon. *et cessiones* I. *ceissios* Berol., lineola ultimae syllabae imposita. Contra litterae *i* punctum subiectum est. Gr. ἐκχωροῦνται.

adversus] Sic Mon. Berol. *adversum* Vind.

sive impuberes sive puberes] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. *sive puberes sive impuberes* Hamb. I. Vulgo. Gr. εἴτε ἀνήβων εἴτε ἐφήβων.

facultatum ut non] Sic Mon. I. Vind., in quo quidem haec omnia a secunda manu scripta sunt. Berol. *facultatum ut uo,* sed lineola ultimis litteris imposita est, ut tamen ex *uo* secunda manus effecerit *non*. Vulgo *facultatum aut non,* quod sane correctum est ex Graecis.

forsitan] Sic Vind. Mon. *forsan* Berol.

pretio] Sic Vind. Mon. *pcio* Berol., sed litterae *p* lineola superius imposita est.

celantes] Sic Vind. Berol. *cellantes* Mon., sed litterae priori *l* puncta subiecta sunt.

accipientes et] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I., deest apud Port. Vulgo. Gr. καί.

quae sunt] In Gloss. sic adnotatum est: *alias q̄ minores et est plana.*

et plures] Sic Vind. Berol. Hamb. *ne plures* Mon., sed syllabae *ne* puncta subiecta supraque lineam adscriptum est *et*. In Trid. Port. *pluresve.*

homo] Sic Vind. Mon. *ho* Berol., sed lineola superius iniecta est.

malitiam] Sic Vind. Berol. *militiam* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. κακίαν.

declivus] *declivius* Mon. *deditus* Vind. Berol. I., quod etiam Vulgo est. Gr. ἐκκλίνας. An legendum *declinans?*

ut] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a secunda manu haec vox lineae imposita est.

faciat] Sic Berol. *efficiunt* Mon., sed secunda manus correxit, ut in contextu. Vind. *facit*, sed secunda manus correxit, ut in cont.

NOV. LXXV. CAP. I. aut] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a secunda manu supra lineam adscriptum est *aut*. Gr. ἤ.

non omnino] Sic Mon. Berol. *non omino* Vind. *omnino non* Vulgo. *non animo* I. Gr. μηδὲ παριέναι παντελῶς, quod κατὰ πόδα versum est.

dominus] Sic Mon. Berol. In Vind. tamen antea intrusum est *vel*, quod nec Graecis firmatur, ideoque omittendum fuit.

detentator] Sic Mon. Berol. *detemptor* Vind., sed supra hanc vocem secunda manus syllabam *ta* posuit.

effectus] Quod Vulgo et in I. antea est *nuper*, in Mon. Berol. Vind. non est, nec sane Graecis firmatur, ideoque omittendum fuit.

haec] Sic Berol. *hoc* Vind. Mon. I. Gr. ταῦτα.

manifestus] Sic Vind. Mon. Berol. In

nifestus est, quia is, qui fit administrator, ipse est iuri minoris obnoxius, neque ipse curator erit, necubi aut cautionem furetur aut alias probationes, quae erant minori, corrumpat, et curatio fiat ei interitus rerum propriarum. Hoc itaque lege acutissima colligetur, ut nullus eorum, qui obligatas habere perhibent res defuncti ipsumque minorem et eius res, aut etiam qui aperte obligatus exsistit, ad curationem eius accedat, neque habeat licentiam tale aliquid agere.

CAP. II. Sed et si quis iam curam gerens obligatum sibi effectum habeat minorem, in se forsan hereditate perlata cuiuspiam, qui minorem habuit obligatum, aut alia huiusmodi occasione, non iam solum eum esse fidelem ad impuberum aut adolescentium curam, sed coniungi tutorem alterum aut curatorem (hoc quod in plurimis legum casibus invenimus) ut custodiat ille, ne fiat adversus adolescentem aut eius substantiam ab eo, qui habet eum obligatum, in medio ulla malignitas; sed hoc ipsum

Mon. tamen sec. manus correxit, ut in cont. Vulgo I. *manifestum.* Gr. *δῆλός ἐστιν.*

is] Sic Vind. *his* Mon. Berol., sed priori litterae *h* punctum subiectum est.

fit] Sic Berol. Hamb. Trid. *sit* Vind. Mon. Port. Gr. *γινόμενος.*

administrator] *amministrator* Berol.

est] Sic Vind. Berol., deest in Mon., in quo quidem a secunda manu supra lineam adscriptum est.

iuri] Sic Vind. Mon. *ius* Berol., sed lineola superius imposita, ultimaeque litterae *s* punctum subiectum est. An legi voluit *iuribus?* Gr. *τοῖς δικαίοις.*

necubi] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem secunda manus supra lineam adscripsit *alicubi.* Gr. *μήποτε.*

probationes] Sic Vind. Berol. *prodationes* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *ἀποδείξεις.*

erant] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a secunda manu supra lineam id impositum est. Gr. *οὔσας.*

minori] Sic Berol. Hamb. *minoris* Vind. Mon. Trid. Port., quod etiam Vulgo est. I. *in minori.* Gr. *τῷ νέῳ.*

corrumpat] *corrumperet* I.

curatio] Sic Vind. Mon. *cura* Berol., sed ultimae litterae *a* circumflexus impositus est, sed secunda manus adscripsit *to*, lineola tamen superius imposita. Gr. *ἡ κηδεμονία.*

et curatio] *curatio* I.

fiat ei] Sic Vind. Berol. *ei fiat* Mon. Gr. *γένοιτο τούτῳ.*

interitus rerum] Sic Mon. *rerum interitus* Vind., quod etiam Vulgo est. Vocem *rerum* Berol. post verbum *propriarum* posuit, I. plane omisit.

hoc] Sic Vind. Berol. *hec* Mon. *hac* I. Gr. *τοῦτό τε.*

acutissima] Sic Hamb. Trid. Port. I. *accutissima* Vind. Mon. Berol. *tutissima* Vulgo, quod correctum ex Gr. *ἀσφαλεῖ.*

colligetur] *coligetur* Vind. Mon. *lege colligetur* Berol., sed priori voci *lege* puncta subiecta sunt.

obl. habere perhibent] Sic Vind. I. Berol., in quo quidem est *peribent*, Mon. *habere phibet oli obligatos*, sed sec. m. corr. *perhibent*, litterisque *oli* puncta subiecit. Vulgo *obligatas perhibent habere.*

ipsumque] *ipsum* I.

habeat licentiam] Sic Vind. Berol. *licentiam habeat* Mon., in quo ultima vox a secunda manu scripta est. Gr. *ἔχειν παῤῥησίαν.*

NOV. LXXV. CAP. II. gerens] *agens* I.

obligatum] Sic Mon. Berol. *obligat* Vind., sed supra ultimam syllabam *at* lineola superius posita est. Gr. *ὑπεύθυνον.*

habeat] *habet* I.

perlata] Sic Mon. Berol. *prolata* I. Vind. Gr. *κατενεχθέντος.*

habuit] Sic Mon. Berol. *habu't* Vind. *habuerit* I. Gr. *εἶχε.*

aut] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem priori litterae *a* iam prima manus punctum subiecit. Gr. *ἢ.*

eum] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. *αὐτόν.*

adolesc. curam] Sic Mon. Berol. *curam adol.* Vind. Gr. *τῶν νέων κηδεμόνα.*

plurimis] *pluribus* I.

adversus] *adversus eius* I.

adolescentem] Sic Vind. Mon. *olescentem* Berol., sed supra priorem litteram a sec. manu adscriptum est supra lineam *ad.*

habet eum] Sic Vind. Mon. Berol. *eum habet* Vulgo. Gr. *κτησαμένου τοῦτον.*

hoc ipsum] Sic Berol. I. Mon., ubi tamen secunda manus ex *hoc* effecit *haec.* Vind. *h ip*, sed ut cuique ex his litteris circumflexus impositus sit, qua re videtur significari *haec ipsa.* Gr. *αὐτὸ τοῦτο.*

observet, et iusiurandum iurans in ordinatione, quia hoc custodiet, etiam eam, quae ex proditione ad curatorem poena est, reformidans.

CAP. III. Ut autem non demus recusationem omnibus hominibus tutelae vel curae, si dicant, quia obligatas habent res adolescentium aut aperte obligati sunt, sancimus, si quis dixerit obligatum se habere minorem aut eius res aut minoris parentes, mox ostendere hoc ipsum recusationis tempore apud eum, qui dedit curatorem, et absolvi, aut si incertum est hoc, praebeat ad sancta eloquia iusiurandum, quia ex veritate obligatum eum se habere credens recusat, et si hoc factum fuerit, tutelam non contingere, neque curam, sed eum ab ea re procul expelli, ne ex hoc ipso hostem et non curatorem adolescentulo praebeamus.

CAP. IV. Sin vero tacuerit in initio hoc et factus fuerit curator, sciat, omni actione adversus minorem, si vera fuerit, se casurum, propter quod ex studio adversus hanc nostram legem firmetur. Sed si quis aperte obligatus exsistens tacuerit, sciat etiam iste, quia sustinebit poenam, quo non possit redhibitionibus aut aliis solutionibus debiti se miscere, tempore curationis forsan arte compositis.

et iusiurandum] Sic Vind. *eiusque iurandum* Berol., sed supra syllabam *iur* a secunda manu positum est *ius*. Caeterum Mon. I. *iusiurandum* habet. Gr. ὅρκον τε. Os. coniicit *iusque iurandum* vel *atque iusiurandum*.

iurans] Sic Vind. Mon. *iuans* Berol.

etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon.

curatorem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *concuratorem* Vulgo. Interpres non iam συγκηδεμόνα, sed κηδεμόνα legisse videtur.

poena] *penam* I.

NOV. LXXV. CAP. III. demus] Sic Vind. Berol. *damus* Mon. Gr. ἵνα – δῶμεν.

habent] Sic Vind. Berol. *habeant* Mon. Gr. ἔχουσι.

adolescentium] Sic Berol. *adolescentum* Vind. *adhulescentium* Mon., sed litterae *d* puncta subiecta sunt. Gloss. *alias minorum, alias adolescentium.*

dixerit] *pixerit* I.

aut minoris] Sic Vind. Berol. Hamb. I. Mon., in quo quidem ad marginem haec a secunda manu adscripta sunt: *aut se minori.* Trid. Port. Vulgo *aut etiam minoris.* Gr. ἢ τοὺς τοῦ νέου γονεῖς.

parentes] Sic Vind. Mon., in quo quidem sec. manus corr. *parentis.* Berol. *parentis.* Gr. γονεῖς.

ostendere] Sic Berol. Mon. *ostendet* Vind., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est. Gr. δεικνύναι.

contingere] Sic Vind. Berol. *contingnere* Mon., sed secundae litterae *n* puncta supposita sunt.

re] Sic Vind. Berol. *res* Mon., sed litterae *s* puncta subiecta sunt.

adolescentulo] Sic Vind. Berol. *adhulescentulo* Mon., sed litterae *d* puncta subiecta sunt. I. *adolescenti.*

NOV. LXXV. CAP. IV. sin] Sic Mon. Berol. *si* Vind. Vulgo I.

in initio hoc] Sic Vind. *initio hoc* Berol. *hoc in initio* Mon. Gr. τὴν ἀρχὴν τοῦτο.

si vera] Sic Vind. Berol. *siu* Mon., sed lineola superius imposita, quamquam secunda manus ibi correxit *si vero.* Gr. εἰ καὶ ἀληθὴς.

fuerit] Sic Mon. Berol. *fuit* Vind. Gr. γένοιτο.

propter] Vulgo et in I. subiicitur *hoc,* quod in Vind. Mon. Berol. non est; quamquam in Vind. Mon. sec. m. supra lineam apposuit *hoc*, in Berol. *haec.* Quod tamen nec Graecis firmatur.

quod] Sic Mon., deest in Berol. Vind., in quo quidem secunda manus hanc vocem lineae imposuit.

nostram legem] Sic Mon. *legem nostram* Vind. Berol. I. Fortasse vox *nostram* glossae locum obtinet, quae nec Graecis confirmatur.

firmetur] Sic Vind. *firmt* Mon., sed ultimis duabus litteris circumflexi impositi sunt, sed sec. manus correxit *firmetur.* Berol. *firmtur*, sed litterae *m* lineola superius imposita est.

iste] Sic Vind. Berol. *ipse* Mon. Gr. οὗτος.

quo] Sic Vind. Berol. Mon., sed in Vind. supra lineam scriptum est *ut.* Vulgo I. *quod.*

redhibitionibus] *redibitionibus* Vind. Mon. Berol. I.

miscere] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *eiicere* Vulgo. Pro ἐκβάλλειν interpres videtur habuisse ἐμβάλλειν.

arte] Sic Vind. Mon. *ar* Berol., sed secunda manus adscripsit *te.* Gr. τετεχνασμέναις.

compositis] Sic Mon. Berol. *composites* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont.

CAP. V. Quod si quis, sicuti dictum est, factus curator deinde minoris res fuerit perscrutatus, et cessiones in semet ipso aut per donationem aut per venditionem aut alio quolibet egerit modo, sciat, omnino infirmum esse, quod ab eo fuerit factum, et neque per se, neque per interpositam personam tale aliquid agi, sed undique invalida haec talia fieri, tanquam si neque ab initio facta fuerint. Manifestum namque est, quia, si in talem cogitationem inciderit, omnia agi et disponi ad interitum quidem suae animae, et ad rerum, quae eius quasi videntur, utilitatem. §. 1. Et non solum donec fuerit curator, prohibemus eum ab huiusmodi cessione, sed neque postea gerere concedimus, ne forsan hoc considerans abscondat rem et praeordinans illud male, postmodum, dum a cura cessaverit, et latere fecerit, quod maligne egit, forte tunc iam non curator exsistens, cessionem accipiat, et rem maligne disponat. Etiam tunc enim infirmum esse volumus quod agitur, et non posse ullam actionem valere cessam adversus eum, cuius prius curam administraverat, sed pro non facto id esse, et lucrum fieri adolescenti, licet cessio pro veris causis facta sit, non ut remeet rursus ad eum, qui cessit,

NOV. LXXV. CAP. V. PR. minoris] Sic Mon. Berol. *res minoris* I. *minores* Vind., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. τοῦ νέου.

res] Sic Mon. Berol., deest in I. Vind., sed sec. manus hanc vocem lineae imposuit. Gr. πράγματα.

fuerit] Sic Vind. Berol. *fuerint* Mon. Gr. περιεργάζοιτο.

semet ipso] Sic Vind. Mon. Berol. I. Hamb. Port. *semetipsum* Trid., quod etiam Vulgo legitur.

aut per venditionem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἢ κατὰ πρᾶσιν.

namque est] Sic Vind. I. *namque haec est* Berol., sed voci *haec* puncta subiecta sunt. Vulgo *est namque*.

agi et disponi] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *aget et disponet* Vulgo. Nisi fallor, interpres legit πράττεσθαι καὶ διοικεῖσθαι.

ad] Sic Vind. Mon. *et* Berol. *et ad* Trid. Hamb. I. Gr. πρός.

quidem] Sic Berol. Vind. Mon. Hamb. Deest in Trid. Port. Vulgo I. Gr. μέν.

suae] Sic Mon. Berol. *sue* Vind., deest in I.

animae] *animae suae* I.

eius] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a secunda manu sequenti voci impositum est. Gr. αὐτοῦ. Pro verbis *eius quasi* I. habet *quasi eius*.

NOV. LXXV. CAP. V. §. 1. huiusmodi] Sic Berol. *hac huiusmodi* Mon. *hac* I. *hec huiusmodi* Vind., sed ut priori voci *hec* puncta subiecta sint. Gr. τῆς τοιαύτης. An credendum, interpretem dubitasse, num *hac* (ταύτης), an *huiusmodi* (τῆς τοιαύτης) scribendum fuerit, quare utramque lectionem coniunxisse dicendus sit?

ne] *neque* I.

postmodum] Sic Vind. Berol. *postmo* Mon. Gr. ἔπειτα.

dum] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ἐπειδάν. An ab initio scriptum fuit *cum*?

quod] Sic Vind. Mon. *qui* Berol. Gr. τὸ κακουργηθέν.

egit] Sic Vind. Mon. I. *egerit* Vulgo Berol.

tunc iam] Sic Vind. Mon. Hamb. Berol. *iam nunc* Port. Vulgo. *etiam tunc* Trid. I. Gr. ἴσως τηνικαῦτα οὐκ ἔτι.

etiam tunc enim] Sic Berol. *etenim tunc* Mon. *tunc enim* Vind. I. Vulgo. Gr. καὶ τηνικαῦτα γάρ.

administraverat] Sic Mon. *ministraverat* Vind. *administraverit* I. *ministuat* Berol., sed litteris *u* et *t* circumflexi impositi sunt.

pro non] Sic Berol. Vulgo. *non profecto* I. *non pro non* Mon., sed priori voci a secunda manu in Mon. puncta subiecta sunt, quae eadem manus secundam vocem *non* delevit. Vind. *non pro*. Sed vulgaris lectio magis ad similitudinem Graecorum ἀντὶ μηδὲ γεγονότος accedit.

facto] deest in I.

esse] *esset* I.

adolescenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *adolescentis* Vulgo. Gr. τῷ νέῳ.

cessio] Quod Vulgo antea est *haec*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. I. non est, quamquam Trid. Port. habent. Omittendum sane fuit, quia in Graecis est: τὰ τῶν ἐκχωρήσεων.

pro veris] Sic Vind. Mon. *pro ve* Berol., sed secunda manus ad finem apposuit litteras *ris*. Gr. ἐπ' ἀληθέσιν.

causis] Sic Vind. Mon. *causas* Berol., sed sec. m. corr., ut in cont. Gr. αἰτίαις.

remeet] Sic Mon. *remehet* Vind. *reme*

tanquam si nihil quasi in medium contra legem visum fuerit actum, sed cadat ab eis, quae exinde sunt quaesita, propter transgressionem nostrae legis, et haec minorem lucrari. Nam si non hanc imposuerimus poenam, facilia erunt ea, quae sunt malignitatis, et eum, qui cessit, faciet iterum movere, et per medium ea, quae sunt cessionis, recipiet, legem per suam malignitatem circumveniens. Et haec dicimus in omni curatore, in quibus omnino curas aliquorum introducunt leges, prodigorum forte aut furiosorum aut amentium aut si quid aliud lex iam dixit, aut si quid inopinabile natura adinvenerit.

CAP. VI. Quoniam autem videmus curatores, quicunque dei memoriam habent, ad curam difficulter accedere (nam plurimis volentibus ea, quae minorum sunt, impie in se vertere, amabilis est res et appetibilis), videmus autem praecipue difficilem esse curatorum causam propter foeneratorum necessitatem, sancimus, nullam necessitatem ex legibus esse curatoribus minorum pecunias foenerare, sed caute reponere atque servare, quoniam melius est in antiquis eis tutamen manere, quam usurarum appetitione etiam antiqua pecunia cadere, et periclitari quidem curatorem, si non mutuaverit, rursus autem, si mutuaverit, periculum sustinere, facto forsan in debitis detrimento. Sin vero ipse sponte mutuare voluerit sub obligatione forte pignorum aut sub aliis, quae putantur indubitata, cautelis, tunc habeat quidem duorum mensium per

Berol., sed secunda manus addit *et.* Gr. ἐπανελθεῖν.

exinde] Sic Vind. *exinde ex hoc* Mon. Berol. I., unde facile dictu est, ex quo Vulgatum *ex hoc* ortum sit. Gr. ἐκεῖθεν.

haec] *hoc* I.

imposuerimus] Sic Berol. *inposuerimus* Mon. *interposuerimus* Vind. Gr. ἐπιθείημεν.

curatore] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Port. *curatione* Trid. Gr. κηδεμόνος παντός.

introducunt] *introducant* I.

si quid] Sic Vind. Mon. *si quis* Berol. Gr. εἴ τι.

aliud] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἕτερον.

lex iam] Sic Vind. *iam* Mon. Berol. *iam lex* I. Vulgo. Gr. ὁ νόμος - ἤδη.

dixit] Sic Vind. Berol. *dixerit* Mon. Gr. εἶπεν.

adinvenerit] Sic Mon. Berol. *advenerit* Vind. Gr. ἐξεύροι.

NOV. LXXV. CAP. VI. plurimis] Sic Vind. Berol. *pluribus* Mon. Gr. τοῖς πολλοῖς.

minorum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *minorem* Vulgo, ni fallor, ex errore typographi. Gr. τῶν κηδεμονευομένων.

appetibilis] *adoptabilis* I.

difficilem] Sic Vind. Mon. *difficile* Berol., quod tamen secunda manus correxit, ut in cont.

esse] deest in I.

foeneratorum] Ad marginem Contius *al. foenerationum.* Pro δανεισμάτων interpres videtur legisse δανειστῶν.

atque servare] Sic Vind. Mon. Berol. I. *et reservare* Vulgo Port. *et servare* Trid. Hamb. Gr. καὶ φυλάττειν.

est] Sic Mon. Vind. Berol., qui non habet, quod Vulgo et in I. subiicitur *eis*, quod quia Graecis non firmatur, omittendum esse visum est. Trid. Hamb. *eius.*

eis] Sic Vind. Mon. Berol., quod Vulgo et in I. deest. Gr. ἐπὶ τοῖς ἀρχαίοις αὐτοῖς.

tutamen] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu adscriptum est. Gr. ἀσφάλειαν.

appetitione] *apetitione* Vind. *appellatione* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἐφέσει.

cadere] Sic Vind. Berol. *tradere* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἐκπεσεῖν.

non] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a secunda manu adscriptum est. Gr. μή.

mutuaverit] Sic Berol. *mutaverit* Vind. Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. δανείσοι.

forsan] Sic Vind. Mon. *forsitan* Berol.

sin] Sic Vind. *si* Mon. Berol. I.

ipse sponte] Sic Vind. Berol. *sponte ipse* Mon. *sponte* I. Gr. αὐτὸς ἑκών.

putantur] Sic Mon. Berol. *deputantur* Vind. Gr. ταῖς - νομιζομέναις.

indubitata] Sic Vind. Mon. Berol. I. *indubitatae* Vulgo.

cautelis] Sic Vind. Mon. *cautel* Berol., sed litterae *l* circumflexus traiectus est. Gr. ἀσφαλείαις.

habeat] Sic Vind. Berol. *habet* Mon. Gr. ἐχέτω.

singulos annos inducias (hoc quod leges laxamentum vocant), sciat autem mutui periculum ad se omnino venturum.

CAP. VII. Si vero habeat reditus sufficientes is, cuius cura administratur, eos expendat; sin vero plus sunt, quam sufficiat, quod plus est, reponat. Quodsi mobilis forte eius, cuius cura administratur, substantia est, tunc illud solum mutuare curator cogatur, quantum ad dispensationem sufficiet adolescenti eiusque rebus, quod vero plus est, caute recondatur. Licebit autem ei cum omni subtilitate perscrutari, si aliquos forsan invenire caute potuerit reditus, et comparare minori ex abundantibus pecuniis, modicis functionibus publicis obligatos, venditorem vero habentes idoneum et opulentos reditus exsistentes. Damus enim ei licentiam et hoc agere, scienti, quia, si quid horum neglexerit, huius emtionis ipsum respiciet periculum.

CAP. VIII. Si vero tantum solummodo sit minoris aurum, cuius usurae vix eum et, qui eius sunt, pascere et aliquam aliam ei praebere vitae dispensationem sufficiant, tunc necessitatis ratio nos etiam ad hoc vocat, ut curatores respicientes ad deum ita faciant gubernationem, tan-

annos] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed secunda manus lineae imposuit *annos*. Gr. ἔτος.

hoc quod] Sic Vind. Mon. *hoc quidem* I. *quod* Berol., sed sec. manus supra lineam posuit vocem *hoc*. Gr. τοῦτο ὅπερ.

sciat] Sic Mon. Berol. *sciant* Vind. Gr. ἴστω.

ad se omnino] Sic Vind. Mon. Berol. *omnino ad se* Vulgo I. Gr. ἐφ' ἑαυτὸν πάντως.

NOV. LXXV. CAP. VII. reditus] *redditus* Vind. Mon. Berol. I. Quod in Mon. postea statim subiicitur *omnino*, in Vind. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.

is] Sic Vind. Mon. *his* Berol., sed priori litterae *h* punctum subiectum est. Gr. ὁ κηδεμονευόμενος.

administratur] Sic Vind. Mon. *amministratur* Berol.

sin] Sic Vind. Mon. *si* Berol. I.

sunt] Sic Vind. *sint* Mon. Berol. Pro verbis *plus sunt* I. habet *sunt plus*. Gr. εἰσί.

sufficiat] Sic Vind. Berol. Trid. Port. *sufficiant* Hamb. I. *suficiat* Mon.

reponat] Sic Vind. Mon. Berol., sed Contius ad marg. *al. reponatur*.

quodsi] Sic Vind. Mon. *quam si* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. εἰ δέ.

mobilis forte] Sic Mon. Berol. *forte mobilis* Vind. Pro πολλάκις interpres videtur legisse τυχόν.

eius] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a secunda manu supra lineam scriptum est *eius*. Gr. τοῦ κηδεμονευομένου.

administratur] Sic Vind. *amministratur* Berol. *ministratur* Mon.

mutuare] Sic Vind. Mon. *mutare* Berol., sed secunda manus supra litteram *a* posuit litteram *u*. Gr. δανείζειν.

dispensationem] Sic Vind. Berol. *dispentilationem* Mon., sed litteris *ti* puncta inferius subiecta sunt. Glossa adnotavit: *ad dispensationem*] *alias ad dispositionem*. Gr. πρὸς τὴν διοίκησιν.

sufficiet] *sufficiat* I.

adolescenti] Sic Vind. Berol. *adolenscenti* Mon.

quod] Sic Vind. Berol. *qui* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. τὸ δὲ περιττόν.

reditus] Sic Vind. *redditus* Mon. Berol.

abundantibus] *habundantibus* Vind. Mon. Berol. I.

functionibus] Sic Vind. Mon. *funccionibus* Berol.

habentes] *habentem* I.

idoneum] Sic Vind. Mon. *ydoneum* Berol. I.

reditus] Sic Vind. *redditus* Berol. Mon.

quia] Sic Vind. Berol. *quam* Mon., sed secunda manus correxit *quia*. Gr. ὡς.

huius] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* I. *huiusmodi* Vulgo. Gr. ταύτης.

emtionis] Sic Vind. Berol. *eptionis* Mon. Gr. ἀγορασίας.

NOV. LXXV. CAP. VIII. si] *sin* I.

aurum] *auri* I.

qui eius] Sic Vind. *quae eius* Mon. *q̄ iusa* Berol., sed secunda manus ex *iusa* facit *eius*. Gr. τοὺς αὐτοῦ.

pascere et] Sic Mon. Berol. *pascerent* Vind., sed supra litteram *t* secunda manus litteram *t* posuit. Gr. τρέφειν.

sufficiant] Sic Mon. *sufficiat* Vind. I. Berol., in quo quidem secunda manus correxit, ut in cont.

ad hoc vocat] Sic Vind. Mon. *hoc advocat* Berol. Gr. πρὸς τοῦτο καλεῖ.

deum] *eum* Vind. Mon. Berol. I. Sed facillima correctio est ex Graeco θεόν.

tanquam] Sic Vind. Berol. *taquam* Mon. Gr. ὡς ἄν.

quam in suis rebus. Etenim volumus, dum celebratur decretum, quod tradit curam ei, qui ad eam accedit, etiam iusiurandum eum dicere sacrosancta evangelia tangentem, quia per omnem pergens viam utilitatem adolescentis aget. Quod tamen non excipiet eum a ratiociniis, neque a legis ordine, sed cautiorem faciet ad rerum gubernationem, timentem semper circa eas propter iurisiurandi memoriam factam. Haec a nobis lex pro cautela sit posita horum, qui curatoribus indigent. Si quid et aliquid adinvenerimus, neque hoc lege complecti pigebimus, ut per omnia patres eorum, qui sibi auxiliari nequeunt, exsistamus.

EPILOGUS. Tua igitur eminentia quae visa sunt nobis, edictis per provincias, quibus praeest, utens, omnibus faciat manifesta, ut nullum lateant, quae a nobis pie et pro subiectorum providentia sancita sunt. *Dat. Kal. Iun. CP. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XII. Ioanne V. C. cons.* (538.)

etenim] Sic Mon. Berol. *atenim* Vind. Gr. καὶ γάρ.

tradit] Sic Berol. *tradidit* Vind. *tradid* Mon., sed per ultimam litteram *d* circumflexus traiectus est, qua re *tradidit* significatur. Gr. παραδιδοῦσι.

etiam] *et* I.

accedit] Sic Vind. Mon. *qaccedit* Berol., sed priori litterae *q* punctum subiectum est. Gr. παριόντι.

dicere] Sic Berol. Mon., in quo quidem secunda manus scripsit *deducere*. Vind. *decere*, quod tamen sec. manus correxit *ducere*.

sacrosancta] In Berol. I. subiicitur *dei*, quod etiam Vulgo est, Graecis tamen non firmatur, nec sane in Vind. aut Mon. apparet.

quia] Sic Vind. Berol. *qua* Mon., sed secunda manus correxit *quia*. I. *qui*. Gr. ὡς.

adolescentis] Sic Mon. Berol. *adulescentis* Vind., sed supra litteram *u* littera *o* inscripta est.

aget] *ag* Vind. Berol., sed lineola superius imposita est. Mon. *agit*, sed secunda manus correxit *aget*. Gr. πράξει.

tamen] Sic Vind. *tantum* Mon. Berol.

ratiociniis] Sic Vind. Mon. *rociociniis* Berol., sed priori litterae *o* a secunda manu littera *a* imposita est.

cautiorem] *cautionem* Trid. I. Gr. ἀσφαλέστερόν τε.

faciet] Sic Vind. Mon. *faciat* Berol. Gr. ποιήσει.

eas] Sic Mon. Berol. Vind., sed supra hanc vocem a secunda manu impositum est *res*. Gr. αὐτά.

iurisiurandi] Sic Vind. Berol. *iusiurandi* Mon.

a nobis lex] Sic Vind. Mon. Berol. *lex a nobis* Vulgo I. Gr. ἡμῖν ὁ νόμος.

quid] Sic Mon. *quidem* Vind. Berol. I. Gr. τι. Quod Vulgo postea subiicitur *vero*, in Vind. Mon. Berol. I. desideratur, ideoque omittendum visum est.

aliquid] Sic Vind. Mon. Berol. I. *aliud* Vulgo.

adinvenerimus] *invenerimus* I.

hoc] *hac* I.

lege] Sic Mon. Berol. *legem* Vind. Gr. νόμῳ.

pigebimus] Sic Vind. Berol. *pigebit* Vulgo. *exigebit* I. Gr. ὀκνήσομεν.

exsistamus] Sic Berol. *estimamus* Mon. *existimamus* Vind., sed litteris *im* puncta secunda manu subiecta sunt. Gr. γενώμεθα.

NOV. LXXV. EPIL. visa] Sic Mon. Berol. *iussa* Vind.

praeest] Sic Vind. Mon. I. *praees* Berol., quod etiam Vulgo est. An legit interpres ἐφέστηκε?

lateant] Sic Vind. Berol. *lateat* I. Vulgo.

pro] In Vind. subiicitur *nobis*, quod in Mon. Berol. desideratur, nec sane Graecis firmatur.

sancita sunt] Sic Vind. *sunt sancita* Mon. Berol. I.

Dat.] Sic Vind. Berol. Ambras., sed lineola superius iniecta. Tota subscriptio in Mon. Pist. Bamb. D. II. 11. et I. desideratur.

Kal.] *kl.* Vind. Berol. Ambras. Bamb. D. I. 1., sed litterae *l* circumflexus traiectus est.

Iun.] *Iunii* Bamb. D. I. 1.

CP.] *Constantinopoli* Vind. Berol. Ambras., in quo quidem ultimae litterae circumflexus superius impositus est. Vulgo *Constant.*, Bamb. D. I. I. *Constantinopolim.*

imp.] Sic Ambras. *ipr* Berol. Vind., sed lineola superius imposita.

DN.] *dni* Ambras., sed litterae *n* circumflexus impositus est. Bamb. D. I. 1. *dnn*, sed superius lineola imposita est. Vind. Berol. *don*, sed litterae *n* circumflexus impositus est.

LXXVI.

GLOSS.

DE INSTRUMENTORUM CAUTELA ET FIDE, ET PRIMUM DE DEPOSITO, ET MUTUO ET ALIIS DOCUMENTIS PRIVATE QUIDEM SCRIPTIS, HABENTIBUS AUTEM TESTES, ET DE NON HABENTIBUS TESTES, ET DE INSTRUMENTIS PUBLICE CONFECTIS, ET DE COLLATIONIBUS MANUS PROPRIAE SCRIPTURAE, ET DE EXPOSITIS INSTRUMENTIS AB ILLITTERATIS AUT PAUCAS LITTERAS SCIENTIBUS, ET DE EX NON SCRIPTO CONTRACTIBUS, ET DE CONTRACTIBUS USQUE AD UNAM AURI LIBRAM, ET DE CONTRACTIBUS, QUI IN AGRIS FIUNT, ET UT IN DOCUMENTIS ET CONTRACTIBUS FUTURIS LOCUM HABEAT LEX.

Idem aug. Ioanni p. p. secundo, exconsuli et patricio.

Iustiniani] *ius* Ambras. *Iust.* Berol. Vind., sed circumflexo superius imposito. *Iustinianus* Bamb. D. I. 1.

PP. Aug.] Sic Vind. Berol., sed circumflexo superius imposito. Ambras. *pp. a.*, sed circumflexo imposito.

anno] Sic Vind. Berol. *an.* Ambras. Bamb. D. I. 1., in quo quidem supra lineam lineola posita est.

Ioanni] *i Iohi* Ambras., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est *Iohi* Bamb. D. I. 1., sed per litteram *h* circumflexus superius traiectus est. Vind. Berol. *Bilisnio*, ubi tamen litteris *ai* circumflexus impositus est.

V. C.] *vic* Vind. Berol. *vc.* Ambras., sed circumflexo superius imposito.

cons.] *consule* Vind. Berol. *consulis* Ambras. Bamb. D. I. 1.

NOV. LXXVI. LXXVI.] *R/. LXXVI.* Vind. *R/.* Mon. Berol., ad cuius marginem scriptum est: *const. III.* Deest in I.

et mutuo] Sic Mon. *de mutuo* Vind. Berol., in quo secunda manus litteris *de* puncta subiecit.

aliis] Sic Mon. Berol., ubi non est, quod subiicitur in Vind. *omnibus*.

private] Sic Vind. Mon. Berol. Port. *privatim* Trid. Hamb. I.

scriptis] Sic Mon. Berol. *scriptes* Vind.

hab.] *de hab.* I.

et de non hab. testes] Sic Vind. Mon., desunt in Berol., quod propter homoeoteleuton excidisse manifestum est.

collationibus] *collatibnibus* I.

publice] Sic Mon. Berol. *publ* Vind., sed per litteram *l* circumflexo traiecto.

scripturae] Sic Vind. Mon. *sube scripturae* Berol., sed prioribus quattuor litteris puncta traiecta sunt. I. habet *scripture manus proprie.*

illitteratis] Sic Vind. *illittaratis* Mon. [illegible] Berol.

aut] Sic Vind. Berol. *l et paucas* Mon., sed litterae *l* circumflexus traiectus est.

ex non] Sic Mon. *contractibus ex non* I. *non ex non* Vind. *non* Berol., quod etiam Vulgo est.

scripto] Sic Mon. *ex scripto* Berol. *scriptis* Vulgo. Quod Vulgo subiicitur *contractibus*, deest in I.

et de contractibus] Sic Mon. Berol., desunt in Vind., quod propter homoeoteleuton videtur accidisse.

usque] *qui usque* I.

auri libram] Sic Mon. *libram* Vind. Berol., sed in Berol. supra hanc vocem in utroque ms. vox *auri* posita est. I. Vulgo *libram auri*.

et] Sic Vind., quod etiam Vulgo est. Mon. Berol. I. *vel*.

fiunt] Sic Mon. Berol. Vind., sed litterae *u* circumflexus impositus est.

et ut] Sic Vind. Berol. *ut et* Mon.

in documentis] Sic Mon. Berol. Priorem vocem Vind. omisit. Caeterum I. habet *in contractibus et documentis*.

lex] In Berol. subiicitur *R/.* Ad marginem Mon. *haec nondum inserta codice R/.* In I. subiicitur *Rubrica*.

Idem aug.] *id. a.* Ambras. Berol. Pist. Neob., sed lineola superius imposita. *I.* Mon., sed lineola iniecta. Vulgo *idem imperator*. I. *idem Iustinianus ā.*

Ioanni p. p. secundo] *Iohi pp scdo* Berol. *Iohi ppo. sdo* Neob. *Iohi pp. sa.* Mon. Pist. *Iohi ppo. scdo* Vind. *Iohi pp. II.* Ambras. *Ioanni gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto iterum* Vulgo. *Io. secun.* I.

exconsuli] Sic I. *exc̄* Mon. *et consul.* Vind. *exconsul.* Pist., sed ut in cont., Berol. Ambras. In Neob. haec et quae sequuntur ex inscriptione, plane desunt.

et patricio] Sic Berol. *et* Pist I. ꝛ. *pattio* Vind., sed priori litterae *t* circumflexus impositus est. Mon. *pati*, Ambras. *et pat'*.

PRAEFATIO. Novimus nostras leges, quae volunt ex collatione litterarum fidem dari documentis et quia quidam imperatorum super exsistente iam malitia eorum, qui adulterant documenta, haec talia prohibuerunt illud studium falsatoribus esse credentes, ut ad imitationem litterarum semet ipsos maxime exercerent, eo quod nihil aliud est falsitas, nisi imitatio veritatis. Quoniam igitur in his temporibus innumeras invenimus falsitates in iudiciis multis, quorum fuimus auditores, et quiddam inopinabile ex Armenia nobis exortum est. Oblato namque commutationis documento et litteris dissimilibus iudicatis, quoniam postea inventi sunt hi, qui documento testati sunt, subscriptiones subdentes et eas recognoscentes, fidem suscepit documentum, et quiddam hinc inopinabile occurrit, eo quod litterae quidem sine fide visae sunt licet examinata, responsa vero testium cum veritate concordaverunt, et haec per fidem testium, quae videtur quodammodo esse cauta. Videmus

NOV. LXXVI. PRAEF. PR. fidem] Sic Mon. Berol. *fid* Vind., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est.
imperatorum] Sic Mon. Berol. *imperator* Vind., sed lineola ultimae litterae *r* iniecta est, ubi secunda manus correxit, ut in cont. Gr. τῶν αὐτοκρατόρων.
exsistente] Sic Vind. Mon. Berol. I. *excrescente* Vulgo.
malitia] *militia* I.
qui] Sic Berol. Mon., deest in Vind., sed a secunda manu sequenti voci impositum est.
adulterant] Sic Berol. Mon. I. *adulterantur* Vind., quod etiam Vulgo est.
prohibuerunt] Sic Vind. Mon. *proibuint* Berol., sed secunda manus supra litteras *ui* circumflexum imposuit. Gr. ἐκώλυον.
imitationem] Sic Berol. *immutationem* I. *imutationem* Vind., sed priori litterae circumflexus impositus est. Mon. *imitationem*, sed priori litterae *i* circumflexus impositus est. Gr. μίμησιν.
exercerent] *exercent* I.
aliud est] Sic Vind. Berol. I. *aliud* Mon. *est aliud* Vulgo. Gr. ἕτερόν ἐστι.
falsitas] In Berol. subiicitur *est*, quod in Vind. Mon. non est, omittendumque videtur esse, cum neque Graecis firmetur.
imitatio veritatis] Sic Berol., sed secunda manus correxit *immutatio veritatis*. Vind. Mon. I. *inmutatio veritatis*. Vulgo *veritatis imitatio*. Gloss. adnotavit: *mutatio*] *alias immutatio, alias mutatio*. Gr. τῶν ἀληθῶν μίμησις.
temporibus] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem et subiicitur *in*, quod, nisi fallor, ex hoc, quod sequitur, verbo adhaesit.
innumeras] *innumerabiles* I.
quiddam] Sic Mon. Berol. I. *quidam* Vind. *quoddam* Vulgo. Gr. τι.
commutationis documento] Sic Mon. Berol. *commutationi sdo documentis* Vind., sed litteris *sdo* puncta subiecta, et ex voce *tis* factum est *to*. Gr. ἀμείψεως συμβολαίου.
hi] Sic Vind. I. *hii* Mon. Berol. *ii* Vulgo.
documento] Sic Mon. Vind. *de documento* Berol. I. Vulgo. Gr. τῷ συμβολαίῳ.
subscriptiones] Inde a syllabis *tiones* usque ad verba *hoc per fidem testium* quae leguntur, a secunda manu scripta sunt ad unum omnia. Caeterum *subscriptionem* Vind. Mon. Berol. Port. *subscriptiones* Hamb. Trid. I. Gr. γράμματα.
subdentes] Glossa habet: *alias habentes*.
eas] Sic Mon. Berol. I. *eam* Vulgo. Gr. ταῦτα.
quiddam] Sic Vind. Mon. I. *quoddam* Vulgo Berol.
hinc] *huic* I.
occurrit] Sic Vind. Mon. *occurit* Berol.
litterae] Sic Mon. Berol. *litte* Vind., sed ultimae litterae circumflexus impositus est. Gr. τὰ γράμματα.
visae] Sic Berol. *visse* Mon. Vind. Gr. ὤφθη.
responsa] Sic Vind. Berol. In Mon. subiicitur *verborum vel*, quae quidem in reliquis desunt, et in Mon. secunda manu punctis subiectis notata sunt, cumque nec Graecis firmentur, omittenda visa sunt.
vero] *verorum* Vind. Mon. *eorum* I. *vorum* Berol., sed lineola superius imposita est. Gloss. adnotavit: *alias verorum, alias eorum*. Correxit Beck ex Graeco δέ.
concordaverunt] Sic Vind. Mon. *concordaverint* Berol. Gr. ἀπήντησε.
haec] Sic Vind. *hoc* Berol. Mon. I. Gr. ταῦτα.
per] *propter* I.
testium] Hoc in Berol. bis scriptum, sed semel a secunda manu, quod punctis subiectis notatur.
esse] Sic Mon. Berol. *deest* Vind. Gr. εἶναι.

tamen naturam eius crebro egentem rei examinatione, quando litterarum dissimilitudinem saepe quidem tempus facit (non enim ita quis scribit iuvenis et robustus, ac senex et forte tremens), saepe autem et languor haec facit. Et quidem haec dicimus, quando calami et atramenti mutatio similitudinis per omnia aufert puritatem, et nec invenimus de reliquo dicere, quanta natura generans innovat et legislatoribus nobis praebet causas. §. 1. Quia igitur imperium propterea deus de caelo constituit, ut difficilibus imponat, quae apud eum sunt bona, et leges aptet secundum naturae varietatem, propterea aestimavimus oportere et hanc scribere sanctionem et dare in commune subiectis, quos nobis deus et prius tradidit et paulatim semper adiiciet. Etenim quiddam de deposito dubitatum et ad contentionem deductum invenimus, et oportet etiam horum omnino prospicere. Itaque illico nobis est a deposito inchoandum.

CAP. I. Si quis igitur vult caute deponere, non soli credat accipientis scripturae (hoc quod in iudicio quaesitum est; quia enim non

naturam] Haec et quae sequuntur usque ad verba *robustus ac*, in Berol. a secunda manu scripta sunt.

examinatione] Sic Mon. Berol. *examinatiom* Vind., sed lineola superius imposita est.

litterarum] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem a secunda manu scriptum est.

dissimilitudinem] Sic Vind. *dissimilitudines* Mon. Berol. Gr. ἀνομοιότητα.

enim] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem a secunda manu in linea adscriptum est. Gr. γάρ.

ita quis] *quas* I.

languor] Sic Mon. *langor* Vind. Berol. Pro verbis *et languor hoc* I. habet *hoc et languor*.

haec] Sic Berol. *hec* Mon. *hoc* Vind., quod etiam Vulgo et in I. est. Gr. ταῦτα. Caeterum pro verbis *et quidem* Os. corrigi vult *et quid* vel *et quidem quid*, quod sane Graeco καίτοι τί satis convenit, sed codd. mei hanc rem non firmant.

atramenti] Sic Mon. Berol. *atremti* Vind., sed supra litteram *m* circumflexus positus est. Caeterum secunda manus priori litterae *e* litteram *a* imposuit.

mutatio] Sic Vind. Mon. Berol. I. *immutatio* Vulgo.

aufert] *auffert* Vind. Mon.

puritatem] Sic Vind. Mon. Berol., sed huic voci inscriptum est a sec. manu in Vind. *at. veritatem*. Gr. ἀχραιφνές.

quanta natura] Sic Vind. Berol., desunt in Mon., ubi tamen secunda manus haec adscripsit. Gr. ὁπόσα ἡ φύσις.

innovat] Sic Vind. Berol. I., deest in Mon., ubi a sec. manu adscriptum id est. Gr. καινουργεῖ.

praebet] *praestet et prebet* I.

NOV. LXXVI. PRAEF. §. 1. aptet] Sic Vind. Mon., in quo quidem ultimae litterae puncta subiecta sunt. Berol. *apte*. Gr. ἁρμόζῃ.

aestimavimus] Sic Vind. Mon. Berol. *existimavimus* Vulgo I.

sanctionem] *sanccionem* Berol.

subiectis] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem litterae *iec* a secunda manu scriptae sunt. Gr. τοῖς ὑπηκόοις.

quos] Sic Vind. Berol. *quod* Mon. Gr. ὁπόσους.

et prius tradidit] *tradidit prius* I.

adiiciet] Sic Vind. Berol. *aditiet* Mon.

de] Sic Vind., deest in Mon. Berol. Gr. περί.

deposito] Sic Mon. Berol. *posita* Vind., sed supra priorem litteram a secunda manu vox *de* posita est. I. *deposito in scripto*. Gr. παρακαταθήκην.

contentionem] Sic Vind. Mon. *contestationem* Berol. Gr. στασιασθέν.

invenimus] Sic Vind. Berol., sed secunda manus correxit *invenemus*. Gr. εὕρομεν.

horum omnino] Sic Mon. Berol. Hamb. *omnino horum* Trid. Port. I. Vulgo. Gr. τούτων πᾶσαν.

illico] Sic Vind. Berol. *aliquo* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. εὐθύς.

a deposito] Sic Berol. Mon. *addeposito* Vind., sed priori litterae *d* puncta subiecta sunt. I. *de deposito*.

NOV. LXXVI. CAP. I. caute] Sic Vind. Mon. *cautae* Berol. Gr. ἀσφαλῶς.

quod] Sic Vind. Mon., in quo quidem supra lineam adiectum est *etiam*. Berol. *quod et*. Vulgo I. *quod etiam*, quod quidem Graecis non firmatur.

quia] Sic Vind. Berol. *quam* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont.

enim] Sic Vind. Berol. *non enim* Mon., sed priori voci puncta subiecta sunt.

professus est is, qui scripsisse dicebatur, suam esse scripturam, magnum res habuit tumultum, et scribere alia coactus est, quae visa sunt veluti similia quidem, non tamen per omnia similia, et quantum ad illam scripturam, sine termino causa permansit), sed is, qui depositum dat, advocet etiam testes ut possibile est honestos et fide dignos, et non minus tres, ut non in sola scriptura et eius examinatione pendamus, sed sit indicantibus etiam testium solatium. Etenim tales testificationes suscipimus, quo praesentes testes dicant, quia his praesentibus subscripsit, qui documentum fecit, et hunc noverunt. Nam si invenerimus et tales quosdam testes non minus quam tres, dignos fide exsistentes, neque talem interdicimus fidem; neque enim ut abbreviemus probationes, ponimus legem, sed ut esse eas et caute esse faciamus.

CAP. II. Sed et si quis aut mutui instrumentum aut alterius cuiuspiam faciat, et noluerit hoc in publico conficere, quod et in deposito definivimus, non ex ipso videatur credibile, quod scribitur super mutuo

professus] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem prior littera *s* deleta est.

scripsisse] Sic Vind. Berol. *scripsise* Vind. *se scripsisse* I.

dicebatur] *dicebat* I.

esse scripturam] Sic Berol. *scripturam esse* Vind. Mon. *scripturam* I. Gr. *καθεστάναι τὰ γράμματα.*

magnum] Sic Vind. Berol. *et magnum* Mon., sed priori voci puncta subiecta sunt, quam nec Graeca agnoscunt.

res habuit] Sic Vind. *habuit res* Mon. Berol. I.

tamen] Sic Vind. Mon. *tantum* Berol. Gr. *οὐ μήν.*

sine termino causa] *causa sine termino* I.

is qui] Sic Mon. *his qui* Berol. *id qui* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *ὁ διδούς.*

tres] Sic Vind. Berol. I. Mon., in quo supra lineam *tribus* a sec. m. scriptum est. Pariter in Vind. supra lineam scriptum est *i. tribus*. Vulgo *tribus*.

ut] Sic Vind. Mon. *au* Berol., sed lineola superius imposita litteraeque *a* punctum subiectum est. *non ut* I. Gr. *ἵνα.*

non] deest in I.

pendamus] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. Cont. *pendeamus* Port. in margine, quod etiam Vulgo est et Graeco *ἠρτήμεθα* satis firmatur. Cont. ad marg. *pendeamus*. Caeterum potest sane ipse interpres *pendĕre* et *pendēre* confudisse.

etiam] Sic Mon. Berol. *et* Vind.

suscipimus] *suscepimus* I.

quo] Sic Berol. Vind., in quo secunda manus lineae imposuit *ut*. Mon. *quos*, sed sec. manus lineae inscripsit *al. q̄*. Hamb. I. *que*, unde Os. coniecit, quod in cont. scriptum est. Vulgo *quas*. Gr. *ὥστε.*

hunc] Sic Mon. Berol. Cont. Vind., in quo tantum a secunda manu scriptum est, Hamb. Port. Trid. Ad marginem Contii: *al. hoc.* Interpres videtur legisse *τοῦτον.*

noverunt] Sic Vind. Mon. *nocuerunt* Berol., sed secunda manus litterae *c* punctum subiecit. Gr. *ἐπίστανται.*

invenerimus] Sic Vind. Berol. *hinc venerimus* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *εὕροιμεν.*

et tales] Sic Vind. Mon. *tales* Berol. *et quosdam tales* I. Gr. *καὶ τοιούτους.*

quosdam] deest in I.

interdicimus] Sic Mon. Berol. Vind., in quo syllabae *inter* a secunda manu scriptae sunt. Gr. *ἀπαγορεύομεν.*

ut] Sic Vind. Berol., sed priori litterae *u* punctum subiectum est. Deest in Mon., sed a secunda manu adscriptum est. Gr. *ἵνα.*

ponimus] Sic Berol. Mon. *proponimus* Vind. Gr. *τίθεμεν.*

legem] Sic Vind. Berol. *leges* Mon. Gr. *τὸν νόμον.*

NOV. LXXVI. CAP. II. sed et si quis] Ad marg. Mon. Berol. *quemadmodum sine tabellione instrumenta caute fieri possunt.*

aut mutui] Sic Vind. Berol. *et mutui* Mon., sed sec. m. correxit, ut in cont. Gr. *ἢ δανείσματος.*

noluerit] *voluerit* I.

conficere] Sic Mon., sed secunda m. correxit *confiteri*, quod etiam in Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. Vulgo est. Id, quod in contextu posui, iam Cramerus coniecerat Os. auctore. Gr. *συνθεῖναι.* Emendaverunt Leunclavius Notatorum II. 244. et Salmasius de usuris p. 155 *confieri*, non improbante Os.

et in] Sic Vind. Berol. Prior vox in Mon. deest, sed a prima manu lineae imposita est. Gr. *καὶ ἐπί.*

definivimus] Sic Vind. Berol. *diffinivimus* I. *diffinimus* Mon. Gr. *ὁρίζομεν.*

scribitur] *scribatur* I.

documentum, nisi etiam testium habeat praesentiam fide dignorum non minus trium, ut, sive veniant et propriis subscriptionibus attestentur, sive alii quidam testificentur, quia praesentibus eis confectum est documentum, fidem causa ex utroque percipiat, etiam litterarum examinatione penitus non repulsa, sed sola non sufficiente, augmento autem testium confirmanda.

CAP. III. Si vero tale aliquid contigerit, quale in Armenia factum est, et aliud quidem faciebat collatio litterarum, aliud vero testimonia, tunc nos quidem aestimavimus ea, quae a viva dicuntur voce et cum iureiurando, haec digniora fide, quam scripturam ipsam secundum se subsistere. Veruntamen sit hoc iudicantis prudentiae simul atque religionis, ut veracibus potius pro talibus credat. Et nos quidem secundum hunc modum aestimamus oportere probari fidelia documenta.

CAP. IV. Si tamen quisquam aut deponens aut mutuans aut aliter contrahens contentus sit scriptura sola eius, cum quo contrahit, in ipso erit, ut sciat, quia in illius fide totum ipse suspendit. Et quidem quantum ex scriptura, non sufficiens videbitur fides, nisi secundum nostram

habeat] *habeatur* Mon. *habeant* Vind. *adibeant* Berol. An interpres habuit ἔχοι?

non] *et non* I.

sive] Sic Berol. Mon. *si* Vind. Gr. εἴτε.

et] Sic Vind. Berol. *set* Mon., sed litterae *s* punctum subiectum est. Gr. καί.

attestentur] Sic Vind. *atestentur* Mon. Berol.

quia] Sic Vind. Berol. *qua* Mon., sed sec. manus correxit *quia*. Gr. ὡς.

eis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eius* Vulgo, quod ex errore typographi profectum est.

fidem causa] Sic Mon. Berol. *fidem eam* I. *fid cam* Vind., sed litterae *d* lineola traiecta, qualis et ultimae voci imponitur; secunda tamen manus litterae *m* puncta subiecit. Gr. τὸ πρᾶγμα τὴν πίστιν.

percipiat] *percipiant* I.

etiam] Sic Mon. Berol. *et* Vind.

litterarum] Sic etiam Berol., sed litteris *tt* puncta subiecta sunt.

repulsa] Sic Vind. *pulsa* Mon. Berol., in quo quidem supra litteram *p* impositum est *re*. Hamb. Trid. *expulsa*. Gr. ἀποβλήτου.

non] deest in Vind., sed haec vox a secunda manu lineae inscripta est. Gr. οὐχ.

autem] deest in I.

NOV. LXXVI. CAP. III. si] Sic Mon. Berol. *sin vero* Vind. Ad marginem Mon. Berol.: *si litterarum fides a voce testium discrepet.*

tale aliquid] *aliquid tale* I.

et] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *ut* Port. Vulgo. Gr. καί.

faciebat] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. [illegible] Port. Vulgo. Gr. ἐποίει.

[illegible] *testimonium* I.

aestimavimus] Sic Vind. Mon. *exstimavit* Berol., sed secunda manus corr. *exstimavimus*. Vulgo *existimavimus*. I. *extimamus*.

ea, quae] Sic Vind. Berol. *eamque* Mon. Gr. τά.

a viva] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *viva* Port. *ad viva* Vind. Gr. παρὰ ζώσης.

haec] Sic Vind. Mon. *hoc* Berol. Gr. ταῦτα.

hoc] Sic Vind. Berol. *haec* Mon. Gr. τοῦτο.

ut] Sic Vind. Mon. *aut* Berol., sed priori litterae *a* punctum subiectum est.

aestimamus] Sic Vind. *estimavimus* Mon. *extimavimus* I. Berol. *existimamus* Hamb. *existimavimus* Trid. Port., quod etiam Vulgo est. Gr. οἰόμεθα.

probari] Sic Mon. Berol. *reprobari* Vind. Gr. ἀποδείκνυσθαι.

NOV. LXXVI. CAP. IV. tamen] Sic Vind. Mon. *tantum* Berol. Gr. μέντοι. Ad marg. Berol. Mon.: *de contractibus incaute vicariis depositis* (Mon. *incaute compositis*).

quisquam] Sic Vind. Berol. *quicquam* Mon., sed sec. m. scripsit *quisquam*. Gr. τις.

aliter] Sic Vind. *al* Berol., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. Mon. I. *alias*. Gr. ἄλλως.

contrahens] Sic Vind. Berol. *contrahat* Mon. Gr. συμβάλλων.

erit] Sic Mon. Vind. In Berol. hoc bis scriptum, sed prima vice punctis subiectis notatum est.

illius] Sic Vind. Mon. *ipsius* Berol. Gr. ἐκείνου.

videbitur] Sic Vind. Berol. *videtur* Mon. Gr. δόξειε.

legem adiiciatur documento credulitas, aut si praesentia testium, coram quibus contractus factus est, aut forsan novissimum eius rei refugium iuverit, dicimus autem, quod ex iureiurando est. Nam non infirmamus, quod factum est; nam falsitates et imitationes metuentes, et nudis eis exsistentibus non credentes huiusmodi subtilitatem causae addimus, non ut credentes privemus fide sua circa amicos, sed ut, quantum possibile est, perfidiam et negationem multis convincamus modis.

CAP. V. Sed et instrumenta publice confecta licet tabellionum habeant supplementum, adiiciatur et eis, antequam compleantur, sicut dictum est, testium ex scripto praesentia.

CAP. VI. Oportet autem iudicantes, et si qua signa invenerint adscripta chartis, etiam haec requirere et legere niti (plurima namque novimus et ex illis apparuisse), et non facile fidem litterarum ex aliarum collatione recipere propter dudum dictas a nobis causas.

adiiciatur] Sic Vind. Berol. *adiciatur* Mon.

credulitas] Sic Vind. *credulitatis* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Berol. *creditas*, sed sec. m. supra lineam adscripsit *credulitas*.

si praesentia] Sic Berol., deest *si* in Vind. Mon. An interpres legit ἢ εἰ ἡ παρουσία?

factus est] Sic Vind. Mon. Berol. I. *est factus* Vulgo.

forsan] Sic Vind. Mon. Berol. *forsitan* Vulgo. *novissimum forsan* I.

eius] Sic Berol. *huius* Mon. *ei* Vind., lineola quidem superius imposita, sed secunda manus correxit *eius*.

rei] Sic Mon. Berol. Vind., in quo huic voci puncta subiecta sunt. Gr. τοῦ πράγματος.

iuverit] Sic Berol. Mon., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *al. inveneri t.* Vind. *invenerit*, in quo quidem syllaba *ne* a secunda manu scripta est. I. *intervenit*. Contius *invenerit*, qui idem in margine habet *intervenerit*. Gr. βοηθήσειεν.

dicimus] Sic Vind. Mon. *dice* Berol., sed ultimae litterae circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit, quae eadem manus correxit, ut in cont. Gr. φαμέν.

imitationes] Sic Vind., sed priori litterae circumflexus impositus est. Berol. Mon. I. *immutationes*. Gr. μιμήσεις.

addimus] Sic Vind. Berol. Mon., in quo secunda manus correxit *addidimus*. I. *adiicimus*. Gr. προστίθεμεν.

perfidiam] Sic Vind. Mon. Berol. I., qui non habent, quod Vulgo anteponitur *et*. Interpres igitur vocem *et* non videtur habuisse.

convincamus] Sic Vind. Mon. *recoicamus* Berol., sed supra lineam appositum est *vi*, circumflexo tamen superius imposito. Vulgo I. *reconvincamus*. Gr. ἐλέγχωμεν.

NOV. LXXVI. CAP. V. sed et] Vulgo et in I. postea est *si*, quod licet in Vind. Mon. sit, melius tamen in Berol. omittitur. Nec enim in Graecis est, quo firmetur.

confecta] Quod Vulgo et in I. postea est *sint*, licet in Vind. Mon. legitur, tamen in Berol. recte deest, in quo quidem secunda manus supra lineam adscripsit *sint*. Nec enim in Graecis habet, quo firmetur.

supplem.] *suplem.* I.

adiiciatur] Sic Vind. Berol. *adiciatur* Mon.

sicut] *sicuti* I.

scripto] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem secunda manus lineae imposuit *non*. Pro *testium ex scripto* I. habet *ex scripto testium*. Gr. ἐν γράμμασι.

NOV. LXXVI. CAP. VI. et si qua] Sic Mon. Berol.. *si qua et* Vind. *ut si qua* I. Gr. καὶ εἴ τινα.

chartis] Sic Mon. *cartis* Vind. Berol. I.

etiam] *et* I.

haec] Sic Mon. Berol. *hoc* I., deest in Vind. Gr. ταῦτα.

legere] Sic Vind. *lege* Berol., sed ultimae litterae lineola superius imposita est. Gr. ἀναγινώσκειν.

et ex illis] Sic Mon. Berol. *ex illis* Vind. Gr. καὶ ἐξ ἐκείνων.

fidem] Sic Mon. Berol. *fid* Vind., sed per ultimam litteram circumflexus traiectus est.

litterarum] Sic Vind. Mon. Hamb. I. Trid. *ex litterarum* Port. Vulgo. Gr. τῶν γραμμάτων.

ex aliarum] Sic Berol. Hamb. Trid. *aliarum* Port., desunt Vulgo et in I. Gr. ἐκ παραθέσεως ἑτέρων.

collatione] Sic Mon. Vind. *collectione* Berol. Vide notam superiorem.

CAP. VII. Si vero moriantur omnes testes aut forsan absint aut aliter non facile sit fidem ex testium subscriptionibus invenire, neque tabellio superest, qui complevit (si quidem publice sit confectum), quatenus testimonium perhibeat pro se, aut non est in civitate, sed necesse est omnino collationem litterarum aut suppletionis aut eorum, qui subscripserunt, assumere, tunc competens est properare quidem ad comparationes (neque enim eas modis omnibus interdicimus), per omnem autem subtilitatem procedere, et omnino si putaverit eis oportere credi, etiam iusiurandum iniicere proferenti, quia nihil maligni conscius in eo, quod a se profertur, nec quandam artem circa collationem fieri praeparans, sic utitur eo, quatenus neque perimatur quidquam omnino, et per omnia munitio in rebus fiat. §. 1. In his vero, quae conficiuntur publice documentis, si tabellio venerit et testimonium perhibuerit cum iureiurando, si quidem non per se scripsit, sed per alium ministrantium sibi, et ille, si vivit, si quidem possibile omnino est eum venire, et nulla causa prohibet eius adventum, aegritudo forte valida aut quaelibet aliarum necessitatum, quae hominibus accidunt. Quodsi etiam adnumera-

NOV. LXXVI. CAP. VII. PR. aut aliter] Sic Mon. Berol. *u aliter* Vind., sed priori litterae u punctum impositum est. Gr. ἢ καὶ ἄλλως.

testium] Sic Vind. Berol. *existentium* Mon., sed huic voci puncta subiecta lineaeque impositum est *testium*. Gr. μαρτύρων.

perhibeat] Sic Mon. *peribeat* Berol. *prohibeat* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. μαρτυρῆσαι.

non] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem vox *si* supra lineam adscripta est, quae tamen Graecis non firmatur.

collationem] Sic Vind., sed ultima littera a secunda manu scripta est.

aut suppletionis] Sic Vind., quod restituendum esse vidit Os., qui quidem et *aut suppletionum* scribi posse animum advertit. *aut suppletiones* Mon. Berol. *suppletiones* Hamb. Trid. Port. I. *aut suppletiones* Vulgo, quod etiam in Vind. sec. manus correxit.

aut eorum] Sic Vind. Hamb., priorem tamen vocem omittunt Mon. Berol. *eorum* I. Trid. Port. Vulgo. Gr. ἢ τῶν.

subscripserunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *subscripserint* Vulgo.

ad] Sic Mon. Berol. *aut* Vind., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. ἐπὶ τάς.

comparationes] Sic Vind. Mon. *comparationem* Berol. Gr. συγκρίσεις.

autem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. sed a secunda manu supra lineam adscriptum est. Gr. δέ.

eis] Post *eis* Vulgo et in I. interponitur [illegible], quod in Vind. Mon. non est. Gr. [illegible] αὐταῖς.

oport. credi] *credi oport.* I.

iniicere] Sic Mon. Berol. *invicem* Vind. Gr. ἐπάγειν.

collationem] Sic Vind. Mon. *collectionem* Berol. Gr. σύγκρισιν.

quatenus] Sic Mon. Berol. *quatinus* Vind.

munitio] Sic Berol. *minutio* Vind. Mon. Gr. τὸ ἀσφαλές.

NOV. LXXVI. CAP. VII. §. I. conficiuntur] Sic Vind. Mon., in quo quidem syllaba *ci* a prima manu scripta est. Berol. *confitiuntur*.

tabellio] Sic Mon. Berol. *tabelio* Vind.

perhibuerit] Sic Vind. Mon. *proibuit* Berol., sed litteris *it* circumflexus impositus est; secunda autem manus ex *pro* facit *per*.

scripsit] Sic Vind. Berol. *scripserit* Mon. Vulgo I. Gr. ἔγραψεν.

ministrantium] Sic Vind. Mon. Berol. *ministrantem* Vulgo I. Gr. τῶν ὑπουργούντων.

et ille] Quod postea Vulgo est *veniat*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Port. Trid. I. deest, nec sane in Graecis habet, quo firmetur. Etenim illa παρίτω κἀκεῖνος ante voces *et ille* potius lacunam statui suadent.

omnino est] Sic Vind. *est omnino* Mon. Berol. I., quod sane Graecis non firmatur.

nulla] Sic Mon. Berol. *si nulla* Vind. Gr. καὶ οὐδεμία.

quaelibet] Sic Berol. *quolibet* Vind. Mon., sed sec. m. correxit *quaelibet*. An ab initio scriptum fuit *quodlibet*, ut Graeco τι conveniat?

torem habuerit instrumentum, et ipse adveniat, ut tres sint testificantes et non unus. Si vero neque adnumerator assumtus est et instrumentum ipse tabellio totum per se scripsit atque supplevit, aut si etiam, qui hoc conscripsit, non est, aut aliter ipse venire non valet, tamen cum iureiurando propriae completioni attestetur, ut comparationi non fiat locus, sint etiam sic credibilia documenta; testimonium enim et ex voce complentis factum, et iusiurandum habens adiectum praebeat quoddam causae momentum. §. 2. Quodsi tabellio defunctus est et testimonium perhibeatur suppletioni ex alia collatione, si quidem etiam sic habeat eum, qui conscripsit instrumentum, viventem et adnumeratorem, adveniant et illi, si quidem praesentes sunt, et habeat ex collatione adimpletionum et ex testibus causa fidem. Sin vero nullus horum sit, tunc fiat quidem completionum collatio, non autem sola haec ad hoc sufficiant, sed et aliorum subscribentium forte aut contrahentium scripturae examinentur, ut ex plurimis comparationibus tam completionis, quam subscribentium, aut etiam

et ipse] Sic Vind. Berol. *ipse* Mon. Gr. κἀκεῖνος.
adveniat] Sic Mon. *adveniait* Vind., sed ultimae litterae *i* puncta subiecta sunt. Berol. *adveiat*, sed litteris *eia* circumflexi impositi sunt. Gr. παραγινέσθω.
scripsit] *scripserit* Mon., sed secunda manus litteris *er* puncta subiecit, priorique syllabae *scrip* syllabam *con* inscripsit. Vind. Berol. I. *conscripsit*, quod etiam Vulgo est. Gr. γέγραφέ τε.
supplevit] Sic Vind. Berol. *suppleverit* Vulgo. Gr. ἐτέλεσεν.
hoc] Sic Vind. Berol. *hec* Mon. Gr. τοῦτο.
tamen] Sic Vind. Berol. *tc* Mon., lineola superius imposita, qua re *tunc* significatur. Gr. μέντοι.
completioni] Sic Berol. *complectioni* Vind. Mon. Gr. τελέσματι.
attestetur] *adtestetur* Mon. *atestetur* Berol.
enim et] Sic Vind. *et enim* Mon. *enim* Berol., in quo quidem secunda manus supra lineam vocem *et* posuit. Gr. γὰρ – καί.
complentis] Sic Vind. Mon. *complenti?* Berol., quamquam prima manus scripserat, ut in cont. Gr. τοῦ τελέσαντος.
praebeat] Sic Vind. Mon. *praebuit* Berol. *prebuit* I. Gr. ποιήσειεν.
quoddam] Sic Vind. Mon. *qdam* Berol., sed per litteram *d* virgula traiecta est. Gr. τινα.
momentum] Sic Vind. Berol. Mon. I. Trid. *documentum* Hamb., quod sec. m. correxit, ut in cont. Port. Cont. *monimentum*, quod etiam Vulgo est. Ad marg. Contii: *alias momentum*, *alias documentum*. Gr. ῥοπήν.
NOV. LXXVI. CAP. VII. §. 2. perhibeatur] Sic Mon. *peribeatur* Vind. Berol.
suppletioni] Sic Vind. Berol. *suppletioni* Mon. Gr. τὸ τέλεσμα.

collatione] Sic Mon. Berol. *collectione* Vind., nisi quod supra syllabam *ec* a secunda manu positum est *a*.
sic] Sic Berol. Vind., in quo huic voci puncta subiecta sunt; deest in Mon., sed sec. manus vocem *sic* lineae imposuit. Gr. καὶ οὕτως.
conscripsit] Sic Vind. Berol. *scripsit* Mon. Gr. τὸν συντάξαντα.
adveniant] Sic Vind. Berol. *adinveniant* Mon., sed litteris *in* puncta subiecta sunt. Gr. παρίτωσαν.
adimpletionum] Sic Berol. *ad impletionem* Vind. *inplectionum* Mon. Gr. τῶν πληρώσεων.
ex testibus] Sic Vind. Berol. *existentibus* Mon., quod tamen secunda manus correxit *testibus*, cum syllabis *istentibus* puncta subiecta sint. Gr. ἐκ τῶν μαρτύρων.
sin] Sic Vind. Berol. *si* Mon. Vulgo I.
sit] Sic Vind. Berol. *fit* Mon. Gr. εἴη.
completionum] Sic Vind. Berol. *complectionum* Mon. Gr. τελεσμάτων.
autem] In Vind. antea est *u*, sed circumflexo superius imposito. An significatur *vero*?
hoc] Sic Vind. Berol. *hec* Mon. Gr. τοῦτο.
sufficiant] Sic Vind. Berol. *sufficiat* I. Mon., quod tamen Graecis refutatur.
aliorum] Sic Mon. Berol. *ad horum* Vind. Gr. τῶν ἄλλων.
scripturae] *etiam scripturae* I.
tam] Sic Vind. Berol. *tam in* Mon., sed ultimae voci puncta subiecta sunt.
completionis] Sic Vind. *complectionis* Mon. *comparationibus completionis* Berol.
aut] Quod Vulgo antea est *forte*, in Mon. I. est, deest autem in Vind. Berol., ideoque cum nec Graecis firmetur, omittendum fuit.
etiam] Sic Vind. Mon., **deest in** Berol. Gr. ἢ καί.

contrahentium una quaedam colligatur undique et efficiatur fides. §. 3. Si vero nihil aliud inveniatur, praeter collationem instrumentorum, quod hactenus valuit, fiat, ut qui profert ad collationes documentum, iuret solenniter. Ut autem aliquod omnino causa sumat augmentum ad maiorem negotii fidem, et ipse, qui haec petit fieri, iuret, quia non aliam idoneam habens fidem ad collationes instrumentorum venit, nec quicquam circa eam agit aut machinatus est, quod forte possit veritatem abscondere. De quibus licebit sese liberare contrahentes, si consenserint utrique ad hoc venire, ut insinuent instrumenta et profiteantur ea sub gestis monumentorum ipsi contrahentes, quatenus priventur nequitia, et corruptione et falsitatibus et quaecunque alia mala corrigentes, praesentem promulgamus legem. His, quae dudum a nobis in collationibus litterarum factarum per scripturam propriae manus sancita sunt, in sua virtute manentibus, proculdubio et in his, qui litteras nesciunt, quae olim valent in iudiciis suam habentibus firmitatem, quando quidem ex iudiciali forma acceperunt examinationem haec talia competentem.

colligatur] Sic Vind. Mon. *colligat* Berol., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. συνάγεσθαι.

et] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. καί.

NOV. LXXVI. CAP. VII. §. 3. si] *sin* I.

inveniatur] Sic Mon. Berol. *adinveniatur* Vind. Gr. εὑρεθείη.

praeter] Sic Vind. Berol. *ppter* Mon., sed priori syllabae lineola superius imposita est. Gr. πλήν.

quod] Sic Mon. Berol. *qd* Vind., sed circumflexo per ultimam litteram traiecto. Gr. τό.

collationes] Sic Vind. Mon. *collatioss* Berol., sed ultimis litteris lineola superius imposita est, quod tamen secunda manus correxit *collationis*. Hamb. Trid. Port. *collationis*. Sed accusativum casum Graeca requirunt.

iuret] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem litterae *et* a secunda manu adscriptae sunt. Gr. ὀμνύναι.

solenniter] *sollempniter* Vind. Berol. *et sollepniter* Mon., sed secunda manus litteris *et* et priori litterae *l* puncta subiecit. Gr. τὰ νενομισμένα. In Vind. postea est *iurent*, quod sec. manus punctis subiectis notavit, nec Graeca firmant.

autem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. An interpres pro δή habuit fortassis δέ?

aliquod] Sic Vind. *aliquid* Mon. Berol.

causa] Sic Vind. Mon. *causam* Berol., sed litterae *m* puncta subiecta sunt. Gr. τὸ πρᾶγμα.

ipse] Sic Vind. Berol. *per se* Mon., quod secunda manus correxit *ipse*. Gr. αὐτός.

haec] Sic Vind. *hec* Mon. I., deest in Berol. *hoc* Vulgo. Gr. ταῦτα.

petit] Sic Mon. Berol. *petat* Vind.

quia] Sic Vind. Berol. *quam* Mon., sed secunda manus correxit *quia*. Gr. ὡς.

idoneam] Sic Vind. Mon. *ydoneam* Berol. I.

habens] Sic Mon. Berol. *non habens* Vind., sed priorem vocem secunda manus punctis subiectis notavit.

collationes] Sic Vind. Mon. Berol. I. *collationem* Vulgo. Interpres videtur legisse κρίσεις.

quicquam] Sic Vind. Mon. Berol. *quidquam* Vulgo I.

forte possit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *possit forte* Vulgo. Gr. ὡς εἰκὸς δυνηθείη.

ut] Sic Vind. Berol. *ut et* Mon., sed voci *et* puncta subiecta sunt. Gr. τὸ ἐμφανῆ ποιεῖσθαι.

sub gestis] Sic Mon. Berol. *suggestis* Vind. Gr. ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων.

quatenus] Sic Mon. Berol. *quatinus* Vind.

nequitia] Sic Mon. *nequitiae* Berol. *nequicia* I. *nequitie* Vind., sed sec. manus ultimae litterae *e* litteram *a* imposuit.

et falsitatibus] Sic Mon. Berol. *falsitatibus* Vind., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *et*. Gr. καὶ νοθείας.

his] Sic Vind. Mon. I. Berol., in quo secunda manus supra lineam apposuit *in*, quod quidem Graeca non agnoscunt.

quae] Sic Vind. Mon. *que* Berol.

factarum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *factis* Vulgo. Pro γινομέναις interpres videtur legisse γενομένων.

et in] Sic Vind. Berol. *etiam in* I. *in* Mon. Gr. καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

olim] Sic Vind. Mon. Berol. I., deest Vulgo. Interpres vocem ἤδη non videtur recte intellexisse, qua hoc loco *iam* designatur.

hab. firm.] *firm. hab.* I.

quando] Sic Vind. Mon. *quoniam* I. *qm* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. ἐπειδήπερ. In sequentibus interpreti ob oculos fuisse videtur ἐκ δικαστικοῦ τύπου.

CAP. VIII. Oportet vero in his, qui litteras nesciunt, et testes et omnino tabularios adhiberi, in quibus locis sunt tabularii, maxime autem testes non ignotos contrahentibus, ut quidam scribant pro illitterato aut paucas litteras scienti, alii vero attestentur, quia etiam praesentibus eis haec gesta sunt et scierunt eum, et ita talium instrumentorum suscipiatur fides; manifestum exsistens, quia non minus quinque testes in his talibus adhibendi sunt, inter quos erit et qui scribit pro contrahente aut totum, aut postea quae post paucas litteras illius posita sunt, quatenus nihil omittatur de summa subtilitate. Et haec dicimus super instrumentis ex scripto confectis. Nam si quis facere quemlibet contractum ex non scripto voluerit, hoc manifestum est, quia aut per testes aut per iusiurandum fidem percipiet, actore equidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicuti iudex negotium disposuerit. Ut autem nihil sit neque horum inemendatum, illud quoque adiicere legi bonum est, ut, si usque ad unam auri libram fuerit con-

NOV. LXXVI. CAP. VIII. his] Sic Mon. Berol. I. *iis* Vind. Vulgo.

et testes] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. Prior tamen vox in Vind. non est. Interpres videtur habuisse *καὶ μάρτυρας καὶ διὰ πάντων ταβουλαρίους*.

et omnino] Sic Vind. Trid. Port. Prior vox in Berol. desideratur. Mon. *et omo*, sed ultimae voci a secunda manu lineola imposita est. Hamb. *omnino et*.

adhiberi] Sic Vind. Mon. *adiberi* Berol.

tabularii] Sic Vind. Mon. *tabellarii* I. *tabulariorum* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *ταβουλάριοι*.

quidam] Sic Vind. Mon. *quiddam* Berol. Gr. *οἱ μέν*.

illitterato] Sic Berol. *inlitterato* Vind. Mon.

scienti] Sic Vind. Mon. Berol. *sciente* I. Vulgo.

alii] Sic Vind. Berol. *alia* Mon., sed secunda manus correxit *alii*. Gr. *οἱ δέ*.

attestentur] Sic Vind. *adtestentur* Mon. *atestentur* Berol.

haec] Sic Vind. Mon. *hoc* Berol., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. *ταῦτα*.

talium] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem syllaba *ta* a sec. manu scripta est. Gr. *τῶν τοιούτων*.

quia non] Sic Mon. Berol. *qui ante* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *ὡς οὐκ*.

minus] Quod Vulgo et in I. subiicitur *quam*, in Vind. Berol. non est, nec Graecis firmatur.

scribit] Sic Vind. Berol. *scribis* Mon., sed litterae *s* punctum subiectum supraque lineam adscriptum est *scribit*. Gr. *καὶ ὁ γράφων*.

contrahente] Sic Berol. *trahente* Vind. Mon., sed supra litteras *tra* a secunda manu *con* positum est. Gr. *ὑπὲρ τοῦ συμβάλλοντος*.

aut totum] Sic Mon. Berol. Vind., in quo priori voci lineola superius imposita est. Gr. *ἢ τὸ πᾶν*.

postea, quae post] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. Port. I. *postea qui post* Berol., sed secunda manus ex voce *qui* facit *quae*. Vulgo prior vox *postea* non est.

subtilitate] Sic Mon. Berol. *supptilitate* Vind.

et] Sic Mon. Berol. *at* Vind. Gr. *καί*.

scripto] Sic Vind. Berol. *conscripto* Mon.

nam si] Sic Vind. Mon. *nam et si* Berol., sed secunda manus syllabae *et* puncta supposuit. Gr. *εἰ γάρ τις*.

quemlibet] Sic Mon. *quilibet* Berol., quod secunda manus correxit, ut in cont. Vind. *qlibet*, sed priori litterae circumflexus inferius traiectus est. Gr. *οἷον δήποτε*.

percipiet] *percipiat* I.

actore] Sic Mon. Berol. *auctore* Vind. Gr. *τοῦ μὲν ἐνάγοντος*.

equidem] Sic Vind. Berol. *quidem* Mon., quod etiam in I. et Vulgo est.

deducente] Sic Vind. Mon. Berol. ,sed ultimae litterae *e* circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit. Gr. *παράγοντος*.

disposuerit] Sic Vind. Berol. *exposuerit* Mon., quod sec. manus correxit. Gr. *τάξειεν*.

autem] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem hoc a secunda manu scriptum est. Interpres videtur legisse *ἵνα δέ*.

sit] Sic Vind. Mon. *sint* Berol. Gr. *εἴη*.

neque horum] Sic Mon. Berol. *horum neque* Vind. Gr. *μηδὲ τούτων*.

adiicere] Sic Vind. Berol. *adicere* Mon.

libram] Sic Vind. Mon. *librarum* Berol. Gr. *λίτρας*.

tractus, huiusmodi observationem in hoc minime custodiri, sed secundum hoc, quod tunc actum est, causam fieri, ut non de rebus exiguis maximas homines attritiones sustineant.

CAP. IX. Haec autem omnia tenere in civitatibus volumus; nam in agris, ubi multa simplicitas est, et neque scribentium aut testium multorum copia est, quae hactenus apud eos valuerunt, et nunc sint firma. Hoc enim et in ipsis testamentis, quibus maxime studemus, iam a nobis sancitum est. Valeat itaque lex in omnibus, quae post haec facienda sunt, instrumentis et contractibus; quod enim iam transivit, cur quispiam sanciat? Hanc autem legem peperit contentionum multitudo factarum quidem in litibus, apud nos autem introductarum, quatenus quotidie inter se contendere homines compescamus, praeauferentes eis altercationes per legislationis subtilitatem.

EPILOGUS. Quapropter convenit tuam eminentiam haec cognoscentem manifesta omnibus facere subiectis, et qui hic sunt, et qui in gentibus. Etenim ** alios gloriosissimos praefectos, et qui in Hesperia sunt et in Libya et qui in septentrionalibus (dicimus autem in Illyrico)

huiusmodi] Sic Vind. Berol. *huius* Mon., ubi secunda manus adscripsit *modi*. Gr. τὴν τοιαύτην.

hoc] Sic Vind. Berol. *hec* Mon. Gr. ἐπὶ τούτῳ.

actum] Sic Vind. Berol. Mon., ad cuius marginem a secunda manu scriptum est: *al. tractatum*. Gr. πολιτευόμενον.

ut non de] *unde cum* I.

exiguis] Sic Mon. Berol. *exiguus* Vind. Gr. σμικρῶν.

homines attritiones] Sic Vind. *homines attios* Berol., sed litterae *t* littera *i*, et ultimae syllabae *os* circumflexus impositus est. Mon. *homines actiones*, sed supra syllabam *ti* secunda manus litteram *i* posuit. Vulgo *attritiones homines*, I. *astrictiones homines*.

NOV. LXXVI. CAP. IX. multa] Sic Mon. Berol. *multas* Vind., sed litterae *s* punctum subiectum est. Gr. πολλά.

hactenus] Sic Mon. *actenus* Vind. Berol.

firma] Quod antea Vulgo est *etiam*, in Mon. Berol. Hamb. I. non est; est autem in Trid. Port. Nec sane Graeca habent, quo illa vox *etiam* firmetur.

sancitum] Sic Mon. Berol. *sanctum* Vind.

instrumentis] *instrummtis* Mon., sed litteris *mm* circumflexi impositi uniqne ex his litteris puncta subiecta sunt.

et] Sic Vind. Mon. *ex* Berol. Gr. καί.

quod] Sic Vind. Berol. *quid* Mon. Gr. τό.

transivit] Sic Mon. *transiit* Vind. I. *transit* Berol. Gr. παρῳχηκός.

sanciat] Sic Vind. *sancciat* Berol. *sacciat* Mon. *sciat* I.

contentionum] Sic Vind. Mon. *contemptionum* Berol. Gr. τῶν ἀμφισβητήσεων.

litibus] Sic Mon. Berol. *militibus* I. Vind., in quo priori syllabae *mi* puncta subiecta sunt. Gr. ἐν δίκαις.

autem] *aut* I.

quatenus] Sic Mon. Berol. *quatinus* Vind.

quotidie] *cotidie* Vind. Mon. *quottidie* I. *cotidie* Berol., sed ultimae litterae signum appositum est, quo significatur *ae*.

se] Sic Vind. Berol. I. *sese* Mon. Vulgo.

compescamus] Sic Vind. Mon. *compeccamus* Berol., sed ex litteris *cc* secunda manus facit *sc*.

praeauferentes] Sic Vind. Berol. *auferentes* Mon. Gr. προαναστέλλοντες.

legislationis] Sic Vind. Mon. *legislatios* Berol., sed litteris *os* circumflexus impositus est. Sec. manus corr. *legislationis*.

NOV. LXXVI. EPIL. cognoscentem] Sic Vind. Mon. *agnoscentem* Berol. Gr. μανθάνουσαν.

manifesta] Sic Vind. Berol. *manifestati* Mon., sed ultimis litteris *ti* puncta subiecta sunt. Gr. φανερά.

hic] Sic Vind. Berol. *h* Mon., sed huic litterae supra lineam littera *i* imposita est. Gr. ἐνταυθοῖ.

alios] Sic Vind. Mon. Berol., qui non habent, quod antea Vulgo est *ad*. I. *ad alios*. Cum tamen in Graecis sit πρός, non dubitavi lacunae signum ponere.

Libya] *Libia* Mon. Vind. Berol. I., in quo solo non est, quod Vulgo antepositum est *in*. Gr. ἐπὶ Λιβύης.

Illyrico] *Illirico* Vind. Mon. Berol. I.

scripsimus, ut omnis nobis respublica plena fiat hac lege, subiectorum medente concussionibus. *Dat. prid. Non. Iun. CP. imp. DN. Iust. PP. A. anno XII. Ioanne V. C. cons.* (538.)

LXXVII. GLOSS.

HAEC CONSTITUTIO INTERPRETATUR PRIOREM CONSTITUTIONEM DE HIS, QUI INGREDIUNTUR IN MONASTERIUM, ET DE SUBSTANTIIS EORUM ET EX QUO TEMPORE OPORTEAT EAM VALERE.

Idem Aug. Ioanni p. p. secundo.

PRAEFATIO. Causa talis ad nos pervenit, quam aestimamus opor-

omnis nobis] Sic Vind. *nobis oms* Mon., sed ultimae voci lineola superius iniecta est. Berol. *os*, sed lineola superius imposita est, unde secunda manus facit *ois*, lineola superius imposita. Gr. πᾶν ἡμῖν.

subiectorum] Sic Vind. Berol. *subtorum* Mon., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est.

Dat.] Sic Vind. *datum* Ambras. In Pist. Mon. Berol. Bamb. D. II. 11. et I. tota haec subscriptio non est.

prid.] *prid* Ambras., sed ultimae litterae circumflexus impositus est. Bamb. D. I. 1. *prid'*. Vind. *pd.*, sed litterae *p* littera *i* imposita et circumflexus per litteram *d* traiectus est.

Non.] *nons.* Ambras., sed huic ultimae litterae circumflexus impositus est. Vind. Bamb. D. I. 1. *Nonos.*

Iun.] Sic Ambras. *Iunii* Vind.

CP.] Sic Ambras. Bamb. D. I. 1. *Cap.* Vind., sed supra hanc vocem lineola superius iniecta est. Vulgo *Constant.*

imp.] Sic Ambras., sed circumflexus ultimae litterae impositus est. Vind. *ipr.*, sed harum litterarum tam primae, quam ultimae circumflexi impositi sunt.

DN.] *dnn* Bamb. D. I. 1. *dono* Vind., sed superius lineola imposita est. Ambras. *donus*, sed prioribus litteris *do* circumflexus impositus est.

Iust.] Sic omnes codd. *Iustiniani* Vulgo.

A.] Sic Ambras. *aug.* Vind. Bamb. D. I. 1., sed lineola superius imposita est.

anno] *an* Ambras. Bamb. D. I. 1. *ano* Vind.

Ioanne V. C.] Haec desunt in Vind., ubi spatium vacuum relictum est, cui explendo fere septem litterae sufficiant. Vind. *Iohe vc'*, sed litterae *h* circumflexus traiectus litterisque *vc* lineola superius imposita est. Bamb. D. I. 1. *Iohe vic*, sed per litteram *h* mediam circumflexus traiectus est.

cons.] *scdo* Ambras., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est. Vind. *cosl*, sed litterae *o* lineola imposita, circumflexo per litteram *l* traiecto.

NOV. LXXVII. LXXVII.] *R/orum LXXVII.* Vind., desunt in Berol. Mon., in quo tantum adscriptum est *R/*. Deest in I. Caeterum ad marginem Mon. Berol. adiectum est *const. IIII.*

constitutio] Sic Mon. Berol. *costo* Vind., sed utrique litterae *o* circumflexi superius impositi sunt.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

in] Sic Vind. Mon. Berol. I., deest Vulgo.

monasterium] Sic etiam Contius, qui quidem ad marginem: *alias in monasteriis.*

oporteat] Sic Vind. Mon. *oportet* Berol.

eam] Sic Mon. Berol., deest in Vind.

valere] Postea in Vind. Mon. est *R/.*, in I. *Rubrica.* Ad marg. Vind. *const. IIII.*

idem Aug.] Sic Vind. Neob. *id. a.* Ambras. Berol. Pist. *..d. a.* Mon. *idem Iusti. ā.* I.

Ioanni] *Iohi* Vind. Mon. Pist. Berol., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est. Ambras. *Io.* I. *Iohanni.* In Neob. haec et quae sequuntur ad unum omnia desiderantur.

p. p. secundo] *pp. scdo* Pist. Berol. Ambras. *ppro scdo* Vind. *pp. II'* Mon., sed litteris *pp* circumflexus impositus est. I. *preposito secundo.* Vulgo *gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto iterum, exconsuli et patricio.*

NOV. LXXVII. PRAEF. causa] *ca* Vind., sed lineola superius imposita est, ut tamen ex littera *a* secunda manus litteram *c* effecerit.

quam] Sic Mon. Berol. *taquam* Vind., sed priori litterae *a* lineola superius imposita est, eique litterae puncta subiecta sunt. Gr. ὅπερ.

aestimamus] Sic Vind. Mon. *existimavimus* Vulgo. *extimavimus* I. Gr. οἰόμεθα.

tere competenti uti a nobis interpretatione simul et adiutorio. Cognovimus etenim, quia mulier quaedam, habens filium sibi ex nuptiis legitimis procreatum, voluit quidem segregare se a communi ista conversatione, et in quodam mulierum monasterio commanere, plurima bona faciens in mulieribus reverendissimis ibidem congregatis. Et quoniam nostra pietatis lex vult, eos, qui se in monasteriis dedicant, seu viros seu mulieres, antequam ingrediantur in monasterium, eo, quo voluerint, modo, quae sua sunt, disponere, nec posse, postquam ingrediuntur in monasterium, ulterius agere quicquam de propriis, utpote domini rerum non exsistentes ulterius, eo quod sanciverimus nos, huiusmodi viros et mulieres cum corpore et anima ipso ingressu ad monasterium dedicare se suasque substantias, et siquidem discesserint, manere etiam sic eorum substantias in monasterium, eo quod domini harum ulterius non exsistunt, hinc autem metuere, ne forte, quamvis nostra constitutio multo posterior sit, quam quod in praedictam venerabilem domum ingressa est, aliqui prohibent eam suo prospicere filio, et oportere propter

competenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *competente* Vulgo.

adiutorio] Sic Vind. Mon. *auditorio* Berol. Gr. *βοηθείας*.

quia] Sic Vind. Berol. *qua* Mon., sed sec. m. correxit *quia*. Gr. *ὡς*.

voluit] Sic Vind. Berol. *voluerit* Mon., sed litteris *er* puncta subiecta sunt. Gr. *ἠβουλήθη*

segregare] Sic Vind. Mon. *segregature* Berol., sed litterae *u* circumflexus impositus est. Litteris *tu* puncta a secunda manu subiecta sunt. Gr. *χωρίσαι*.

in mulieribus] Sic Mon. Berol. Prior vox *in* nec Vulgo aut in I. aut in Vind. legitur. Gr. *εἰς τάς*.

reverendissimis] Sic Berol. *reverentissimis* Mon. Vind.

in monasteriis] Sic Mon. Prior vox deest in Vind. Berol. I. Gr. *εἰς ἀσκητήριον*.

dedicant] Sic Berol., quamquam hoc verbum a secunda manu scriptum est; sic etiam Mon., in quo quidem litteris *ica* puncta subiecta sunt, supra litteram c autem a secunda manu positum est *u*. Vind. *deder*, sed ultimae syllabae lineola superius imposita est. I. *dederunt*. Gr. *καθιεροῦντας*.

ingrediantur] Sic Vind. Berol. *ingrediuntur* Mon., sed sec. manus correxit, ut supra.

in monasterium] Sic Vind. Mon. Berol. Prior vox *in* Vulgo et in I. non legitur. Gr. *εἰς μοναστήριον*.

voluerint] Sic Vind. *voluerit* Berol. *voluerunt* Mon., sed sec. manus correxit, ut supra.

sua sunt] Sic Mon. Berol. *sunt sua* Vind.

in monasterium] Sic Vind. Mon. Prior vox *in* in Berol. et Vulgo non est. Gr. *εἰς τό*.

quicquam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quidquam* Vulgo.

utpote] Sic Vind. Berol. *utpute* Mon., sed secunda manus correxit *utpote*. Gr. *οἷα*.

quod] *quod sic* I.

sanciverimus] Sic Vind. Berol. *statuerimus* Vulgo. *sancivimus* I.

nos] deest in I.

corpore] Sic Vind. Berol. *corpe* Mon., sed lineola inferius per litteram *p* traiecta, qua re *per* significatur. Gr. *σώματος*.

ipso] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *ipo*, sed lineola imposita. Gr. *αὐτῇ τῇ*.

dedicare] Sic Berol. *dicare* Vind. Mon., sed in utroque correctum est a secunda manu, ut supra.

discesserint] Sic Vind. *decesserint* Berol. *dissesit* Mon., sed littera *e* deleta, supra lineam positum a sec. m. *c*, quae eadem manus litterae *t* litteram *n* imposuit.

sic] Sic Mon. Berol., deest in Vind.

monasterium] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasterio* Vulgo.

quod] Sic Vind. Mon. Berol. I., deest Vulgo.

aliqui] *aliquid* I.

prohibent eam] Sic Vind. Berol. *eam prohibent* Mon. *prohiberet eam* I. *prohiberent* Vulgo. Gr. *ἀποστερήσαιεν αὐτήν*.

suo prospicere] Sic Vind. Mon. Berol. *prospicere suo* Vulgo I. Gr. *τοῦ οἰκείου προνοήσασθαι*.

filio] Sic Vind. Berol. *filio suo* I., deest in Mon., sed haec vox in Mon., tantum a secunda manu adscripta est. Gr. *παιδός*.

propter] Sic Vind. Berol., qui non habent, quod in Mon. subiicitur *quod*, quod quidem secunda manus subiectis punctis notavit.

praedictum metum hoc interpretari et lege nostra fieri manifesta, quia nihil laesa sit aut ipsa aut filius circa eius successionem ex memorata constitutione.

CAP. I. Propterea sancimus, si quis monasterium habitavit vir aut mulier ante praedictam nostram constitutionem, aut hactenus habitat, et maxime filiis exsistentibus, nullam habere necessitatem nunc eorum substantiam *** in monasterium, sed filio aut filiae transmittere aut totam aut etiam partem suae substantiae aut etiam quo voluerit modo, res suas disponere. utpote primam illam legem alia nostra hac constitutione interpretante (eos enim, qui semel ante memoratam dudum nostram legem monasteria inhabitaverunt, in nullo postea posita lex contristatura est aut ablatura est eorum, quae prius eis ut liceat data.

hoc] Sic Vind. Mon. Berol. *hec* I. *haec* Vulgo.

nihil] *nihi* I.

laesa] Sic Vind. *lesa* Mon. Berol. I.

aut filius] Sic Vind. Berol. *aut ip filius aut filius* Mon., sed litteris *ip* lineola superius iniecta est. Quod Vulgo postea legitur *eius*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. I. non est, nec sane Graecis firmatur.

ex] Sic Vind. Berol. *et ex* Mon., sed priori voci *et* puncta subiecta sunt.

constitutione] Sic Vind. Mon. *eius constitutione* Berol., quod Graecis non firmatur. I. *const. eius.*

NOV. LXXVII. CAP. I. PR. habitavit] Sic Vind. Mon. Berol. *habitaverit* Vulgo I. Gr. ᾤκησεν.

vir] Sic Mon. Berol. *u* Vind., sed littera *i* superius imposita est. Secunda manus lineae imposuit vocem *vir*. Gr. ἀνήρ.

nostram constitutionem] Sic Vind. Berol. *constitutionem nostram* Mon. Gr. τῆς ῥηθείσης ἡμῶν διατάξεως.

hactenus] Sic Mon. *actenus* Vind. Berol.

exsistentibus] Sic Berol. *existentibus* Vind. Mon. Quod antea est *filiis*, deest in I.

necessitatem] Inde a syllabis *sitatem* usque ad *res suas*, in Berol. desunt omnia, sed a secunda manu scripta sunt.

nunc] *nec* I.

in monasterium] *in monasterio* I. Quod Vulgo postea additur *inducere*, in Vind. Hamb. Berol. Mon. Trid. Port. I. non est, ideoque omittendum fuit. Graeca εἰσάγειν εἰς τὸ μοναστήριον suadent, ut antea aliquid excidisse credamus, quo loco lacunae signa apposui. Facile autem interpres ex sequenti εἰς id, quod antecedit, εἰσάγειν transsiluisse potest.

totam] *totum* I.

aut etiam] Sic Vind. *aut sue* Berol. *aut* Mon., sed supra lineam a secunda manu vox *etiam* adiecta est. Gr. εἴτε καί.

suae] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. οἰκεῖα.

aut etiam quo] *aut quo* I.

utpote] Sic Vind. Berol. *utpute* Mon Gr. οἷα.

nostra] Sic Vind. Berol., deest in Mon. I., qui haec in cont. habet: *quae est sub t. de monachis posita*, quae omnia in reliquis non sunt videnturque ex glossa in hunc locum irrepsisse. Gr. ἡμῶν.

hac] Sic Vind. Berol. Mon., in quo, ut et in I., tamen subiicitur *nostra*. In Graecis sane non est, quo haec vox confirmetur.

interpretante] *interpretantae* Mon.

eos enim] Sic Vind. Mon. *eos* Berol., in quo quidem a sec. manu scriptum est *enim*. Gr. γάρ.

memoratam] Sic Vind. Mon. In Berol. subiicitur *constitutionem*, sed huic voci a secunda manu puncta supposita sunt. Gr. εἰρημένου.

nostram legem] Sic Vind. Mon. I. *legem nostram* Berol. Gr. ἡμῖν νόμου.

inhabitaverunt] Sic Mon. Berol. *habitaverunt* Vind. *intraverunt* Vulgo I. Gr. κατοικήσαντος.

postea] Sic Vind. Mon. *posta* Berol., sed supra lineam a secunda manu lineola posita est, quod sec. m. correxit *poste*. I. *posita postea*. Gr. μετὰ ταῦτα.

posita lex] Sic Vind. Berol. *lex posita* Mon. *lex* I. Gr. τεθεὶς νόμος. Caeterum inde a voce *lex* usque ad voces *nostra lege* quae sunt, in Vind. a secunda manu scripta sunt; spatium enim vacuum relictum fuit, quod prima manus non explevit.

est aut] Haec desunt in Vind., sunt in Mon. Berol. Gr. λυπήσειεν ἤ.

ablatura] Sic Mon. *ablatum* Vind. *ablata* Berol., sed litterae *e* lineola superius imposita est, sed sec. manus supra lineam *t* circumflexum imposuit, ut sit *ablatura est*. Gr. ἀφέλοιτο.

eorum] Sic Berol. Vind. *est eorum* Mon. I. *aliquid eorum* Vulgo.

quae] Sic Vind. Berol. *queque* Mon., sed ultimae voculae *que* puncta subiecta sunt. Inde ab hac voce quae sunt usque ad *prius*, in Berol. non nisi a secunda manu adscripta sunt.

sunt), neque prius nostrae legi impedimentum penitus faciente, eo quod neque possibile sit hoc fieri, ut oportuisset prius disponere, et ita ingredi in monasterium. Si vero nulla tunc tali lege posita in monasterium ingressa est, quomodo fieri potuerit converti ordinem legis et exigere eos, qui prius ingressi sunt in monasterium, illa facere, quae prius ignorata, postea per sacram nostram constitutionem sunt innovata? Sed unumquemque competit secundum sua tempora exspectare, et ea quidem, quae post legem sunt, ita quaerere fieri, sicut lex vult; si quid autem ante legem subsecutum est, hoc non commovere neque perscrutari, sed in priore figura relinquere. §. 1. Haec igitur lex pro interpretatione utili posita sit prioris nostrae illius constitutionis, ut illa in posterioribus temporibus, ex quo facta est, locum habeat, et his, qui postea convertuntur, viris ac mulieribus, posita sit, sibique potestatem in illis custodiat, nihil horum, quae ante eam fuerunt, perscrutando,

eis] Sic Vind. Berol. *eius* Mon., sed secunda manus correxit, ut supra. Gr. αὐτοῖς.
ut] Sic Mon. Berol. *u* Vind., sed punctum supra lineam adiectum est, qua re *ut* significari solet.
data sunt] Sic Mon. Berol. *datas* Vind. Gr. διδομένων.
neque] Sic Berol. Mon. *nec* Vind.
prius nostrae legi] Sic Vind. Berol. Mon. I. *prius nostrae legis* Hamb. Trid. Port. *priore nostra lege* Vulgo.
possibile sit] Sic Vind. Mon. *sit possibile* Berol. *impossibile sit* I. Gr. τῶν ἐγχωρούντων ἐστί.
hoc] Sic Vind. *hec* Mon., deest in Berol. Gr. τοῦτο.
ut] Sic Vind. Mon. I. *u* Berol., sed lineola supra hanc litteram posita est. Vulgo *utpote*. Os. notat secundum Graeca *nam* scribi oportuisse.
oportuisset] Sic Vind. Mon. I. *potuisset* Berol. Gr. ἐχρῆν.
in monasterium] Sic Vind. Berol. *monasterium* Mon. Gr. εἰς τὸ μοναστήριον.
si vero] Quae abhinc sunt usque ad voces *ingressi sunt*, in Vind. tantum a secunda manu scripta sunt.
nulla tunc] Sic Berol. *nulla nunc* Mon., sed secunda manus correxit, ut supra. Vind. *tunc nulla*. Gr. οὐδενὸς τότε.
quomodo] Sic Vind. Berol. *qmo* Mon., sed supra primam litteram secunda manus litteram *o* posuit. Gr. πῶς.
potuerit] Sic Berol. *pout* Vind., sed supra hanc vocem lineola superius posita est. Mon. *oportuit*, sed litterae *c* puncta subiecta sunt. Pro verbis *fieri potuerit* I. habet *potuerit fieri*. Gr. ἂν γένοιτο δυνατόν.
converti] Sic Vind. Mon. *conuti* Berol., sed supra litteram *u* circumflexus positus est. Gr. ἀναστραφῆναι.
legis] Sic Mon. Berol. *leg* Vind., sed litterae *g* lineola superius imposita est. Gr. τοῦ νόμου.

et exigere] Sic Mon. Berol. *9 exigere* Vind. Gr. καὶ ἀπαιτῆσαι.
in monasterium] Sic Hamb. Berol. Priorem vocem Vind. Mon. Trid. Port. I. omiserunt. Gr. ἐν τῷ μοναστηρίῳ.
NOV. LXXX. PRAEF. hac] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem secunda manus supra lineam adscripsit *ab.* Gr. ἐπὶ ταύτης.

aestimavimus] *estimavimus* Vind. Mon. *extimavimus* Berol. I. *existimavimus* Vulgo.

ab hac] Sic Mon. *a* Vind. Berol. I. Gr. ἀπὸ ταύτης.

felicissima] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem ultimae syllabae *ma* littera *m* imposita est. I. *felicissima hac.*

civitate] Post hanc vocem in Vind. interpositum est *hac*, quod in Mon. Berol. deest, nec sane Graecis firmatur.

omni] Sic Vind. Mon. I. Berol., in quo quidem ultimae litterae *i* littera *a* imposita est. Hamb. Trid. Vulgo *in omnia.* Gr. εἰς ἅπασαν.

vero] Sic Vind. Mon. Berol. I. In Vind. voci *vero* vox *loco* superius imposita est, in Mon. lineae inscriptum § *loca*, unde facile constat de origine Vulgatae lectionis *vero loca*, quam Graeca non confirmant.

eam] Sic Mon. Berol. *ea* Vind. Hamb. Trid. Vulgo I. Gr. αὐτόν.

sunt] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Vulgo. Pro τὴν ὑπήκοον interpres videtur legisse τὰ ὑπήκοα.

distendentes] Sic Vind. Berol. *defendentes* Mon., sed secunda manus supra lineam scripsit: *ut. distendentes.* I. *discedentes.* Gr. ἐκτείνοντες.

corrumpere] Sic Vind. *eorum rumpere* Mon. Berol. I., sed in Mon. secunda manus lineae inscripsit *co.* Gr. διαφθείρειν.

orthodoxae] Sic Mon. Berol. *hortho-doxe* Vind.

quidam] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Vind. supra lineam huic voci positum est *quidem.* I. *quidem.* Vulgo *quandam.* Pro εἴ τινα interpres videtur legisse εἴ τινες.

litem] Sic Vind. Berol. *litte* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. δίκην.

ascetriis] *asisteriis* Vind. Berol. *asisti'* Mon., sed supra lineam secunda manus scripsit *is.* Hamb. Trid. I. *assisteriis.* Gr. ἢ πρὸς ἀσκητρίας.

interpellant] Sic Vind. Berol. *interpellent* Mon., sed ultimae litterae *e* a secunda manu littera *a* imposita est. Gr. προσίασι.

at] *ac* I.

monastrias] *monasteria* Berol. Mon., in quo quidem secunda manus scripsit, ut in cont. Vind. *monasti*, sed ultimae litterae circumflexus impositus est, cui secunda manus litteram *a* imposuit. I. *monasterias.* Gr. μοναστρίαις.

ascetrias] *ascisterias* Vind. *asistrias* Mon. Berol. *asceterias* I. Gr. ἀσκητρίαις.

inquietare] Sic Mon., sed ultimae litterae *e* lineola superius imposita est.

tare, forsan eas, quae non videntur, et hinc iniuriam et confusionem non parvam adorabilibus fieri locis..

CAP. I. Propterea igitur sancimus, si quis quamcunque habuerit causam cum aliquibus venerabilibus sanctimonialibus aut sacratis virginibus aut mulieribus omnino in monasteriis consistentibus, deo amabilem civitatis episcopum interpellet, ille vero mittat, et cum omni honestate quae sunt de personarum praesentia disponat, sive oportet per abbates sive per responsales sive per alios quoslibet hoc fieri; ipse vero cum omni veneratione sacerdotali causam examinet et iudicet, et civiles non sint penitus eis iudices, neque confundant eorum honestatem, quum idonei sint deo amabiles singularum civitatum episcopi et quae de lite sunt, et de cautela iudiciorum disponere, et iudicare honeste atque sacerdotaliter et secundum leges nostras et sacratissimas regulas. Sic enim et qui aliquam rationem habere putantur, merebuntur iustitiam, et honestas sacratorum inviolata integraque servabitur.

CAP. II. Communis igitur sit lex habeatque custodiam et a gloriosissimis praefectis, qui per cunctas exsistunt dioeceses, et Illyrici dicimus et Libyae Italiaeque et occidentis totius et a gloriosissimis praefectis utriusque Romae et magnificentissimo praetore populorum et iudicibus gentium eorumque officiis, et nulla eius fiat omnino cor-

Berol. *inequitare*, Vind. *inquietate*, sed sec. m. scripsit *inquietare*. Gr. ἐνοχλεῖν.

forsan] Vulgo postea interponitur *etiam*, quod in Vind. Mon. Berol. I. non est.

quae] Sic Vind. Mon. *que* Berol., quod secunda manus correxit, ut supra dictum est.

videntur] Sic Mon. Vind., in quo quidem littera *d* a secunda manu scripta est. Berol. *iubentur*. I. *videntur assisterias*. Gr. ἀθεάτοις.

hinc] Sic Vind. Berol. *hanc* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. κἀντεῦθεν.

fieri locis] Sic Vind. Mon. *locis fieri* Berol. Gr. γίνεσθαι τόποις.

NOV. LXXX. CAP. I. sancimus] Sic Vind. Berol. *saccimus* Mon., sed ultimae litterae c lineola superius imposita est. Pro *igitur sancimus* I. habet *sancimus igitur*.

cum] Sic Mon. Berol. *cu* Vind.

sacratis] Sic Vind. Mon. Berol. *sacris* I. Cont. Vulgo. Ad marg. Contii *l. sacratis*. Gr. τῶν ἱερωμένων.

civitatis] Postea Vulgo interponitur *illius*, quod in I. Vind. Mon. deest, in quo quidem a secunda manu lineae superscriptum est *illius*. An pro ἑκάστης interpres legisse censendus est ἐκείνης?

responsales] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem syllaba *spo* a secunda manu lineae imposita est.

ipse] Sic Mon. Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *ipsi* Vulgo. Gr. αὐτόν.

examinet] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *examinent* Vulgo.

iudicet] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *iudicent* Vulgo.

penitus eis] Sic Vind. Mon. *eis penitus* Berol. Gr. παντελῶς αὐτοῖς.

confundant] Sic Mon. Berol. *consuerudant* Vind., sed litteris *eru* puncta inferius subiecta sunt. Gr. καταισχύνειν.

quum] Sic Berol. *cum* Vind. Mon.

idonei] *ydonei* Berol. I.

sint] Sic Mon. Berol. *sunt* Vind.

honeste] Sic Vind. Mon. *honestate* Berol. Gr. σεμνῶς.

atque] *et* I.

sacerdotaliter] Sic Vind. Mon. *sacerdoliter* Berol., sed supra litteras *do* secunda manus syllabam *to* posuit.

qui] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem ultima littera a secunda manu scripta est.

rationem] Sic Vind. *ratiotinationem* Mon. Berol. Gr. λόγον.

putantur] Sic Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Vind. Berol. *putantur*, quod etiam Vulgo est. Gr. οἰόμενοι.

integraque] Sic Mon. Vind. *integra* Berol., sed secunda manus supra lineam posuit *taque*. Gr. καὶ ἀκέραιος.

NOV. LXXX. CAP. II. a] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. παρά.

dioeceses] *dioceses* Mon. *diocesis* Vind. Berol. *dioceses* I, Gr. διοικήσεσι.

Illyrici] *Illirici* Mon. Berol. I. *Illiriaci* Vind.

Libyae] *Libie* Vind. Mon. Berol. I.

Italiaeque] *Italieque* Berol. *Ytalieque* I.

totius] *tocius* I.

eius] Sic Berol. *eis* Vind. Mon. I. Gr. αὐτοῦ.

ruptio, sed integra ad honorem reverendissimorum monachorum custodiatur. Haec autem etiam tua beatitudo cognoscens, et ipsa custodiat in hac felicissima civitate et eius confinia *** utatur autem ad deo amabiles civitatum metropolitas, quorum ipse suscepisti ordinationem, praeponens propriis litteris hanc nostram sacram legem. Verum illi sub se constitutis episcopis haec nuntient, ut ex paucis litteris una continuatio legis ad omnem perveniat ditionem. Sed etiam accelerari lites sancimus monachis illatas, ut non mens eorum occupetur circa litis sollicitudinem, sed velociter liberati, sacris operibus obsecundent.

CAP. III. Sciat igitur, qui praeter haec aliquid egerit, si quidem iudex sit, qui talem proferre sententiam praesumserit, quia ab administratione repellitur, tanquam divinitati contumeliam faciens, et poena decem librarum auri una cum officio suo mulctabitur, sacratissimo nostro danda aerario, exsecutores autem, praesumentes offerre omnino admonitionem, ab ipsis deo amabilibus episcopis prohibeantur et retrudantur in locis, quae decanica nuncupantur, poenas competentes passuri et exactionem nullam de cetero agere permittendi.

reverendissimorum] *reverentissimorum* Vind. Berol.

etiam tua] Sic Vind. Mon. *tua etiam* Berol. Gr. καὶ ἡ σή.

beatitudo] Sic Mon. Berol. *beatitudine* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. μακαριότης.

confinia] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *confiniis* Port. Vulgo. Quod postea Vulgo interponitur *litteris*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, sed excidisse aliquid Graecum γράμμασι satis ostendit.

autem] Sic Berol., deest in Hamb. Trid. Port. Mon. Vind., in quo quidem supra lineam a sec. manu scriptum est *autem*.

ad deo] Sic Vind. Hamb. Port. I. *a deo* Trid. *deo* Berol., sed supra lineam vox *ad* posita est. Mon. *a deo*. Gr. πρὸς τοὺς θεοφιλεῖς.

metropolitas] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *metropolitanos* Vulgo. Gr. μητροπολίτας.

ipse suscepisti] Sic Mon. Berol. *suscepistis ipsi* Vind. *suscepisti ipse* I. Gr. αὐτὸς ἀναδέδεξαι.

ordinationem] *ordinem* I.

praeponens] Sic Vind. Mon. I. *proponens* Berol., quod etiam Vulgo est. Gr. προτάττουσα.

propriis] *hiis propriis* I.

nostram sacram] Sic Vind. Berol. *sacram nostram* Mon. I. Gr. ἡμῶν τὸν θεῖον.

sub se] Sic Vind. Berol. *sub lege se* Mon., sed voci *lege* puncta subiecta sunt. Gr. ὑπ' αὐτούς.

continuatio] Sic Vind. Berol., sed in Mon. a secunda manu scriptum est. Gr. συνέχειαν.

accelerari] *adcelerari* Mon. Berol. *oi accelerari* Vind., sed prioribus litteris *oi* puncta subiecta sunt.

illatas] *illibatas* Vind. Berol., sed secundae litterae *i* littera *a* subiecta est. Mon. *inlibatas*, sed sec. manus correxit *inlatas*. Gr. ἐπαγομένας.

NOV. LXXX. CAP. III. sciat] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sciant* Vulgo. Gr. ἴστω.

egerit] Sic Mon. Berol. Hamb. I. *egerint* Vind. Trid. Port. Gr. πράττων.

proferre] Sic Vind. Berol. *q proferre* Mon., sed priori litterae *q* puncta subiecta sunt. Pro verbis *prof. sententiam* I. habet *sententiam proferre*.

ab] Sic Vind. Mon., deest in Berol.

administratione] *aministratione* Vind. Mon. Berol., sed priori litterae *a* littera *d* imposita est.

repellitur] Sic Vind. Mon. Berol. *repelletur* I. Vulgo.

mulctabitur] Sic Mon. Berol. *multabitur* Vind.

danda] Sic Vind. Berol. *damus* Mon., sed secunda manus correxit *danda*. Gr. δοθησομένη.

aerario] Sic Vind. Mon., in quo quidem secunda manus scripsit, ut in cont. Berol. I. *errario*.

admonitionem] Sic Vind. *amonitionem* Mon. Berol.

episcopis] Sic Mon. Berol. *eipis* Vind., sed lineola superius imposita est.

quae] Sic Mon. Berol., deest in Vind., ubi a secunda manu lineae haec vox inscripta est.

decanica] Sic Hamb. *decanesa* Trid. Mon. *decanea* Berol., sed ultimae litterae *e* secunda manus syllabam *ca* imposuit. Port. Cont. *decaneta*. Ad marg. Contii: *decanica legendum*. Vind. *decaneca*, quod secunda manus correxit *decanica*, ut tamen priori litterae *a* circumflexus et litterae *i* alia *i* superius imposita sit. Gr. δεκανικοῖς.

et] Sic Berol., deest in Vind. Mon. I. Gr. καί.

EPILOGUS. Hac valente lege, si quis cum aliquo reverendissimorum monachorum aut virginum aut mulierum omnino sacratarum et in venerabilibus monasteriis habitantium habuerit causam. De clericis etenim et ordine conventionis eorum iam leges conscripsimus, quas valere et firmas esse omni volumus modo.

Scripta exemplaria Ioanni viro gloriosissimo praefecto sacrorum Orientis praetoriorum secundo, exconsule ordinario et patricio. Scripta exemplaria Basilidi, gloriosissimo magistro sacrorum officiorum. Scripta exemplaria Longino, gloriosissimo praefecto urbis. Datum V. Id. Mart. CP. imp. DN. Iust. PP. A. anno XII. Apione V. C. cons. (539.)

NOV. LXXX. EPIL. hac] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. Gr. τούτου.

lege] Sic Vind., deest in Mon. Berol. Gr. τοῦ νόμου.

reverendissimorum] *reverentissimorum* Vind.

sacratarum] Sic Vind. I. *sacrarum* Mon. Berol. Gr. ἱερωμένων.

venerabilibus] Sic Berol. *venerabilium* Mon. I. *venerabili* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. εὐαγέσι.

monasteriis] Sic Vind. Berol. *monasterii* Mon., sed secunda manus adscripsit litteram *s*. Gr. μοναστηρίοις.

et] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. καί.

iam] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἤδη.

et firmas] Sic Mon. Berol. *confirmas* Vind., sed secunda manus priorem syllabam *con* delevit. Gr. καὶ κυρίους.

omni] Sic Vind. Mon. *omnino* Berol., deest in I. Gr. κατὰ πάντα.

modo] deest in Berol., sed in Mon. Vind. adest. *omnimodo* I. Gr. τρόπον.

scripta] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Hamb. I. *scriptum* Vulgo.

exemplaria] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Hamb. *exemplar viro clarissimo* Vulgo. *exemplaria viro clarissimo* I.

Ioanni] *Ioh* Vind. Mon. Berol., sed per litteram *h* mediam circumflexus traiectus est. I. *Iohanni*.

viro gloriosissimo] Sic Vind. Mon. *viro clarissimo* Berol. Desunt Vulgo.

praetoriorum] Sic Hamb. *praetoio* Vind. Mon. Berol., sed ultimis tribus litteris circumflexus impositus est. Trid. Port. *praetorio*.

secundo] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iterum* Vulgo.

exconsule] Sic Vind. Mon., in quo quidem secunda manus correxit *exconsuli*, quod in Berol. Vulgo I. est.

scripta exemplaria] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I., sed Vulgo *scriptum exemplar*. Quae a voce *Basilidi* usque ad *scriptum exemplar* leguntur, in Berol. desiderantur.

officiorum] Postea in Vind. Mon. est *praefecto urbi*, quod in reliquis desideratur, nec sane Vulgo est. Quae postea sunt: *scriptum exemplar Longino gloriosissimo*, desunt in I.

praefecto urbis] *praefecto urbi* Port. Haec quidem in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. desunt, sed in Vind. Mon. ad lineam superiorem manifesto translata sunt. Postmodo in I. est: *scripta exemplaria Longino gloriosissimo*.

Datum] Sic Ambras. *Dat.* Bamb. D. I. 1. Subscriptio in Vind. Mon. Berol. Pist. Bamb. D. II. 11. et I. deest.

V.] Sic Ambras. *VI.* Vulgo. *V. Kal.* Bamb. D. I. 1., sed litteris *Kal.* puncta inferius subiecta sunt.

Mart.] *Mrc.* Ambras., sed circumflexus superius iniectus est.

CP.] Sic Bamb. D. I. 1., deest in reliquis. *Constant.* Vulgo.

imp.] Sic Ambras. *imp. i* Bamb. D. I. 1., sed ultimae litterae puncta inferius subiecta sunt. *imper.* Vulgo.

DN.] *'dopnus* Ambras., sed prioribus tribus litteris circumflexus iniectus est. *dnn.* Bamb. D. I. 1., sed circumflexo iniecto.

Iust.] Sic Ambras. Bamb. D. I. 1. *Iustiniani* Vulgo.

A.] *aug.* Bamb. D. I. 1., sed supra lineam circumflexus superius posita est.

anno] *an* Ambras., sed lineola superius imposita est.

Apione] *apiōoe* Ambras. *Appinnae* Bamb. D. I. 1., sed ultimis duabus litteris *ae* lineola superius imposita est.

cons.] *9sul.* Ambras. *consule* Bamb. D. I. 1.

LXXXI.

GLOSS.

DE QUAESTORE.

Idem aug. Ioanni p. p. II. exconsuli et patricio.

PRAEFATIO. Semper cum dei auxilio omnem facimus providentiam, ut subiecti, ab eius clementia traditi nobis, illaesi serventur. Itaque et leges ponimus, omni in eis curantes iustitia, et quod paulatim labitur reparare festinamus, insuper etiam administrationes invenimus, quae castigantes, quod inornatum est, mediocria faciunt delicta. Quale videlicet aliquid praetores populi in hac fecimus magna urbe, utilissimo ex ipso rerum experimento omnibus regiam hanc civitatem nostram habitantibus approbatum. Ex hoc igitur experimento et aliud quiddam medela egens moliri et adinvenire legi et cingulo iustum aestimavimus.

NOV. LXXXI. LXXXI.] desunt in Vind. Mon. Berol. in utroque Bamb. Pist. I. Ad marginem Berol. *const. VIII.*, ad marg. Mon. *const. VIII. parum aut nichil bōa propenat.*

de quaestore] *de questore* Pist. Berol. *de quaestoribus* Ambras. *de quaestore Rubrica* I. In Vind. a recentiori manu ad marginem adscriptum est *de quaestore*.

Idem aug.] Sic Pist. Vind. *ide aug.* Ambras. *id. ā* Berol. *..d. a.* Mon. *Imp. Iustinianus aug.* Vulgo. *idem ā* I.

Ioanni] *Io.* Ambras. I. *Iohi* Vind. Mon. Berol. Pist., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est.

p. p. II.] *ppo secundo* Vind. I. *pp. scdo* Berol. *pp. so* Pist. *ppo. II°* Mon. *pp. II.* Ambras. *gloriosissimo sacrorum praetoriorum praefecto iterum* Vulgo.

exconsuli] Sic Ambras. *excōsul* Pist. *excōsuli* Berol. Vind. *exc.* Mon. *et consuli* I.

NOV. LXXXI. PRAEF. omnem] Sic Vind. Mon. *ome* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. *πᾶσαν*.

clementia] Sic Vind. Mon. Berol. *clementiam* Pist.

traditi nobis] Sic Vind. Berol. *traditi a nobis* Mon., sed secunda manus litterae *a* punctum superius imposuit. Gr. *παραδοθὲν ἡμῖν*.

illaesi] *illesi* Vind. Mon. *inlesi* Pist.

ponimus] Sic Vind. Mon. *facimus* Berol. Pist. Gr. *τίθεμεν*.

omni in eis] Sic Vind. Pist. Mon., in quo vox *in* a secunda manu punctis subiectis notata est, cui secunda manus litteras *no* imposuit. Berol. *omni in eius.* Vulgo *omnem eis.* I. *omnes in eis.* Gr. *πάσης ἐν αὐτοῖς*.

iustitia] Sic Mon. Berol. *iustitiam* Vulgo. *iusticiam* I.

etiam] *et* I.

administrationes] *aministrationes* Mon. Berol.

inornatum] *inhoratum* Vind., sed secunda manus supra litteras *ro* syllabam *no* posuit. Berol. *honoratum*, sed supra primam syllabam litterae *in* positae sunt. Hamb. *ignoratum*, Mon. I. *inhonoratum*, quod etiam Vulgo est. Id, quod in contextu posui, iam Os. coniecerat legendum esse. Gr. *ἀκοσμοῦν*.

mediocriora] Sic I. Vind. Mon., sed litteris ultimis *or* in Vind. Mon. puncta inferius subiecta sunt. Vulgo *mediocria*. Gr. *μετριώτερα*.

aliquid] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a secunda manu supra lineam adscriptum est. Gr. *τι*.

hac] Sic Trid. Port. *hanc* Hamb. *ac* Berol., sed supra priorem litteram *a* littera *h* posita est. Vind. Mon. *hac*, ut tamen litterae *a* superius lineola imposita sit.

fecimus] Sic Vind. Mon. *felicissima* Berol. I. Hamb. *felicissimam* Port. *fecimus felicissima* Trid. Gr. *πεποιήκαμεν*.

magna urbe] Sic Berol. Mon. Trid. Port. *magnam urbem* Vind. Hamb., quod etiam in Mon. secunda manus correxit.

hanc] deest in I.

civitatem] Sic Vind. Mon. *civitate* Berol. Gr. *πόλιν*. Pro. *civit. nostram* I. habet *nostram civit.*

quiddam] Sic Vind. Mon. Berol. *quoddam* I. In Pist. signum est, quo Vulgo significatur *quidem*. Gr. *τι*.

medela] Sic Mon. Berol. Pist. *medella* Vind., sed priori litterae *l* punctum inferius subiectum est.

egens] Sic Vind. Pist. *egen* Mon., sed ad finem littera *s* apposita est. Berol. *egenus*, sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *δεόμενον*.

moliri] Sic Vind. Berol. *molliri* Mon. *moliti* I. Gr. *προσμηχανήσασθαι*.

et] Sic Vind. Berol. *ex* Mon., quod sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *καί*.

aestimavimus] Sic Vind. Mon. *extimavimus* Berol. I. *existimavimus* Vulgo.

Invenimus enim, quia paulatim provinciae quidem suis habitatoribus spoliantur, magna vero haec civitas nostra populosa est turbis diversorum hominum, et maxime agricolarum suas civitates et culturam relinquentium.

CAP. I. Haec ad praesentem legem nos respicere procuraverunt, et ad cingulum, quod nunc a nobis paene novatum est, cui non piget nos de publico et annonas dare et adsufficientes, et officium constituere, et ex negligentia eius periculum relevare. Cingulo etenim et hoc accipienti quaestoris imponimus nomen; sic enim et initium eum invenientes (dicimus autem priscis temporibus) Ereunadas vocabant ad hoc venientes officium. Volumus autem cingulum habentes hoc, respicientes ad deum nostrumque timorem et legem, requirere ad magnam hanc civi-

enim] Sic Vind. Mon. Berol. *etenim* Pist.

habitatoribus] *abitatoribus* Vind. Mon., in quo quidem secunda manus correxit, ut in cont.

magna vero] Sic Vind. Berol. *vero magna* Mon. Gr. ἡ μεγάλη δέ.

populosa] Sic Vind. Berol. *populasa* Mon., sed sec. m. corr., ut in cont.

turbis] Sic Vind. Berol. *l urbis* Mon., sed priori litterae circumflexus traiectus est, quod secunda manus correxit, ut in cont. Gr. διενοχλεῖται.

culturam] Sic Vind. Trid. I. *culturas* Mon. Berol. Port. *cultura* Hamb. Gr. γεωργίαν.

NOV. LXXXI. CAP. I. haec] Sic Vind. Mon. *hoc* Berol. Gr. ταῦτα.

praesentem] Sic Vind. Mon. Berol. *praesens* Pist., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. παρόντα.

legem] Sic Vind. Mon. Berol. *legēte* Pist., sed ultimis duabus litteris puncta inferius subiecta sunt.

procuraverunt] Sic Vind. Mon. Pist. *curaverunt* Vulgo.

paene] *pene* Vind. Mon. Berol.

annonas] Sic Vind. Mon. *annosas* Berol. Gr. σίτησιν.

adsufficientes] *adsufficientis* Vind. Berol. Mon., in quo quidem secunda manus litteras *ti* delevit, Pist. habet, ut in cont. Ad marg. Berol., signo adiecto, est *al. tes.* Hamb. Trid. I. *adsufficiens.* Gr. καὶ ταύτην αὐτάρκη, quod ad σίτησιν referatur.

et officium] Sic Berol. Pist. Vind. Mon., in quo quidem puncta huic voci subiecta sunt. Hamb. Trid. I. *officium.* Vulgo *etiam officium.* Gr. καὶ τάξιν.

ex negligentia] Sic Berol. *neglegentia* Vind. Mon. Gr. ἐκ ῥᾳθυμίας.

relevare] Sic Vind. Berol. *rei revelare* Pist. *relavare* Mon., quod sec. m. correxit, ut in cont. Gr. ἐπιστῆσαι.

cingulo] Sic Vind. Mon. Berol. Pist., sed in Vind. Mon. secunda manus correxit *cingulum.* Gr. τῇ μὲν οὖν ἀρχῇ.

etenim] Sic Vind. Berol. Pist. *enim* Mon., sed sec. m. correxit, ut in cont.

et hoc] Sic Pist. Mon. Berol. I., sed prior vox in Vind. non est. Gr. καὶ τῷ ταύτην.

quaestoris] Ad marginem Pist. adscriptum est: *officium.*

et initium] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. *et in initio* Vulgo. *et initio* I. Gr. καὶ οἱ τὴν ἀρχήν. Interpres vim et potestatem ultimae vocis, qua *magistratus* significatur, non percepit.

eum] Sic Pist. Berol. I., deest in Vind. Mon. Gr. αὐτήν.

dicimus] Hoc et quae sequuntur usque ad vocem *venientes*, in Vind. Berol. tantummodo a secunda manu scripta sunt. I. *omnes.*

autem] Sic Vind. Berol. Pist., deest in Mon. Gr. δέ.

priscis] *priscis autem* Mon. *in priscis* I.

Ereunadas] Sic Vind. Deest haec vox in Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. *inquisitores* I. Gr. ἐρευνάδας.

vocabant] Sic Berol. *vocabantur* I. *inquisitores vocabant* Mon. Hamb. *inquisitores vocabat* Vind. *vocabant inquisitores* Vulgo Trid. *in quibus vocabant inquisitores* Port. Hinc constat de origine vocis *inquisitores*, quam glossae locum obtinere facile est videre, quam quidem ab illo adiectam esse putandum est, qui vocem ἐρευνάδας interpretabatur.

ad hoc] Sic Vind. Berol. *ad hec* Mon., quod secunda manus correxit, ut in cont. Gr. εἰς ταύτην.

habentes] Sic Berol. *habentem* Vind. Mon., in quo quidem sec. manus correxit, ut in cont.

civitatem] Quod Vulgo subiicitur *venientes*, in Vind. Mon. Berol. Pist. I. non est, ideoque omittendum visum est.

tatem, ex quacunque provincia sint, viros sive mulieres aut clericos seu monachos vel monachas sive externarum civitatum advocatos, aut alterius cuiuscunque fortunae vel dignitatis, et perscrutari, qui sint, aut unde venerint et in qua occasione, et si quidem agricolae sint, intendere, quibus nostrorum iudicum horum competunt lites, et his imminere velociterque eos eripere difficultatibus, propter quas hic venerunt, et festinanter, unde venerunt, eos remittere, competentia fruentes.

CAP. II. Si vero aliqui sint agricolae constituti sub dominis, et egentes eis ad hanc venerunt regiam civitatem, praeparare possessores citius eas discernere, pro quibus venerunt, causas, et remittere, merentes mox, quae iusta sunt. Si vero forsan ad resultationem possessorum venerunt, et adversus eos dicant causas, si quidem multitudo sit, plures quidem remittere continuo ad provinciam, duobus aut tribus relictis, qui secundum collitigantium schema litem exerceant, et ita eum imminere litis auditori, et procurare citius incidi negotia, ut non longitudo

sint] *sunt* I.
viros] Sic Vind. Mon. Berol. I., qui non habent, quod Vulgo anteponitur *sive*.
monachos] *monacos* Vind.
externarum] Sic Vind. Mon. Berol. *extraniarum* Pist.
advocatos] Sic Vind. Berol. *iura advocatos* Mon., sed priori voci puncta subiecta sunt.
cuiuscunque] Sic Vind. Berol. *cuiuscumque* Mon. Gr. οἱασοῦν.
dignitatis] Sic Vind., qui non habet, quod in Berol. I. subiicitur *existant* et in Mon. *existimant*, quod tamen sec. m. correxit *exsistant*, sed neutra vox in Graecis habet, quo confirmetur.
sint] Sic Vind. Berol. I. *sunt* Mon. Gr. εἶεν.
aut unde] Sic Vind. Mon. Berol. I. *et unde* Vulgo. Interpres videtur habuisse ἢ πόθεν.
venerint] Sic Vind. I. *venit* Berol., sed ultimae litterae circumflexus impositus est. Mon. *venerunt*. Gr. ἥκοιεν.
in qua] Sic Mon. Berol. Pist. Hamb. Trid. I. Prior vox *in* deest in Port. Vind. Gr. ἐπὶ ποίᾳ.
sint] Sic Vind. Berol. *sunt* Mon. I.
iudicum] Sic Vind. Berol. *iudicium* Mon., sed sec. manus correxit *iudicum*. Gr. ἀρχόντων.
his] *hiis* I.
imminere] Sic Vind. Berol. *inminere* Mon.
velociterque] Sic Berol. Mon., sed ultimae syllabae *que* puncta superius imposita sunt. Vind. *velociterquae*. Gr. συντόμως τε.
hic] Sic Vind. Mon. Berol. I. Pist., in quo quidem secunda manus correxit *huc*. Gr. ἐνταυθοῖ.
festinanter] Sic Vind. Mon. Berol. *festinantes* Pist. Gr. τάχιστα.
competentia] Sic Vind. Mon. Berol. I. *competentibus* Vulgo.
fruentes] Sic Vind. Mon. *frugentes* Berol., sed litterae *g* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἀπολαύσαντας.

NOV. LXXXI. CAP. II. citius] Sic Vind. Mon. *cicius* Berol. *cuius* I.
discernere] Sic Mon. Berol. *descernere* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont.
merentes] Sic Berol. *inherentes* Vind. Mon., sed litterae *h* puncta inferius subiecta sunt. Gr. τυχόντας.
iusta] Sic Vind. Mon. *iuxta* Berol. Gr. τῶν δικαίων.
forsan] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *forsitan* Vulgo.
possessorum] Sic Mon. Berol. *possessiom* Vind., sed ultimis duabus syllabis lineola superius imposita est. Gr. τῶν κεκτημένων.
eos] Sic Vind. Mon. *eo* Berol., sed secunda manus scripsit, ut in contextu. Gr. πρὸς αὐτούς.
dicant causas] Sic Vind. Mon. Berol. *dicas dicant* Pist., sed syllabae *cas* lineola superius imposita est.
multitudo] In Mon. subiicitur *causa*, quod a secunda manu punctis subiectis notatum est, quae tamen res Graecis non firmatur.
collitig.] *litig.* I.
schema] Sic Vind. Mon. *scema* Berol. Pist. I.
auditori] *auditoribus* I.
procurare] Sic Mon. Berol. *curare* Vind., sed supra litteram c a secunda manu vox *pro* posita est. Graeca nihil decidunt.
incidi] Sic Vind. Berol. I. *indici* Mon., sed sec. manus correxit *incidi*. Vulgo *decidi*. Interpres vocem τέμνειν non recte interpretatus esse videtur.

eis fiat temporis, et maxime agricolis, quorum et hic praesentia superflua et agriculturae vacatio damnum et ipsis et possessoribus facit.

CAP. III. Si vero neque agricolarum sit adveniens multitudo, sed quidam forsan alii, aut etiam litigaturi adversus alios, et hic tardent, non quiescere, sed cum omni instantia iudices urgere cum festinatione eos contentionibus absolvere et litibus liberatos remittere, suas civitates et provincias habitare. Si vero, quum institerint auditores litis aut agricolarum domini qui a nobis statuti sunt iudices, ut litigantes aut observantes liberent, ipsi ad hoc differant, et non citius eos aut litis aut observatione liberaverint, tunc ipsum, qui a nobis in hoc cingulo constitutus est, deducere ad se litigantes aut egentes aliquo iure a pos-

eis] Sic Vind. Berol. *eius* Mon., sed secunda manus scripsit *eis*. Pro verbis *eis fiat* I. habet *fiat eis*. Gr. αὐτοῖς.

hic] Sic Mon. Berol. *in hic* Vind. Gr. ἐνταῦθα.

agriculturae] Sic Vind. Mon. *agri etclte* Berol., sed litterae *l* circumflexus traiectus aliusque litterae *e* impositus est.

vacatio] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem secunda manus scripsit *vocatio*. Trid. Hamb. I. *evacuatio*. Gr. σχολή.

et possessoribus] Sic Vind. Berol. *et possessioibus* Mon., sed priori litterae *i* puncta subiecta sunt. Prior vox *et* in Pist. non est. Gr. καὶ τοῖς κεκτημένοις.

NOV. LXXXI. CAP. III. adveniens] Sic Vind. Mon. *adinveniens* Berol., sed iam prima manus correxit, ut supra.

forsan] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. *forsitan* Vulgo I.

aut] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem superius lineola imposita est. Pro εἰ καὶ interpres legisse videtur ἢ καί. Pro verbis *aut etiam* I. habet *veniant*.

litigaturi] Sic Vind. Mon. *litigai* Pist., ut tamen duabus ultimis litteris lineola imposita sit. Berol. *litigantium*. Gr. δικασόμενοι.

hic] *hoc* I.

tardent] Sic Vind. Berol. Pist. *ardent* Mon., sed sec. manus correxit *tardent*. Gr. χρονίζοιεν.

cum omni] Sic Vind. Mon. Pist. *cum in omnia* Berol., sed litteris *in* puncta inferius subiecta sunt. Gr. σὺν πάσῃ.

iudices] Sic Vind. Berol. *iudiciis* Mon., sed secunda manus correxit *iudices*. Gr. δικαστάς.

urgere] Sic Vind. *urguere* Mon., sed secundae litterae *u* punctum subiectum est. Pist. *urgue*, sed ut ultimae litterae circumflexus imponatur. Berol. *arguere*. Gr. ἐπείγειν.

suas] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. Hamb. Trid. *in suas* Port. Vulgo, quod Graecis non firmatur. Etenim χώρας illud a sequenti οἰκεῖν dependet.

habitare] Sic Vind. Berol. Pist. *retine habitare* Mon., sed priori voci *retine* puncta subiecta sunt, quae sane nec Graecis firmatur.

vero] Quod postea Vulgo et in I. est *forsan*, in Berol. Pist. deest, est autem in Vind. Mon., Graecis tamen non firmatur.

quum] Sic Vind. Mon., deest in Pist. Berol.

institerint] Sic Vind. Mon. *instituerint* I. *constituit* Berol. Pist., sed litteris *it* circumflexus superius impositus est; in Berol. secunda manus ex *con* facit *in*. Gr. ἐνοχλήσαντος.

auditores] Sic Vind. Mon. I. *forsan auditores* Berol. Pist. *auditoribus* Vulgo. Sane interpres Graecorum sententiam non percepit.

domini] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dominis* Vulgo.

statuti sunt iudices] Sic Vind. Mon. Pist. *sunt iudices statuti* Berol. I. Vulgo.

ut] Sic Vind. Berol. Pist. *aut* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἐφ' ᾧ.

ad hoc] Sic Vind. Berol. Pist. Mon. Hamb. I. *et hoc* Trid. *adhuc* Vulgo Port. Gr. πρὸς τοῦτο.

aut] Sic Vind. Pist. Mon., in quo quidem huic voci a secunda manu puncta inferius subiecta sunt. Vulgo I. *a*. Gr. ἢ τῆς δίκης.

litis] In Mon. supra lineam a secunda manu littera *a* superius imposita est.

aut observatione] Sic Vind. Berol. *autem observatione* Pist. *observatione* I. Gr. ἢ τοῦ προσεδρεύειν.

qui a nobis] Sic Mon. Pist. Berol. *quia a* Vind., sed litterae *ia* a secunda manu adscriptae sunt.

constitutus est] Sic Vind. Berol. Pist. *constitutionis* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. προβληθέντα.

ad se litigantes] Sic Vind. Berol. Pist. *litigantes ad se* Mon. Gr. εἰς ἑαυτὸν τοὺς δικαζομένους.

egentes] Sic Vind. Mon. Pist. Hamb. Trid. *agentes* Berol. Port. Gr. ἢ δεομένους, cuius sententiam interpres non percepit.

possessoribus] Sic Vind. Berol. Pist. *possessionibus* Mon., sed litteris *ioni* pun-

sessoribus, proinde non merentes, et examinare, et citius disponentes, pro quibus illi huic magnae observant civitati, ad suas remittere patrias, aut omnino ex quibus venerunt locis, omnibus peremto ad hoc privilegio et fori praescriptione.

CAP. IV. Si vero vitae occasionem aliqui aut litis non habentes in hac sunt nostra civitate, ut propter victum, aut eo quod hic ad eorum desideria non sufficiat, iam etiam peccent, corporum eorum statum, qualis quis est, inspicere, et si quidem valent eis corpora potentes autem sufficere ad laborem sunt, si quidem servi aliquorum fuerint, cognoscere quorum sunt, et hos etiam invitos possessoribus transmittere. Si vero liberi fortuna, et ex aliquibus civitatibus aut provinciis orti, hos transmittere ad provincias, ex quibus sunt.

CAP. V. Si vero huius terrae fuerint, et corporibus quidem validis utantur, vitae autem eis decens non est occasio, hos non frustra esse terrae opus permittere, sed tradere citius eos et operum publicorum

cta inferius subiecta sunt. Gr. παρὰ τῶν κεκτημένων.

merentes] Sic Pist., in quo quidem supra lineam a secunda manu praepositio *pro* inscripta est. I. *promerentes*. Gr. τυγχάνοντας.

et examinare] Sic Vind. Mon. Pist. *examinare* Berol. I. Gr. καὶ ἐξετάζειν.

disponentes] Sic Mon. Pist. *disponent* Vind. *disponere* Berol. I., quod etiam Vulgo est. Gr. διατιθέντας.

observant] Sic Vind. Pist. *hobservant* Berol. *observent* Mon.

ad suas] Sic Vind. Mon. Berol. *et ad suas* I. Vulgo, quod Graecis non firmatur.

venerunt] Sic Vind. Berol. Pist. *venerint* Mon. Gr. ἥκουσι.

peremto] Sic Vind. Mon. *exempto* Berol. Gr. ἀνῃρημένης.

NOV. LXXXI. CAP. IV. occasionem] Sic Vind., in quo quidem ultima littera a secunda manu erasa est; Berol. Mon. Pist. Hamb. Trid. Port. I. *occasione*. Gr. πρόφασιν.

litis] Sic Vind. Mon. Pist. *lites* Berol. I. Gr. δίκης.

sunt nostra] Sic Vind. Berol. Mon. *nostra sunt* Pist. Gr. εἰσὶ τῆς ἡμετέρας.

ut propter] *aut propter* I.

victum] Postea interposita haec sunt: *aut mendicent*, quae quidem in Vind. Mon. Berol. Pist. Hamb. Trid. Port. I. non sunt.

hic] Sic Vind. Mon. Berol. I. *hoc* Hamb. Trid. Port. Vulgo.

peccent] Sic Vind. Mon. Pist. *expectent* Berol. Gr. πλημμελεῖν.

corporum] *et corporum* I.

qualis] Sic Vind. Berol. Pist. *qual* Mon., sed per litteram *l* mediam circumflexus traiectus est.

quis] Sic Vind. Berol., deest in Pist. Mon., in quo quidem a secunda manu haec vox lineae superius imposita est.

eis] Sic Vind. Berol. Pist. Mon., in quo quidem secunda manus correxit *eorum*. Gr. αὐτοῖς.

potentes] Sic Vind. Berol. Pist. *ponentes* Mon., sed priori litterae *n* secunda manus imposuit litteram *t*. Gr. δυνατοί.

autem] Sic Mon. Berol. Pist., deest in Vind. Gr. δέ.

servi aliquorum] *servilia quorum* Vind. Mon. Hamb. Trid. Berol. Pist., unde facilis emendatio est. Gr. οἰκέται τινῶν. Port. I. *servilia*, omissa voce *quorum*. Vulgo *servitia*.

fuerint] Sic Vind. Pist. *fuit* Berol., sed huic voci superius circumflexus impositus est. Mon. *fuerunt*. Deest in I. Gr. εἶεν.

et hos] *ad hos* I.

possessoribus] Sic Vind. Berol. Pist. *possessioibus* Mon. Gr. τοῖς κεκτημένοις.

orti] Sic Pist. Berol. *horti* Vind., deest in Mon. Gr. ὁρμώμενοι.

quibus] In Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. non est, quod Vulgo subiicitur *orti*, quod sane nec Graecis firmatur.

sunt] Sic Hamb. Trid. *sint* Vind. Mon. Berol. I. Gr. εἰσίν.

NOV. LXXXI. CAP. V. fuerint] Sic Vind. Mon. Pist. *fuerit* Berol. Gr. εἶεν.

vitae] *vite* Vind. Berol., sed in Vind. ultima syllaba *te* a secunda manu scripta est. In Berol. tota vox a secunda manu scripta est.

eis decens] *decens* I., priori voce *eis* omissa.

occasio] *eis occasio* I.

terrae] *recte* I.

opus] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *onus* Vulgo, quod ex Graeco ἄχθος correctum.

et operum] *ut operum* Mon. I. Berol. Hamb. Trid. Port. Optima est emendatio, quae Graeco τοῖς τε admodum commendatur.

artibus ad ministerium, praepositis panificantium stationum et hortos operantibus, aliisque diversis artibus aut operibus, in quibus valent simul quidem laborare, simul autem ali et segnem ita ad meliorem mutare vitam. §. 1. Si vero aliqui noluerint observare operibus, quibus traditi sunt, hos sectari hac regia civitate. Parcentes enim eis, hanc sancimus, ut non segnitie eos ad illicitos actus impellentes, leges eos arripiant ad poenas, nostris tradentes iudicibus. Laesos autem aut laesas corpore, aut canitie graves, hos sine molestia esse iubemus in hac bona civitate, aut pie agere volentibus ascribendos, et aliorum singulos interrogare, qua venerunt gratia, et inquisitis, quae digna sunt super eis agere, ut non pigri hic sedeant, sed competentia agentes ad proprias revertantur provincias.

artibus] Sic Vind. Berol. Mon. Pist. *attinet artibus* Hamb. Trid. Port. I. *artificibus* Vulgo. Interpres videtur legisse τέχναις pro voce τεχνίταις. Caeterum quae inde ab hac voce sunt usque ad *parentes*, in Berol. a secunda manu scripta sunt.

praepositis] In Vind. Mon. Pist. deest, quod Vulgo et in I. antea est *et*. Itaque τε illud non videtur in Graecis habuisse interpres.

panificantium] *pannificantium* Mon. Gr. ἀρτοποιητικῶν.

stationum] Sic Vind. Mon., deest in Pist. Berol., sed in Pist. a secunda manu lineae inscriptum est. Gr. ἐργαστηρίων.

hortos] Sic Vind. Pist. *ortos* Mon. I. *olos* Berol. Gr. κήπους.

aliisque] Sic Vind. Berol. Pist. *aliis* Mon., sed secunda manus supra lineam adscripsit *que*. Gr. καὶ ἄλλοις.

aut] Sic Vind. Mon. Pist. *ut* Berol. Gr. ἤ.

autem ali] Sic Vind. Berol. Pist. *et ali* Mon., sed ultima littera *i* a secunda manu scripta est. I. *autem et ali*. Gr. ἅμα δὲ ἀποτρέφεσθαι.

et segnem] Sic Vind. Pist. *se gerere* Berol. In Mon. hae voces non sunt nisi a secunda manu adscriptae. Gr. καὶ τὸν ἀργόν.

NOV. LXXXI. CAP. V. §. 1. noluerint] Sic Vind. Mon. Berol. *voluerint* Pist. Gr. μὴ βουληθῶσι.

observare] Sic Mon. Pist. Hamb. Trid. Port. *observire* Vind. *observari* Berol. Gr. προσεδρεύειν.

operibus] Sic Vind. Berol. Pist. *quidem operibus* Mon., sed priori voci *quidem* puncta inferius subiecta sunt, quae sane nec Graecis firmatur.

quibus] Sic Vind. Mon. *quidem quibus* Pist. I. In Berol. signum est, quo idem significari videtur. Gr. αἷς.

hos] Sic Vind. Mon. Pist. *hoc* Berol. Gr. τούτους.

parcentes] *parentes* I.

hanc] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. *hoc* Vulgo I.

actus] Sic Mon. Berol. *actos* Vind., quod secunda manus correxit, ut in cont. Pist. *actis*, sed litterae *i* littera *u* superius imposita est. Gr. πράξεις.

impellentes] Sic Vind. Pist I. *inpellentes* Mon. *implentes* Berol. *impellente* Vulgo. Interpres videtur habuisse συνωθοῦντες.

arripiant] Sic Vind. Berol. I. *abripiant* Mon. Pist. Gr. ἁρπάζοιεν.

poenas] Sic Mon. Berol. Pist. *penes* Vind., quod secunda manus mutavit in *penas*. Gr. ποινάς.

aut] Sic Vind. Mon. Pist., deest in Berol. Gr. ἤ.

hos] Sic Vind., deest in Berol. Mon. Pist. Gr. τούτους.

esse] Sic Mon. Berol. Pist., deest in Vind. Gr. εἶναι.

bona] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. Hamb. Trid. *nostra* Vulgo.

aut pie] Sic Vind. Mon. Berol. Prior vox *aut* Vulgo et in I. non est. Os. coniicit *et pie*.

ascribendos] Sic Berol. Pist. *adscribendos* Vind. *asscribendos* I. *asscribendis* Mon., sed secunda manus correxit *asscribentibus*. Vulgo *alendos*. Pro ἀποτρεφομένους interpres videtur legisse προσγραφομένους.

venerunt] Sic Berol. I. *venerint* reliqui, quod etiam Vulgo est. Gr. παρεγένοντο.

hic] Sic Mon. Berol. Pist. *hinc* Vind. Gr. ἐνταῦθα.

agentes] Sic Berol. Pist. *adgentes* Vind. Mon., sed priori litterae *d* puncta subiecta sunt.

proprias] Sic Vind. Mon. Pist. *propintias* Berol., sed secundae litterae *p* littera *i* superius imposita est. Gr. τὰς οἰκείας.

CAP. VI. Si vero aliqui aut in hac habitantium civitate, aut etiam de foris venientium culpent aliqui tanquam ab eis damnificati per occasionem forte eorum, quae dicuntur sportula, aut etiam ex hoc laesionum, et dicant, eos aut praevaricari pro his nostras leges, aut etiam sine iudiciali praecepto admonitionem eis offerre, quaerere subtiliter haec delinquentes, cuiuscunque fuerint dignitatis et militiae, et sub quo constituti sint cingulo, eosque simul quidem comprehendere, simul autem post probationes interminatas secundum nostras leges exigere poenas, nullo competentium eis iudicum defendere eos valente, et tam illaesos servare eos, qui iniustitiam passi sunt, recipientes, quae contra legem exacti sunt, quam poenas nostris definitas constitutionibus superexigere, ac de eis referre, ubi perspexerimus dandas.

CAP. VII. Super haec autem quicunque querelam suscipiunt falsitatis seu quod vocatur falsa scriptura in quocunque collegio haec

NOV. LXXXI. CAP. VI. aliqui] Sic Mon. Berol. Pist. *aliq* Vind., ut tamen ultimae litterae circumflexus impositus sit, sed secunda manus correxit *aliqui*. Gr. τινές.
habitantium] Sic Vind. Berol. Pist. *abitantium* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont.
culpent] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. *inculpent* Vulgo I.
aliqui] Sic Vind. Berol. Pist., sed in Vind. secunda manus correxit *aliquos*, quod sane etiam in I. est. Pro τισὶν interpres legisse videtur τινές.
quae] Sic Mon. Berol. Pist. *qui* Vind., sed secunda manus correxit *que*.
sportula] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *sportulae* Vulgo. Etiam Graeca hanc vocem neutro genere extulerunt.
ex hoc] Sic Vind. Pist. *et hoc* Mon. Berol. I. Gr. ἐντεῦθεν.
et dicant] Ad marg. Mon. a secunda manu adscriptum est *at. enim*. Gr. καὶ φάσκοιεν.
eos aut] Ab his verbis usque ad vocem *dandas* quae sunt, in Berol. omnia a secunda manu scripta sunt.
praevaricari] In hac voce ultimae syllabae *cari* a secunda manu scriptae sunt.
his] *hiis* I.
nostras] Sic Vind. Mon. Berol. Pist., sed supra hanc vocem secunda manus posuit *secundum*.
admonitionem] *ammonitionem* Vind.
offerre] Sic Vind. Mon. Pist. *offere* Berol.
quaerere] Ad marg. Berol. a secunda manu scriptum est: *al. quae recte*. Gr. ζητεῖν.
subtiliter] Sic Vind. Mon. Pist. *sublicitum* Berol., quod sec. manus correxit *subtiliter*. Gr. ἀκριβῶς.
et militiae] Sic Vind. Mon. *aut militiae* I. Berol. Pist. Gr. καὶ στρατείας.
sint] Sic Vind. Mon. Pist. *sunt* Berol. Hamb. Trid. Port. Gr. τελοῖεν.
eosque] Sic Berol. Pist. *eos quae* Vind. *eos qui* Mon., sed secunda manus scripsit ut in cont. Gr. καὶ τούτους.
nostras] *nras* Vind., sed lineola superius imposita est.
leges] Sic Berol. Pist, deest in Vind. Mon. Gr. νόμους.
illaesos] Sic Vind. Pist. *illesos* Berol. *in ipsos inlaesos* Mon. Gr. ἀζημίους.
servare] Sic Vind. Mon. Berol. *servantes* Pist. Gr. φυλάττειν.
recipientes] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Pist., sed ad marginem haec eadem vox adiecta est. Gr. ἀπολαμβάνοντα.
legem] Sic Vind. Mon. Berol. *leges* Pist. Gr. παρὰ τὸν νόμον.
definitas] *diffinitas* I.
superexigere] *super eos exigere* I.
ac] Sic Vind. Mon. Berol. *hac* Pist. Gr. καί.
eis] Sic Berol. Mon. Pist. *his* Vind. Gr. αὐτῶν.
perspexerimus] Sic Vind. Mon. *prospexerimus* Pist. *perspesimus* Berol. *perspexerimus* I, Vulgo. Gr. συνείδοιμεν.
dandas] In Berol. subiicitur *re ù perspexerimus dandas*, quod pravam superiorum verborum repetitionem habet.

NOV. LXXXI. CAP. VII. haec] Sic Vind. Berol. Mon. Pist. *hoc* I. Vulgo. Gr. πρὸς τούτοις.
quicunque] Sic Mon. Pist. Vind., in quo quidem secunda manus correxit *quaecunque*. Berol. *quaecunque*.
querelam] Sic Vind. Berol. *qrela* Mon., sed iam primae et ultimae litterae lineola superius imposita est.
suscipiunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *suscipiant* Vulgo. Sane indicativum modum et Graecum λαμβάνει agnoscit.
quod] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *quae* Vulgo.
falsa scriptura] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *falsae scripturae* Vulgo.
collegio] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. Hamb. Trid. Port. I. *negotio* Vulgo.

requirere, et, qui super his denuntiatur, comprehendere, et post inscriptiones et probationes punire; sic enim huiusmodi audientiae damus potestatem ei. Si vero aliquis taliter laesorum adierit ordinatum secundum praesentem legem iudicem, et non iustam impetraverit providentiam, ut cogatur ad nos et ad semper imperium haec denunciare, sciat aperte, qui cingulum hoc assumit, quia ipse de suo reddet ea ei, qui ab eo neglectus est male, quae decuerat eum a delinquentibus accipere, insuper et maiori indignatione nostra experietur iuste, utpote nostras iussiones transcendere praesumentes.

CAP. VIII. Maxime autem omnium qui hanc administrationem habet et perpetue hoc ponet studium, puris manibus omnia agere, et ministratores habere non sordidos neque turpis acceptionis paratos, sed pure et libere administrare, et si tale aliquid super ministris peccatum

quod Leunclavius Notatorum III. 244. primus proposuit. An pro πράγματι interpres legit συστήματι?

haec] Sic Vind. Mon. *hoc* Berol. Pist. I., quod etiam Vulgo est. Gr. ταῦτα.

qui] Sic Vind. Mon. *quod* Berol., quod Graecis non firmatur.

his] *hiis* I.

denuntiatur] Interpres videtur in Graecis habuisse τὸν ἐπὶ τούτοις προσαγγελλόμενον.

et probationes] Sic Mon. Berol. Pist., desunt in Vind., in quo quidem secunda manus haec ipsa adscripsit. Gr. καὶ ἐλέγχους.

punire] Sic Vind. Berol. Pist. *punite* Mon., sed supra litteram *t* a secunda manu littera *r* inscripta est. Gr. τιμωρεῖσθαι.

potest. ei] *ei potest.* I.

laesorum] Sic Vind. Mon. Pist. *lesorum* Berol., sed littera *o* a secunda manu scripta est.

adierit] Sic Mon. Berol. Pist. *audierit* Vind., sed litterae *u* puncta inferius subiecta sunt. Gr. προσαγγείλειε.

ordinatum] *ordinarium* I.

impetraverit] *imperaverit* Pist. Berol., in quo quidem secunda manus scripsit, ut in cont. Vind. *imperavit,* quod secunda manus correxit *impetravit.* Mon. *imperavit*, sed supra litteram *v* circumflexus superius positus est. Gr. τύχῃ.

ad nos] *et ad nos* I.

haec] Sic Berol. *hec* Mon., deest in Vind. *hoc* Vulgo I. Gr. ταῦτα.

sciat] Sic Berol. Pist. *sciant* Vind. Mon., in quo quidem litterae *n* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἴστω.

reddet] Sic Vind. Mon. Pist. *reddat* Berol. Gr. ἀποδώσει.

decuerat] Sic Mon. Pist. Berol. *decuciiat* Vind., sed litterae *ci* a secunda manu scriptae sunt. Gr. ἐχρῆν.

delinquentibus] Sic Vind. Mon. Pist. *delinquentis* Berol., sed sec. manus correxit *delinquente*, quod sane in I. et Vulgo est. In Graecis interpres παρὰ τῶν πλημμελησάντων videtur invenisse.

accipere] Sic Berol. Pist. *percipere* I. Vind. Mon. Graeca sane nihil decidunt.

maiori] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *maiorem* Vulgo.

indignatione nostra] Sic Vind. Mon. I. *indignationem nostram* Berol. Pist.

utpote] Sic Vind., sed a sec. manu. Mon. *utpute*.

praesumentes] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *praesumens* Vulgo. An legit interpres θαῤῥήσαντας?

NOV. LXXXI. CAP. VIII. hanc] Sic Vind. Berol. Mon. *per hanc* Pist. Gr. τήνδε.

habet] Sic Vind. Mon. Berol. *habent* Pist., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἔχων.

ponet studium] *pon studium* Mon., sed litterae *n* circumflexus superius impositus est. *punit studium* I. Vind., in quo priori litterae *u* littera *o* superius imposita est. Pist. *studium ponit*. Gr. θήσεται σπούδασμα.

ministratores] Sic Vind. Berol. I. *ministrationes* Pist. *ministratioes* Mon., sed litterae *o* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo *administratores*. Gr. ὑπουργοῦντας.

sordidos] Sic Vind. Mon. Berol. *sordidas* Pist. Gr. μὴ ῥυπῶντας.

turpis] Sic Vind. Mon. Pist. Hamb. Trid. I. Berol., in quo quidem ultima littera a secunda manu scripta est. Vulgo *turpi*.

acceptionis] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. Pist. *acceptioni* Vulgo.

administrare] *amministrare* Berol.

aliquid] *aliquod* I.

invenerit, hoc etiam punire et ex ipsis prius ostendere suam firmitatem simul et castitatem. Propterea enim et decem librarum auri occasionem expensarum decernimus ei, et eius consiliario solidos centum et ministrantibus ad expensarum causam solidos trecentos triginta damus annonam. Quorum etiam descriptionem huic legi apponi praecipimus, ut de fisci largitate contenti alienis abstineant; eruntque dei et nostri subtiles cultores, et e caelo hanc nostram fruentes providentiam et administrationem, causis facilius et legalius utentes.

CAP. IX. Damus autem administrationem habenti fiduciam et iudicibus insistere et ad nos referre et ex se agere competentia, ut neque infirmitate neque alio omnino culpatus, nostro super eo iudicio minor appareat. Licentiam vero similiter ei damus publicis epistolis uti ad provinciarum praesides, ut, qui remittuntur ab eo, mittant ad suas provincias sine lite ibi ducturos, et si quo egent auxilio legitimo, hoc percepturos. Illud maxime providere, quia non de iisdem secundo

ex ipsis] Sic Mon. Berol. Pist. *ipsis* Vind. Gr. ἐξ αὐτῶν.

librarum] Sic Vind. Berol. Pist. I. *libras* Vulgo.

occasionem] Sic Vind. Berol. Pist. *occasione* I. Vulgo.

decernimus] Sic Pist. Mon. *decrevimus* Vind. Berol. Gr. ὁρίζομεν.

ei et] *et* I.

consiliario] Sic Vind. Mon. Berol. *consiliarios* Pist., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. παρέδρῳ.

solidos] *solidis* Mon., sed sec. manus correxit *solidos*.

causam] Sic Vind. Mon. Pist. *causa* Berol. Gr. αἰτίαν.

solidos] Sic Berol. Pist. *solido* Vind. Mon., deest in I.

trecentos] Sic Vind. Berol. Pist. *trecentum* Mon.

triginta] *treginta* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. I. *triginta solidos*.

annonam] Sic Vind., sed ultimae litterae *m* puncta inferius subiecta sunt. Berol. I. *anno*. Vulgo Mon. Pist. *annonae*. Gr. σίτησιν.

apponi] Sic Vind. Pist. *deponi* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont.

praecipimus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praecepimus* Vulgo.

ut] *aut* Mon., sed primae litterae punctum inferius subiectum est. Gr. ἵνα.

de fisci] Sic Berol. Mon. Vind. I. Vox *de* Vulgo deest. Gr. ἐκ τοῦ φίσκου.

eruntque] Ad marg. Contii: *hoc pacto videtur addendum*.

e] *ee* Pist., sed priori litterae *e* punctum inferius subiectum est. Mon. *a*, Berol. *e*, sed secunda manus lineae imposuit *de*. I. *ex*. Gr. ἐξ οὐρανοῦ.

fruentes] Sic Mon. Berol. Pist. *secundum* Vind. Gr. ἀπολαύοντες.

administrationem] *administratio* Pist. *amministratio* Berol.; in Pist. tamen adscriptum *nem*, supra Berol. autem secunda manus scripsit *vel nem*. I. *administrationum*.

NOV. LXXXI. CAP. IX. administrationem] *amministrationem* Berol. *et administrationem* Mon., sed priori voci *et* puncta inferius subiecta sunt. In Graecis nihil est, quo vox *et* firmetur.

ex se] Sic Mon. Vind. Pist. *a se* Berol., sed supra litteram *a* secunda manus vocem *ex* posuit, puncto litterae *a* subiecto. I. *ad se*.

competentia] Sic Vind. Mon. Berol. *competentiam* Pist., sed litterae *i* secunda manus punctum supposuit. Gr. τὰ προσήκοντα.

ei damus] Sic Berol. Mon. Pist. *damus* Vind. Gr. αὐτῷ δίδομεν.

qui] Sic Mon. Berol. Pist. *iis, qui* Vind. *ii, qui* Hamb. Port. *hii, qui* I. *eos, qui* Trid.

mittant] Sic Vind. Mon. Berol. *mittat* Pist. Gr. πέμπειν.

ibi] Sic Vind. Mon. Berol. *etiam* Pist. Gr. ἐκεῖσε.

ducturos] Sic Vind. Pist. Berol., in quo quidem secunda manus scripsit *ductores*. Mon. *ductores*, sed sec. manus scripsit *ducturos*. Gr. διάξοντας.

si quo] Sic Vind. Berol. Pist. *si eo* Mon., sed sec. manus correxit *si quo*. Gr. εἴ τινος.

auxilio legitimo] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *legitimo auxilio* Vulgo. Gr. βοηθείας νομίμου.

hoc] Sic Vind. Berol. Pist. *hic* Mon. Gr. ταύτην.

percepturos] *praecepturos* Berol. Pist., sed secunda manus scripsit *praecepturus*. Vind. I. *praecepturus*, Berol. *percepturus*, ut tamen primae litterae lineola superius imposita sit, qua vox *prae* significari potest. Gr. ληψομένους.

providere] *previdere* I.

quia] deest in I.

acquirantur] Sic Vind. Mon. Berol. *adquirantur* Hamb. *adquiruntur* I.

sancitum] Sic Vind. *sanccitum* Berol. *saccitum* Mon.

hoc] Sic Mon. Berol. *ho* Vind., sed sec. m. scripsit *hoc*. Gr. τοῦτο.

in reliquis] Sic Vind. *ut in reliquis* Mon. Berol., sed priori litterae *ut* puncta inferius subiecta sunt, quae vox sane nec Graecis καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς confirmatur.

morientis] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. τοῦ τελευτήσαντος.

casu] Sic Mon. Berol. *cau* Vind., lineola tamen superius iniecta, quae vox a sec. manu scripta est tota. Gr. θέματος.

haec] *hoc* I.

matrimoniis] Sic Vind. Berol. *matribmoniis* Mon., sed litterae *b* a sec. manu puncta inferius subiecta sunt.

haec] Sic Mon. Berol. Trid. *hec* Vind. *hoc* Port. Hamb.

prohibet] Sic Vind. Mon. *proibet* Berol.

ponat] Sic Vind. Mon. *proponat* Berol. Vulgo. Gr. ὑπόθοιτο.

solum] Sic Vind. Mon. *solummodo* I. Berol. Gr. μόνον.

extendi] Sic Vind. Berol. *exstendi* Mon.

tale aliquid] Sic Vind. Berol. *aliquid tale* Mon. Gr. τοιοῦτό τι.

huiusmodi] Sic Vind. Berol. *eiusmodi* Mon.

quidam] Sic Vind. Berol. *qui* Mon., sed secunda manus adscripsit *quidam*. Gr. τοιαῦταί τινες.

habeat suam] *suam habeat* I.

NOV. LXXXV. CAP. II. haec] Sic Berol. Hamb. *hec* Vind. Mon. *hic* Trid. *his* I. *hi* Port. Vulgo. Gr. ταῦτα.

eorum iam] Sic Vind. Hamb. I. *eorum* Mon. Berol. Trid. Port. Gr. αὐτῶν ἤδη.

tamen] Sic Vind. Mon. *autem* Berol. Gr. μέντοι.

quaestionem] Sic Vind. Mon. *questionem* Berol. Gr. ζήτησιν.

nem movit, sed etiam in his, qui postea futuri sunt. Quocirca priora, si aut iudicis sententia, aut pactionum expedita sunt formis, habeant propriam decisionem, huius legis iudicio non egentia.

EPILOGUS. Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram manifestata sunt legem, per litteras proprias declarare cunctis et in perpetuum observare festinet. *Dat. XV. Kal. Iun. CP. imp. DN. Iust. PP. Aug. anno XIII. Apione V. C. cons.* (539.)

LXXXVI. GLOSS.

DE ARMIS.

Idem Aug. Basilidi magistro sacrorum officiorum.

PRAEFATIO. Magnum deum et salvatorem nostrum Iesum Chri-

his] Sic Vind. Mon. Berol. *iis* Vulgo. *hiis* I.

si aut] Sic Vind. *aut* Berol., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *si*. Mon. *aut*, sed secunda manus antea in linea scripsit *si*. Gr. εἴπερ ἤ.

NOV. LXXXV. EPIL. manifestata] Sic Mon. *manifesta* Vind. Berol. *declarata* I. Gr. δηλούμενα.

per litteras] Sic Mon. Berol. *litteras* Vind. Gr. διά.

in perpetuum] Sic Mon. Berol. *im perpetuum* Vind.

Dat.] Sic Vind. Bamb. D. I. 1. Frisingensis, qui in regia bibliotheca Monacensi inter codices iuris Latinos numero 18 signatus est. Ambras. *datum*. Caeterum in Mon. Berol. Pist. Bamb. D. II. 11. et I. tota subscriptio non est.

XV.] Sic Ambras. Fris. Bamb. D. I. 1. *V*. Vind.

Kal.] *Kl*. Fris. Ambras. Vind. Bamb. D. I. 1. *Kalend*. Vulgo.

Iun.] Sic Fris. Ambras. Vind., sed circumflexo superius imposito. *Iuni* Bamb. D. I. 1.

CP.] Sic Ambras. Fris. Bamb. D. I. 1. *cp*. Vind. *Constant*. Vulgo.

imp.] Sic Ambras. Fris. Bamb. D. I. 1. *ipr*. Vind., sed lineola superius imposita. Vulgo *imper*.

DN.] *donus* Ambras., sed lineola superius imposita est. Fris. *dni*, lineola superius imposita. Vind. *don*, sed lineola superius iniecta. Bamb. D. I. 1. *dnn*., sed lineola superius imposita est.

Iust.] Sic Ambras. Bamb. D. I. 1. Fris., in quo ad finem circumflexus additus est. Vind. *Iustiniano*, sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Vulgo *Iustiniani*.

PP. Aug.] Sic Vind. *a* Fris. Ambras., sed lineola superius imposita. Deest in Bamb. D. I. 1.

anno XIII.] *an. XIII*. Ambras., desunt in Fris. Bamb. D. I. 1. Vind., ubi nec lacunae est suspicio.

Apione] *pp*. Ambras. *app*. Fris. Vind., sed lineola superius imposita est. — *a pp*. Bamb. D. I. 1., sed ultimis litteris circumflexus superius impositus est.

V. C. cons.] *vc. cons. titulo* Vind. *vc. constan*. Bamb. D. I. 1. *con*. Ambras. *vices* Fris., sed litterae *e* superius lineola imposita est.

NOV. LXXXVI. LXXXVI.] deest in Vind. Mon. Berol. I. Ad marg. Mon. Berol. *const. XIII*.

de armis] Sic Berol. Mon. *di armis* Vind. In I. subiicitur *Rubrica*. Haec Novella in Vind. Berol. bis posita est. Secundam varietatem Vind. codicis littera *Z* notabo; codicis autem Berol. littera X.

idem Aug.] Sic Vind. *id. a*. Z. Pist. Berol. Neob., qui reliqua inscriptionis non habet. *d. a*. X. Mon., sed lineola superius imposita. I. *idem a*. Vulgo *imp. Iustinianus aug*.

Basilidi] Sic Vind. Mon. X. *Bassilidi* Z. *Basilica* I. *Basili* Pist., litterae *a* et litteris *i* circumflexis superius iniectis.

magistro sacrorum officiorum] Sic Vind. Z. *magistro officiorum* Mon. *magistro sacrorum offo* X., sed ultimae litterae *o* circumflexus superius iniectus est. Pist. *mag. off*. Berol. *mag. offorum*. I. *magistro officiorum*. Vulgo *gloriosissimo magistro sacrorum officiorum*.

NOV. LXXXVI. PRAEF. deum] *dignm deum* Z., sed litteris *gnm* puncta inferius subiecta sunt. Neob. *dnm*, sed lineola superius imposita, qua re Vulgo significatur *dominum*. Gr. θεόν.

nostrum] *nm* Neob., sed lineola superius imposita. Gr. ἡμῶν.

Iesum] *Ihm nrm* X., sed ultimis tribus litteris puncta inferius subiecta sunt. I. *ihenum*.

Christum] *cristum* I.

stum et eius auxilium semper invocantes, studemus omnes nostros subiectos, quorum regimen credidit nobis deus, illaesos et sine calumnia custodire et inhibere bella, quae per suam considerantiam suscipientes, adversus alterutros operantur dolores, duplex ex hoc contra se supplicium inferentes, tam quod sibimet inferunt, quam quod ex legibus vesaniam eorum punientibus patiuntur.

CAP. I. Volentes igitur huiusmodi mortibus homines liberare, perspeximus armifacturae opus nullum privatum operari, solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoriis, aut qui dicuntur fabricensii; eos autem, qui operantur arma, nulli vendere pri-

auxilium] *auxium* Neob., sed litteris *xi* litterae *li* a sec. manu impositae sunt. Deest in Z. Gr. βοήθειαν.

nostros subiectos] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. Z. X. I. *subiectos nostros* Vulgo. Gr. τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους.

regimen] *regiam* Neob., sed litterae *a* punctum inferius subiectum litteraeque *m* lineola superius imposita est. Mon. *regim*, sed, ut ultimae litterae lineola imponatur, quam rem secunda manus scripsit totam. Gr. τὴν διοίκησιν.

credidit] *credit* Mon. Berol., in quo quidem utroque secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἐπίστευσεν.

nobis] In Mon. postea est *illesos*, quam rem nec reliqui libri nec Graeca confirmant.

deus] *dus* Neob., sed secunda manus supra lineam litteram *e* imposuit.

illaesos] *illesos* X. *inlesos* Berol. *osillosos* Neob., sed primae litterae *o* punctum subiectum, secundae *o* littera *e* a secunda manu imposita est. Deest in Mon. Gr. ἀβλαβεῖς.

et sine] In solo Vind. vox *et* deest. Gr. καί.

calumnia] *calupnia* Berol. X. Neob., sed litterae *u* lineola superius imposita est.

et] *etiam* X., quod quidem per Graecorum tenorem stare non potest.

inhibere] *inibere* Vind. Berol. *ibe* X., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est. Neob. *inebe*, circumflexo ultimae litterae *e* imposito. Caeterum pro ultimo *e* secunda manus scripsit *i*.

considerantiam] Sic Vind. X. *considerationem* I. Vulgo, quod etiam reliqui codd. firmant. Ex Graeco ἀβουλίας Os. coniicit legendum: *inconsiderationem*. Malim *inconsiderantiam*.

alterutros] Sic Vind. X. Berol. Neob., in quo quidem litterae *ros* a sec. manu scriptae sunt. Z. *alteros*. Mon. *altuts*, sed litterae *s* littera *o* superius imposita est. Gr. κατ' ἀλλήλων.

dolores] deest in Berol. Neob., in quo haec vox a secunda manu adscripta est. Gr. φόνους.

ex hoc] Ultima vox *hoc* in Z. deest, prior vox *ex* in X. desideratur. Gr. ἐκ τούτου.

supplicium] *suplicium* Z. *suplitium* Neob. Gr. τὴν τιμωρίαν.

quod] Sic Mon. Berol. X. *qui* Vind. *qm* Z., circumflexo superius imposito. Neob. *quod id*, sed ultimis duabus litteris puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἥν.

vesaniam] Sic Vind. X. Mon. Berol. Neob. *vesaniamque* Z. Gr. τὴν μανίαν.

punientibus] *penitentibus* Vind. Gr. κολαζόντων.

NOV. LXXXVI. CAP. I. volentes] *volentibus* Z. Berol. I. Gr. βουλόμενοι.

igitur] deest in I.

mortibus] *mtibus* X., sed litterae *m* circumflexus superius impositus est. Deest in Neob., sed a secunda manu lineae impositum *mortibus*. Gr. θανάτων.

perspeximus] Sic Vind. Mon. Z. Berol. X. Neob. I. *prospeximus* Vulgo. Gr. συνείδομεν.

armifacturae] *armifacte* Z. X., in quo ultimae litterae *e* circumflexus superius impositus est. Neob. *armifatue*, sed, ut ad litteram *t* superius littera *c* apposita sit. Gr. ὁπλοποιΐας.

operari] *qpai* Neob., sed primae litterae *q* littera *o*, ultimisque litteris *ai* circumflexus superius impositus est. Gr. ἐργάζεσθαι reliquorum codd. lectionem satis confirmat.

solos] *solum* Mon., quod sec. manus correxit *solos*. Vind. *solas*, sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. μόνους.

autem] *vo* Neob., sed lineola superius imposita, qua re significatur *vero*.

qui in] *di* X., sed lineola superius imposita est. Gr. τοὺς ἐν.

publicis] *punicis* Z. *plubices* Neob.

deputati] deest in Z. X., sed in reliquis est. Gr. καταλεγομένους.

armificatoriis] Sic Vind. Mon. Berol. *armifactoriis* Z. X.

qui] *quicquid* X.

fabricensii] Sic Port. Cont. *fabricentii* Mon. Berol. X. Neob. *fabricennii* Hamb. Trid. I. Vind. *fabricenses* Vulgo. Ad marg. Contii *vete. quae dicuntur f a b r i c a e*.

autem] deest in Z. Gr. τοὺς δέ.

privato] *privatos* Neob., sed ultimae litterae *s* punctum subiectum est. Gr. ἰδιώτῃ.

vato. Sed neque, qui in numeris statuti sunt armificatores, quos etiam deputatos appellant, qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari aut alicui vendere arma, sed solum diligentiam habere armorum milites in numeris constitutos, in quibus militant. Si vero novum aliquid faciunt, hoc auferri ab eis, et in sacro nostro inferri armamento, adiiciendum ibi repositis publicis armis.

CAP. II. Hoc autem observare volumus et eos, qui in ordinibus ballistariorum sunt, quos per diversas statuimus civitates, ordinantes eos et arma facere scientes, ut et ipsi sola publica arma in armamentis publicis uniuscuiusque civitatis recondita corrigant atque renovent. Si qui vero novum aliquid armorum instruxerit, hoc

sed] *et* Neob. Gr. ἀλλ'.

in] deest in Mon. Neob., in quo quidem a secunda manu supra lineam adscriptum est. Gr. ἐν τοῖς ἀριθμοῖς.

numeris] *numero* Neob. *nuis* Mon., sed litteris *ui* circumflexus superius impositus est. Vind. *unus*, sed sec. manus supra lineam scripsit *numeris*, sed, ut in cont., Berol. Z. X.

statuti] Sic Vind. Z. Berol. X. Neob. *constituti* I.

armificatores] *armifactores* Mon. X.

quos] *sed* X.

permittimus] Sic Berol., sed antea scriptum fuit *permittunt*. Gr. συγχωροῦμεν.

aut alicui] *alieni* Z. Gr. ἤ τινι.

diligentiam] *diligentia* Z.

habere armorum] Sic Vind. Mon. Berol. *armorum habere* Neob. Z. X. Gr. ἐπιμελεῖσθαι τῶν ὅπλων.

milites] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Z. X. Hamb. Trid. Port. I. *militum* Vulgo.

numeris] Sic Z. Neob. Vind., in quo quidem litterae *eris* a secunda manu scriptae sunt. Mon. Berol. X. I. *numero*, quod etiam in Hamb. Trid. Port. haberi Os. auctor est. Gr. ἐν τοῖς ἀριθμοῖς.

constitutos] Sic Vind. Mon. Berol. Z. Neob. X. Hamb. Trid. Port. I. *constitutorum* Vulgo. Interpres videtur habuisse τοὺς στρατιώτας τοὺς-καταλεγομένους.

militant] *militat* Berol., sed litterae *a* lineola superius imposita est; ad finem vocis circumflexus adiectus est, quem secunda manus delevit.

si vero] Ultima vox in Neob. non est. Gr. εἰ δέ τι.

hoc] *haec* Z. Gr. τοῦτο.

et in sacro] Prior vox *et* in Neob. deest. Gr. καὶ ἐν τῷ θείῳ.

inferri] *inferre* Z. X. *referri* Neob., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Mon. *auferri*. Gr. εἰσφέρεσθαι.

armamento] Sic Z. X. Mon. Neob. *armanto* Vind. *armatorio* Berol. Gr. ἁρμαμέντῳ.

adiiciendum] *addiciendum* Neob. *adiciendum* Berol. *addicendum* Vind., sed supra litteram *c* a secunda manu scriptum est *i*. Gr. προστεθησόμενον.

ibi] Sic Vind. Z. X. *ubi* Mon. Berol. Neob. Gr. ἐκεῖσε.

NOV. LXXXVI. CAP. II. hoc] Sic Vind. Neob. Mon. Berol. X. *hec* I. *sic* Z. Gr. αὐτὸ δέ.

ballistariorum] *balistariorum* Mon. Neob. *balistorum* Z. X. *balistatorum* Berol. I. *balistarium* Vind. Gr. τῶν βαλλισταρίων.

quos] deest in Vind., sed in reliquis est. Gr. οὕς.

per] deest in Vind.

statuimus] *perstatuimus* X.

ordinantes] *ordinates* Z.

eos] Quod Vulgo et in I. est *inter*, in Vind. Mon. Berol. Neob. X. desideratur. Pro ἐν αὐτοῖς interpres videtur habuisse αὐτούς.

et arma facere scientes] *et ara facere sientes* Neob., sed priori litterae *r* littera *m* superius imposita, litteraeque *i* littera *c* inscripta est.

ut et ipsi] Sic Vind. Mon. X. Neob. *ut ipsi* Berol. *ut ipsa* Z. Gr. ὥστε καὶ αὐτούς.

publica arma] Sic Vind. Berol. *arma publica* Mon. *publici arma* Z. *cap arma* X. *publica arma et* I. Gr. τὰ δημόσια ὅπλα.

armamentis] *armentis* Vind. *amaarmamentis* Neob., sed prioribus litteris *ama* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ὁπλοθήκαις.

publicis] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Z. *publicos* X.

uniuscuiusque] Sic Berol., nisi quod primum *i* a sec. manu scriptum est.

recondita] Sic Vind. Mon. Neob. Z. X. *recundant* Berol., sed secunda manus scripsit *recondita*.

corrigant] *corrigat* Z.

atque] *neque* Neob., sed sec. manus scripsit *atque*. Gr. καί.

renovent] Sic Vind. Mon. *removent* Z. X. Berol. Neob., sed in Berol. Neob. correctum, ut in cont. Gr. ἀνανεοῦν.

novum] *nuu* Berol., sed lineola superius imposita. In Hamb. *novum* esse cum aliqua dubitatione Os. affirmat. *unum* Vind. Mon. Neob. Z. X. Trid. Port. I. Gr. νέον.

instruxerit] Sic Vind. Mon. Z. Berol.

similiter et ipsis inter publica arma praestent, et nulli alteri penitus vendant.

CAP. III. Hoc quoque custodiant qui in ballistariis deputati sunt periculo patrum civitatum, sub quibus et ipsos ballistarios statuimus, et publicorum armamentorum diligentiam atque custodiam constituimus, quatenus, si qui visi fuerint aut deputati aut fabricensii vendentes arma, provideant per loca iudices eos suppliciis subdere, insuper et arma ab his, qui ea comparant, sine pretio auferre, et publico vindicare. Hanc igitur gubernante nos deo cogitationem, per praesentem sancimus legem, in nulla civitate aut provincia nostrae reipublicae habere licentiam pri-

Neob., sed in ultimis tribus littera *u* a secunda manu scripta est. Vulgo *instruxerint*. Gr. κατασκευάσει.

hoc] Sic Vind. *hoco?* Berol. *haec* Neob. *et haec* Mon. Gr. τοῦτο.

et ipsis] Sic Vind, Mon. Berol. Neob. Z. X. Hamb. Trid. Port. *et ipsi* Vulgo. Interpres in Graecis videtur habuisse καὶ αὐτοῖς.

NOV. LXXXVI. CAP. III. PR. quoque] Sic Vind. Mon. Neob. Z. X. *q'que* Berol., sed per priorem litteram *q* inferius lineola traiecta est.

qui] In Z. signum est, quo significatur *quod*, sed reliqui habent, ut in cont. Gr. οἱ.

ballistariis] *balistariis* Vind. Mon. Berol. Z. X. *ballistriis* Neob., sed supra litteram *r* a secunda manu littera *a* posita est.

deputati sunt] *sunt deputati* Z. X.

sub quibus] Sic Vind. Mon. Z. X. *super quibus* Neob. *super civitatum quibus* Berol., sed voci *civitatum* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ὑφ' οὓς.

ballistarios] *balistartos* Vind. Mon. Z. X. Berol. *ballistrariis* Neob., quod sec. manus correxit ita, ut in cont. Gr. τοὺς βαλλισταρίους.

statuimus et] Sic Vind. Mon. Berol. Z. X., desunt in Neob., sed a secunda manu supra lineam posita sunt. Gr. ἐτάξαμεν καί.

publicorum] Sic Vind. Mon. Berol. Z. Neob. *post paucorum* X. Gr. τῶν δημοσίων.

armamentorum] Sic Vind. Berol. Z. X. Neob. *armorum* Mon. Gr. ὁπλοθηκῶν.

custodiam] Sic Vind. Mon. Berol. X. Neob., deest in Z. Gr. καὶ παραφυλακήν.

quatenus] *quatinus* Vind. Mon. Berol.

visi] Sic Vind. Mon. *usi* Z. *iussi* X. Berol. Neob. Gr. φανεῖεν.

deputati] In Mon. postea est *sunt*, quod in Vind. Berol. Z. X. Neob. desideratur.

aut] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Z., deest in X. Gr. ἤ.

fabricensii] Sic Port. *fabricentii* Vind. Mon. Berol. Z. X. Neob. Hamb. Trid. *fabricenses* Vulgo. *fabricensii* I. Gr. φαβρικίσιοι.

vendentes arma] Sic Mon. Berol. Z. X. Neob. *arma vendentes* Vind. Gr. διαπιπράσκοντες ὅπλα.

provideant] Sic Vind. Mon. Neob. Z. X. *provideat* Berol. Gr. προνοήσουσιν.

suppliciis] *subpliciis* Vind. *supplitiis* Berol.

subdere] Sic Vind. Mon. Berol. Z. X. *sude* Neob., sed ultimae litterae circumflexus impositus est. Gr. ὑποβάλλειν.

insuper et] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. I. *et insuper et* Z. *et insuper* X. Gr. πρὸς τῷ καί.

his] Sic Berol. Neob. Vind. Z. X. *eis* Mon. *iis* Vulgo. *hiis* I.

comparant] Sic Vind. Mon. Berol. Z. *compat* X. Neob., sed litterae *t* circumflexus superius iniectus est. Gr. ὠνουμένων.

pretio] *pcio* Berol. X., sed priori litterae *p* lineola superius imposita est.

auferre] *aufferre* Mon. *aufeit* X., sed ultimae litterae circumflexus impositus est. Gr. ἀφαιρεῖσθαι.

et publico] *et a publico* X. Gr. καὶ ἐκδικεῖσθαι τῷ δημοσίῳ.

vindicare] *vendicare* Berol. X. Neob.

hanc] *auc* Neob., sed priori litterae *a* secunda manus litteram *h* imposuit.

gubernante] Sic Vind., in quo secunda manus ad finem litteram *s* addidit. Mon. Berol. *gubernantes*, Z. Neob. *gubernantem*, sed in Neob. littera *t* a secunda manu scripta est. Gr. διακυβερνῶντος.

cogitationem] Sic Vind. Berol. Mon. X. *cogitatione* Neob. In Z. siglum est, quo id, quod in cont. est, videtur significari. Gr. τὴν ἔννοιαν.

provincia] Sic Vind. Mon. Z. X. *provintiam* Neob. *in provincie* Berol.

habere licentiam] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *licentiam habere* Z. *licentiam ht* X., sed ultimae voci *ht* lineola superius imposita est. Gr. ἔχειν ἄδειαν.

vatos aut alium quempiam arma facere aut vendere aut quolibet mercari modo, sed solos, qui inter fabricenses referuntur, haec instruere et deferre ad sacrum nostrum armamentum. Et hoc a tua celsitudine et, qui post te susceperint cingulum, custodiri sancimus, deputantibus nobis aliquos chartulariorum, qui sub tua celsitudine in scrinio constituti sunt fabricensium, periculo quinque inter eos priorum, bonam opinionem habentes et opportunos, qui et eos, qui in hac felicissima civitate, et in aliis civitatibus nostrae reipublicae arma faciunt, requirentes, prohibeant privatos, aut etiam alios quosdam, citra eos, qui deputati

alium] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *aliam* X. *aliaim* Z., sed litteris *iai* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἕτερον.

quempiam] Sic Vind. Mon. Neob. X. Berol. In Z. signum est, quo *quaepiam* designatur. Gr. ἕτερόν τινα.

quolibet] Sic Vind. Berol. Neob. Z. X. *quodlibet* Mon., sed litterae *d* punctum inferius subiectum est. Gr. καθ' οἱονοῦν-τρόπον.

modo] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. X., deest in Z. Gr. τρόπον.

solos] Quod Vulgo subiicitur *eos*, in Berol. Z. est, deest in Vind. Mon. X. Neob. *solo eos* I.

fabricenses] Sic Mon. Berol. Z. X. *fabricantes* Neob. *fabricent'* Vind., sed litterae *t* punctum inferius subiectum est.

referuntur] Sic Berol. Neob. Z. *feruntur* X. *refe iruntur* Neob., sed litterae *i* punctum inferius subiectum est; litteraeque quattuor priores a secunda manu scriptae sunt.

instruere] Sic Vind. Neob. Berol. Z. X. *instituere* Mon. Gr. κατασκευάζειν.

deferre] Sic Vind. Berol. Neob. Z. X. *defendere* Mon. Gr. εἰσκομίζειν.

nostrum] In solo Neob. deest. Gr. τὸ θεῖον ἡμῶν.

armamentum] Sic Mon. Z. X. Neob., in quo quidem littera *r* a secunda manu lineae imposita est. Berol. *armtum*, sed priori litterae *m* circumflexus impositus est. Vind. *armamentarium*. Gr. ἀρμαμέντον.

hoc] Sic Vind. Mon. Z. X. *haec* Berol. Neob. Gr. τοῦτο.

a tua] Sic Vind. Mon. Berol. Z. X. *ad tua* Neob., sed litterae *d* punctum subiectum est. Gr. παρὰ τῆς σῆς.

celsitudine] Sic Vind. Berol. Mon. Z. X. *celsitudo* Neob., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ὑπεροχῆς.

post te] Sic Vind. Mon. Berol. Z. *postea* I. *pea* Neob., sed litterae *p* littera *s* superius imposita est. Gr. μετά σε. In X. haec et, quae postea sunt usque ad vocem *celsitudine*, plane non sunt.

susceperint] Sic Berol. Neob. Mon. Z. X. *susceper* Vind., sed lineola ultimae litterae iniecta, qua re significatur *susceperunt*. Gr. παραληψομένων.

custodiri] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. X. *custo* Z. Gr. φυλάττεσθαι.

sancimus] *sanccimus* Neob. Berol. *saccimus* Mon.

deputantibus] Sic Vind. Mon. Berol. X. *deputatibus* Z. *deputantistbus* Neob., sed litteris *st* lineola superius imposita est. Gr. ἀφοριζόντων.

nobis] Sic Mon. Neob. Z. X. *vobis* Vind. Berol. An post ἀφοριζόντων interpres habuit ἡμῶν, vel ἀφορίζοντες? Graeca quidem hanc rem ad magistrum officiorum pertinere demonstrant.

chartulariorum] *cartulariorum* Vind. Mon. Neob. Z. X. Berol. I.

celsitudine] Sic Vind. Mon. Berol. Z. X. *celsiotudinem* Neob., sed litterae *o* puncta inferius subiecta sunt.

scrinio] Sic Vind. Berol. Neob. Z. X. *scrineo* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. σκρινίῳ.

constituti sunt] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Z. X. I. *sunt constituti* Vulgo.

quinque] Sic Mon. Neob. Berol. Z. Vind., in quo litterae *n* puncta inferius subiecta sunt. X. *quoque*. Gr. πέντε.

priorum] Sic Vind. Berol. Neob. Z. X. Cont. *qui priorum* Mon. Ad marg. Contii: *al. primorum*. Gr. πρωτευόντων.

opinionem] *oppinuom* Z., sed lineola superius imposita.

opportunos] *oportunos* Vind. Mon. Berol. Neob. Z. X.

et eos] Sic Mon. Berol. X. Neob. *eos* Z. *et os* Vind. Gr. τοῖς τε.

qui in] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Z. *et* X. Gr. οἵ τούς τε κατά.

felicissima] Sic omnes praeter Neob., qui habet *felicissime*.

prohibeant] *faciunt proibeant* X., sed priori voci *faciunt* puncta inferius subiecta sunt.

aut etiam] Sic Mon. Berol. Neob. Berol., in quo priori litterae *t* circumflexus appositus est, qua re significatur *autem*. I. *autem etiam*. Z. X. *aut et*. Pro καὶ ἑτέρους interpres videtur habuisse ἢ καὶ ἑτέρους.

alios] *alios prius* I.

citra eos] Sic Vind. Mon. Berol. Z. X. *circa eos* Neob., sed litterae *a* circumflexus impositus punctumque suppositum est. Gr. πλὴν τῶν.

sunt inter fabricenses, armifacturae agere causam, et in quibuscunque repererint locis aliquos privatos hoc audentes, haec auferri, et fisci applicari armamento. Si autem inter operarios privatos artifices opportunos invenire potuerint, his, si volunt, in militiis statuere, et in descriptione nomina eorum facere, et destinare nobis descriptionem artificum, ut per sacrum nostrum rescriptum in illis statuantur locis, in quibus sunt publicae fabricae, quatenus ipsi operantes arma et de fisco annonas accipiant. Hoc enim facto et subtiliter observato a praedictis personis,

qui] deest in X., sed in Vind. Mon. Berol. Neob. Z. est.

fabricenses] Sic Vind. Berol. Neob. Z. X. *fabrices* Mon., sed sec. manus correxit *fabricenses*.

armifacturae] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *armifacte* Z. *arma faciunt* X. Gr. ὁποπλοιΐας.

quibuscunque] Sic Vind. Mon. Neob. Z. X. *quibus* Berol. Gr. ἐν οἷς ἄν.

repererint] Sic Mon. Berol. *repetrit* Neob., sed litterae *i* priori punctum subiectum. Z. *comperint*, Vind. X. *compererint*, I. *competierint*. Gr. εὕρωσι.

aliquos] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *alioq;* X., sed litterae *q* littera *o* superius imposita est. Gr. τινάς.

privatos] Hoc et quae postea sunt usque ad *si autem*, a secunda manu in Berol. scripta sunt.

hoc] Sic Vind. Neob. Z. X. *haec* Mon. Berol. Gr. τοῦτο.

audentes] Sic Mon. Berol. *audientes* Vind. Z. X. I. *adientes* Neob., in quo quidem syllabae *ientes* a secunda manu scriptae sunt ab eademque litterae *d* littera *u* superius imposita est. Gr. τολμῶντας.

haec] *hoc* I.

auferri] Sic Mon. Z. Neob. X. Berol. I. *aiferri* Vind. *auferre* Vulgo. Gr. ἀφαιρεῖσθαι.

applicari] Sic Vind. Mon. Z. I. *aplicari* Neob. *amplicari* X. Berol. *applicare* Vulgo. An interpres legit προσχυροῦσθαι?

si] Sic Vind. Berol. Neob. Z. X. Mon., nisi quod secunda manus litterae *i* litteram *n* imposuit. Neob. *sin*.

autem] *au* Neob., sed lineola superius imposita. Berol. *autem autem*. Gr. δέ.

operarios privatos] Sic Vind. Berol. Z. X. Neob., qui tamen habet a prima manu *oporarios*, quod secunda manus correxit. Mon. *privatos operarios*, sed ultimae voci vox *et* superius imposita est. Gr. ἐν τοῖς ἐργαζομένοις ἰδιώταις.

artifices] Sic Vind. Mon. Neob. Z. X. *et artifices* Berol., quod Graecis non firmatur.

opportunos] *oportunos* Vind. Mon. Z. Berol. X. I., deest in Neob. Gr. ἐπιτηδείους.

invenire] Sic Mon. Berol. Z. X. *inveniri* Vind. *invenientes* Neob., sed sec. manus scripsit *invenire*. Gr. εὑρεῖν.

his] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Z. X. *hii* I. *hos* Vulgo. Crediderim litteram *s* ex sequenti voce *si* adhaesisse, indeque legendum *hi*, ut comma, quod postea est, huic voci *hi* praeponatur.

volunt] Sic Vind. Mon. Z. Neob. Berol. *nolt* X., sed ultimis litteris lineola superius imposita est. Vulgo I. *voluerint*.

militiis] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *militiam* Z. X. Gr. στρατηγίαις.

et in] Sic omnes codd. praeter Neob., qui vocem *in* non habet. Gr. ἐν ἀπογραφῇ.

descriptione] Sic Vind. Mon. *discriptione* Berol. X., deest in Z., *desptione* Neob., sed litterae *p* littera *i* superius imposita est. Vide notam superiorem.

nomina] *nia* Neob., sed lineola superius iniecta est, litteraeque *a* littera *o* imposita.

destinare nobis] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. X. *nobis destinare* Z. Gr. ἐκπέμπειν ἡμῖν.

descriptionem] *prescriptionem* I.

artificum] Sic Mon. Z. X. *arteficum* Vind. *artificium* Berol. *articum* Neob., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. τῶν τεχνιτῶν.

rescriptum] In Mon. antea est *artifi*, quibus litteris iam prima manus puncta subiecit, quam sane nec Graeca agnoscunt.

publicae] Sic Vind. Mon. Neob. Z. *publice* Berol. *p.* X., qua re idem significatur. Gr. δημοσίαν.

fabricae] Sic Z. *fabricenses* Vind. Neob. Berol. X. I. *statuentes* Mon., sed a sec. manu puncta inferius subiecta sunt. Ad marginem Mon. adscriptum est *al. fabricenses*.

quatenus] *qualinus* Vind. Mon. Z. X.

arma] Ad finem huius vocis in Z. littera *s* adiecta est. Gr. ὅπλα.

et de fisco] Prior vox *et* in Z. non est, sed reliqui habent. Gr. καὶ τάς.

annonas] Sic Vind. Berol. Mon. Z. X. *annos* Neob., sed supra litteras *nos* sec. manus litteras *na* posuit. Gr. σιτήσεις.

accipiant] Sic Vind. Berol. Z. X. *accipiunt* Mon. *acipant* Neob., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. κομίζεσθαι.

hoc] Sic omnes praeter Neob., qui habet *haec*. Gr. τούτου.

licentia penitus nulli dabitur, neque civitates inhabitantibus privatis, neque villas incolentibus rusticis, armis uti adversus alterutros, necesque praesumere, et ex hoc plurimos homines occidi, publicas vero perire functiones, dum terrae cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem utuntur. §. 1. Oportet ergo eos, qui diriguntur a tua celsitudine ex memorato fabricensium scrinio ad prohibendos privatos armorum factiones, confessionem accipere etiam per loca iudices, et subiecta eis officia, et civitatum defensores, et patres, quia nihil valebunt de cetero horum, quae nobis prohibita sunt, aliquid agere, sed

facto] Sic omnes praeter Neob., in quo a sec. manu supra lineam adscriptum est. Gr. *γινομένου*.

et subtiliter] Sic omnes praeter Neob., in quo prior vox *et* non est. Gr. *ἀκριβῶς*.

observato] Sic omnes praeter Neob., in quo *observatio* est, quod sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *φυλαττομένου*.

licentia] Sic omnes praeter Berol., in quo est *licentiam*. Gr. *ἄδεια*.

penitus] Sic omnes praeter Neob., qui habet *pnitus*, sed sec. manus supra litteram *n* litteram *e* posuit.

neque] Sic omnes praeter Neob., qui habet *atque*, quod sec. manus correxit *neque*. Gr. *οὔτε*.

villas incolentibus] *ullas inculentibus* Neob. Berol., in quo quidem secunda manus correxit, ut in cont. Z. *villas incollentibus*. Mon. *collentibus villas*, sed supra litteras *co* a secunda manu scriptum est *in*. Reliqui habent, quod in cont. Gr. *τὰ χωρία γεωργοῦσιν*.

adversus] *adversis* Neob., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *κατ' ἀλλήλων*.

necesque] Sic Vind. Berol. *necepque* Neob., sed sec. manus correxit, ut in cont. Mon. *neces*, Z. *nec ee*, X. *nec*, sed postea spatium vacuum relictum est, cui explendo tres fere litterae sufficere queant. Gr. *καὶ φόνους*.

plurimos] Sic omnes praeter Neob., qui habet *plurimis*, quod secunda manus correxit *plurimos*. Gr. *πολλούς*.

homines] Sic omnes libri praeter Mon., in quo sane non est. Gr. *ἀνθρώπους*.

publicas] *plubicas* Neob., sed secunda manus correxit, ut in cont.

perire] Sic omnes praeter Vind., qui habet *reppérire*. Deest in Neob., in quo quidem sec. manus lineae inscripsit *perire*. Gr. *ὑστερεῖσθαι*. Pro *perire funct.* I. habet *funct. perire*.

terrae] *tre* X., lineola superius imposita. Gr. *τὴν γῆν*.

vitam] *vita* Z.

amittere] Sic omnes praeter Neob., qui habet *admittere*. Gr. *ἀπολιμπανόντων*.

fuga] Sic omnes praeter Berol., in quo litterae *a* circumflexus impositus est, quem secunda manus postea delevit.

NOV. LXXXVI. CAP. III. §. 1. armorum] Sic Mon. Berol. X. Neob. *armarum* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont. Deest in Z., sed spatium vacuum relictum est, cui explendo fere quattuor litterae inservire queunt.

factiones] Sic Vind. Mon. Z. Berol. *facciones* Neob. *arcensium scrinio ad proibendos privatos armorum factiones* X. *factores* Vulgo I. Pro *τῆς ὁπλοποιΐας* interpres videtur legisse *τὰς ὁπλοποιΐας*.

confessionem] Sic Vind. Mon. Berol. *confessiones* Z. X. *confessionum* Neob. Gr. *κατάθεσιν*.

etiam] Sic omnes praeter Neob. Z., ubi est *et*. In his, quae sequuntur, interpres in Graecis videtur habuisse *τούς τε κατὰ τόπον ἄρχοντας καὶ τὰς πειθομένας αὐτοῖς τάξεις*.

eis] Sic omnes mei praeter Z., in quo est *eoius*, sed litterae *o* puncta inferius subiecta sunt. Gr. *αὐτοῖς*.

civitatum] *citatum* Neob., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *τὰς πόλεις*.

defensores] Sic omnes mei praeter Mon., qui habet *defensiones*, et X., in quo est *defensios*, sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Interpres videtur legisse *τοὺς τὰς πόλεις ἐκδικοῦντας καὶ πατέρας*.

quia] Sic omnes mei praeter Berol., in quo est *qui*. Gr. *ὡς*.

nihil] Sic Vind. Mon. Z. I. *nichil* X. Berol. *nic* Neob., sed ultimae litterae *c* littera *i* superius imposita est. Vulgo *nulli*. Pro *οὐδενὶ* interpres videtur habuisse *οὐδέν*.

valebunt] Sic Vind. Mon. Neob. Z. I. *valebit* Berol. X. *permittent* Vulgo.

de cetero horum] Sic Mon. Neob. Z. X. *de ceterorum* Berol. *de cetero horum horum* Vind. Gr. *τοῦ λοιποῦ τῶν*.

quae] Sic omnes praeter Berol., qui siglum habet, quo significatur *qui*, quod secunda manus correxit, ut in cont.

nobis] Sic omnes mei codd. In Berol. tamen supra *no* a secunda manu praepositio *a* imposita est. Vulgo I. *a nobis*.

agere] Sic omnes praeter X., in quo est *agitur*. Gr. *πρᾶξαι*.

sed quae] Sic Vind. Mon. Berol. *quae* Z., deest in X. et Neob., in quo quidem

quae per praesentem sancita sunt legem, custodient, poenam et in pecuniis et in ipsum formidantes caput. Sancimus enim, magnae quidem Alexandriae iudicem, negligentem, quae a nobis sancita sunt, viginti auri libras exsolvere poenam, et cingulo cadere, et huius officium similiter viginti auri libras dare poenam, et capitale sustinere supplicium, aliarum vero provinciarum iudices damnum quidem decem librarum auri sustinere, similiter autem et ipsos casui cinguli subiacere, et horum officia, defensores autem et patres civitatium trium auri librarum mulctari poena et in capite sustinere periculum, si quid tale factum com-

haec eadem secunda manus lineae imposuit. Gr. *ἀλλὰ τά*.

sancita] Sic Vind. Mon. Neob. Z. *sanccita* Berol. X.

custodient] *custodiri* I.

pecuniis] Sic Vind. Neob. Z. *peccuniis* Berol. X. *pecunias* Mon. Gr. *ἐν χρήμασι*.

caput] Sic omnes praeter Mon., qui habet *capud*.

sancimus] *sanccimus* Berol. X.

magnae] Sic omnes praeter Neob., in quo est *magnis*, quod sec. manus correxit *magne*. Gr. *μεγάλης*.

Alexandriae] Sic omnes praeter Z., in quo est *aᵪilianle*. Gr. *τῶν Ἀλεξανδρέων*.

negligentem] *neglegentem* Vind. X. *si neglegentem* Neob., quod Graecis non firmatur.

sancita] *sanccita* X. Berol.

auri libras] Sic Mon. X. Neob. Z. *libras auri* Mon. *au libras* Berol., sed priori voci *au* circumflexus superius impositus est. Interpres videtur legisse *χρυσίου λίτρας*. Vulgo *auri librarum*. I. *librarum auri*.

exsolvere] Sic Vind. Berol. Neob. Z. *dare* Mon. X. Gr. *καταιιθέναι*.

cingulo] Sic omnes codd. praeter X., in quo est *cingulos*. Gr. *τῆς ἀρχῆς*.

huius] Sic omnes praeter Berol., qui habet *in huiusmodi*, et Neob., qui scribit *h9moi*, sed litteris *oi* lineola superius imposita est. I. *huiusmodi*. Gr. *τούτου*.

viginti auri libras] Sic Z. Berol. Neob. *auri libras viginti* Vind. *XX. au libs* X., sed litteris *au* et *bs* circumflexi superius impositi sunt. Gr. *εἴκοσι χρυσίου λιτρῶν*. I. *viginti librarum auri*, Vulgo *auri librarum viginti*.

dare poenam] Sic omnes codd. praeter Vind., in quo est *dare et*. Gr. *ὑπέχειν ποινήν*.

capitale] Sic Mon. Berol. Z. X. Neob., in quo quidem ultima syllaba *le* a sec. manu scripta est. Vind. *capitali*, quod secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *κεφαλικήν*.

sustinere] Sic Vind. Mon. Z. X. I. *subire* Vulgo. Gr. *ὑπέχειν*.

supplicium] *supplitium* Berol. *suplitium* Neob.

vero] Sic omnes praeter X., in quo desideratur. Gr. *δέ*.

damnum quidem] Sic Berol. Neob. X. Vind. Z. *quidem dampnum* Mon. Gr. *ζημίαν μέν*.

decem] *celedecem* Neob. Gr. *δέκα*.

librarum auri] Sic omnes praeter Mon., in quo est *auri librarum*. Gr. *λιτρῶν χρυσίου*.

et ipsos] Sic omnes praeter Z., in quo prior vox *et* desideratur. Gr. *καὶ αὐτούς*.

casui] Sic omnes praeter Z., in quo est *casu*. Gr. *ἐκπτώσει*.

cinguli] Sic omnes praeter Berol., in quo est *cingulis*. Gr. *τῆς ἀρχῆς*.

horum] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. X. I. *orum* Z. Gr. *τούτων*.

officia] Sic omnes praeter Neob., in quo est *officiorum*, quod secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *τάξεις*.

defensores] Sic omnes praeter Neob., in quo est *defesores*.

autem] Sic omnes praeter Neob., in quo est *aut*. Gr. *τοὺς δέ*.

et] *etiam* I.

patres civitatium] Sic Vind. Mon. Berol. X. *civitatum patres* Z. Gr. *πατέρας τῶν πόλεων*. *patres civitatum* Vulgo. Quod in Z. postea subiicitur *auri*, in reliquis desideratur, nec Graecis firmatur.

trium auri librarum] Sic Vind. Z. *trium librarum* Berol. *trium aurum librorum* X., sed litterae *b* circumflexus traiectus est. Neob. *trium librarum*, sed secunda manus vocem *auri* apposuit. Gr. *τριῶν τε χρυσίου λιτρῶν*. Vulgo I. *trium librarum auri*.

mulctari] Sic Vind. Neob., in quo litterae *t* littera *c* superius imposita est. Berol. *militari*. I. *poena mulctari*. Gr. *ζημιοῦσθαι*.

poena] deest in I.

si quid] Sic Vind. Berol. *si quod* I. *si qui* X. In Mon. voci *si* subiicitur signum, quo significari solet *quidem*. Z. *si tale quod*, Neob. *si quo*, Vulgo *si quod*. Gr. *εἴ τι*.

tale] Hoc est in omnibus codd. praeter Z., qui hanc vocem non habet. Gr. *τοιοῦτο*.

perientes non punierint, aut hoc agere valentibus non nuntient, sed latere permiserint.

CAP. IV. Ut autem palam fiant, quae a nobis prohibita sunt, a privatis et aliis quibusdam, citra eos, qui in sacris nostris fabricensibus referuntur, fieri aut privatis vendi arma, et hoc per praesentem legem significare curavimus. Prohibemus enim privatos operari et emere arcus et sagittas et spathas et enses, quae vocare consueverunt semispathia, et quae vocantur zabae sive loricae et contos et quolibet modo vel figura factas lanceas, et quae apud Isauros nominantur monocopia, et appellatos sibinnos seu missibilia, insuper et aspides sive scuta et galeas seu cassides. Nec enim ista alio cuidam instruere

punierint] Sic Vind. *puniverint* Z. X. *punier* Berol. Neob., in quibus quidem ultimis tribus litteris lineola superius imposita est, qua re significatur *punierunt*. Mon. *puniunt*. Gr. τιμωρήσονται.

valentibus] Sic omnes, sed Neob. a sec. manu; prima habuerat *volentibus*. Gr. δυναμένοις. I. *non valentibus*.

permiserint] Sic Vind. Berol. *permiserit* Mon. Z. *permisert* Neob., sed sec. manus ultimae litterae *t* litteram *i* imposuit. I. *permiserunt*. Gr. συγχωρήσουσιν.

NOV. LXXXVI. CAP. IV. citra] *circa* I.

eos] Sic Vind. Mon. Neob. Berol., in quo quidem secunda manus correxit *eas*. Caeterum Mon. *eas*, quod sane Graecis non firmatur.

aut privatis] Sic Vind. Mon. Neob. X. Z., in quo priori voci lineola superius imposita est, qua re significatur *autem*. Berol. *aut a privatis*. Gr. ἢ ἰδιώταις.

curavimus] Sic omnes praeter Neob., in quo est *curamus*. Gr. συνείδομεν.

privatos] Sic omnes praeter Mon., in quo est *praesentes*. Gr. τοὺς ἰδιώτας.

spathas] *spatas* Neob. Vind. Mon. Berol. X. *asparas* Z. Gr. σπάθας.

enses] *ensens* Mon., sed a sec. manu litterae *n* puncta inferius subiecta sunt. Neob. *ensas*, sed litterae *a* littera *e* superius imposita est. Gr. ξίφη.

vocare] Sic omnes praeter X., in quo non est. Gr. καλεῖν.

consueverunt semispathia] *consuer semisaphia* Mon., sed litteris *er* lineola et litteris *ia* circumflexus impositus est. Berol. *semispadia*, Neob. *consuebuert semispadia*. Verum litterae *b* circumflexus traiectus, litterisque *ert* lineola superius imposita, denique in locum litterae *d* litterae *th* suffectae sunt. I. *consueverunt semispachia*. Sic, ut in cont. Contius, qui ad marg. *p a r a m e r i a legendum, ut in Graeco et Iuliani epitome quasi femori applicitos enses*. Gr. παραμήρια.

zabae] *zave* Berol. Neob. Vind. *Zane* Z. X. *zavie* Mon. *zanie* I. Gr. ζάβας.

contos] *cunctos* I.

vel figura] Sic Vind. Mon. Neob. *vel figa* Berol., sed litteris *ga* circumflexus impositus est. X. *vel factas*. Gr. ἢ σχῆμα.

factas] Sic omnes praeter X., in quo est *figas*, sed circumflexo superius imposito. Gr. γινομένας.

et quae] Sic omnes praeter X., in quo est *q*, lineola tamen superius imposita, qua re significatur *quae*. Gr. καὶ τά.

Isauros] *hisauros* Vind. *hisauuros* Neob., sed litterae *o* superius littera *e* imposita est. Berol. *Hisaureos*. I. *Ysauros*. Gr. παρὰ Ἰσαύροις.

nominantur] Sic Vind. Mon. *nontur* Neob. Berol. X., sed lineola superius imposita est. Deest in Z. Gr. ὀνομαζόμενα.

monocopia] Sic Vind. Neob. Z. X., sed in Neob. sec. manus correxit *monocapia*, quod sane etiam in Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. est. *monacupia* I.

sibinnos] *sitimos* Z. X. Trid. Vind., in quo tota haec vox a secunda manu scripta est. Berol. *sistinnos*, Hamb. *sithinios*. Port. *sitimos*, I. *sithimos*, Neob. *sit uenos*, in quo sec. manus scripsit *sitinos*, circumflexo litterae *t* imposito. Gr. ζιβύννους.

seu] *su* Neob., sed litterae *u* littera *e* superius imposita est.

missibilia] Sic Hamb. Trid. Vind. I. Neob., in quo quidem sec. manus correxit *missilia*. Mon. *misabilia*, Z. *missiabilia*, Berol. *missabilia*, X. *nusabilia*, Port. *missilia*, quod etiam Vulgo est. Gr. μισιβίλια.

insuper et] Sic omnes mei praeter X., in quo ultima vox desideratur. Gr. πρὸς τούτοις δὲ καί.

aspides] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Z. I. *aspidas* Vulgo.

galeas] *gallens* Vind. *galueas* Neob., sed litterae *l* puncta inferius subiecta sunt.

cassides] Sic omnes praeter Z., qui habet *casides*.

nec] Sic Vind. X. Z. I. *is* Neob., deest in Berol. Mon., in quo sec. manus lineae imposuit vocem *nec*. Vulgo *non*. Gr. οὐδέ.

alio] Sic Vind. Mon. Z. X. Berol., in

sinimus, praeter eos, qui deputati sunt in sacris nostris fabricensibus. Solos autem fieri a privatis et privatis vendi permittimus cultellos minores, quibus nullus in praeliis utitur. Praesentem igitur generalem legem tua celsitudo in hac proponat regia civitate, nec non et per alias civitates nostrae reipublicae, ut omnes agnoscentes, quae placuerunt nobis, haec observent.

CAP. V. Denunciamus autem futuris praeesse huiusmodi custodiae chartulariis ex memorato fabricensium scrinio, quia ex negligentia non solum pecuniarias sustinebunt poenas, sed etiam in corpore supplicia patientur et militia cadant, insuper nec ipsum scrinium ulterius permitti a nobis in huiusmodi adesse sollicitudine, sed aliis committi fabricensium curam.

quo quidem sec. manus correxit *alii*, quamquam antea in linea scriptum fuit *nulli*. Neob. *vita alion*, sed sec. manus correxit *alio*.

instruere] Sic Vind. Neob. Z. X. *instituere* Mon. *instuere* Berol., sed sec. manus correxit *instruere*. Gr. κατασκευάζειν.

sinimus] Sic Vind. Berol. Z. X. Neob. *sinimis* Mon., sed supra litteras *is* sec. manus syllabam *us* posuit.

sunt] deest in Mon. Z., in reliquis est.

autem] Sic omnes praeter X., in quo est *aut*. Gr. δέ.

fieri a privatis et privatis] Sic Vind. Mon. Neob.; in Z. Berol. Hamb. ultimae duo voces non sunt. Trid. *fieri et vendi a privatis*, Port. Vulgo *fieri et vendi a privatis et privatis*. Gr. γίνεσθαι παρὰ ἰδιωτῶν καὶ ἰδιώταις πιπράσκεσθαι.

vendi] deest in Port., sed in reliquis est. Gr. πιπράσκεσθαι.

cultellos] *cultelos* Neob.

quibus] Sic Vind. Neob. Berol. Z. *quos* Mon. *qs* X., sed lineola superius imposita est. Gr. αἷς.

generalem legem] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. I. *legem generalem* Z. X. Vulgo. Gr. γενικὸν ἡμῶν νόμον.

tua] In Neob. solo est *tuam*. Gr. ἡ σή.

hac] Sic omnes praeter Z., in quo est *hoc*.

proponat] Sic Mon. Berol. Z. X. *praeponat* Vind. Neob., in quo quidem incertum est, an sit *proponant*. Gr. προθήσει.

civitate] *civitates* Neob., sed litterae *s* punctum inferius subiectum est.

nec non] In Neob. est *nostre reipublice civitate nec non*, sed ultimis tribus litteris puncta inferius subiecta sunt.

et per alias] Sic omnes praeter Berol. X., in quibus est *per alias*. In Berol. tamen supra litteras *per* a sec. manu vox *et* posita est. Gr. καὶ κατὰ τὰς ἄλλας.

agnoscentes] Sic Vind. Mon. Z. X. *agnosentes* Neob., sed sec. manus correxit, ut in cont. Berol. *cognoscentes*. Gr. γινώσκοντας.

observent] Sic omnes praeter Neob., in quo est *observare*, quod sec. manus correxit *observent*.

NOV. LXXXVI. CAP. V. denunciamus] *denuntiamus* Vind. Mon. *denuntiavimus s* X., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Z. *enuntiamus*.

futuris] Sic omnes praeter Z., in quo est *futuri sumus*.

custodiae] Sic X. Vind. Mon. Neob. Z. *custodiant* Berol. Gr. παραφυλακῇ.

chartulariis] *cartulariis* Vind. Z. Berol. X. I.

memorato] Sic omnes praeter Z., in quo est *merato*.

fabricensium] *fabricentium* Mon.

negligentia] *neglegentia* Vind. Berol. X. Neob.

non solum] Sic omnes praeter Z. X., in quibus est *nec non*. Gr. οὐ μόνον.

poenas] *penas* Mon.

sed etiam] Sic omnes praeter Berol., in quo est *sed*. Gr. ἀλλὰ καί.

supplicia] *suplicia* Mon. *suplitia* Neob.

militia] Sic omnes praeter Z., in quo est *milia*. I. *militia*. Gr. τῆς στρατείας.

cadant] Sic Mon. Berol. Neob. I. *cadunt* Vind. Z. *cadt* X., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est. Gr. ἐκπεσοῦντας.

ipsum scrinium] Sic Mon. Berol. I. Neob., in quo quidem ad ultimam vocem superius adscriptum est *utentes*. Z. X. *ipsum scrinium utentes*. Vind. *ipsum sed scrinium*. Vulgo *ipsum*. Gr. αὐτὸ τὸ σκρίνιον.

permitti] Sic omnes praeter Neob., in quo est *promuta*, sed sec. manus litterae *a* puncta subiecit, lineaeque litteram *t* imposuit. Gr. συγχωρεῖσθαι.

nobis] Post hanc vocem Vulgo interponitur *scrinium*, quod quidem in omnibus meis codd. et I. non est, nec sane Graecis firmatur.

adesse] Sic omnes mei codd. praeter Mon., in quo est *praeesse*. Gr. παρεῖναι.

sollicitudine] *solicitudinem* Mon. *solitudines* Neob., sed supra syllabam *li* a sec. manu syllaba *ci* imposita est.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc legem declarata sunt, tua celsitudo, et qui post te in cingulo fuerint, operi terminoque contradere festinent, indignationem nostram et ipsi metuentes, nisi rem sic utilem reipublicae custodierint. *Dat. VII. Kal. Iul. Chalcedone imp.* ** *Iustiniani PP. A. anno XIII.* **** (539.)

LXXXVII.

Imp. Iust. Aug. Ioanni P. P. secundo.

PRAEFATIO. Curialium malignitates nullam valere adferre laesionem fisco, sed resistere legem talibus voluntatibus, omni volumus modo. **** non concedentes eis rem immobilem donare, neque in testamento

sed] Sic omnes praeter Neob., in quo est *et*. Gr. ἀλλ'.

committi] Sic omnes praeter X., in quo est *committenti*, sed litteris *en* puncta inferius subiecta sunt.

fabricensium] *fabricentium* Mon.

curam] *cura* Mon. *cua* X., sed circumflexo superius imposito. Deest in Z.

NOV. LXXXVI. EPIL. legem] Sic omnes praeter Z., in quo plane non est. Gr. τοῦ νόμου.

sunt] Sic omnes praeter Vind., qui habet solum *s*.

et qui] Sic omnes praeter Z., in quo est *qui*.

post te] Sic omnes praeter Mon. I., in quibus est *post ea*. Gr. μετὰ σέ.

in] Sic omnes praeter Berol., in quo non est.

cingulo] *cigulo* Mon. *cingulum* Berol., sed sec. manus supra lineam scripsit *in*. Vind. X. Neob. *cinglm*, sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

fuerint] Sic omnes praeter Mon., in quo est *fuerit*. Gr. οἱ - ἕξοντες.

operi] Sic Berol., in quo quidem priori litterae *o* littera *i* imposita est, quam secunda manus delevit.

contradere] Sic omnes praeter Vind., qui habet *tradere*.

festinent] Sic Vind. Neob. Berol. *festinet* Mon. Z. X.

indignationem] Sic omnes praeter Neob., in quo est *adignatiooe*, sed litterae *t* circumflexus litterisque *oe* lineola superius imposita est. Sec. manus, deleto *a*, imposuit *in*. Gr. ἀγανάκτησιν.

nostram] *nrum* Neob.. sed lineola superius imposita est.

et ipsi] Sic Vulgo. *ipsi* Neob. Gr. καὶ αὐτοί.

sic] *sicut* Vulgo, sed litterae *u* punctum inferius subiectum est. Gr. οὕτω.

utilem] Sic Mon. Z. X. Neob. *utile* Vind., deest in Berol., sed supra lineam a secunda manu adscriptum est. Gr. λυσιτελές.

custodierint] Sic omnes praeter Neob., in quo est *custorent*, sed ultimis litteris tribus secunda manus imposuit *die*. Gr. φυλάξειν.

Iul.] *Iulii* Vind. In reliquis et I. subscriptio deest.

Chalcedone] *Calcedone* Vind.

imp.] *ipr*. Vind., sed lineola superius iniecta. Quod postea lacunae signum posui, causa in eo posita est, quod *dn*., quod Vulgo est, in Vnd. non est. Excidisse autem tale quid aliarum subscriptionum docet similitudo.

Iustiniani] *Iustiniano* Vind.

A.] *aug*. Vind., sed lineola superius imposita est.

XIII.] Vulgo subiicitur *Apione V. C. consule*, quod in Vind. non est. Itaque lacunae signum ponere malui.

NOV. LXXXVII. LXXXVII.] deest in Vind. Tota haec Novella in Mon. desideratur. Vulgo et apud Contium postea hic titulus est: *de mortis causa donatione curialium*, qui in Vind. desideratur. Ad marg. Contii: *in libro, unde descripsi, inscribitur de donationibus a curialibus factis sive ab intestato vel testamento eorum successoribus et sic etiam inscribi ait Cyprianus vetus glossographus, qui ex hac Novella decerpsit tres Autenticas, quas titulo* C. „quando et quibus quarta pars", *addit*.

Iust.] Sic Vind. *Iustinianus* Vulgo.

P. P. secundo] *ppo scdo* Vind., sed prioribus tribus litteris circumflexus superius impositus est. Vulgo *pf. p. secundo.*

NOV. LXXXVII. PRAEF. valere] *vale* Vind., sed per litteram *l* mediam circumflexus traiectus est.

laesionem] *lesionem* Vind.

sed] *set* Vind.

omni] *omi* Vind., sed lineola superius imposita.

modo] *mo* Vind., sed lineola superius imposita est.

non] In Vind. est *n*, sed circumflexo superius imposito. Quod antea lacunae signum posui, illud in causa est, quod

derelinquere plus quam trium unciarum, sed novem uncias omnino curiae servare, illi circumvenientes legem adinvenerunt huius ** aliquas malignitates contra legem. Scientes autem, quod nos invenientes veteres legislatores dubitantes de mortis causa donatione, quando donatio aut legatum est, et alios quidem adnumerantes eam donationi, alios vero legato, a pluribus et bonis legislatoribus eligentes, legatum eam esse pure definivimus, et neque gestis monumentorum indigere, sed licentiam habere fieri eam et inseri ei et aliquas conditiones, quas donator voluerit, et si hoc actum fuerit, licentiam habere renunciare et hoc ipsum, posse per poenitentiam huiusmodi donationem revocare, et quas voluerit conditiones, inserere mortis causa donationibus, secundum quod Iulianus sapientissimus sancivit, hoc quod nos in tricesimo octavo libro nostrorum Digestorum scripsimus (omnia enim comprehendimus ****) hoc igitur scientes aestimavimus oportere et secundum hunc modum fieri aliquas mortis causa donationes, et inseri placitum secundum legem tollendi eis facultatem super donationem poenitentiam revocandi, aliam autem conditionem, quae eis placet, addi istis donationibus, ut exinde his liceat facere donationes revocatione liberas, et ita suas imminuere facultates.

verba: *cognovimus enim, quod quoniam interdiximus curialibus donationum modum* in Vind. desiderantur, excidisse autem aliquid Graeca demonstrant. Supplevit Beck, recepitque Os.

testamento] *testo* Vind., sed circumflexo superius imposito.

derelinquere] *derelinqre* Vind., sed litterae *q* circumflexus impositus est.

unciarum] *untiarum* Vind.

curiae] *curie* Vind. Gr. τῇ βουλῇ.

servare] Sic Vind. *servari* Vulgo. Gr. φυλάττειν.

adinvenerunt] *adinvener* Vind., sed litteris *er* lineola superius imposita est.

huius] Sic Vind., in quo lacuna significatur nulla. Vulgo *huiusmodi*, quale quid excidisse Graecum τοιαύτας τινὰς satis demonstrat.

aliquas] Sic Vind. *aliquis* Os. ibi esse affirmat.

contra] *cc* Vind., sed lineola superius imposita, qua re significatur *contra*. In Vind. haberi *esse* Os. auctor est. Vulgo *secundum*. Gr. κατὰ τοῦ νόμου.

veteres] *veteris* Vind.

de mortis] *d mortis* Vind., sed priori litterae *d* circumflexus appositus est.

causa] *ca* Vind., sed lineola superius imposita est.

quando] *qn* Vind., sed circumflexo superius imposito.

donatio] *dontio* Vind.

donationi] *donatiom* Vind., sed lineola superius imposita est. In Vind. esse *donatio inde* Os. scribit. Gr. εἰς δωρεάν.

vero] *uo* Vind., sed lineola superius imposita est. Gr. τινὰς δέ.

bonis] *bois* Vind., sed lineola superius imposita est.

legislatoribus] *leglatoribus* Vind., sed litterae *g* lineola superius imposita est.

pure] Sic Vind. Os. coniicit *plane*, quod sane Graeco παντελῶς iuvatur.

sed] *set* Vind.

et aliquas] Hae voces in Vind. bis positae quidem sed prima vice puncta subiecta sunt.

donator] *doatos* Vind., sed litteris *oa* lineola superius imposita est.

habere] *hre* Vind., sed lineola superius imposita est.

hoc ipsum] *h ipm* Vind., sed priori litterae *h* punctum secundaeque voci lineola superius imposita est.

et quas] *set quas* Vind. Gr. καὶ τινάς.

conditiones] *conditioe* Vind., sed ultimae litterae lineola superius imposita est, quod Os. scribit esse *conditione*. Gr. ὅρους.

sancivit] *sanctivit* Vind.

hoc] In Vind. *h* est, sed puncta superius imposita sunt.

omnia] *omni* Vind. Gr. ἅπαντα.

hoc igitur] Quod antea lacunae signum posui, aliquid excidisse Graeca demonstrant, secundum quae Vulgo suppletum *in brevi et a veteribus et a nobis definita*.

aestimavimus] Sic Vind. *existimavimus* Vulgo.

donationes] *donationis* Vind.

donationem] Sic Vind. *donatione* Vulgo, quod etiam in Vind. esse Os. scribit.

poenitentiam] *penitentiam* Vind.

addi] *addidi* Vind., quod *additi* esse Os. affirmat. Os. credit esse posse *addendi*.

exinde] *exin* Vind., sed lineola superius imposita.

revocatione] Sic Vind., in quo esse *revocare* Os. scribit.

CAP. I. Et ex his, quae dudum sancivimus, omni causa sublata eis plus aliquid posse tribus unciis aut in testamento relinquere, aut per donationis modum alienare, tamen ut adhuc et magis eorum malignitatem compescamus, **sancimus, nulli curiali neque per mortis causa donationem licere donare aliquid, nisi solum per ante nuptias donationis modum pro semet ipsis aut propriis filiis factas, aut per dotis occasionem secundum quantum nostra dicit constitutio et filiabus conferre nubentibus; namque aliter eos non posse donare res immobiles, sed has manere semper apud eos, curiae subiectas administrationibus, sola eis venditione indulta, et ipsa secundum novellae nostrae constitutionis observationem. Mortis causa donationibus habentibus propriam fortitudinem, et valentibus aliis, quam a curialibus, fieri praedictas mortis causa donationes in quas voluerint personas, et conditiones eis inserere et recusare, si hoc voluerint, poenitentiam de placito revocandi; manere quidem causam et ita in mortis causa donationis conditionibus (hoc enim adiicientes sancimus), huiusmodi donationes validas esse et firmas. Et non modo prius sancimus, sed quod sanctum erat dudum, et nunc

NOV. LXXXVII. CAP. I. et] Sic Vind. *etenim* Vulgo, quod Graecis non firmatur.
causa] *ca* Vind., sed lineola superius imposita est.
posse] Sic Vind., in quo *post se* Os. haberi scribit.
tribus] *a tribus* Vind.
aut in] Sic Vind., sed priori voci lineola imposita est, qua re significatur *autem*. Gr. ἢ ἐν.
testamento] *testo* Vind., sed lineola superius imposita est.
tamen] *tam* Vind., sed lineola superius imposita est.
magis] *mag* Vind., sed lineola superius imposita est. In Vind. esse *magna* Os. auctor est. Gr. μᾶλλον.
malignitatem] *maligtate* Vind., sed litterae *g* littera *i* superius imposita est. Gr. κακουργίαν.
compescamus] *compesceamus* Vind. Quae postea Vulgo sunt *propterea etiam nunc*, in Vind. non sunt; excidisse autem aliquid vel Graeca demonstrant. Itaque lacunae signum posui.
sancimus] *sanctimus* Vind.
nulli] *in illa* Vind., quod ex Graeco οὐδενὶ facile corrigitur.
causa] *ca* Vind, sed lineola superius imposita est, quod *causam* esse Os. significat.
licere] *lice* Vind., sed lineola superius imposita est.
nisi] *n* Vind., sed littera *i* superius imposita est, qua re significatur, quod in contextu positum est.
factas] Sic Vind., Os. *factae* melius fore scribit.
occasionem] *occasiom* Vind., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est.
nostra] *nra* Vind., sed lineola superius posita.
aliter] *alt* Vind., sed ultimae litterae circumflexus impositus est. In Vind. esse *alter* Os. scribit. Gr. ἄλλως.
sed] *set* Vind.
apud] *ap* Vind., sed lineola superius imposita.
curiae] *cuie* Vind., sed litterae *i* superius circumflexus impositus est, quare *cuius e* in Vind. esse Os. scribit. Sed hoc signo *curiae* significatur. Vulgo *curialibus*.
subiectas] *subiectis* Vind. Gr. ὑποκείμενα.
venditione] *unditione* Vind.
secundum] *scd* Vind., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est.
novellae] *novelle* Vind.
nostrae] *nostre* Vind.
a curialibus] Sic Vind. Interpres sensum verborum παρὰ τοὺς βουλευτὰς manifesto non cepit, cumque incertus esset, quomodo transferenda essent, utramque versionem *quam* et *a* coniunxit.
fieri] Sic Vind. *facere* Vulgo. Interpretem puto ποιεῖσθαι illud non recte interpretatum esse, cum, quod medii generis est, passivi esse existimaret.
praedictas] *praedictis* Vind. Gr. τὰς εἰρημένας.
quidem] Sic Vind. *tamen* Vulgo. Interpres pro μέντοι videtur habuisse μέν.
adiicientes] *adicientes* Vind.
huiusmodi] In Vind. vox *et*, quae praecedit, plane non est.
et non modo prius] Sic Vind. *quod non nunc primum* Vulgo. De hoc loco dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung Juni 1842. Num. 134. p. 559. A.
sed] *set* Vind.
sanctum] Sic Vind. *sancitum* Vulgo.
erat] *eat* Vind., sed lineola superius imposita est.

per nostram interpretamur et confirmamus vocem super aliis omnibus personis, exceptis duntaxat solis, sicut dictum est, curialibus et hoc propter publici industriam.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis et hac lege manifestata sunt, tua gloria observare festinet, praecipue omnibus, qui pro iuvamine publico omnem providentiam ponant. *Dat. XV. Kal. Iun. CP. imp. DN. Iust. PP. Aug. anno XIII. Apione viro clarissimo cons.* (539.)

GLOSS.

[LXXXVIII.]

DE DEPOSITO, ET DENUNCIATIONIBUS INQUILINORUM, ET DE SUSPENDENDA ADMINISTRATIONE PANUM.

Id. aug. Ioanni p. p.

PRAEFATIO. Litem nuper audientibus nobis (hoc quod in imperio publice sedentes multoties agimus), orta est aliqua quaestio, quam resol-

solis] *sol* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

hoc] In Vind. est *h*, sed lineola superius traiecta est, qua re significatur *haec*. Gr. καὶ τοῦτο. An dicendum interpretem habuisse καὶ ταῦτα?

propter publici] *pp*. Vind., lineola superius iniecta, qua re vulgo significatur *propter*. Potest tamen facile postea alia littera *p* excidisse, qua re *publici* significetur. Quod Os. hanc ipsam litteram in Vind. esse scripsit, id in schedis meis non invenio adnotatum. Gr. περὶ τὸ δημόσιον.

NOV. LXXXVII. EPIL. quae] *que* Vind.

lege] *legem* Vind.

manifestata] *manifesta* Vind. Gr. δηλούμενα.

gloria] *gla* Vind., sed per litteram *l* mediam circumflexus superius traiectus est.

omnibus, qui] Sic Vind. *omnium* Vulgo. Vox *omnibus* manifesto a praecedenti *praecipue* pendet.

iuvamine] *iubamine* Vind.

ponant] Sic Vind. *ponens* Vulgo. Manifesto interpres habuit τιθεμένων.

Kal.] *Kl.* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

CP.] *scptio* Vind., sed superius circumflexo imposito. Vulgo *Constant.*

imp.] *ipr.* Vind., sed lineola superius imposita. Vulgo *imper.*

DN.] *do.n.* Vind., sed prioribus duabus litteris lineola superius imposita est.

Iust.] Sic Vind. *Iustiniani* Vulgo.

PP.] Sic Vind., sed circumflexo superius imposito. Vulgo *perpetuo*.

Aug.] Sic Vind. *augusti* Vulgo.

clarissimo] *clarisio* Vind., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est.

cons.] *9st.* Vind.

NOV. LXXXVIII. LXXXVIII.] deest in Vind. Mon. Berol. utroque Bamb. I., quapropter uncis inclusi.

deposito] *posito* Vind., sed lineola superius imposita est.

denunciationibus inquilinorum] Sic Mon. Berol., desunt in Vind.

administratione] *amministratione* Berol. *aministratione* Vind. Mon.

panum] Sic Vind., ut ad finem adscriptum sit *R/.* Mon. Berol. *panium*, sed in Mon. litterae *i* punctum inferius subiectum est. I. *panis Rubrica*.

id. aug.] Sic Vind. *idem ā* I. *id. a.* Mon. Pist. Neob. Berol., sed litterae *a* lineola superius imposita est. Vulgo *imp. Iustinianus aug.*

Ioanni p. p.] *Iohi pp.* Vind. Pist. *Iohi ppo* Mon., sed ultimae voci circumflexus superius impositus est. I. *Io prepo.* Deest in Neob. *Ioanni gloriosissimo sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto iterum, exconsuli ordinario et patricio* Vulgo.

NOV. LXXXVIII. PRAEF. in imperio] Sic Vind. *imperio* Mon. Berol. Gr. ἐπὶ τῶν βασιλείων.

multoties] *multotiens* Vind. Mon. Berol.

orta] Sic Mon. Berol. *horta* Vind. Gr. ἀνεφύη.

aliqua] Sic Vind. Mon. *aliq* Berol., sed ultimae litterae *q* circumflexus superius impositus est.

resolvimus] *solvimus* I.

vimus statim; huiusmodi vero discentes contingere multa, communi et generali lege definire haec iustum arbitrati sumus.

CAP. I. Si enim quis ab aliquo accipiat aurum aut res aliquas depositi causa in quibusdam conditionibus, deinde illi agant, necessitatem habeat omne restituere aurum aut res conditionibus semel impletis, nulla omnino licentia sit aliquibus extrinsecus interdictionibus uti, et retinere depositi restitutionem, quum et alia multa privilegia tam a praecedentibus legislatoribus, quam a nobis ipsis data sunt. Licentia enim est prohibenti redditionem eum quidem, cui creditum est depositum, non molestare, eum vero de rebus, quae in quaestione sunt qui aurum aut res aliquas accepturus est, litem sortiri, et iustitiam et legem promereri, sed non per hanc causam damnis magnis subiiciat eum, qui interdictionem suscepit, et compellatur aut defensiones expetere, aut res habere, et non possit voluntarie cum deponente benigne agere. Quodsi

discentes] Sic Mon. *discedentes* Berol., sed sec. manus litteris *ed* puncta supposuerat. Vind. *discetes*, sed litteris *ce* secunda manus supra lineam imposuit *men*. Gr. μαθόντες.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon., sed sec. manus correxit *haec*. Vulgo I. *hoc*. Gr. ταῦτα.

iustum] Post hanc vocem Vulgo interpositum est *esse*, quod in Vind. Mon. Berol. I. desideratur, in Mon. tamen a sec. manu adscriptum est, unde de glossae origine facile constat. Nec in Graecis est, quo vox illa *esse* confirmetur.

NOV. LXXXVIII. CAP. I. accipiat] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. *capiat* Berol. Port. Vulgo.

aurum] Sic Mon. Berol. *aurum aurum* Vind., sed secundam vocem secunda manus delevit.

aut res] Sic Vind. Mon. *ut res* Berol., sed priori litterae *u* secunda manus litteram *a* imposuit. Gr. ἢ πράγματα.

in quibusdam] Sic Vind. Berol. *sub quibusdam* Mon. Gr. ἐπί τισι.

deinde] In Mon. postea est *q deposuer*, quae quidem omnia punctis subiectis notata sunt.

habeat] Sic Vind. Berol. *hanc habeat* I. *habeant* Mon. Gr. ἐχέτω.

condit.] *condiet.* I.

nulla] Sic Vind. Mon. Berol., qui non habent, quod Vulgo et in I. antea positum est *et*, quod sane nec Graecis firmatur.

interdictionibus] Sic Vind. Berol. *indictionibus* Mon., sed litteris *in* littera *t*, apposito circumflexo, imposita est, qua *in* syllaba *inter* designatur. Gr. παραγγελίαις.

quum] *cum* Vind. Mon. Berol., sed Os. praestare dicit *cui*. Crediderim potius interpretem pro ἤπερ habuisse εἴπερ.

tam a] *tam* I.

licentia] *licentiam enim* Vind., sed litteris *m enim* puncta inferius subiecta sunt.

enim est] *est enim* I.

prohibenti] *prohibentibus* I.

redditionem] Sic Mon. Berol. *reditiom* Vind., sed ultimae syllabae *om* lineola superius imposita est. Gr. ἀπόδοσιν.

depositum] Sic Vind. Mon. *depositum est* Berol., sed ultimae voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. τὴν παρακαταθήκην.

molestare] Sic Vind. Mon. *molestari* Berol., sed secunda manus correxit *molestare*. Gr. διενοχλεῖν.

eum] *euo* Berol., sed litterae *u* lineola superius imposita est, quod quidem ex sequenti voce *vero*, quae siglo in codd. mss. designari solet, male contractum est.

quaestione] *quaestionem* I.

res] Quod Vulgo subiicitur *aliquas*, in Vind. Mon. Berol. non est, ideoque cum nec Graecis firmetur, omittendum fuit. Glossae originem Mon. Berol. satis demonstrant, in quibus voci *res* vox *aliquas* imposita est.

ne] Sic Vind. Mon. *non* Berol. I. Vulgo.

magnis] Sic Vind. Mon. *magis* Berol., sed litterae *g* secunda manus litteram *n* imposuit. Gr. μεγάλαις.

subiiciat] *subicint* Vind. Berol. I. *subitiat* Mon.

defensiones] Sic Vind. *defensores* Mon. *defensoes* Berol., sed ultimis tribus litteris lineola superius imposita est; secunda manus litterae *o* litteram *i* imposuit. Gr. δεφενσίονας.

possit] *posse* I.

benigne agere] *agere benigne* I.

quodsi] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Vind. prior vox a secunda manu deleta lineaeque impositum est *vel*. Gr. εἰ δέ τι.



tale aliquid egerit omnino (enim oportet non sola delictorum nos contentos esse prohibitione, sed etiam timorem inferre iustum transgressoribus), sive perditionem contigerit rerum aut pecuniarum fieri, et hoc probetur, sive alium quemcunque fortuitum casum, ipsum respicere, qui contestationem dixerit, insuper etiam ex quo facta est huiusmodi contestatio, usuras pecuniarum usque ad tertiam centesimae agnoscere prohibentem accipere propria, non solum si aurum fuerit, quod depositum est, restitui vero prohibitum, sed et si aliae res sint, ut hoc timore stultorum simul et perversorum maligne versandi in depositionibus homines cessent.

CAP. II. Sed et totum hoc, quod de mandatis est et adspicere et constituere secundum legem praevidimus. Videmus enim frequentari hoc in regia hac praecipue civitate, et aliquos interdicentes eis, qui

egerit] Sic Vind. Mon. *egeit* Berol., sed litteris *ei* circumflexus superius iniectus est, sed tota vox a secunda manu supra lineam scripta est. I. *egerint*. Gr. πράξειεν.

enim oportet] Sic Vind. Mon. Berol. I. *oportet enim* Vulgo.

non] Sic Vind. Berol. *i. ꝛ non* Mon., sed prioribus duabus litteris puncta inferius subiecta sunt. Gr. μή.

sola] Sic Mon. Berol. *solum* Vind. Gr. μόνῃ.

contentos] Sic Vind. *contemptos* Berol. *contemptibiles* Mon., sed sec. manus scripsit *contemptos*. Gr. ἀρκεσθῆναι.

timorem] Sic Vind. Mon. *timore* Berol., sed litterae *e* a secunda manu lineola superius imposita est. Gr. δέος.

contigerit] Sic Vind. *conti g erit* Mon., sed in his spatiis vacuis litterae aliquot erasae sunt. Berol. *contig*, sed lineola ultimae syllabae imposita est, secundaque manus supra lineam scripsit *eit*, circumflexo superius iniecto. Gr. συμβαίη.

quemcunque] Sic Mon. Berol. *quaecunque* Vind. Gr. ἄλλην οἱανοῦν.

fortuitum casum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *casum fortuitum* Vulgo. Gr. τυχηρὰν περίστασιν.

dixerit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *miserit* Vulgo.

insuper etiam] Sic Mon. Berol. *etiam insuper* Vind. Gr. πρόσγε καί.

usque ad] deest in Berol. Mon., in quo quidem a secunda manu scriptum est supra lineam *usque ad*. Crediderim autem glossae locum obtinere, si quidem Graecis non confirmatur. I. *usque*.

prohibentem] Sic Vind. *proibente* Berol. Mon., in quo quidem a sec. manu littera *m* ad finem apposita est. I. *at prohibentem*.

accipere] Quae ab hac inde voce sunt usque ad vocem *praevidimus*, in Berol. omnia a secunda manu in contextu adscripta sunt.

propria] Sic Vind. Mon. *propriam* Berol. Gr. τὰ οἰκεῖα.

aurum] Sic Vind. Berol. *avorum* Mon., sed secunda manus scripsit *aurum*. Gr. χρυσίον.

fuerit] *est* I.

est] *fuerit* I.

sed et] Sic Vind. Mon. *sed* Berol. Gr. ἀλλὰ κἄν.

aliae sint res] *alie sint res* Berol. I. Vind., in quo voci *sint* circumflexus impositus est. Mon. *aliae sunt res*, sed sec. manus correxit *sint*. Vulgo *aliae res sint*. Gr. εἴη ἕτερα πράγματα.

stultorum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *stultarum* Vulgo.

perversorum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *perversarum* Vulgo.

in] Quod antea Hamb. Port. I. Contius in margine interponunt *cursum*, id neque in Vind. Mon. Berol. Vulgo est, nec sane Graecis firmatur.

depositionibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *deposito retentionum* Vulgo.

cessent] Sic Vind. Berol. *cesset* Mon., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. παύσωνται.

NOV. LXXXVIII. CAP. II. PR. sed et] Sic Vind. Berol. *sed* Mon. Gr. ἀλλὰ καί.

adspicere] *aspicere* Vind. Mon. Berol. I., qui non habet, quod Vulgo antea positum est *et*.

praevidimus] Sic Mon. Berol. I. *praevidemus* Vind., in quo quidem sec. manus scripsit, ut in cont. Post haec in Berol. a prima manu adscriptum est: *hoc quod de mandatis est et aspicere et constituere secundum legem praevidimus*.

frequentari hoc] Sic Berol. *frequentari is hoc* Vind. *hoc frequentari* Mon. Gr. συχνάζον τοῦτο.

in regia] Sic Vind. Mon. *regia* Berol., sed sec. manus lineae imposuit praepositionem *in*. Gr. ἐπὶ τῆς βασιλίδος.

praecipue] Sic Berol. *praecipuae* Vind. *praecipua* Mon. Gr. μάλιστα.

ministrant publicas annonas, et tesseras accipiunt ab annonarum praefecto, volentes suspendi administrationem, et eos, qui ex hoc solummodo forsan nutriuntur, defraudari administratione, per quam ei omnis tribuitur vitae occasio. Huic autem rei severius et difficilius illud est. Multi enim domos possidentibus in hac felicissima civitate qui invidi non videntur, mox futuris pensiones ab inquilinis accipere calumniantur per interdictiones inquilinis dirigentes, ut non inferant eis. Illi vero ultro eas suscipientes, quidam propter inopiam forsan comedunt eas, quidam vero etiam exsules a magna hac fiunt civitate; et decidit omnino pensionum ministratio his, qui ex hoc forsan solo nutriuntur, secundum

annonas] *annona* Vind., sed reliqui codd. habent, ut in cont. Gr. σιτηρέσιον.
tesseras] *tessaras* Mon.
praefecto] Sic Mon. Berol. *perfecto* Vind., sed secunda manus scripsit *praefecto*. Gr. ὑπάρχου.
et eos] Sic Vind. *eos* Mon. Berol. Gr. καί.
ex hoc] Sic Vind. *hoc* Mon. Berol. I. Gr. ἐντεῦθεν.
nutriuntur] Sic Mon. Berol. *nitantur* Vind. Gr. τρεφόμενον.
defraudari] *defraudai* Vind., sed litteris *ai* circumflexus superius impositus est.
administratione] Sic Vind. *amministratione* Mon. *ministratione* I. *ministrationem* Berol., sed supra priorem litteram *m* littera *a* superius imposita est. Gr. τῆς χορηγίας.
ei] Sic Vind. Mon. *eis* Berol. I. Gr. αὐτῷ.
omnis] Sic Vind. Mon. *oms* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. πᾶσα.
severius] Sic Mon. Vind. *sevius* Berol., sed hoc a secunda manu scriptum est. Gr. χαλεπώτερον.
multi] Sic Vind. Mon. *multis* Berol. Hamb. Trid. Port. I. Gr. πολλοί.
in hac] *qui in hac* I.
qui invidi] *qui imbacati* Vind., sed ultimae litterae *cati* a secunda manu scriptae sunt. Mon. *qui inbaciti*, sed supra lineam adscriptum est *in hac uti*. Berol. *qui inbatiti*, sed secunda manus litteras *batiti* delet lineaeque imposuit *actu*. Hamb. *imbaciti*, Trid. *imbanchiti*, Port. Cont. *qui imbanchiti*, Vulgo *invidentes*, I. *inbanciti*. Ad marg. Contius: *Locus depravatus. in manuscri. est in hac unde, in aliis aliter. In uno deprehendi tantum vestigia Graeci verbi* βασκαίνοντες. *Puto igitur interpretem Latinum et Graec. verbum retinuisse sic* βασκαίνοντες *invidentes mox futuris etc.* Vide notam sequentem.
non videntur] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. Contius, desunt Vulgo. Crediderim interpretem in Graecis habuisse βασκαίνειν οὐ δοκοῦντες.

futuris] Sic Vind. Mon. Port. *futuri sunt* Hamb. *cui futuri sunt* Trid. I.
pensiones] Sic Vind. Berol. *possessiones* Mon., sed secunda manus correxit *pensiones*. Gr. στεγονόμια.
calumniantur] Sic Vind. Mon. *calumpniantur* I. *calupniatur* Berol., sed litterae *u* superius lineola imposita est. Gr. ἐπηρεάζουσιν.
interdictiones] Sic Vind. Mon. *interditiones* Berol.
ut non] Sic Mon. Berol. *ut etiam non* Vind. Gr. ὥστε μή.
inferant] Sic Mon. Berol. *ferant* Vind. Gr. καταβάλλειν.
ultro] Sic Vind. Berol. *ultra* Mon., sed sec. manus supra litteram *a* litteram o posuit. Gr. ἄσμενοι.
eas] Sic Vind. Berol. *eos* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ταύτας.
quidam] In I. subiicitur *forsan eas*.
forsan] Sic Vind. Mon. *foirsan* Berol., sed litterae *i* punctum inferius subiectum est. Pro *propter* — *comedunt* I. habet *comedunt propter inopiam*.
comedunt] Sic Mon. *commedunt* Vind. Berol.
eas] deest in I.
vero etiam] Sic Vind. I. *mox et* Trid. Port. Vulgo.
fiunt] *fiut* Mon. Berol., sed litterae *i* circumflexus impositus est. Vind. *fuerint*. Gr. γίνονται.
omnino] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem sec. manus correxit *omnium*. Gr. παντελῶς.
pensionum] Sic Vind. Berol. Mon., in quo sec. manus correxit *possessionum*. Gr. στεγονομίων.
ministratio] Sic Vind. Mon. Berol. I. *administratio* Vulgo. Gr. χορηγία.
his] Sic Mon. Berol. *iis* Vind. Vulgo. *hiis* I.
ex hoc] Sic Vind. Mon. *ex* Berol., sed supra lineam secunda manus vocem *hoc* imposuit. Gr. ἐντεῦθεν.

quod occurrentes in civilibus annonis diximus. §. 1. Nemini igitur huiusmodi damus licentiam, sed unusquisque, si aliquam habet causam ad obnoxium sibi, non obdormiat, inliberalibus autem et perversitate omni plenis adspiret interdictionibus. Cognoscat enim, quia, si tale aliquid egerit, et per occasionem eius ceciderit aut ministratio panum, aut pensionum datio, ex hoc accidens ipse sustinebit periculum, quod interdictionem inquilinis aut ministrantibus panem miserit, aut suspenderit annonam. Nihil enim horum agi omnino volumus, sed ex quo interdictiones egerit, sancimus, eum omne damnum sarcire domino rerum, super hoc et usuram tertiam centesimae agnoscere pecuniarum aut rerum, quas non accipere per eum is, qui secundum hunc modum laesus est, valuit. Et neque aliquis opponat defensiones, quia praesens est ei exactionis domino danti defensionem aut in depositum, aut in aliis, recipere propria. Non enim omnibus est facile fideiussorem praebere, nostris legibus nullam defensionem omnino ratam esse ponentibus, nisi

occurrentes] Sic Mon. Berol. *adcurrentes* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *φθάσαντες*.

annonis] Sic Mon. Berol. *annis* Vind., lineola superius imposita. Gr. *σιτηρεσίων*.

NOV. LXXXVIII. CAP. II. §. 1. huiusmodi damus] Sic Mon. Berol. Vind. *huiusmodi* I. *damus huiusmodi* Vulgo, qui verborum ordo Graecis sane non confirmatur. Interpres sane pro *τούτου* videtur legisse *τοῦ τοιούτου*.

licentiam] *lic. damus* I.

habet] Sic Vind. Mon. I. *bat* Berol., lineola superius imposita. Vulgo *habeant*. Gr. *ἔχοι*.

ad] Sic Vind. Berol. *aut* Mon. Gr. *πρὸς τόν*.

non] Quod Vulgo subiicitur *quidem*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque omittendum visum est.

inliberalibus] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *in liberalibus* Port. Trid. I. *illiberalibus* Vulgo. Gr. *ἀνελευθέρους*.

autem] Sic Berol. *a* Vind., sed lineola superius imposita. In Mon. plane non est. Gr. *δέ*.

plenis] Sic Vind. Port. Mon., in quo quidem sec. manus lineae imposuit *uoi*, lineola superius imposita. Hamb. Trid. Berol. *plenius*, sed sec. m. scripsit *plenis*. Gr. *μεστάς*.

adspiret] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. *aspiret* I. *abstineat* Vulgo. Gr. *ἐπινοείτω*.

quia] Sic Vind. Berol. *qua* Mon., quod secunda manus correxit *quia*. Gr. *ὡς*.

ministratio] Sic Vind. Mon. *eius administratio* I. Berol., in quo priori voci puncta inferius subiecta sunt, lineaeque inscriptum *aut*. Gr. *τὰ τῆς χορηγίας*.

panum] Sic Vind. Berol., sed priori litterae *a* circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit. Mon. *panium*.

quod] *mox qui* I.

aut] *et* I.

ministrantibus] *iministrantibus* Vind.

interdictiones] Sic Vind. Berol. *interdictionie* Mon., sed lineola ultimae litterae imposita, punctumque ultimae litterae *i* subiectum est. Gr. *τὰ τῆς διαμαρτυρίας*.

usuram] Sic omnes mei codd., Hamb. Trid. *usuras* Port. Gr. *τόκον*.

tertiam] Sic Berol. Hamb. Trid. *et tertiam* Vind. Mon. Port. *tertiae* Vulgo. *centesimae tertiam* I. Gr. *τὸν ἀπὸ τρίτης*.

centesimae] deest in I.

pecuniarum] Sic Mon. Berol. *p* Vind. Gr. *τῶν χρημάτων*.

quas] Sic Mon. *q* Vind. Berol., sed lineola superius imposita est. I. *que*.

non accipere per eum] Sic Vind. *accipere per eum* Berol., sed supra litteras *ac* vox *non* superius imposita est. Mon. *non per eum accipere*. Gr. *μὴ λαβεῖν δι' αὐτόν*.

opponat] Sic Vind. Mon. *opponatur* Berol. Gr. *ἀντιτιθέτω*.

praesens est ei] Sic Berol. Mon. *qui praesens est ei* I. *quae praesens est ei* Vind., sed ex priori voce *quae* secunda manus facit *quod*. Vulgo *in permissis est*. Gr. *πάρεστιν αὐτῷ*.

depositum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *deposito* Vulgo.

propria] Sic Mon. Berol. *propriam* Vind. Trid. I. *rem propriam* Port., quod etiam Vulgo est. Gr. *τὰ οἰκεῖα*.

est facile] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. *ἐστὶ ῥᾴδιον*.

fideiussorem] Sic Vind. Berol. *fideiussorem uo omnino dandum idoneum* Mon., sed voci *uo* lineola superius imposita est, secunda tamen manus haec omnia praeter primam vocem delevit.

omnino] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *παντελῶς*.

cum fideiussore fiat, fideiussorem vero omnino dare idoneum non facile, neque possibile passim est; propterea igitur in observantiam nostrorum subiectorum volumus haec custodiri a modo et de cetero omni tempore, ut immortale sit huius nostrae sanctionis iuvamen reipublicae, iudicant quidem nobis in mentem venientes, praesentem vero legem commune iuvamen nostris parientem subiectis.

EPILOGUS. Tua igitur eminentia, quae placuerunt nobis et per hanc divinam manifestata sunt legem, operi effectuique tradere et in perpetuum observare festinet. *Dat. Kal. Dec. CP. imp. DN. Iustiniano PP. Aug. anno XIII. Appione V. C. consule.* (539.)

[LXXXIX.] GLOSS.

QUIBUS MODIS NATURALES EFFICIUNTUR SUI, ET DE EORUM EX TESTAMENTO SIVE AB INTESTATO SUCCESSIONE.

Id. aug. Ioanni p. p. secundo.

fideiussore] Sic Berol. *fideiussione* I. Vind. *fideiussionem* Mon. Gr. μετ' ἐγγυητοῦ.
vero] Sic Mon. Berol. *enim* Vind. I. *autem* Vulgo. Gr. δέ.
dare] Sic Vind. Mon. Berol. *dandum* Vulgo. *et dandum* I.
idoneum] Sic Vind. Mon. *ydoneum* Berol.
facile] *facile est* I.
est] Sic Vind., deest in Mon. Berol. I. Gr. ἐστί.
propt.] *et propt.* I.
in observantiam] Sic Vind. Mon. I. *in observantia* Berol. *ad securitatem* Vulgo. Gr. ἐπ' ἀσφαλείᾳ.
haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* I. Vulgo. Gr. ταῦτα.
a modo] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem priori litterae *a* lineola superius imposita est. I. *ammodo*. Gr. ἀπὸ τοῦ νῦν.
ut] Sic Vind. Mon. Berol., sed supra lineam a sec. manu adscriptum est *ut*.
sanctionis] Sic Vind. Berol. *sanccionis* Mon., sed prioribus quattuor litteris lineola superius imposita est.
iuvamen] Sic Vind. Mon. *in uram* Berol., sed lineola superius imposita, quibus deletis sec. manus scripsit *iuvamen*. Gr. τὴν ὠφέλειαν.
iudicant] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *indicant* Port. Trid. I. *quae iudicantibus* Vulgo. Enimvero interpres δικάζουσι, quod ad ἡμῖν sequens refertur, pro indicativo modo habuit.
quidem] Sic Mon. Berol. *quidam* Vind. Gr. μέν.
in mentem venientes] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *in mente venientes* Vind. Pro γενομένης interpres videtur habuisse γενόμενοι.
praesentem] Sic Mon. Berol. *etiam* *praesentem* Vind. Sane prior vox in Graecis non habet, quo firmetur.
commune] Sic Berol. *communem* Mon. I. Vind., in quo quidem secunda manus scripsit *commune*. Gr. κοινήν.
iuvamen] Sic Berol. *iuvamur* Vind. Mon., sed in utroque sec. manus scripsit *iuvamen*. Gr. ὠφέλειαν.
parientem] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *peperit* Vulgo.

NOV. LXXXVIII. EPIL. nobis] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἡμῖν.
manifestata] Sic Vind. Mon. *manifesta* Berol. I. Gr. δηλούμενα.
in perpetuum] Sic Mon. Berol. *imperpetuum* Vind.
Dat.] haec subscriptio in omnibus codicibus, quos inspexi, desideratur, est autem in solo Bamb. D. I. I. Deest etiam Vulgo.
Kal.] *Kl.* Bamb.
DN.] *dnn* Bamb., sed circumflexi superius impositi sunt.
XIII.] Sic correxi; Bamb. habet *XII.*
V. C.] *viro clarissimo* Bamb.

NOV. LXXXIX. LXXXIX.] deest in Vind. Mon. utroque Bamb. I. Berol., ad cuius marginem adscriptum est *const. I.*
quibus] Antea in Mon. est *R/.*, quod in reliquis desideratur.
naturales] Sic Vind. Mon. *nas* Berol., sed lineola superius imposita est.
sive] Sic Vind. Mon. *seu* Berol. *vel* I.
successione] In Vind. Mon. Berol. subiicitur littera *R/.* I. *successione. Rubrica.*
id. aug.] Sic Vind. *id. a.* Berol., sed lineola superius iniecta. Mon. *..d, a̅.* I. *idem.* Vulgo *imp. Iustinianus aug.*
Ioanni] *Iohi* Vind. Mon. Berol., sed circumflexus per mediam litteram *h* traiectus est. I. *Iohanni.*
p. p. secundo] *pp. scdo* Mon. Berol. I.

PRAEFATIO. Naturalium nomen Romanae legislationi dudum non erat in studium, nec quaelibet circa hoc fuit humanitas, sed tanquam alienigenum aliquid et omnino alienum a republica putabatur, a Constantini vero piae memoriae temporibus constitutionum scriptum est libris. Deinde paulatim in mediocritatem clementemque sententiam imperatores transeuntes leges posuerunt, alii quidem et dari et relinqui aliquid eis a patribus concedentes, aliqui autem etiam adinvenientes modum, per quem naturali iure priori liberati, legitimi fierent et paternae substantiae successores; paulatimque etiam ad nepotes processerunt huiusmodi legislationes. Et quoniam in nostra tempora venerunt, et eorum, qui paulo ante nos fuerunt, multam varietatem causa suscepit. Nos enim duplex habuimus studium, plurimos in libertatem perducere homines ex priore servitute, et ex naturalibus ad legitimos elevare; non enim ultio et interdictio respicienda est, sed quod est in necessitate, curandum est, et fugiendum quidem, quod malum est, inveniendum vero undique, quod melius est. Quia igitur aliqua quidem in constitu-

ppo scdo Vind., sed circumflexo superius imposito. Vulgo *gloriosissimo per Orientem praetoriorum praefecto iterum, exconsuli ordinario et patricio.*

NOV. LXXXIX. PRAEF. naturalium] *naturale* I.

Romanae] Sic Mon. Berol. *sede legis Romanae* Vind., ut tamen litterae *d* circumflexus traiiciatur. Priores duae voces punctis subiectis notatae sunt.

legislationi] Sic Vind. Mon. *legislationis* Berol. Gr. νομοθεσίᾳ.

studium] Sic Vind. Mon. Berol. I. *studio* Vulgo.

hoc] Sic Vind. Berol. *haec* Mon. Gr. αὐτό.

fuit] Sic Vind. Hamb. I. *fuerat* Mon. Berol. Trid. Port. Gr. ἦν.

alienigenum] Sic Mon. Vind. *alienigens* Berol., sed litteris *e* et *u* circumflexus superius impositi sunt. Gr. ἔκφυλόν τι.

et omnino] Sic Vind. Mon. *omnimodo* Berol., sed supra litteras *om* a secunda manu vox *et* superius imposita est.

republica] *re. pu.* I.

vero] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ἐκ δὲ τῶν.

constitutionum] Quod antea Vulgo et in I. est *in*, in Vind. Mon. Berol. deest.

paulatim in] *paulatim* I.

dari] Sic Vind. Berol. *clari* Mon. Quod antea Vulgo est *et*, in I. deest. Gr. δίδοσθαι.

a patribus] Sic Vind. Mon. Praepositio *a* in Berol. non est. Gr. παρὰ τῶν πατέρων.

priori] Sic Vind. Mon. Berol. I. *priore* Vulgo.

successores] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *successores*. Gr. διάδοχοι.

paulatimque] Sic Vind. Berol. Mon., in quo secundae litterae *a* punctum inferius subiectum est.

processerunt] Sic Mon. *transierunt* Vind. *profert* Berol., sed ultimis litteris *rt* circumflexus impositus est; supra litteras *er* tamen a secunda manu scriptum est *ces*. Gr. προῆλθον.

huiusmodi] Sic Vind. Mon. *ad huiusmodi* Berol., quod Graecis non firmatur.

quoniam] Sic Vind. Berol. Port. Trid. *qm* Mon., sed lineola superius imposita est; quamquam secunda manus lineae imposuit litteras *vel qui*. Hamb. *quoniam et*. Gr. ἐπειδή.

causa] Sic Vind. Mon. *causas* Berol., sed ultima littera *s* a secunda manu deleta est. Gr. τὸ πρᾶγμα.

suscepit] Sic Mon. Berol. *suscipit* Vind. Gr. ἐδέξατο.

plurimos] Sic Vind. Mon. Berol., qui non habent, quod Vulgo et in I. antea positum est *et*.

perducere] *producere* I.

ex priore] Sic Vind. Mon. *et ex priore* Berol. I., quod Graecis plane non firmatur.

et ex naturalibus] Sic Berol., prior vox *et* in Mon. Vind. non est. Gr. ἔκ τε νόθων.

elevare] Sic Vind. Berol. *elaevare* Mon.

interdictio] Sic Vind. Mon. *interdicto* Berol., sed supra litteram *o* secunda manus litteram *i* posuit. Gr. ἀπαγορεύειν.

respicienda] Sic Berol. *despicienda* I. Vind. *despiciendum* Mon. Gr. προσεκτέον.

fugiendum] Sic Vind. Mon. Berol. *diffugiendum* I. *defugiendum* Vulgo. Gr. φεύγειν.

vero] Sic Vind. Mon. *est vero* Berol. I. Gr. εὑρίσκειν.

aliqua] Sic Vind. Mon. *aliq* Berol., sed ultimae litterae *q* circumflexus superius impositus et supra litteram *i* a sec. m. scriptum est *a*. Gr. τινά.

tionum Codice, quem ex omni priorum imperatorum legislatione collegimus, de naturalibus scripta sunt filiis, quaedam vero in libro Institutorum, et de his aut nos constituimus, aut iam perfecta comperimus, et nos ipsi plurimas fecimus de his constitutiones, alias quidem in praedictarum collectione constitutionum, alias autem etiam postea, ne causa dispersa sit, bene se habere credidimus in una constitutione totum colligere, quae pro omnibus sufficiat ea, quae de naturalibus sunt, corrigere atque sancire.

CAP. I. Palam namque est, quia hominum alii quidem liberi simul consistunt et inter legitimos sunt, alii vero hoc prius non habentes, postea fiunt, et ex servis ad liberos ascendunt, et ex naturalibus ad legitimos, alii vero ex hoc ipso naturales sunt, et quaedam eis successiones exsistunt, alios autem neque naturales esse decet, sed etiam hoc monstrantur indigni. Oportet igitur nos ita facere constitutionem, ut

quem] *que* I.
imperatorum] Sic Vind. Mon., deest in Berol., in quo secunda manus supra lineam adscripsit *imperatorum*. Gr. *βασιλευόντων*.
quaedam vero] Sic Mon. *quaedam* Berol., desunt in Vind., sed a sec. manu lineae imposita sunt. Gr. *τινὰ δέ*.
libro] Sic Mon. Berol. *institutionum libro* I. *libro suo* Vind., sed ultimae voci lineola superius imposita est.
institutorum] Sic Mon. Berol., deest in I. *institutionum* Vind., sed syllabae *onum* a sec. m. adscriptae sunt. Cont. *institutionum*, sed ad marg. *al. institutorum*.
et de] *de* I.
his] *hiis* I.
aut nos] Sic Vind. I. *autem nos* Mon. Berol. *alia nos* Vulgo.
aut iam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *alia iam* Vulgo.
nos] *suo* I.
fecimus] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *ἐποιησάμεθα*.
his] *hiis* I.
constitutiones] *constitutionibus* Mon. Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. In Vind. vox *constitutionibus* a secunda manu scripta est.
quidem] Sic Vind. Berol. *aut* Mon., sed lineola superius imposita est. Gr. *μέν*.
constitutionum] Sic Vind. Mon. In Berol. postea scriptum est *totum colligere*, sed priori voci *totum* puncta inferius subiecta sunt.
dispersa sit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sit dispersa* Vulgo. Gr. *διεσπαρμένον ᾖ*.
credidimus] Sic Vind. I. *credimus* Mon. Berol. Gr. *ᾠήθημεν*.
constitutione] Sic Vind. Mon. *constitutionum* Berol. Gr. *διατάξει*.
colligere] Sic Vind. Berol. *colligere in* Mon., sed ultima vox *in* a secunda manu scripta est.
ea] *et ea* I.
quae pro omnibus] Sic Vind. Berol. *rationibus* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *ἥτις ἀντὶ πάντων*.
sufficiat] Sic Vind. *sufficiant* Berol. Mon., in quo litterae *n* inferius punctum subiectum est. Gr. *ἀρκέσει*.
corrigere] Sic Vind. Mon. Berol., in quo secunda manus scripsit *colligere*. Gr. *διορθῶσαί τε*.
sancire] *sarcire* I.

NOV. LXXXIX. CAP. I. PR. namque est] Sic Mon. *nanque est* I. *est namque* Vind. Berol. Gr. *γάρ ἐστιν*.
hominum] Sic Mon. Vind. *omum* Berol., sed et superius lineola et supra lineam littera *h* imposita est. Gr. *τῶν ἀνθρώπων*.
alii quidem] Sic Vind. Berol. *quidem alii* Mon. Gr. *οἱ μέν*.
simul] Sic Vind. Mon. *quidem simul* Berol., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt. Vox *quidem* Graecis non firmatur.
habentes] Sic Vind. Berol. *hantes* Mon., sed priori syllabae lineola superius imposita est. Gr. *ἔχοντες*.
fiunt] Sic Vind. Mon. *fiut* Berol., sed circumflexo superius imposito. Gr. *γίνονται*.
ascendunt] Sic Vind. Mon. *adtendt* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est; porro secunda manus priori litterae *d* punctum subiecit sequentique litterae *t* litteram *s* superius imposuit.
hoc ipso] Sic Vind. I. *ipso* Berol., sed supra lineam a secunda manu scriptum *hoc*. Mon. *hoc ipsi*. Vulgo *ipso hoc*. Gr. *αὐτόθεν*.
eis] Sic Vind. Berol. *ei* Mon. Gr. *αὐτοῖς*. Pro *eis succ.* I. habet *succ. eis*.
hoc] Sic Mon. Berol. *in hoc* Vind. *hic* I. Gr. *τούτου - ἀνάξιοι*.

nullus ignoret, quae possunt in naturalibus valere. Dicimus autem inchoantes legem, qui consistunt naturales, quibusque modis procedunt ad legitimos (quorum plurimos invenimus nos), at quae sunt horum successiones, et quomodo quidem vetustas usa est his amare, quomodo autem nos humane. Nec illud quoque relinquitur, quoniam nec naturalium digni fiunt, sicuti diximus, appellatione. Natura siquidem ab initio, dum de filiorum procreatione sanciret, scriptis nondum positis legibus, omnes similiter quidem liberos, similiter autem produxit ingenuos. Primis namque parentibus primi filii similiter quidem liberi, similiter autem legitimi a creatura fiebant, bella vero et lites atque libidines et concupiscentiae causam deposuerunt ad aliud schema. Servitutem namque invenit bellum, naturales autem castitatis casus; lex autem rursus huiusmodi delicta curans, libertatem servis molita est, et multum de his tractavit, modos introducens dena millia, imperatoriae vero constitutiones aperuerunt his, quae non recte facta sunt, ad ius legitimum vias. Quod non transitorie neque nos sancimus, neque subiectos hanc legem negligenter audire praecipimus. §. 1. Legitimi siquidem successores procedunt hominibus ex nuptiis, quas contrahunt aut cum dotalibus in-

possunt] *possint* I.
dicimus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dicemus* Vulgo.
quibusque] Sic Vind. Berol. *quibuscunque* Mon., sed id, quod in contextu posui, solum cum sententia Graecorum convenit.
at quae] *atque* Mon. Berol. Vind., in quo quidem secunda manus lineae imposuit *vel ex*. Vulgo *et quae*. I. *ac quae*. Gr. τίνες δέ εἰσιν.
horum] *eorum* I.
quomodo] *quo* I.
his] *hiis* I.
autem] Sic Berol., deest in Vind. Mon. I. Gr. δέ.
humane] Sic Vind. Berol. *humanae* Mon.
relinquitur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *relinquetur* Vulgo.
quoniam] Sic Vind. Mon. Berol. I., sed in Vind. prima manus supra lineam posuit *al. quid*, sed circumflexo per litteram *d* traiecto. Vulgo *qui*.
fiunt] Sic Mon. *fuit* Vind. Berol., sed ultimis litteris *it* circumflexus impositus est. I. *sunt*. Vulgo *sint*. Gr. ἀξιοῦσθαι.
de filiorum] Sic Mon. Berol. *filiorum* Vind., sed priori syllabae *fi* a secunda manu supra lineam adscriptum est *de*. Gr. περὶ τῆς τεκνογονίας.
sanciret] Sic Vind. Mon. *sanccire* Berol., sed ad finem huius vocis littera *t* adscripta est. Gr. ἐνομοθέτει.
scriptis] Sic Vind. Berol. *scriptu* Mon., sed sec. manus correxit *scriptis*. Gr. γραπτῶν.
produxit] Sic Vind. Mon. *produxerit* Berol. *perduxit* I. Gr. προήγαγε.
filii] Sic Mon. Berol. *filiis* Vind., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Gr. παῖδες.
creatura] Sic Vind. Mon. I. *catua* Berol., sed priori litterae *c* et ultimis *ua* circumflexi superius impositi sunt. Vulgo *natura*. Gr. παρὰ τῆς δημιουργίας.
schema] Sic Vind. Mon. *scema* I. Berol.
naturales] Sic Berol. Cont. Ad marg. Contii: *al. naturale seu naturalitatem*. Vind. Mon. *natural*, sed mediam per litteram *l* circumflexus traiectus est secundaque manus correxit *naturales*. Gr. νοθείαν.
rursus huiusmodi] *huiusmodi rursus* I.
his] *hiis* I.
millia] Sic Berol. *milia* Vind. Mon. I.
vero] Sic Mon. Vind. *euo* Berol., sed supra ultimas litteras lineola superius imposita, priorique litterae *e* punctum subiectum est. Gr. δέ.
aperuerunt] Sic Vind. *apperuerunt* Berol. *aperuer* Mon., sed litteris *er* lineola superius imposita est. Inter litteras *a* et *p* una littera erasa est.
his] Sic Vind. Mon. Berol. *iis* Vulgo.
facta] Sic Mon. Berol. *facte* Vind. In Graecis sanequam nihil est, quo haec lectio firmetur.
ius] Sic Mon. Berol. Vind., in quo litterae *s* punctum inferius subiectum est.
transitorie] Sic Vind. Mon. *transitoriae* Berol. Gr. παρέργως.
legem] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem secunda manus scripsit *legentur*, ut tamen litterae *n* puncta inferius subiecta sint. Gr. νόμου.
negligenter] *neglegenter* Mon.
NOV. LXXXIX. CAP. I. §. 1. aut cum] Sic Vind. Berol. *at cum* Mon., sed secunda manus scripsit *aut cum*. Gr. ἢ μετά.

strumentis, aut etiam absque his, sic ad feminas masculis convenientibus, ut ab initio habeant ad eas nuptiarum legitimarum affectum. Et hoc enim in calumnia positum nos respicientes, lege decrevimus, quid in his quidem, qui fortunae dignitate provecti sunt, quid autem in mediocri hoc hominum statu agendum sit ad demonstrationem legitimarum nuptiarum, quid vero deinceps permissum est plebi. Quapropter nuptiis procedentibus, ex hoc ipso sunt successiones certae, et si inter legitimos connumerentur, mox lex introducit successionum modos, plurimum de his tractans, legitimum siquidem ius sic se habet; quod vero non est huiusmodi, sed liberum quidem, non tamen ex nuptiis procedens legitimis, aut etiam in servitute natum, si libertatem quidem meruerit, manserit autem naturale, hoc modi varii ad ius legitimum ferunt, quos enumerantes, sic etiam reliqua sanciemus.

CAP. II. Primus itaque modus eis legitimi iuris exsistens, civitatibus mox utilis, quem Theodosius piae et novae introduxit memoriae. Sancitum namque est ab eo, ut possit naturales filios aut omnes, aut

his] Sic Vind. Berol. *hiis* I. *eis* Mon., sed sec. m. correxit *his*. Gr. τούτων.

ut ab] Sic Vind. Berol. *aut ab* Mon. Gr. ὥστε ἐξ ἀρχῆς.

nuptiarum legitimarum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *legitimarum nuptiarum* Vulgo. Gr. γάμων γνησίων.

affectum] Sic Vind. *effectum* Berol. Mon., sed in utroque secunda manus correxit *affectum*. Gr. διάθεσιν.

in calumnia] Sic Vind. Mon. *calumpnia* Berol., sed supra litteras *ca* a sec. manu scriptum est *in*.

lege] Sic Vind. Mon. et Berol., circumflexo quidem ultimae litterae imposito, quem secunda manus delevit. I. *leges*. Gr. νόμῳ.

quid] Sic Mon. Berol. *q* Vind., sed littera *i* supra lineam posita, qua re significatur *qui*; sed secunda manus superius imposuit *at. quid*.

his] Sic Vind. Berol. *eis* Mon. *hiis* I.

mediocri] Sic Vind. Berol. *mediocris* Mon.

hoc] Sic Mon. Berol. Trid., deest in Vind. Hamb. Port. I. Gr. ταύτης.

hominum] Sic Vind. *o hominum* Berol., sed priori litterae *o* puncta inferius subiecta sunt. Mon. *hominis*.

statu] Sic Vind. Berol. *statui* Mon.

demonstrationem] Sic Mon. Berol. *demonstratunem* Vind., sed supra litteram *i* secunda manus litteram *o* posuit. Gr. πρὸς ἀπόδειξιν.

quid] Sic Vind. Berol. *qd* Mon., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est, qua re Vulgo significatur *quidem*. Gr. τί δέ.

plebi] Sic Mon. Berol. *geri* Vind. Gr. τῷ πλήθει.

nuptiis] Sic Mon. Berol. *nuptias* Vind., sed litterae *a* littera *i* superius imposita est.

si] *sic* I.

connumerentur] Sic Vind. Mon. *comnuentur* Berol., sed litteris *ue* circumflexus superius impositus est.

introducit] Sic Vind. Berol. *introduc* Mon., sed litterae *c* lineola superius imposita est. Gr. ὑφηγεῖται.

tractans] Sic Vind. Mon. *contractans* Berol. Gr. πραγματευσάμενος.

siquidem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *igitur* Vulgo.

huiusmodi] Sic Vind. Berol. *ius huiusmodi* Mon., sed priori voci *ius* puncta inferius subiecta sunt.

tamen] Sic Mon. *tantum* Vind. *tm* Berol., lineola superius imposita, qua re *tantum* significatur. Gr. δέ.

legitimis] Sic Vind. Mon. *legitimus* Berol., sed sec. manus scripsit *legitimis*. Gr. γάμων.

meruerit] *meruerrerit* Mon.

hoc] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a secunda manu sequenti voci superius impositum est. I. *huiusmodi*. Gr. τοῦτο.

modi] Sic Vind. Berol. I. *m* Mon., sed littera *o* superius imposita est.

varii] Sic Vind. *vaii* Berol., sed sec. manus litteris *ii* circumflexum imposuit, secunda tamen manus scripsit *variari*. Mon. *variari*. Gr. ποικίλοι.

enumerantes] *numerantes* I.

sanciemus] Sic Berol. *sanctiemus* Mon. *saccimus* Vind. *sancimus* I. Gr. νομοθετήσομεν.

NOV. LXXXIX. CAP. II. PR. eis] Sic Vind. Mon. *eius* Berol. I. *est* Vulgo. Gr. αὐτοῖς.

piae et novae] Sic Vind. Mon. *pie et nove* Berol.

sancitum] Sic Mon. Berol. *sanctum* Vind., sed supra litteram *t* a sec. manu scriptum est *ti*.

aliquos offerre curiis, aut filias curialibus copulare. Et quoniam modus iste non simplicem habuit legislationem, sed varie et de oblationibus dictum est, et de successionibus, quomodo et ipsi, et quorum heredes exsistant, et qui rursus ad ius eorum hereditatium accedant, iustum credidimus, hoc primum legislationis disponentes capitulum, ita ad reliquos modos, qui ad legitimorum ius ferunt, accedere; quae enim inde sunt, facile omnino est dicere. §. 1. Si quis igitur fuerit naturalium filiorum pater, sive curialis exsistens, seu liber a curia, licentiam habebit hos aut quosdam ex eis, sive legitimorum sit filiorum pater, sive etiam non, sed solummodo naturalium, offerre curiae, licet forte illustris dignitatis sint filii suscepti, nisi tamen talis, quae homines, licet curiales sint, ab hac fortuna liberos facit. Oblationis autem modus, sive fiat a patre adhuc superstite, quum quispiam in commune filium offerret (hoc namque gestum est in Philocalo naturali filio, curiali a patre in Bo-

aliquos] Sic Mon. Berol. *alios* Vind. Gr. ἤ τινας.

offerre] *oferre* Berol.

habuit] Sic Mon. Berol. *hauit* Vind., sed secunda manus supra hanc vocem lineolam posuit. Gr. εἶχε.

oblationibus] Sic Mon. Vind. *obligationibus* Berol., sed litteris *ga* puncta inferius subiecta sunt. Gr. τῶν ἐπιδόσεων.

dictum est] Sic Mon. *dictum* Berol., sed secunda manus addit *est*. Deest in Vind. Gr. εἴρηται.

de successionibus] Sic Mon. Berol., desunt in Vind., sed sec. manus lineae haec ipsa imposuit. Gr. περὶ τῶν διαδοχῶν.

quomodo] Sic Vind. Berol. *qmo* Mon., sed lineola superius imposita. Gr. πῶς τε.

et ipsi] Sic Vind. Mon. *ipsi* I. Berol., in quo quidem secunda manus supra lineam apposuit vocem *et*. Vulgo *ipsi*. Interpres sane Graeca illa πῶς δὲ αὐτοὶ non videtur cepisse.

et quorum] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem haec a secunda manu deleta sunt. Postea tamen lacuna est, quinque fere litterarum, quam secunda manus voce *heredes* explet, quamquam postea est *et quorum*. Gr. καὶ τίνων κληρονομοῦσι.

et qui] Sic Vind. Mon. *qui* Berol., sed supra hanc vocem a secunda manu vox *et* scripta est. Gr. καὶ παρὰ τίνων.

hereditatium] Sic Vind. Berol. *hereditarium* Mon. Vulgo. *hereditatum* I.

accedunt] *accedt* Mon. Berol., sed ultimis litteris *dt* lineola superius imposita est; sed quod est in contextu, Graeca sane exhibent. Gr. κληρονομοῦνται.

iustum] Sic Mon. Berol. *iustam* Vind., sed secunda manus correxit *iustum*. Gr. δίκαιον.

credidimus] Sic Vind. Mon. *credimus* Berol. I. Gr. ᾠήθημεν.

legislationis] Sic Mon. Berol. *legislationibus* Vind. Gr. νομοθεσίας.

ferunt] Sic Mon. Berol. *furunt* Vind., sed priori litterae *u* puncta inferius subiecta sunt. Gr. φέροντας.

quae] Sic Vind. Mon. *que* Berol., sed litterae *e* lineola superius imposita est. Gr. τὰ γάρ.

NOV. LXXXIX. CAP. II. §. 1. si quis] Ad marg. Berol. *si quis filios naturales curie dederit.*

fuerit naturalium] Sic Vind. Berol. *naturalium fuerit* Mon. Gr. εἴη νόθων.

seu] Sic Vind. Mon. I. *sive* Berol. Vulgo.

hos] Sic Vind. Mon. Berol. *omnes* Vulgo. *hos omnes* I. Gr. τούτους.

ex eis] *ex hiis* I.

sive] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu lineae impositum est.

sit filiorum] *filiorum sit* I.

solummodo] *solumo* Vind., sed litteris *mo* lineola superius imposita est. Verum ultimae litterae *o* punctum subiectum idemque litterae *m* superius impositum est.

illustris] Sic Vind. Mon. *inlustris* Berol.

dignitatis] Sic Vind. Mon. *dignitas* Berol., sed secunda manus scripsit *dignitatis*. Gr. ἀξίας.

tamen] Sic Mon. I. *tam* Vind., sed lineola superius imposita est. Berol. signum habet, quo *tantum* significatur, sed sec. m. correxit *tamen*. Gr. πλήν.

talis] Sic Vind. *talis dignitas* Mon., deest in Berol., sed a secunda manu lineae haec verba imposita sunt *sit dignitas*. Vulgo I. *dignitas intercesserit talis*. Gr. τηλικαύτης.

quae] Sic Vind. Mon. *que* Berol., sed sec. manus scripsit *quae*. Gr. ἥπερ.

in commune] Sic Mon. Berol. *im commune* Vind. Gr. ἐν κοινῷ.

offerret] Sic Vind. Mon. Berol. I. *offerat* Vulgo. Gr. ἐπιδοίη.

namque] *nanque* I.

in] *a* I.

Philocalo] Sic Mon. *Filocalo* Vind. *Philocanolo* Berol. *filio tali* I. Gr. ἐπὶ Φιλοκάλῳ.

strena civitate et hoc ipsum dicit secundum inspectionem ibi factam, et ita eum offert, sicut a Leone piae memoriae scripta dicit constitutio), sive ergo secundum hunc modum fiat aliquis a patre pronunciatus curialis, sive eum pater sub gestis monumentorum offerat, sive moriens in testamento conscribat oportere fieri curialem, deinde ille amplectatur scripturam, legitimus mox fiet, naturalium iure omnino liberatus. Sive etiam a mortuo patre semet ipsum filius aut filii offerant, non exsistente quidem legitima sobole, etiam sic erunt legitimi et curiales. Proinde pater quidem etiam exsistentibus legitimis offeret curiae non legitimos filios; qui vero per semet ipsum ad hoc procedit, tunc solummodo audietur, quum nullus legitimorum filiorum exsistit. Hoc itaque de oblationibus sit, quod indifferenter sancitum est a nobis, in hac praesenti lege reconditum. Non autem simpliciter neque fortuite oblatio est; oportet enim et modos facere manifestos, secundum quos offerantur. §. 2. Si quis igitur ex qualibet oriatur civitate, sive curi-

filio] *et filio* I.
curiali] Sic Vind. Mon. Berol. I. *curiale* Vulgo.
Bostrena] Sic Vind. Mon. Berol. *Bostrenorum* Vulgo. *Bustrema* I.
civitate] In Vind. Mon. Berol. I. non est, quod Vulgo postea est *facto*.
dicit] Sic Vind. Mon. I. *dic* Berol., sed litterae *c* lineola superius imposita est. Vulgo *dicente*.
ibi factam] Sic Vind. Berol. *factam ibi* Mon.
offert] Sic Vind. I. *offerret* Mon. Berol., in quo sec. manus correxit *offert*.
a] Sic Vind. Berol. *et a* Mon.
scripta] Sic Vind. Mon. Berol., in quo ultimae litterae *a* circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit.
dicit] Sic Vind. Berol. *dic* Mon., sed litterae *c* lineola superius imposita est.
sive] Sic Vind. Berol. *sivo* Mon., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Gr. εἴτε.
pronunciatus] *pronunctiatus* I.
perfecte consideravit, et non erit decens, ut, quae bene exclusa sunt, in rempublicam rursus introducantur. Quapropter his a nobis sancitis atque manifestatis, quo conveniat modo ad civitatem romanam legitimorumque ius transire, nihil de successione super talibus est dicendum. Nam sicut in ceteris ab initio legitimis, oportet etiam in eis fieri successiones.

CAP. XII. Discretis igitur et his, qui facti sunt legitimi, et his, qui manserunt naturales, ordinandum est iam etiam de successionibus eorum. Valenti siquidem et Valentiniano et Gratiano divae memoriae primis placuit humanum aliquid agere circa naturales. Et si quidem sit naturalium patri legitima soboles, una uncia eos dignos esse fecerunt, et hac cum sua matre, non donari, neque ex ultima dari voluntate ulterius aliquid permittentes, si vero filii quidem non sint naturales, concubinae vero solummodo, his, qui non habent utique coniugem (his etenim tantum concubinam habentibus est conscriptum), mediam unciam solam donantes. Si vero filiorum legitimorum non sint parentes, et

sed litterae *e* punctum superius impositum est. Pro verbis *non perf.* I. habet *perf. non.*

erit] Sic Vind. Mon. *erat* Berol. Gr. *οὐκ ἂν εἴη.*

rempublicam] *re publ.* I.

his] *hiis* I.

sancitis] Sic Vind. *sanccitis* Mon. *sanccita s* Berol., sed ultimae litterae *s* lineola superius imposita est, qua re significatur *sancita sunt.* Verum secunda manus correxit *sancitis.* Gr. *νομοθετηθέντων.*

atque] *et* I.

manifestatis] Sic Mon. *manifestis* Vind. Berol., quod sec. manus correxit *manifestatis.* Gr. *φανερῶν γενομένων.*

quo] Sic Mon. Berol. *quod* Vind. Gr. *ὃν προσήκει τρόπον.*

legitimorumque] Sic Mon. *legitimorumq* Vind. *legitimorum quae* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. *καὶ γνησιότητα.*

ceteris] Sic Vind. Berol. *cetis* Mon., sed ultimae syllabae *is* circumflexus impositus est.

etiam in eis] Sic Mon. *et in eis* Vind. Berol. *etiam in his* Vulgo I. Gr. *καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς.*

NOV. LXXXIX. CAP. XII. PR. discretis] Quae abhinc leguntur usque ad syllabas *successioni*, in Vind. non sunt, nisi a secunda manu adscripta.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

facti] Sic Vind. Berol. *sancciti* Mon., sed secunda manus scripsit *facti.* Gr. *τῶν τε γενομένων.*

legitimi] Sic Mon. Berol. *legitimis* Vind.

et his] Sic Mon. Berol. I. *et iis* Vulgo. Desunt autem haec in Vind. Gr. *τῶν τε μεινάντων.*

manserunt] Sic Mon. Berol. *manserit* Vind. Gr. *μεινάντων.*

naturales] Sic Mon. Berol. *natales* Vind. Gr. *νόθων.*

memoriae] Sic Mon. Berol. *memoec* Vind., sed secundae litterae *e* circumflexus impositus est. Gr. *λήξεως.*

aliquid] *aliquod* I.

hac] Sic Vind. Mon. Berol. *hanc* I. Vulgo. Gr. *ταύτης*, quod ad vocem *οὐγκίας* referatur.

voluntate] Sic Vind. Berol. *volintate* Mon. Pro verbis *dari voluntate* I. habet *voluntate dari.*

filii] deest in I.

sint] Sic Mon. Berol. *sunt* Vind. Gr. *εἶεν.*

concubinae] Sic Vind. Mon. I. *concubine* Berol. *concubina* Vulgo. Interpres videtur habuisse *παλλακαὶ – μόναι.*

his] Sic Vind. Berol. *hnt i his* Mon., sed litteris *hnti* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo I. *scilicet.*

coniugem] Sic Vind. Mon. *coniunge* Berol., circumflexo ultimae litterae imposito; secunda manus secundae litterae *n* puncta subiecit. Gr. *γαμετήν.*

habent] Sic Vind. Mon. Berol. I. *habeant* Vulgo.

his etenim] Sic Vind. Berol. *hoc etenim* I. *hoc et hoc enim* Mon., sed priori voci *hoc* puncta inferius subiecta sunt.

habentibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *habere* Vulgo.

conscriptum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *concessum* Vulgo. Pro *ἐπιτέτραπται* interpres videtur habuisse *ἐπιγέγραπται.*

unciam] Sic Vind. Mon. *untiam* Berol.

filiorum legitimorum] Sic Vind. Mon. *legitimorum filiorum* Berol. I. Gr. *παίδων γνησίων.*

sint] Sic Mon. Berol. *sunt* Vind.

et neque] Sic Mon. Berol. Priorem vocem *et* Vind. non habet. An scribendum *sed neque?* Gr. *ἀλλ' οὐδέ.*

neque patrem et matrem habeant, usque ad tres uncias relinquere eis aut donare permissi sunt, et haec cum matre, et si quolibet modo acceperint aliquid, in hoc reputari solummodo, quod autem plus est, ad eos, qui vocantur ex lege, venire, hoc quod Theodosii senioris filii, licet non perfecte, sanciverunt. §. 1. Nos igitur, etsi prius humana usi lege, pro tribus unciis sex uncias eis, filiis legitimis non exstantibus, per patrum munificentiam dedimus, sed tamen ex his, quae subinde proveniunt, causis perfectius simul clementiusque considerantes, praesentem ponimus legem. Plurima utique sunt et prius commissa, et in nostris temporibus delinquuntur, et ideo ab impietate homines liberamus. Quidam enim non habentes licentiam quantum volunt suis naturalibus filiis relinquendi, eligunt quasi viros, et scribunt heredes, quatenus restituant filiis; at illi aut ex hoc impie agunt et praevaricantur voluntatem scribentium, aut, quod omnium levissimum putant, peierant, et tacemus ea, quae tradita sunt ex memoria nobis in personis gloriosis talia delinquentibus priscis temporibus. §. 2.

et matrem] Sic Vind. Mon. I. *neque matrem* Berol. Vulgo. Pro ἤ interpres καὶ videtur habuisse.

habeant] Sic Mon. *hat* Berol., sed litterae *h* punctum supra impositum est. Vind. *habent*. Gr. ἔχοιεν.

uncias] Sic Vind. Mon. Berol. *untias* I., deest Vulgo. Gr. τριουγκίου.

relinq. eis] *eis relinquere* I.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. I. Interpres videtur habuisse ταῦτα.

et si] Sic Vind. Mon. *si* Berol., sed supra hanc vocem a secunda manu scriptum est *et hoc*, sed ultimam vocem posterior manus delevit. Gr. καὶ εἰ.

acceperint] Sic Mon. Berol. *acceperit* Vind. Gr. λάβοιέν τι.

reputari] Sic Mon. Berol. *reputati* Vind. Gr. συναιρεῖσθαι.

filii] Sic Vind. Mon. *filiis* Berol. Gr. παῖδες.

sanciverunt] Sic Vind. Berol. *sancierunt* I. *sanciver* Mon., sed ultimis litteris lineola superius imposita est.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 1. prius humana] *humana prius* I.

usi] Sic Mon. *u* Vind., sed superius littera *i* scripta est, quam rem sec. m. delevit totam. Deest in Berol., sed supra lineam scriptum est *usi*. Gr. χρησάμενοι.

munificentiam] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *magnificentiam* Port. Gr. φιλοτιμίαν.

tamen] Sic Vind. Mon. I. *tantum* Berol., quod secunda manus correxit *tamen*. Vulgo *nunc*. Os. scribi vult *iam*.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

quae] Sic Vind. Mon. *que* Berol.

causis] Sic Berol. *causas* Vind. Mon.

clementiusque] Sic Vind. Mon. *clementius* Berol., sed supra *cl* a secunda manu scriptum est *et*. Gr. καὶ φιλανθρωπότερον.

plurima] Sic Vind. Mon. *plurime* Berol., sed secunda manus scripsit *plurima*. Gr. πολλά.

utique] *itaque* Trid., sed reliqui habent, ut in cont. Gr. γοῦν.

commissa] Sic Vind. *comissas* Berol., sed ultimae litterae *s* punctum subiectum est. Mon. *commisse*. Gr. ἁμαρτηθέντα.

in nostris] Sic Vind. Mon. I. *nostris* Berol. Gr. ἐπὶ τῶν ἡμετέρων.

delinquuntur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *delicta quae correctione dignamur* Vulgo. Gr. πλημμελούμενα. Verba *quae correctione dignamur* in I. desunt.

impietate] Sic Vind. Berol. *inpietate* Mon.

liberamus] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem litterae *a* inscriptum est *vi*. Gr. ἀπαλλάττομεν.

heredes] Sic Vind. *quasi heredes* Mon. Berol. Gr. γράφουσι κληρονόμους.

at illi] Sic Vind. Mon. *illi autem* Berol. Gr. οἱ δέ.

aut] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a secunda manu supra lineam scriptum est *aut*. Gr. ἢ αὐτόθεν.

peierant] Sic Mon., sed a sec. manu. *peant* Berol., sed supra litteras *ea* a sec. manu circumflexus impositus est; sec. manus correxit *peierant*. In Vind. est *peierant*, sed sec. manus correxit *perierant*. I. *deierant*. Gr. ἐπιορκοῦσι.

tacemus] Sic Vind. Berol. *tracemus* Mon., sed litterae *r* puncta inferius subscripta sunt. Gr. σιγῶμεν.

gloriosis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *gloriosissimis* Vulgo. Gr. ἐνδόξων.

Ne igitur semper tale fieri delictum sinamus, neque quod agere licet in extraneis et ignotis, hoc in propriis naturalibus filiis homines agere prohibeamus, propterea praesenti lege sancimus, ut si quidem quispiam habuerit filios legitimos, non possit filiis eorumque matri ultra unam relinquere unciam aut donare naturalibus aut concubinae (hoc enim proprium prioris iudicamus esse constitutionis), sed etiam si quid amplius dare tentaverit quolibet modo, hoc filiorum fieri legitimorum; et vel si filii non sint, concubina vero solummodo, huic mediam unciam relinqui aut donari concedimus. §. 3. Si vero filios non habuerit quispiam legitimos aut quemquam ascendentium, quibus necessitas est legis relinquere partem propriae substantiae competentem, testatori licentia sit etiam in duodecim uncias scribere filios naturales heredes, et dividere inter eos quocunque voluerint modo res, et per donationes aut simplices aut antenuptiales aut per dotes aut per alium quemlibet modum legitimum suas in illos substantias transponere. Sic enim nequaquam egebunt quibusdam ad impietatem aut periurium praeparatis, sed ex ipso suam disponent pure sententiam. Si vero habuerint hi, quos praedixi-

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 2. fieri delictum] *delictum fieri* I.

neque] Sic Mon. *nec* Vind. *ne* Berol. Gr. μηδὲ ὅ.

hoc] *hoc et* I.

naturalibus filiis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *filiis naturalibus* Vulgo. Gr. φυσικῶν παίδων.

prohibeamus] Sic Vind. Mon. *proibeamus* Berol.

praesenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praesente* Vulgo.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

ut] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ὥστε.

unciam] Sic Vind. Mon. *untiam* Berol.

iudicamus] Sic Vind. Berol. *iudicavimus* Vulgo. Gr. ἡγούμεθα.

constitutionis] Sic Vind. Berol. *constitutiones* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. διατάξεως.

etiam] Sic Vind. Berol. I. *et* Mon., quod etiam Vulgo est.

tentaverit] *temptaverit* Vind. Mon. Berol. I.

filiorum fieri] Sic Mon. *filiorum* Vind. Berol. *fieri filiorum* I. Vulgo. Gr. τῶν παίδων γίνεσθαι.

et vel si] Sic Vind. Mon. *vel si* Berol., quod etiam Vulgo est. — I. *et si vel.*

sint] Sic Vind. Berol. *sunt* Mon. Gr. εἶεν.

concubina] Sic Vind. Berol. *concubinas* Mon., sed secunda manus lineae puncta superius imposuit.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 3. non hab. quispiam] *quispiam non habuerit* I.

quemquam] Sic Mon. Berol. I. *quempiam* Vind. *quendam* Vulgo.

partem] Sic Vind. Berol. *patrem* Mon., sed sec. m. scripsit *partem.* Gr. μέρος.

testatori] Sic Vind. Mon. *testatoris* Berol. Verba τοὺς διατιθεμένους interpres non ad superiora traxit, sed ad haec, quae sequuntur, ut comma antea, non postea apponendum sit.

duodecim] Sic Vind. Berol. *decim* Mon., sed secunda manus supra lineam inscripsit vocem *duo.*

dividere] *dividere res* I.

voluerint] Sic Vind. Mon. *voluerit* Berol., quod sane etiam Vulgo est. Gr. βούλωνται.

et per] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *et aut per* Vulgo. Gr. καὶ ἢ κατά.

aut simplices] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *aut per simplices* Vind. Interpres in Graecis videtur habuisse δωρεὰς ἢ ἁπλᾶς.

alium quemlibet] Sic Mon. Berol. *quemlibet et alium* Vind. Gr. καθ' ἕτερον οἱονδήποτε.

suas] Sic Vind. Berol. *suos* Mon.

illos] Sic Vind. Berol. *illo* Mon. *illas* I. Gr. εἰς ἐκείνους.

quibusdam] Sic Mon. Berol. *quibus* Vind., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *i. aliquibus.* Gr. τινῶν.

periurium] Sic Vind. Mon. *periurum* Berol. Gr. ἐπιορκίαν.

sed ex ipso] Sic Mon. *ex ipso* Berol., sed supra litteras *ex* a priore manu *et* positum est. Vind. *sed et ex ipso.* Gr. ἀλλ' αὐτόθεν.

disponent] Sic Mon. Berol. *disponant* Vind. *pure disponent* I. Gr. διαθήσουσι.

pure] Sic Vind. Mon. *puram* Berol., deest in I. Gr. καθαρῶς.

habuerint] Sic Mon. Vind. *non habuerint* Berol. Gr. ἔχοιέν τινας.

hi, quos] *in quos* Vind. Mon., in quo quidem priori voci *in* puncta inferius

mus, aliquos ascendentium, legitimam eis relinquant partem, quam lex et nos constituimus, reliquam vero totam in naturales filios habeant relinquendi licentiam. Et haec dicimus super his, qui in scriptis et legitimis voluntatibus disponunt suam sententiam. §. 4. Si quis autem defunctus fuerit legitima ei omnino sobole non exstante (filiorum dicimus, aut nepotum, vel deinceps successionis), neque legitima coniuge, deinde moriatur non disponens de substantia, et veniat cognatio forsan, aut etiam manumissor, utpote bonorum possessionem movens et insurgens, aut etiam nostrum aerarium (nam nec illi quantum ad hoc parcimus), sit autem ei, donec vixerit, libera mulier in schemate concubinae sociata, et filii ex ea (talibus enim solummodo haec sancimus, ubi omnino indubitatus est et concubinae in domo affectus, et filiorum ibidem proles et alimentum), damus eis et intestatis parentibus defunctis duas paternae substantiae uncias habere, cum matre partiendas, quanticunque fuerint filii, ut unius filii portionem et mater accipiat. Et haec dicimus, si uni concubinae societur, ac filios ex illa habeat aut etiam praedecedente concubina, morte forsan aut separatione, filii ei domi

subiecta, supraque lineam adscripta sunt *hii*. Berol. *quos*, sed superius a secunda manu scriptum est *hii*.

relinquant] Sic Vind. Mon. *relinqt* Berol., sed secunda manus circumflexum imposuit. Gr. καταλιμπανέτωσαν.

totam] Sic Mon. Berol. *totum* Vind. Gr. τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν.

habeant] Sic Mon. Berol. *hnt* Vind., sed lineola superius imposita est. Gr. ἐχέτωσαν.

haec] Sic Mon. *hoc* Vind. Berol. I. Gr. ταῦτα.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

in] deest in I.

voluntatibus] Sic Mon. Berol. *voluptatibus* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. νομίμοις βουλήσεσιν.

sententiam] Sic Mon. Berol. *sentiam* Vind., sed supra syllabas *en* sec. manus circumflexum posuit. Vulgo I. *substantiam*. Gr. γνώμην.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 4. omnino sobole] Sic Vind. Berol. *sobole omnino* Vulgo I. Gr. παντελῶς γονῆς.

exstante] Sic Vind. *extante* Mon. *exhibtante* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. ὑπούσης.

aut] *autem* I.

substantia] Sic Berol. *substantia sua* Vind. I. *sua substantia* Mon. In Graecis tantummodo est τὴν οὐσίαν.

possessionem] Sic Vind. Berol. *possessionum* I. *possesionei* Mon., sed sec. manus litterae penultimae *e* lineolam superius imposuit, ultimaeque litterae *i* punctum subiecit.

aerarium] *errarium* Vind. Mon. Berol.

nec] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *nec*. Gr. οὐδέ.

sit] Sic Berol. *si* Vind. Mon. Gr. εἴη δέ.

vixerit] Sic Vind. Berol. *ipse vixerit* Mon., quod Graecis non firmatur.

schemate] Sic Vind. Mon. *scemate* Berol. I.

concubinae] Sic Vind. Mon., sed inde ab hac voce usque ad verba *et haec dicimus, si uni concubi* quae sunt, in Berol. a secunda manu scripta sunt.

sociata] Sic Mon. Berol. *sotiata* Vind.

haec] Sic Berol. Mon., in quo quidem supra lineam adscriptum est totum. Vind. *hec*. I. *hoc*. Gr. ταῦτα.

sancimus] Sic Mon. Berol. *sanctimus* Vind.

alimentum] *alimenta* I.

uncias] Sic Vind. Mon. *untias* Berol.

fuerint filii] Sic Vind. Mon. *filii fuerint* Berol. Gr. εἶεν οἱ παῖδες.

ut unius] Sic Vind. Berol. *auunius* Mon., sed prioribus duabus litteris puncta imposita litteraeque *a* punctum inferius subiectum est. Gr. ὥστε ἑνός.

et mater] Sic Vind. Mon. Berol. I. Prior vox *et* Vulgo desideratur. Gr. τὴν μητέρα.

haec] Sic Vind. *hec* Mon. Berol. *hoc* I.

concubinae] *concubi uni concubinae* Berol., sed prioribus duabus vocibus puncta inferius subiecta sunt.

ac filios] Sic Vind. Mon. Berol. *aut filios* Hamb. Trid. Port. Gr. καὶ παῖδας.

illa] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ea* Vulgo. Gr. ἐξ ἐκείνης.

etiam] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. καί.

praedecedente] Sic Vind. *praediscedente* Hamb. I. *praecedente* Trid. Port. *praedescendente* Mon. Berol., quod sec. manus correxit, ut in cont. Gr. προαπελθούσης.

forsan] Sic Vind. Mon. *forte* Berol.

separatione] Sic Vind. Berol. *etiam separatione* Mon. Gr. ἢ χωρισμῷ.

sint; tunc enim damus eis ab intestato ad duarum unciarum vocationem §. 5. Si vero effusa concupiscentia ei fuerit, et alias super alias introduxerit priori concubinas, et multitudinem habuerit mulierum fornicantium (sic enim dicere melius est), et ex eis filios habens moriatur, multas simul deserens concubinas, odibilis quidem est iste talis, procul autem hac lege modis omnibus cum talibus filiis et concubinis excludatur. Sicut enim si quis legitimae copulatur uxori, alias superinducere non poterit matrimonio consistente et ex his legitimos procreare, ita neque post agnitam, quo diximus modo, concubinam et ex illa filios dabimus, si etiam aliquod opus libidinis aliud fecerit, etiam hoc ad successionem eius introduci, si mortuus fuerit intestatus. Nam si non hoc sanciverimus, indiscreta quidem erunt, quae mulierum sunt, quam potius aut quam minus amaverit, indiscreta quidem quae filiorum, et nos non damus luxuriantibus, sed pudicis legem. Non autem differentiam facimus de filiis, sive masculis, sive sint feminae. Sicut enim natura nihil circa talia tractat, sic neque nos aliam in masculis et aliam in feminis secundum hoc ponimus legem. §. 6. Oportet enim per omnem viam

duarum unciarum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *duas uncias* Vulgo.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 5. alias super alias] Sic Berol. Hamb. Trid. *et super alias* Mon. *alias priori* I. Voces *super alias* apud Port. non sunt. Gr. ἄλλας ἐπ' ἄλλαις.

introduxerit] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. *superintroduxerit* Port. *superinduxerit* Vulgo I. Gr. ἐπεισαγάγοι.

priori] deest in I.

habuerit] Sic Vind. Mon. *habuit* Berol. Gr. ἔχοι.

quidem est] *est quidem* I.

procul autem] Sic Vind. Mon. Berol., in quo litterae *l* et *a* a secunda manu scriptae sunt.

hac] Sic Mon. *ac* Vind. Berol. Gr. πόῤῥω τοῦ νόμου.

sicut] Sic Vind. Berol. *si quis* Mon. Gr. ὥσπερ.

si quis] Sic Vind. Berol. *sic* Mon., sed lineola imposita, qua re significatur *sicut*.

legitimae] *legitime* Berol.

copulatur] Sic Mon. Berol. *copuletur* I. *compulatur* Vind. Gr. συνοικοίη.

poterit] Sic Vind. Mon. *potuit* Berol. I. Gr. οὐκ ἂν δύναιτο.

consistente] Sic Vind. Berol. *constante* I. *consistere* Mon., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. συνεστῶτος.

neque] *enim* I.

quo] Sic Mon. *quod* Vind. Berol. Gr. καθ' ὅν.

fecerit] *fecit* I.

fuerit] Sic Vind. *est fuerit* Mon., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt. In Berol. non est.

non hoc] Sic Mon. Berol. *hoc non* Vind. Vulgo I. Gr. μὴ τοῦτο.

sanciverimus] Sic Vind. Mon. *sancciverimus* Vulgo.

mulierum] *mulieris* I.

sunt] Sic Vind. Mon. Berol., in quo a secunda manu deletum est.

amaverit] Sic Berol. *amaverint* Vind. *au qua* Mon., sed ultimae litterae *a* lineola superius imposita est, quo deleto sec. manus correxit *amaverit*. Gr. ἐρᾷ.

indiscreta] Sic Vind. Mon. *indiscreti* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἀδιάκριτα.

quidem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *autem et* Vulgo. An pro δὲ interpres habuit γε?

quae] *q* Berol., sed lineola superius imposita, prima manus totam rem puncto subiecto notavit.

filiorum] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem ultimae tres litterae punctis subiectis notatae sunt. Gr. τῶν παίδων. Quod Vulgo subiicitur *sunt*, in Vind. Mon. I. non legitur, nec sane Graecis firmatur.

nos non] Sic Vind. *non* Mon. Berol., in quo quidem a secunda manu lineae vox *nos* imposita est. Gr. ἡμεῖς οὐ.

sed] *set* Vind. Mon. Berol.

facimus] Sic Mon. Berol. *sanctimus* Vind.

masculis] Sic Vind. *masculi* Mon. Berol. I. *masculi sint* Vulgo.

sive sint] Sic Vind. *seu sint* Berol. Mon. *sive* Vulgo I.

feminae] *femine sint* I.

sicut] *si* I.

neque] Sic Vind. Mon. Berol. I. *nec* Vulgo.

aliam] In Vind. verba *aliam in masculis* propter homoeoteleuton desunt.

et aliam] *aliam* I.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 6. oportet] Quod Vulgo antea est *si quis autem*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. non est.

subtilitatem simulque pietatem transire. Si quis igitur habens filios legitimos, relinquat et naturales, ab intestato quidem nihil eis exsistere omnino volumus, pasci vero naturales a legitimis sancimus, ut decet eos secundum substantiae mensuram a bono viro arbitratam, quod videlicet apud nostras leges viri boni arbitratu dicitur; hoc ipso custodiendo, vel si coniugem quidem habet, filios autem naturales et ex defuncta concubina sibi natos, et illi aluntur ab eius successoribus. De nepotibus enim naturalibus, quae iam a nobis specialiter etiam de ipsis disposita sunt, obtineant.

CAP. XIII. In quibus enim casibus naturales filios vocavimus ad successionem, in his quoque et ipsi decentem naturalibus patribus devotionem servent, eademque mensura, sicut parentes prospiciunt naturalibus filiis secundum nostram legem, et ipsi parentibus compensent sive in successionibus sive in alimentis, sicut superius sancivimus.

CAP. XIV. Quoniam vero et dudum in quibusdam constitutionibus dictum est, oportere, in quibus patres donant filiis aut relinquant, in his

subtilitatem] Sic Vind. Mon. I. Cont. *subtilitatem* Berol., sed priori litterae *l* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo *subtilitatis*, ex Contii videlicet coniectura. Interpres videtur habuisse ἀκρίβειαν.

pietatem] Sic Vind. Mon. Berol. I. Cont. *pietatis* Vulgo, ex Contii coniectura. Interpres videtur habuisse εὐσέβειαν. Contius ad marg.: *legendum subtilitatis simulque pietatis transire.*

si quis igitur] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I., quae Vulgo desiderantur. Manifesto interpres verba εἰ μέντοι in superioribus non habuit, sed hoc loco post ἐλθεῖν legit.

quidem] Sic Mon. Berol., deest in Vind.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

arbitratam] Sic Vind. Mon. I. *arbitra* Berol., sed litteris *t* et *a* circumflexi impositi sunt. Verum secunda manus litterae *t* aliam litteram *t* superius imposuit. Gr. δοκιμαζόμενον.

hoc ipso] *et hoc ipso* I.

autem] Sic Berol. *aut* Vind. Mon., in quo quidem litterae *em* a secunda manu adiectae sunt. Gr. δέ.

et ex] Sic Vind. Mon. Berol. Prior vox *et* Vulgo et in I. non legitur. An pro ἐκ τῆς interpres legit ἔκ τε τῆς?

def. conc.] Sic Vind. Berol., sed in Mon. verborum ordo inversus est *conc. def.*, quod Graecis non firmatur.

et illi] Quod Vulgo autem appositum est *ut*, in Vind. Mon. Berol. I. non legitur. Interpres ὥστε non videtur habuisse in contextu.

aluntur] Sic Vind. Hamb. Trid. I. Mon. Berol., in quo priori litterae *u* circumflexus impositus est, quem iam prima manus delevit. Vulgo *alantur*.

eius] Sic Vind. Berol. *ei* Mon. Gr. αὐτοῦ.

successoribus] Sic Vind. Berol. *successionibus* Mon., quod secunda manus correxit, ut in cont.

nepotibus] Sic Vind. Berol. *propultibus* Mon., sed secunda manus correxit *nepotibus*. Gr. ἐκγόνων.

enim] Sic Vind. Mon. *aut enim* Berol., sed priori voci *aut* puncta inferius subiecta sunt, quae quidem nec Graecis firmatur.

posita] Sic Mon. Berol. *disposita* Vulgo.

obtineant] Sic Mon. Berol. *optineant* I. *optine* Vind., sed spatium, tribus fere litteris quod sufficere queat, postea vacuum relictum est.

NOV. LXXXIX. CAP. XIII. enim] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. I. *tamen* Hamb. *autem* Vulgo.

vocavimus] Sic Mon. Berol. *vocaverimus* Vind. Gr. ἐκαλέσαμεν.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

ipsi] Sic Vind. Berol. *ipsis* Mon., sed litterae *s* lineola superius imposita est. Gr. αὐτοί.

decentem] Sic Vind. Mon. *decedentem* Berol., sed ut litteris *de* mediis puncta inferiu a secunda manu subiecta sint. Gr. πρέπουσαν.

naturalibus] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu lineae haec vox imposita est. Gr. φυσικοῖς.

eademque] *et eadem* I.

sive] Sic Mon. Berol. *seu* Vind. I.

sancivimus] Sic Mon. *sanccivimus* Berol. *sanctimus* Vind. Gr. νενομοθετήκαμεν.

NOV. LXXXIX. CAP. XIV. donant] Sic Vind. Mon. *donavit* Berol., sed sec. m. scripsit, ut in cont.

filiis] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. παισίν.

relinquant] Sic Vind. Mon. Berol. *relinquunt* Vulgo.

his] *hiis* I.

hoc facere potuit. Et quaedam a nobis adinventa est ratio regularis, optime narrans de ordine nascentium. Cum enim dubitetur, utrum oporteat concepti an partus respici tempus, sancimus, ut non tempus conceptus, sed partus inspiciatur propter filiorum utilitatem. Si vero contigerit tales aliquas excogitare circumstantias casuum, in quibus utilius est conceptionis tempus, quam partus, tempus illud valere magis praecipimus, quod utilius sit nascenti.

CAP. IX. Illud tamen a nobis sancitum est, ut, si quis voluerit legitimam suam facere sobolem, et non habuerit uxorem talium filiorum matrem, aut filios quidem valde diligat, mulier autem non sine peccato sit apud eum, neque digna sit quolibet legitimo nomine, et propterea aut moriente muliere, aut legitimo iure non digna in matrimonio putanda, aut causa a filiis maligne tractata, aut ex studio muliere celata aut a filiis, aut aliter forte ei divitiis accedentibus, ne iure legitimorum usum pater et fructum defuncta matre tanquam sub potestate filiis constitutis habeat, si quis ergo filios legitimos non habens, sed tantummodo naturales, ipsos quidem legitimos facere voluerit, mulierem vero in promtu non habeat omnino, aut habeat quidem, non tamen sine pec-

prioribus Vulgo. Gr. τοῖς πρὸ αὐτοῦ. Quod Vulgo et in I. subiicitur *constitutionibus*, in Vind. Mon. Berol. non est, sed in Mon. a sec. manu supra lineam adscriptum est *constitutionibus*, quae vox nec sane Graecis firmatur.

adinventa] Sic Mon. Berol. I. *inventa* Vind., quod sane etiam Vulgo est.

dubitetur] Sic Vind. Hamb. Trid. I. *dubitentur* Mon. *dubitaretur* Berol. *dubitatur* Port.

concepti] Sic Vind. Mon. *conceptus* Berol. I., quod etiam Vulgo est.

an] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Vind. a secunda manu supra lineam positum est *an*. Deest in I. Gr. ἤ.

partus] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem litterae *u* lineola superius imposita est. Gr. τῆς γεννήσεως.

sancimus] Sic Mon. *sanccimus* Berol. *sancimus itaque* Vind.

conceptus] Sic Vind. Berol. *concipiat conceptus* Mon., sed litteris *cipiat* puncta inferius subiecta sunt. Gr. τῆς συλλήψεως.

contigerit] Sic Vind. Mon. *contingit* Berol., sed litteris *it* puncta inferius subiecta sunt. Gr. συμβαίη.

excogitare] Sic Vind. Mon. Berol. *excogitari* Vulgo I.

utilius est] Sic Vind. Mon. Berol. I. *est utilius* Vulgo. Gr. λυσιτελέστερός ἐστιν.

conceptionis] Sic Vind. Mon. *contemptionis* Berol. Gr. συλλήψεως.

tempus] Sic Vind. Mon. *est tempus* Berol.

illud] Quod Vulgo antea est *tempus*, deest in I.

nascenti] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem postea una vel duae litterae erasae sunt.

NOV. LXXXIX. CAP. IX. PR. tamen] Sic Mon. *tm* Vind. Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. μέντοι.

a nobis] Sic Mon. Berol. *u nobis* Vind., sed punctum priori litterae *u* impositum est. Secunda manus correxit, ut in cont. Gr. παρ' ἡμῶν.

sancitum] Sic Vind. Mon. *sanccitum* Berol.

legitimam suam] Sic Mon. Berol. *legitimas suas* Vind. Gr. γνησίαν τὴν ἑαυτοῦ.

sobolem] Sic Mon. Berol. *soboles* Vind. Gr. γονήν.

diligat] Sic Mon. Berol. *diligit* Vind.

quolibet legitimo nomine] *quolibet legitimatione* I.

a filiis] Sic Vind. *filiis* Mon. Berol. Gr. ὑπὸ τῶν παίδων.

tractata] Sic Vind. Mon. *retractata* Berol.

aut] Sic Vind. Mon. Berol. I. *et* Vulgo. Pro καὶ interpres videtur habuisse ἤ.

muliere] *mulier est* I.

a filiis] Sic Vind. *filiis* Mon. Berol. Gr. παρὰ τῶν παίδων.

aliter forte ei] Sic Berol. Hamb. I. *alii forte* Vind. *forte aliter ei* Berol. Trid. Port. Gr. ἄλλως ἴσως αὐτῇ.

divitiis] Sic Mon. Berol. *ex divitiis* Vind.

constitutis] *constituta* I.

filios legitimos] Sic Mon. Berol. I. *legitimos filios* Vulgo. Gr. παῖδας γνησίους.

non habens] Sic Vind. Mon. In Berol. hoc bis scriptum, sed prima vice deletum est.

voluerit] Sic Vind. Berol. *voluit* Mon. Gr. βουληθείη.

in promtu] Sic Vind. Berol. *impromtum* Mon. *in promptu* I.

habeat] Sic Mon. Berol. *habet* Vind. Gr. ἔχοι.

tamen] Sic Mon. *tantum* Vind. Berol. Gr. οὐ μήν.

cato, vel si non appareat, aut aliter dotalium instrumentorum non habeat facultatem (quid enim, si ad sacerdotium alter eorum ascenderet?), damus ei fiduciam (hoc quod dudum gessimus) ad legitimum ius filios ducere naturales, legitimis, sicuti praediximus, non exsistentibus, per quandam huiusmodi viam. Sicut enim sunt modi, qui servos ad libertatem simul et ad ingenuitatem deducunt et naturae restituunt, ita si pater non habuerit legitimam prolem, et voluerit eos restituere naturae et antiquae ingenuitati, sive ex ingenua ei nascantur, et legitimos de cetero et sub potestate habere, hoc agat per nostrum rescriptum. Non enim fuit principio, quando natura hominibus sanciebat sola, antequam scriptae procederent leges, quaedam differentia naturalis atque legitimi, sed primis parentibus primi filii, sicut inchoantes praesentem diximus legem, ipso processu nati legitimi sunt. Et sicut in liberis natura quidem fecit liberos omnes, bella vero servitutem adinvenerunt, sic etiam hic natura legitimas protulit soboles, ad concupiscentiam vero facta

peccato] Inde a syllabis *cato* usque ad *hoc quod du* quae sunt omnia a secunda manu scripta sunt.

vel si] Sic Mon. Berol. I. *vel* Vind. *aut si* Vulgo.

appareat] Sic Vind. Berol. *hat apparent* Mon., sed litteris *hat* puncta inferius subiecta lineaque superius imposita est.

dotalium] Sic Vind. Mon. *forte dotalium* Berol., quod Graecis non firmatur.

ad sac. alt. eorum] *alter eorum ad sac.* I.

ascenderet] Sic Vind. *ascendat* Mon. Berol., quod sane in I. et Vulgo est. Gr. ἀνῆλθεν.

fiduciam] Sic Vind. Mon. *fidutiam* I. *licentiam fiduciam* Berol., quod sane glossam redolet. Gr. παρρησίαν.

ad] Sic Mon. Berol. I. *et* Vind. Gr. πρός.

legitimum] Sic Vind. Berol. *legimium* Mon., quod secunda manus correxit *legitimum*. Gr. γνησιότητα.

ducere] Sic Berol. *educere* Vind. Mon. I., quod sane etiam Vulgo est. Gr. ἀγαγεῖν.

naturales] Sic Mon. Berol. *nata* Vind., sed litterae *t* circumflexus superius impositus est. Gr. τοὺς νόθους.

sicuti] Sic Vind. *sicut* Mon. Berol. I.

quandam] *quasdam* I.

viam] *vias* I.

sunt modi] Sic Mon. Berol. *modi sunt* Vind. Gr. γάρ εἰσι τρόποι.

restituunt] Sic Vind. *rescisIunt* Berol. In Mon. vox *restituunt* a secunda manu scripta est. Gr. ἀποδιδόντες.

eos] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. αὐτούς.

restituere naturae] Sic Mon. Berol. *nature restituere* Vind. Gr. ἀποκαταστῆσαι τῇ φύσει.

ei nascantur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *nascantur ei* Vulgo. Gr. αὐτῷ γένοιντο. Quod postea Vulgo et in I. *sive ex liberta* sunt, in Vind. Mon. Berol. desunt, cumque nec Graecis firmentur, omittenda esse visa sunt.

principio] Sic Vind. Mon. Berol. *in principio* I. Vulgo, quod sane Graecis firmatur.

hominibus] Sic Mon. *omnibus* Vind. Berol. Gr. ἀνθρώποις.

differentia] Sic Vind. Berol. *diffa* Mon., sed litterae *a* circumflexus superius impositus est.

naturalis] *natalis* Vind. Mon., sed Berol., ut in cont., habet. Gr. νόθου.

inchoantes praesentem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praesentem inchoantes* I. Gr. ἀρχόμενοι τοῦ παρόντος.

ipso] Sic Vind. Mon. Berol. I., qui non habent, quod Vulgo antepositum est *etiam*, quod nec Graecis firmatur.

nati legitimi] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. I. Vox *nati* in Vind. et Vulgo deest. Gr. γεγόνασι.

sunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *fiebant* Vulgo.

fecit] Sic Vind. Berol. *fec* Mon., sed litterae *c* lineola superius imposita est.

adinvenerunt] Sic Mon. Berol. *adinvert* Mon., sed lineola superius imposita est; caeterum litterae *er* a secunda manu scriptae sunt.

hic] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. κἀνταῦθα.

natura] Sic Vind. Mon. *nobis natura* I. Berol., quod Graecis non firmatur.

legitimas] Sic Vind. Mon. *legitimis* Berol., sed secunda manus scripsit *legitimas*. Gr. γνησίας.

protulit] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed secunda manus supra lineam scripsit *protulit*. Gr. προήγαγε.

facta] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem ultimae litterae *a* circumflexus impositus est, quem sec. manus delevit.

conversio naturale ius eis inseruit. Quapropter similibus passionibus exortis, convenit curam ex aequalibus inveniri, aliam quidem a prioribus nostris, aliam vero a nobis. §. 1. Sit igitur licentia patri, in praedictis casibus matrem in priori schemate relinquenti, imperio preces offerre, hoc declarantes, quia vult naturales suos filios restituere naturae et antiquae ingenuitati et iuri legitimo, ut sub potestate eius consistant, nihil a legitimis filiis differentes, quo facto, ex hoc filios frui huiusmodi adiutorio. Una namque hoc modo omnes huiusmodi naturae digressiones et opiniones in his, qui legitimos non habent filios, curamus, sic brevi solatio tantum impetum naturae corrigentes.

CAP. X. Si vero is, qui solummodo naturalium filiorum est pater, per quosdam fortuitos casus non valuerit hoc agere, moriens autem sub quodam praedictorum casuum scripserit testamentum, volens sibi legitimos esse filios successores, et in hoc damus ei licentiam, fiduciam, supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris, et hoc dicentibus, et ostendentibus patris testamenta, et heredibus exsistentibus secundum legem, hocque donum habeant patris et principis, idem est dicere naturae simul et legis.

CAP. XI. Generaliter autem in omnibus, qui per praedictos -

conversio] Sic Vind. Berol. *conversatio* Mon.; sed litteris *at* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἐκτροπή.

eis] Sic Mon. *ei* Vind. In Berol. est *eis eis*, sed ultimae voci puncta inferius subiecta sunt.

aequalibus inveniri] Sic Berol. *equalibet conveniri* Vind. *qualibet inventi* Mon. Gr. ἐκ τῶν ἴσων ἐξευρεθῆναι.

NOV. LXXXIX. CAP. IX. §. 1. priori] Sic Vind. Mon. Berol. *priore* I. Vulgo.

schemate] Sic Vind. Mon. *scemate* Berol.

hoc] Sic Vind., deest in Mon., ubi tamen secunda manus supra lineam scripsit *hoc*. Berol. *haec*. Gr. τοῦτο.

suos filios] Sic Vind. Berol. *filios suos* Mon. Gr. αὐτοῦ παῖδας.

iuri] Sic Vind. Berol. *iuro* Mon., in quo quidem sec. manus correxit *iuri*.

ex hoc] Sic Vind. Mon. *et ex hoc* Berol. Gr. ἐντεῦθεν.

una] Sic Vind. *unam* Mon. Berol. *uno* I.

opiniones] Sic Vind. Berol. *oppiniones* Mon.

his] *hiis* I.

habent] Sic Vind. Mon. *habeant* Berol.

impetum] Sic Mon. Berol. *impecum* Vind.

corrigentes] Sic Vind. Berol. *corigentes* Mon.

NOV. LXXXIX. CAP. X. is] Sic Mon. *his* Vind. Berol., in quo priori litterae *h* inferius lineola imposita est. Deest in I.

solummodo naturalium] Sic Vind. Berol. *naturalium solummodo* Mon. Gr. μόνων φυσικῶν.

hoc] Sic Vind. Mon. *haec* Berol. Gr. τοῦτο.

moriens] Sic Mon. Berol. *moriens is* Vind., sed litteris *is* puncta inferius subiecta sunt.

in hoc] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon., sed supra lineam a secunda manu adscriptum est *in*.

ei] deest in I.

fiduciam] Sic Vind. Mon. Berol., sed Vulgo et in I. particula *et* antea appos. est. Haec autem est duplex eiusdem vocis, παρρησίαν videlicet, translatio, quae ex variis eiusdem legis versionibus orta esse potest. Deest in I.

supplicantibus] Sic Vind. Berol. *supplicationibus* Mon., sed sec. m. correxit *supplicantibus*. Gr. δεομένων.

tamen] Sic Vind. Mon. *tm* Berol., sed lineola superius imposita. Gr. μέντοι.

etiam sic] Ab his inde verbis usque ad *principis* quae sunt, in Berol. tantummodo a sec. manu scripta sunt. Caeterum vox *sic* in Mon. Berol. est, in Vind. deest. Gr. καὶ οὕτω.

patris] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem postea scriptum est *re*, cui quidem voci secunda manus puncta supposuit. Gr. τοῦ πατρός.

testamenta] Sic Berol. I. *testamentum* Vind. *testamento* Mon. Gr. διαθήκας.

hocque] Sic Hamb. Berol. Mon., in quo quidem hoc totum a secunda manu scriptum est. Vind. *hoc*, Trid. Port. *hoc quoque*. Gr. καὶ τοῦτο.

habeant] Sic Mon. Berol. *habeat* Vind. Gr. ἐχέτωσαν.

idem est] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. Manifesto interpres τοῦτο legit pro voce ταὐτόν.

NOV. LXXXIX. CAP. XI. PR. qui] Sic Mon. *quibus* Vind., deest in Berol., sed supra lineam scriptum *qui*bus.

dos deducuntur ad legitimum ius, tunc haec volumus obtinere, dum et filii hoc ratum habuerint. Nam si solvere ius patriae potestatis invitis filiis non permissum est patribus, multo magis sub potestatem redigere invitum filium et nolentem sive per oblationem ad curiam, sive per instrumentorum celebrationem, sive per aliam quamlibet machinationem, tanquam fortem metuentem paternam, iustum non est neque imperii et legislationis ponimus proprium. §. 1. Si vero plurimis exsistentibus filiis alii quidem eligant, alii respuant, hi, qui volunt legitimi fieri, fiant, aliis in iure naturali manentibus. Et haec dicimus, nullum priorum legitimorum perimentes modum, sed et hunc adiicientes aliis, in quibus illos accipere non licet. Omnino enim legitimis exsistentibus, deinde naturalibus provenientibus, nequaquam ius legitimorum eis adiiciatur, nisi omnino aut per curiam aut per nostras constitutiones, quae dotalium instrumentorum introduxerunt modum. §. 2. Adoptionis autem modum, qui fuit olim quibusdam ante nos imperatoribus super naturalibus putatus non improbus, invenientes secundum paternae constitutionis virtutem, et nos, sicuti dictum est, excludimus, quoniam castitatem non

per] Sic Vind. Mon., deest in Berol.

praedictos] Sic Mon., deest in Vind. Berol. Gr. ἔμπροσθεν εἰρημένων.

haec] Sic Mon. *hc* Berol., sed lineola superius imposita est. Vind. I. Vulgo *hoc*. Gr. ταῦτα.

si] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu voci *solvere* impositum est. Gr. εἰ γάρ.

patriae] Sic Vind., deest in Mon. Berol. I. Potest autem fieri, ut glossae locum habeat.

multo] Sic Vind. Mon. *malo* Berol., sed ex *a* sec. manus litteram *l* efficit.

sub] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a secunda manu lineae impositum est. Gr. εἰς.

potestatem] Sic Mon. *potestate* Vind. Berol. I.

redigere] Sic Mon. Berol. *sub redigere* Vind.

fortem] Sic Berol. *sortem* Vind. Mon. Vulgo. Gr. τύχην.

legislationis] Sic Mon. Berol. Trid. *legislatoris* Vind. Hamb. Port. Cont. *legislatores* I. Ad marg. Contii *al. legislationis. sic enim et in Graeco.* Gr. νομοθεσίας.

NOV. LXXXIX. CAP. XI. §. 1. eligant] Sic Mon. Berol. *eligunt* Vind. Gr. ἕλοιντο.

respuant] Sic Vind. Berol. *respiciant* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. παραιτήσοιντο.

hi] *hii* Vind. Mon. Berol. I.

fieri] Sic Vind. Mon. *filii* Berol., sed sec. manus scripsit *fieri* Gr. γίνεσθαι.

fiant] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem a sec. manu lineae inscriptum est *fiat*, sed circumflexo litterae *a* superius imposito, qua re significatur *fiant*. Deest in I.

haec] Sic Berol. Vind. *hec* Mon. *hoc* Vulgo I. Gr. ταῦτα.

sed et] *sed* Mon. Berol. I., quod etiam Vulgo est. Vind. *et*. Gr. ἀλλὰ καί.

adiicientes] Sic Vind. Berol. *addicientes* Mon. *aditientes* I. Gr. προστιθέντες.

enim] Sic Vind., deest in Mon., ubi tamen a sec. manu priori voci impositum est. Berol. *cum*, sed sec. manus pro eo scripsit *enim*. Gr. γάρ.

provenientibus] Sic Vind. Mon. *pervenientibus* Berol. I. Gr. προγενομένων.

eis] Sic Vind. Mon. *eius* Berol., sed sec. manus scripsit, quod in contextu. Gr. αὐτοῖς.

adiiciatur] *adiciatur* Vind. *adicitur* I. Mon. *adiicitur* Vulgo Berol. Gr. προστεθείη.

aut per curiam] Sic Mon. Berol. *per curiam* Mon. Gr. ἢ διὰ τῆς βουλῆς.

instrumentorum] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed priori voci a sec. manu impositum est *instrumentorum*.

modum] *modus* I.

NOV. LXXXIX. CAP. XI. §. 2. qui] Sic Vind. Mon. *quae* Berol., quod secunda manus correxit *qui*.

quibusdam] Sic Vind. Mon. Berol. *a quibusdam* Vulgo I. Gr. τισί.

imperatoribus] Sic Vind. Berol. *inpribus* Mon., sed litteris *pr* circumflexus superius impositus est.

improbus] Sic Berol. *inprobe* Vind. *inprobet* Mon., unde sec. manus facit *improbus*. Gr. ἀδόκιμος. Quod Vulgo postponitur *absurdum*, in Vind. Mon. Berol. I. deest. Interpres vocem ἄτοπον transsiluisse videtur.

virtutem] Sic Vind. Mon. *servitutem* Berol., sed sec. manus correxit *virtutem*. Gr. δύναμιν.

castitatem] Sic Vind. Berol. *castitatem* Mon., quod secunda manus correxit, ut in cont.

non] Sic Vind. Berol. *e non* Mon.,

perfecte consideravit, et non erit decens, ut, quae bene exclusa sunt, in rempublicam rursus introducantur. Quapropter his a nobis sancitis atque manifestatis, quo conveniat modo ad civitatem romanam legitimorumque ius transire, nihil de successione super talibus est dicendum. Nam sicut in ceteris ab initio legitimis, oportet etiam in eis fieri successiones.

CAP. XII. Discretis igitur et his, qui facti sunt legitimi, et his, qui manserunt naturales, ordinandum est iam etiam de successionibus eorum. Valenti siquidem et Valentiniano et Gratiano divae memoriae primis placuit humanum aliquid agere circa naturales. Et si quidem sit naturalium patri legitima soboles, una uncia eos dignos esse fecerunt, et hac cum sua matre, non donari, neque ex ultima dari voluntate ulterius aliquid permittentes, si vero filii quidem non sint naturales, concubinae vero solummodo, his, qui non habent utique coniugem (his etenim tantum concubinam habentibus est conscriptum), mediam unciam solam donantes. Si vero filiorum legitimorum non sint parentes, et

sed litterae *e* punctum superius impositum est. Pro verbis *non perf.* I. habet *perf. non.*

erit] Sic Vind. Mon. *erat* Berol. Gr. οὐκ ἂν εἴη.

rempublicam] *re publ.* I.

his] *hiis* I.

sancitis] Sic Vind. *sanccitis* Mon. *sanccita s* Berol., sed ultimae litterae *s* lineola superius imposita est, qua re significatur *sancita sunt.* Verum secunda manus correxit *sancitis.* Gr. νομοθετηθέντων.

atque] *et* I.

manifestatis] Sic Mon. *manifestis* Vind. Berol., quod sec. manus correxit *manifestatis.* Gr. φανερῶν γενομένων.

quo] Sic Mon. Berol. *quod* Vind. Gr. ὃν προσήκει τρόπον.

legitimorumque] Sic Mon. *legitimorumq* Vind. *legitimorum quae* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. καὶ γνησιότητα.

ceteris] Sic Vind. Berol. *cetis* Mon., sed ultimae syllabae *is* circumflexus impositus est.

etiam in eis] Sic Mon. *et in eis* Vind. Berol. *etiam in his* Vulgo I. Gr. καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. PR. discretis] Quae abhinc leguntur usque ad syllabas *successioni*, in Vind. non sunt, nisi a secunda manu adscripta.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

facti] Sic Vind. Berol. *sancciti* Mon., sed secunda manus scripsit *facti.* Gr. τῶν τε γενομένων.

legitimi] Sic Mon. Berol. *legitimis* Vind.

et his] Sic Mon. Berol. I. *et iis* Vulgo. Desunt autem haec in Vind. Gr. τῶν τε μεινάντων.

manserunt] Sic Mon. Berol. *manserit* Vind. Gr. μεινάντων.

naturales] Sic Mon. Berol. *natales* Vind. Gr. νόθων.

memoriae] Sic Mon. Berol. *memoec* Vind., sed secundae litterae *e* circumflexus impositus est. Gr. λήξεως.

aliquid] *aliquod* I.

hac] Sic Vind. Mon. Berol. *hanc* I. Vulgo. Gr. ταύτης, quod ad vocem οὐγκίας referatur.

voluntate] Sic Vind. Berol. *volintate* Mon. Pro verbis *dari voluntate* I. habet *voluntate dari.*

filii] deest in I.

sint] Sic Mon. Berol. *sunt* Vind. Gr. εἶεν.

concubinae] Sic Vind. Mon. I. *concubine* Berol. *concubina* Vulgo. Interpres videtur habuisse παλλακαὶ — μόναι.

his] Sic Vind. Berol. *hnt i his* Mon., sed litteris *hnti* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo I. *scilicet.*

coniugem] Sic Vind. Mon. *coniunge* Berol., circumflexo ultimae litterae imposito; secunda manus secundae litterae *n* puncta subiecit. Gr. γαμετήν.

habent] Sic Vind. Mon. Berol. I. *habeant* Vulgo.

his etenim] Sic Vind. Berol. *hoc etenim* I. *hoc et hoc enim* Mon., sed priori voci *hoc* puncta inferius subiecta sunt.

habentibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *habere* Vulgo.

conscriptum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *concessum* Vulgo. Pro ἐπιτέτραπται interpres videtur habuisse ἐπιγέγραπται.

unciam] Sic Vind. Mon. *untiam* Berol.

filiorum legitimorum] Sic Vind. Mon. *legitimorum filiorum* Berol. I. Gr. παίδων γνησίων.

sint] Sic Mon. Berol. *sunt* Vind.

et neque] Sic Mon. Berol. Priorem vocem *et* Vind. non habet. An scribendum *sed neque?* Gr. ἀλλ' οὐδέ.

neque patrem et matrem habeant, usque ad tres uncias relinquere eis aut donare permissi sunt, et haec cum matre, et si quolibet modo acceperint aliquid, in hoc reputari solummodo, quod autem plus est, ad eos, qui vocantur ex lege, venire, hoc quod Theodosii senioris filii, licet non perfecte, sanciverunt. §. 1. Nos igitur, etsi prius humana usi lege, pro tribus unciis sex uncias eis, filiis legitimis non exstantibus, per patrum munificentiam dedimus, sed tamen ex his, quae subinde proveniunt, causis perfectius simul clementiusque considerantes, praesentem ponimus legem. Plurima utique sunt et prius commissa, et in nostris temporibus delinquuntur, et ideo ab impietate homines liberamus. Quidam enim non habentes licentiam quantum volunt suis naturalibus filiis relinquendi, eligunt quasi viros, et scribunt heredes, quatenus restituant filiis; at illi aut ex hoc impie agunt et praevaricantur voluntatem scribentium, aut, quod omnium levissimum putant, peierant, et tacemus ea, quae tradita sunt ex memoria nobis in personis gloriosis talia delinquentibus priscis temporibus. §. 2.

et matrem] Sic Vind. Mon. I. *neque matrem* Berol. Vulgo. Pro ἤ interpres καὶ videtur habuisse.

habeant] Sic Mon. *hat* Berol., sed litterae *h* punctum supra impositum est. Vind. *habent*. Gr. ἔχοιεν.

uncias] Sic Vind. Mon. Berol. *untias* I., deest Vulgo. Gr. τριουγκίου.

relinq. eis] *eis relinquere* I.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. I. Interpres videtur habuisse ταῦτα.

et si] Sic Vind. Mon. *si* Berol., sed supra hanc vocem a secunda manu scriptum est *et hoc*, sed ultimam vocem posterior manus delevit. Gr. καὶ εἰ.

acceperint] Sic Mon. Berol. *acceperit* Vind. Gr. λάβοιέν τι.

reputari] Sic Mon. Berol. *reputati* Vind. Gr. συναιρεῖσθαι.

filii] Sic Vind. Mon. *filiis* Berol. Gr. παῖδες.

sanciverunt] Sic Vind. Berol. *sancierunt* I. *sanciver* Mon., sed ultimis litteris lineola superius imposita est.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 1. prius humana] *humana prius* I.

usi] Sic Mon. *u* Vind., sed superius littera *i* scripta est, quam rem sec. m. delevit totam. Deest in Berol., sed supra lineam scriptum est *usi*. Gr. χρησάμενοι.

munificentiam] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *magnificentiam* Port. Gr. φιλοτιμίαν.

tamen] Sic Vind. Mon. I. *tantum* Berol., quod secunda manus correxit *tamen*. Vulgo *nunc*. Os. scribi vult *iam*.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

quae] Sic Vind. Mon. *que* Berol.

causis] Sic Berol. *causas* Vind. Mon.

clementiusque] Sic Vind. Mon. *clementius* Berol., sed supra *cl* a secunda manu scriptum est *et*. Gr. καὶ φιλανθρωπότερον.

plurima] Sic Vind. Mon. *plurime* Berol., sed secunda manus scripsit *plurima*. Gr. πολλά.

utique] *itaque* Trid., sed reliqui habent, ut in cont. Gr. γοῦν.

commissa] Sic Vind. *comissas* Berol., sed ultimae litterae *s* punctum subiectum est. Mon. *commisse*. Gr. ἁμαρτηθέντα.

in nostris] Sic Vind. Mon. I. *nostris* Berol. Gr. ἐπὶ τῶν ἡμετέρων.

delinquuntur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *delicta quae correctione dignamur* Vulgo. Gr. πλημμελούμενα. Verba *quae correctione dignamur* in I. desunt.

impietate] Sic Vind. Berol. *inpietate* Mon.

liberamus] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem litterae *a* inscriptum est *vi*. Gr. ἀπαλλάττομεν.

heredes] Sic Vind. *quasi heredes* Mon. Berol. Gr. γράφουσι κληρονόμους.

at illi] Sic Vind. Mon. *illi autem* Berol. Gr. οἱ δέ.

aut] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a secunda manu supra lineam scriptum est *aut*. Gr. ἢ αὐτόθεν.

peierant] Sic Mon., sed a sec. manu. *peant* Berol., sed supra litteras *ea* a sec. manu circumflexus impositus est; sec. manus correxit *peierant*. In Vind. est *peierant*, sed sec. manus correxit *perierant*. I. *deierant*. Gr. ἐπιορκοῦσι.

tacemus] Sic Vind. Berol. *tracemus* Mon., sed litterae *r* puncta inferius subscripta sunt. Gr. σιγῶμεν.

gloriosis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *gloriosissimis* Vulgo. Gr. ἐνδόξων.

Ne igitur semper tale fieri delictum sinamus, neque quod agere licet in extraneis et ignotis, hoc in propriis naturalibus filiis homines agere prohibeamus, propterea praesenti lege sancimus, ut si quidem quispiam habuerit filios legitimos, non possit filiis eorumque matri ultra unam relinquere unciam aut donare naturalibus aut concubinae (hoc enim proprium prioris iudicamus esse constitutionis), sed etiam si quid amplius dare tentaverit quolibet modo, hoc filiorum fieri legitimorum; et vel si filii non sint, concubina vero solummodo, huic mediam unciam relinqui aut donari concedimus. §. 3. Si vero filios non habuerit quispiam legitimos aut quemquam ascendentium, quibus necessitas est legis relinquere partem propriae substantiae competentem, testatori licentia sit etiam in duodecim uncias scribere filios naturales heredes, et dividere inter eos quocunque voluerint modo res, et per donationes aut simplices aut antenuptiales aut per dotes aut per alium quemlibet modum legitimum suas in illos substantias transponere. Sic enim nequaquam egebunt quibusdam ad impietatem aut periurium praeparatis, sed ex ipso suam disponent pure sententiam. Si vero habuerint hi, quos praedixi-

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 2. fieri delictum] *delictum fieri* I.

neque] Sic Mon. *nec* Vind. *ne* Berol. Gr. μηδὲ ὅ.

hoc] *hoc et* I.

naturalibus filiis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *filiis naturalibus* Vulgo. Gr. φυσικῶν παίδων.

prohibeamus] Sic Vind. Mon. *proibeamus* Berol.

praesenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praesente* Vulgo.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

ut] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ὥστε.

unciam] Sic Vind. Mon. *untiam* Berol.

iudicamus] Sic Vind. Berol. *iudicavimus* Vulgo. Gr. ἡγούμεθα.

constitutionis] Sic Vind. Berol. *constitutiones* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. διατάξεως.

etiam] Sic Vind. Berol. I. *et* Mon., quod etiam Vulgo est.

tentaverit] *temptaverit* Vind. Mon. Berol. I.

filiorum fieri] Sic Mon. *filiorum* Vind. Berol. *fieri filiorum* I. Vulgo. Gr. τῶν παίδων γίνεσθαι.

et vel si] Sic Vind. Mon. *vel si* Berol., quod etiam Vulgo est. — I. *et si vel.*

sint] Sic Vind. Berol. *sunt* Mon. Gr. εἶεν.

concubina] Sic Vind. Berol. *concubinas* Mon., sed secunda manus lineae puncta superius imposuit.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 3. non hab. quispiam] *quispiam non habuerit* I.

quemquam] Sic Mon. Berol. I. *quempiam* Vind. *quendam* Vulgo.

partem] Sic Vind. Berol. *patrem* Mon., sed sec. m. scripsit *partem*. Gr. μέρος.

testatori] Sic Vind. Mon. *testatoris* Berol. Verba τοὺς διατιθεμένους interpres non ad superiora traxit, sed ad haec, quae sequuntur, ut comma antea, non postea apponendum sit.

duodecim] Sic Vind. Berol. *decim* Mon., sed secunda manus supra lineam inscripsit vocem *duo*.

dividere] *dividere res* I.

voluerint] Sic Vind. Mon. *voluerit* Berol., quod sane etiam Vulgo est. Gr. βούλωνται.

et per] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *et aut per* Vulgo. Gr. καὶ ἢ κατά.

aut simplices] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *aut per simplices* Vind. Interpres in Graecis videtur habuisse δωρεὰς ἢ ἁπλᾶς.

alium quemlibet] Sic Mon. Berol. *quemlibet et alium* Vind. Gr. καθ' ἕτερον οἱονδήποτε.

suas] Sic Vind. Berol. *suos* Mon.

illos] Sic Vind. Berol. *illo* Mon. *illas* I. Gr. εἰς ἐκείνους.

quibusdam] Sic Mon. Berol. *quibus* Vind., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *i. aliquibus*. Gr. τινῶν.

periurium] Sic Vind. Mon. *periurum* Berol. Gr. ἐπιορκίαν.

sed ex ipso] Sic Mon. *ex ipso* Berol., sed supra litteras *ex* a priore manu *et* positum est. Vind. *sed et ex ipso*. Gr. ἀλλ' αὐτόθεν.

disponent] Sic Mon. Berol. *disponant* Vind. *pure disponent* I. Gr. διαθήσουσι.

pure] Sic Vind. Mon. *puram* Berol., deest in I. Gr. καθαρῶς.

habuerint] Sic Mon. Vind. *non habuerint* Berol. Gr. ἔχοιέν τινας.

hi, quos] *in quos* Vind. Mon., in quo quidem priori voci *in* puncta inferius

mus, aliquos ascendentium, legitimam eis relinquant partem, quam lex et nos constituimus, reliquam vero totam in naturales filios habeant relinquendi licentiam. Et haec dicimus super his, qui in scriptis et legitimis voluntatibus disponunt suam sententiam. §. 4. Si quis autem defunctus fuerit legitima ei omnino sobole non exstante (filiorum dicimus, aut nepotum, vel deinceps successionis), neque legitima coniuge, deinde moriatur non disponens de substantia, et veniat cognatio forsan, aut etiam manumissor, utpote bonorum possessionem movens et insurgens, aut etiam nostrum aerarium (nam nec illi quantum ad hoc parcimus), sit autem ei, donec vixerit, libera mulier in schemate concubinae sociata, et filii ex ea (talibus enim solummodo haec sancimus, ubi omnino indubitatus est et concubinae in domo affectus, et filiorum ibidem proles et alimentum), damus eis et intestatis parentibus defunctis duas paternae substantiae uncias habere, cum matre partiendas, quanticunque fuerint filii, ut unius filii portionem et mater accipiat. Et haec dicimus, si uni concubinae societur, ac filios ex illa habeat aut etiam praedecedente concubina, morte forsan aut separatione, filii ei domi

subiecta, supraque lineam adscripta sunt *hii*. Berol. *quos*, sed superius a secunda manu scriptum est *hii*.
relinquant] Sic Vind. Mon. *relinqt* Berol., sed secunda manus circumflexum imposuit. Gr. καταλιμπανέτωσαν.
totam] Sic Mon. Berol. *totum* Vind. Gr. τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν.
habeant] Sic Mon. Berol. *hnt* Vind., sed lineola superius imposita est. Gr. ἐχέτωσαν.
haec] Sic Mon. *hoc* Vind. Berol. I. Gr. ταῦτα.
his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.
in] deest in I.
voluntatibus] Sic Mon. Berol. *voluptatibus* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. νομίμοις βουλήσεσιν.
sententiam] Sic Mon. Berol. *sentiam* Vind., sed supra syllabas *en* sec. manus circumflexum posuit. Vulgo I. *substantiam*. Gr. γνώμην.
NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 4. omnino sobole] Sic Vind. Berol. *sobole omnino* Vulgo I. Gr. παντελῶς γονῆς.
exstante] Sic Vind. *extante* Mon. *exhibtante* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. ὑπούσης.
aut] *autem* I.
substantia] Sic Berol. *substantia sua* Vind. I. *sua substantia* Mon. In Graecis tantummodo est τὴν οὐσίαν.
possessionem] Sic Vind. Berol. *possessionum* I. *possesionei* Mon., sed sec. manus litterae penultimae *e* lineolam superius imposuit, ultimaeque litterae *i* punctum subiecit.
aerarium] *errarium* Vind. Mon. Berol.
nec] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *nec*. Gr. οὐδέ.
sit] Sic Berol. *si* Vind. Mon. Gr. εἴη δέ.

vixerit] Sic Vind. Berol. *ipse vixerit* Mon., quod Graecis non firmatur.
schemate] Sic Vind. Mon. *scemate* Berol. I.
concubinae] Sic Vind. Mon., sed inde ab hac voce usque ad verba *et haec dicimus, si uni concubi* quae sunt, in Berol. a secunda manu scripta sunt.
sociata] Sic Mon. Berol. *sotiata* Vind.
haec] Sic Berol. Mon., in quo quidem supra lineam adscriptum est totum. Vind. *hec*. I. *hoc*. Gr. ταῦτα.
sancimus] Sic Mon. Berol. *sanctimus* Vind.
alimentum] *alimenta* I.
uncias] Sic Vind. Mon. *untias* Berol.
fuerint filii] Sic Vind. Mon. *filii fuerint* Berol. Gr. εἶεν οἱ παῖδες.
ut unius] Sic Vind. Berol. *auunius* Mon., sed prioribus duabus litteris puncta imposita litteraeque *a* punctum inferius subiectum est. Gr. ὥστε ἑνός.
et mater] Sic Vind. Mon. Berol. I. Prior vox *et* Vulgo desideratur. Gr. τὴν μητέρα.
haec] Sic Vind. *hec* Mon. Berol. *hoc* I.
concubinae] *concubi uni concubinae* Berol., sed prioribus duabus vocibus puncta inferius subiecta sunt.
ac filios] Sic Vind. Mon. Berol. *aut filios* Hamb. Trid. Port. Gr. καὶ παῖδας.
illa] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ea* Vulgo. Gr. ἐξ ἐκείνης.
etiam] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. καί.
praedecedente] Sic Vind. *praediscedente* Hamb. I. *praecedente* Trid. Port. *praedescendente* Mon. Berol., quod sec. manus correxit, ut in cont. Gr. προαπελθούσης.
forsan] Sic Vind. Mon. *forte* Berol.
separatione] Sic Vind. Berol. *etiam separatione* Mon. Gr. ἢ χωρισμῷ.

sint; tunc enim damus eis ab intestato ad duarum unciarum vocationem §. 5. Si vero effusa concupiscentia ei fuerit, et alias super alias introduxerit priori concubinas, et multitudinem habuerit mulierum fornicantium (sic enim dicere melius est), et ex eis filios habens moriatur, multas simul deserens concubinas, odibilis quidem est iste talis, procul autem hac lege modis omnibus cum talibus filiis et concubinis excludatur. Sicut enim si quis legitimae copulatur uxori, alias superinducere non poterit matrimonio consistente et ex his legitimos procreare, ita neque post agnitam, quo diximus modo, concubinam et ex illa filios dabimus, si etiam aliquod opus libidinis aliud fecerit, etiam hoc ad successionem eius introduci, si mortuus fuerit intestatus. Nam si non hoc sanciverimus, indiscreta quidem erunt, quae mulierum sunt, quam potius aut quam minus amaverit, indiscreta quidem quae filiorum, et nos non damus luxuriantibus, sed pudicis legem. Non autem differentiam facimus de filiis, sive masculis, sive sint feminae. Sicut enim natura nihil circa talia tractat, sic neque nos aliam in masculis et aliam in feminis secundum hoc ponimus legem. §. 6. Oportet enim per omnem viam

duarum unciarum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *duas uncias* Vulgo.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 5. alias super alias] Sic Berol. Hamb. Trid. *et super alias* Mon. *alias priori* I. Voces *super alias* apud Port. non sunt. Gr. ἄλλας ἐπ' ἄλλαις.

introduxerit] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. *superintroduxerit* Port. *superinduxerit* Vulgo I. Gr. ἐπεισαγάγοι.

priori] deest in I.

habuerit] Sic Vind. Mon. *habuit* Berol. Gr. ἔχοι.

quidem est] *est quidem* I.

procul autem] Sic Vind. Mon. Berol., in quo litterae *l* et *a* a secunda manu scriptae sunt.

hac] Sic Mon. *ac* Vind. Berol. Gr. πόρρω τοῦ νόμου.

sicut] Sic Vind. Berol. *si quis* Mon. Gr. ὥσπερ.

si quis] Sic Vind. Berol. *sic* Mon., sed lineola imposita, qua re significatur *sicut*.

legitimae] *legitime* Berol.

copulatur] Sic Mon. Berol. *copuletur* I. *compulatur* Vind. Gr. συνοικοίη.

poterit] Sic Vind. Mon. *potuit* Berol. I. Gr. οὐκ ἂν δύναιτο.

consistente] Sic Vind. Berol. *constante* I. *consistere* Mon., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. συνεστῶτος.

neque] *enim* I.

quo] Sic Mon. *quod* Vind. Berol. Gr. καθ' ὅν.

fecerit] *fecit* I.

fuerit] Sic Vind. *est fuerit* Mon., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt. In Berol. non est.

non hoc] Sic Mon. Berol. *hoc non* Vind. Vulgo I. Gr. μὴ τοῦτο.

sanciverimus] Sic Vind. Mon. *sancciverimus* Vulgo.

mulierum] *mulieris* I.

sunt] Sic Vind. Mon. Berol., in quo a secunda manu deletum est.

amaverit] Sic Berol. *amaverint* Vind. *au qua* Mon., sed ultimae litterae *a* lineola superius imposita est, quo deleto sec. manus correxit *amaverit*. Gr. ἐρᾷ.

indiscreta] Sic Vind. Mon. *indiscreti* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. ἀδιάκριτα.

quidem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *autem et* Vulgo. An pro δὲ interpres habuit γε?

quae] *q* Berol., sed lineola superius imposita, prima manus totam rem puncto subiecto notavit.

filiorum] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem ultimae tres litterae punctis subiectis notatae sunt. Gr. τῶν παίδων. Quod Vulgo subiicitur *sunt*, in Vind. Mon. I. non legitur, nec sane Graecis firmatur.

nos non] Sic Vind. *non* Mon. Berol., in quo quidem a secunda manu lineae vox *nos* imposita est. Gr. ἡμεῖς οὐ.

sed] *set* Vind. Mon. Berol.

facimus] Sic Mon. Berol. *sanctimus* Vind.

masculis] Sic Vind. *masculi* Mon. Berol. I. *masculi sint* Vulgo.

sive sint] Sic Vind. *seu sint* Berol. Mon. *sive* Vulgo I.

feminae] *femine sint* I.

sicut] *si* I.

neque] Sic Vind. Mon. Berol. I. *nec* Vulgo.

aliam] In Vind. verba *aliam in masculis* propter homoeoteleuton desunt.

et aliam] *aliam* I.

NOV. LXXXIX. CAP. XII. §. 6. oportet] Quod Vulgo antea est *si quis autem*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. non est.

subtilitatem simulque pietatem transire. Si quis igitur habens filios legitimos, relinquat et naturales, ab intestato quidem nihil eis exsistere omnino volumus, pasci vero naturales a legitimis sancimus, ut decet eos secundum substantiae mensuram a bono viro arbitratam, quod videlicet apud nostras leges viri boni arbitratu dicitur; hoc ipso custodiendo, vel si coniugem quidem habet, filios autem naturales et ex defuncta concubina sibi natos, et illi aluntur ab eius successoribus. De nepotibus enim naturalibus, quae iam a nobis specialiter etiam de ipsis disposita sunt, obtineant.

CAP. XIII. In quibus enim casibus naturales filios vocavimus ad successionem, in his quoque et ipsi decentem naturalibus patribus devotionem servent, eademque mensura, sicut parentes prospiciunt naturalibus filiis secundum nostram legem, et ipsi parentibus compensent sive in successionibus sive in alimentis, sicut superius sancivimus.

CAP. XIV. Quoniam vero et dudum in quibusdam constitutionibus dictum est, oportere, in quibus patres donant filiis aut relinquant, in his

subtilitatem] Sic Vind. Mon. I. Cont. *subtilitatem* Berol., sed priori litterae *l* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo *subtilitatis*, ex Contii videlicet coniectura. Interpres videtur habuisse *ἀκρίβειαν*.

pietatem] Sic Vind. Mon. Berol. I. Cont. *pietatis* Vulgo, ex Contii coniectura. Interpres videtur habuisse *εὐσέβειαν*. Contius ad marg.: *legendum subtilitatis simulque pietatis transire.*

si quis igitur] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I., quae Vulgo desiderantur. Manifesto interpres verba *εἰ μέντοι* in superioribus non habuit, sed hoc loco post *ἐλθεῖν* legit.

quidem] Sic Mon. Berol., deest in Vind.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

arbitratam] Sic Vind. Mon. I. *arbitra* Berol., sed litteris *t* et *a* circumflexi impositi sunt. Verum secunda manus litterae *t* aliam litteram *t* superius imposuit. Gr. *δοκιμαζόμενον*.

hoc ipso] *et hoc ipso* I.

autem] Sic Berol. *aut* Vind. Mon., in quo quidem litterae *em* a secunda manu adiectae sunt. Gr. *δέ*.

et ex] Sic Vind. Mon. Berol. Prior vox *et* Vulgo et in I. non legitur. An pro *ἐκ τῆς* interpres legit *ἔκ τε τῆς*?

def. conc.] Sic Vind. Berol., sed in Mon. verborum ordo inversus est *conc. def.*, quod Graecis non firmatur.

et illi] Quod Vulgo autem appositum est *ut*, in Vind. Mon. Berol. I. non legitur. Interpres *ὥστε* non videtur habuisse in contextu.

aluntur] Sic Vind. Hamb. Trid. I. Mon. Berol., in quo priori litterae *u* circumflexus impositus est, quem iam prima manus delevit. Vulgo *alantur*.

eius] Sic Vind. Berol. *ei* Mon. Gr. *αὐτοῦ*.

successoribus] Sic Vind. Berol. *successionibus* Mon., quod secunda manus correxit, ut in cont.

nepotibus] Sic Vind. Berol. *propulibus* Mon., sed secunda manus correxit *nepotibus*. Gr. *ἐκγόνων*.

enim] Sic Vind. Mon. *aut enim* Berol., sed priori voci *aut* puncta inferius subiecta sunt, quae quidem nec Graecis firmatur.

posita] Sic Mon. Berol. *disposita* Vulgo.

obtineant] Sic Mon. Berol. *optineant* I. *optine* Vind., sed spatium, tribus fere litteris quod sufficere queat, postea vacuum relictum est.

NOV. LXXXIX. CAP. XIII. enim] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. I. *tamen* Hamb. *autem* Vulgo.

vocavimus] Sic Mon. Berol. *vocaverimus* Vind. Gr. *ἐκαλέσαμεν*.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

ipsi] Sic Vind. Berol. *ipsis* Mon., sed litterae *p* lineola superius imposita est. Gr. *αὐτοί*.

decentem] Sic Vind. Mon. *decedentem* Berol., sed ut litteris *de* mediis puncta inferiu a secunda manu subiecta sint. Gr. *πρέπουσαν*.

naturalibus] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu lineae haec vox imposita est. Gr. *φυσικοῖς*.

eademque] *et eadem* I.

sive] Sic Mon. Berol. *seu* Vind. I.

sancivimus] Sic Mon. *sanccivimus* Berol. *sanctimus* Vind. Gr. *νενομοθετήκαμεν*.

NOV. LXXXIX. CAP. XIV. donant] Sic Vind. Mon. *donavit* Berol., sed sec. m. scripsit, ut in cont.

filiis] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. *παισίν*.

relinquant] Sic Vind. Mon. Berol. *relinquunt* Vulgo.

his] *hiis* I.

etiam curatores eis praebere, confirmandos tamen, hoc ratum esse etiam nunc ponimus, dantes et matri, secundum quod iam de his dispositum est, et naturalium tutelam agere filiorum, omnia agenti, quaecunque in legitimis definita sunt filiis.

CAP. XV. Ultima siquidem nos pars legis exspectat, ut ipsa competentem suscipiat ordinem, et enumeremus, qui neque ipso naturalium nomine digni sunt. Primum quidem omnis, qui ex complexibus (non enim vocabimus nuptias) aut nefariis aut incestis aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominetur, neque alendus est a parentibus, neque habebit quoddam ad praesentem legem participium. Unde Constantino piae memoriae in constitutione ad Gregorium scripta quaedam de talibus dicta sunt filiis, haec non respicimus, quoniam et non utendo peremta est. Phoenicarchorum enim et Syriarchorum et magistratuum et insignium meminit et clarissimorum et neque naturales esse vult ex his procedentes, amovens eis etiam imperialis munificentiae mansuetudinem. Quam videlicet constitutionem et omnino perimimus. §. 1.

tamen] Sic Vind. Mon. *tantum* Berol. Gr. μέντοι.

hoc] Sic Mon. Berol. *et hoc* Vind., quod Graecis repugnat.

nunc ponimus] Sic Vind. Mon. *inco-ponimus* Berol., sed priori litterae *o* lineola superius imposita est; sec. manus correxit *nunc ponimus*. Gr. νῦν τίθεμεν.

his] Sic Berol. *hisdem* Vind. Mon. *eis* I. Gr. τούτων. An dicendum interpreti ob oculos fuisse τῶν αὐτῶν?

dispositum] Sic Vind. Mon. *depositum* Berol., sed litterae priori *d* a secunda manu punctum subiectum est; sec. manus correxit *dispositum*. Gr. διατεταγμένων.

NOV. LXXXIX. CAP. XV. PR. ut ipsa] *ut et ipsa* I.

competentem] Sic Vind. Mon. *compete* Berol., sed ultimae litterae *e* circumflexus impositus est, itemque syllabae *pe* sec. manus inscripsit *te*. Gr. τὴν προσήκουσαν.

qui neque] Sic Mon. Berol. *quicunque* Vind., unde secunda manus correxit *qui neque*. Gr. τίνες οὐδέ.

omnis] Sic Vind. Mon. *omnes* I. *ois* Berol., sed lineola superius imposita; sec. manus correxit *omnes*. Gr. πᾶς.

enim] Vulgo postea legitur *hoc*, quod in Mon. et I. est, deest in Vind. Berol., ut in Berol. supra lineam adscriptum sit. Graecis sane non firmatur.

vocabimus] *vocavimus* Vind. Mon. I. Berol., in quo secunda manus litteris *vi* puncta subposuit. Vulgo *vocamus*. Gr. καλέσομεν.

processerit] Sic Vind. Mon. *processerint* Berol. Gr. προελθών.

nominetur] Sic Vind. *nominatur* Mon. Berol. I. *nominabitur* Vulgo.

est] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ἀποτραφήσεται.

a parentibus] Sic Mon. Berol. *apparentibus* Vind. Gr. παρὰ τῶν γονέων.

quoddam] *quiddam* I.

legem] Sic Vind. Mon., deest in Berol., ubi tamen manus quaedam decimi sexti fere saeculi vocem *legem* lineae imposuit. Gr. νόμον.

unde] Post hanc vocem Vulgo interponitur *etsi*, in Berol. *autem*, Hamb. Trid. Port. I. *certa*, quod quidem in Vind. Mon. non est, ideoque glossam esse crediderim. Contius *etsi certa*. Os. coniicit *certe*, quod Graecis non firmatur.

Const.] Quod Vulgo et in I. antea est *a*, in Vind. Berol. non legitur, deest in Mon., nec sane Graecis firmatur.

in const.] *const.* I.

de talibus] Sic Vind. Berol. *dotalibus* Mon., quod sec. manus correxit *de talibus*. Gr. περὶ τοιούτων.

sunt] Sic Vind. Mon. *sint* Berol.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. *sed haec* Hamb. Trid. *sed hoc* I. *sed hanc* Port. Gr. ταῦτα.

respicimus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *recipimus* Vulgo.

Phoenicarchorum] *Phenicarphorum* Vind. *Phenicartorum* Mon. *Phenicathorum* Berol. *Phenicatorum* I.

enim] deest in Berol., est in Vind. Mon. *etenim* I. Gr. γάρ.

Syriarchorum] *Siriarchorum* Mon. Berol. *Siriathorum* Vind. *Siriacorum* I.

et neque] Sic Mon. Berol. *neque* Vind. Gr. καὶ οὐδέ.

his] *hiis* I.

amovens] *ammovens* I.

eis etiam] *etiam eis* I.

et] Sic Mon. Vind., in quo quidem supra lineam lineola imposita est, deest in Berol. Vulgo. Gr. καί.

omnino] *etiam omnino* I.

Haec a nobis sancita sint, et nulla penitus ignorantia nostrarum erit legum, nec qui sunt legitimi, qui vero naturales, nec quomodo eis legitima iura dantur, aut quomodo etiam naturales permanentes promereantur humanitatem, et quomodo etiam ipsi competenter honorati sunt, ab eorum, qui neque naturales digni sunt, communione segregati.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis, et ad hominum medelam atque naturae supplementum per hanc legem decreta sunt, tua sublimitas faciat omnibus manifesta programmatibus positis, per quae omnibus lex erit aperta, cognoscentibus, quomodo in talibus conversentur, et nostram considerantibus providentiam, qui omni aliae occupationi eorum praeponimus utilitatem. *Dat. Kal. Sept. CP. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII. Apione cons.* (539.)

XC.

GLOSS.

DE TESTIBUS.

Idem aug. Iohanni p. p. secundo.

NOV. LXXXIX. CAP. XV. §. 1. sancita] Sic Vind. *saccita* Mon. *sanccita* Berol.

sint] Sic Mon. Berol. *sunt* Vind. I. Gr. γενομοθετήσθω.

nulla] Sic Vind. Mon. Berol. I. *nulli* Vulgo. Pro οὐδενὶ interpres videtur habuisse οὐδεμία.

sunt] *sint* I.

eis leg. iura] Sic Vind. Berol. *leg. iura eis* Mon. Gr. αὐτοῖς τὰ περὶ τῆς γνησ.

permanentes] Haec vox et reliqua, quae usque ad vocem *dici* leguntur, in Berol. sine lacunae suspicione exciderunt.

humanitatem] In Vind. posthaec in linea adiecta sunt: *et quomo ipi competentur humanitatem*, quae sec. m. delevit.

etiam ipsi] Sic Mon. Berol., prior vox deest in Vind. Gr. καὶ αὐτοί.

competenter] Sic Mon. Berol. *competentur* Vind., sed supra litteram *u* sec. manus imposuit litteram *e*. Gr. προσηκόντως.

digni] Sic Berol. Mon. I. *dici* Vind. *dicidigni* Vulgo, quod sane Graecis non firmatur.

communione] Sic Mon. Berol. *quneioe* Vind., sed ultimis tribus litteris lineola superius imposita est, litteraeque *o* sec. manus litteras *io* imposuit. Gr. κοινωνίας.

NOV. LXXXIX. EPIL. et] Sic Mon., deest in Vind. Berol. Gr. καί.

hominum] Sic Vind. Mon. *omnium* Berol. Gr. ἀνθρώπων.

decreta] Sic Mon. Berol. *declarata* Vind. I. Gr. διορισθέντα.

faciat omnibus] *omnibus faciat* I.

programmatibus] Sic Mon. Berol. *progrematibus* Vind.

positis] Sic Vind. *propositis* Mon. Berol. I. Vulgo. Gr. τιθεμένων.

omnibus — aperta] Sic Vind., nisi quod *aperte* habet. Vind. *lex erit apertae omnibus*, Berol. *lex erit aperta omnibus*. Gr. ἅπασιν ὁ νόμος ἔσται σαφής.

considerantibus] Sic Vind. Mon. *consideravimus* Berol. Gr. ἐννοοῦσι.

aliae] Sic Vind. Berol. *alii* Mon. Vulgo. *alie* I.

Dat.] *data* Vind. *datum* Vulgo. In Mon. Berol. Bamb. D. I. 1. Pist. tota subscriptio desideratur. Pars subscriptionis est in Bamb. D. II. 11.

Kal.] *kl.* Vind. Bamb. D. II. 11., sed ultimae litterae circumflexus traiectus est.

Sept.] Sic Vind. *Septemb.* Vulgo.

CP.] *Constantinopol.* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. *Constantinopolis* Bamb. D. II. 11.

imp.] *imperante* Vind.

DN.] *donno* Vind.

Iustiniani] *Iustiniano* Vind.

XIII.] *XII.* Vind. Cont., qui ad marginem *al. XV.*

Apione] *Apice* Vind., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Quod Vulgo postea subiicitur *V. C.*, in Vind. non est.

cons.] *consule* Vind.

NOV. XC. XC.] deest in Vind. Mon. Berol. I.

de testibus] Antea in Mon. *R/.* positum est; in Vind. Mon. Berol. ultimae voci subiicitur *R/.*, in I. *Rubrica.* Ad marg. Mon. Berol. scriptum est *con. II.*

idem aug.] *id. a.* Pist. Neob. Berol. ..*d*, *a* Mon. *id. aug.* Vind. *imperator Iustinianus aug.* Vulgo. *idem* I.

Iohanni] *Iohi* Vind. Mon. Pist. Neob. Berol. *Ioanni* Vulgo. *Ioh.* I.

p. p. secundo] *ppro* Vind. *pp. scdo* Mon. Berol. *ppo so* Pist. Neob. *ppo* I. *gloriosissimo praetoriorum Orientis praefecto iterum exconsuli ordinario et patricio* Vulgo.

PRAEFATIO. Testium propter probationes utilitas adinventa quidem est dudum, ne quid lateat facile actorum, et calliditate plurima hominum adveniente animas, periclitetur migrare in contrarium ordo causae. Non enim ut patefiant, quae gesta sunt, testantur plurimi, sed quatenus adhuc amplius occultentur. Nam alia quidem scientes, alia vero pronuntiantes, aut quae non sunt dicentes, hoc ipso confitentur, quia ea, quae vere fiunt, neque volunt patefieri, neque secundum ea proferri iudicia, sed quae nunquam facta sunt, haec et pronunciant, et ad iudicium deduci quaerunt. Omnino itaque perimere testimonia usui rerum incautum est, plurimis exsistentibus, quae non aliter patefiunt, nisi testibus pronunciantibus, licere autem omnibus, etiam valde vilissimis, testimonium perhibere, et ante nos prohibuerunt legislatores, scilicet multas exceptiones facientes, et plurimos excludentes etiam ipso testium nomine vel schemate. Quia vero neque post has prohibitiones adhuc purum testium opus, aestimavimus oportere et nos adiicere aliquid causae subtilitati, et falsa testimonia quantum est possibile mino-

NOV. XC. PRAEF. est dudum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dudum est* Vulgo, quod quidem Graecorum collocatione non firmatur.

ne] Sic Vind. Berol. *n* Mon., sed supra hanc litteram a secunda manu littera *e* superius posita est. Gr. διὰ τό.

et] Sic tres mei codd. et I., sed Vulgo *at*. Pro δὲ interpres τε legisse videtur.

calliditate] *caliditate* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont.

hominum] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem secunda manus litteram *h* delevit. Gr. ἀνθρωπίναις.

adveniente] *adinveniente* Vind. Mon. Berol. Gr. ἐπιγενομένης. Itaque illam, quam repudiavi, lectionem credo esse correctionem aliquam serioris aetatis, cum quis vocem *plurima* pro neutro genere pluralis numeri habendam censeret.

animas] Sic Vind. Mon. Berol. I. *animis* Vulgo.

periclitetur] Sic Vind. Mon. Berol. *periclitatur* I. Vulgo.

patefiant] Sic Vind. *petefiant* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. Berol. *patefaciant*, sed ex littera o sec. manus facit *a*. Gr. φανείη.

ipso] Sic Mon. Berol. *ipsum* Vind. Gr. αὐτόθεν.

confitentur] Sic Vind. Mon. *confitentes* Berol., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. ὁμολογοῦσιν.

fiunt] Sic Vind. Mon. Hamb. I. *fit* Berol., sed circumflexus superius impositus est. Trid. *sunt*, Port. Vulgo *sciunt*. Gr. γενόμενα.

proferri] Sic Vind. Mon. *profiteri* Berol. Gr. προιέναι.

iudicia sed quae] Sic Vind. Mon., desunt in Berol., in quo quidem a secunda manu in cont. adscripta sunt. I. *iudicio sed quae*. Gr. τὰς κρίσεις ἀλλὰ τά.

haec et] Sic Vind. Mon. *haec* Berol., desunt in I. Gr. ταῦτα καί.

usui] Sic Contius. *u* Mon. Vind. Berol., sed littera *i* superius imposita, qua re significari videtur *ubi*. I. *ubi*. Contius ad marg. *antea perperam legebatur ubi*. Gr. τῇ χρήσει.

licere] Sic etiam Contius, qui ad marg. adnotavit *alias permittere*.

omnibus] Sic Mon. Berol. *hominibus* Vind. Gr. πᾶσι.

etiam] *et tamen* I.

vilissimis] Sic Vind. *uilissimis* Berol., sed priori litterae *i* punctum inferius subiectum est. Mon. *utilissimis*, sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. εὐτελεστάτοις.

etiam] *et tam* Vind. Mon. Berol., quod facile ex Graeco καὶ corrigitur.

perhibere] *perbibere* I.

schemate] Sic Vind. Mon., in quo ultimae litterae *e* circumflexus impositus est. Berol. *scemate*.

adhuc] Sic Mon. Berol. *et adhuc* Vind. Gr. ἔτι.

purum] Sic Vind. Mon. *parum* Berol., sed secunda manus correxit *purum*. Gr. καθαρόν.

testium] Quod antea Vulgo et in Mon. Berol. et I. legitur *est*, deest in Vind., in quo quidem a secunda manu supra lineam positum est. Quae vox cum nec Graecis confirmetur, manifesto glossae locum obtinet.

aestimavimus] Sic Vind. Mon. Berol. *existimavimus* Vulgo. *extimavimus* I.

adiicere] *adicere* Mon.

subtilitati] Sic Mon. Berol. *subtilitatis* Vind., sed ultima littera a secunda manu scripta est. Gr. ἀκριβείᾳ.

quantum] Sic Vind. Berol. *quatum* Mon. Gr. καθ᾽ ὅσον.

est possibile] Sic Vind. Berol. *possibile* Mon., sed ultimae syllabae *le* supra lineam vox *est* adscripta est. I. *possibile est*. Gr. οἷόν τέ ἐστιν.

rare. Tale enim quiddam etiam nunc apud clarissimum Bithyniae provinciae iudicem gestum invenimus in testamento, ostensa testium falsitate pessima, aperte convictorum, et novissime confessorum, quia, quum testamentum fieret, et fuisset defuncta testatrix, testium vero quidam tementes iam mortuae manum ita per chartam virgam rectam et ex latere ductam traxerunt, et signum venerabile crucis videri scripsisse defunctam praeparaverunt. Nos igitur ad haec respicientes alia quidem de modo testium, alia vero de eorum statu existimavimus oportere detinere. Quae itaque dicta sunt ab antiquis legislatoribus in prohibitione horum, quos suspendunt testimonium perhibere, rata omnia ponimus.

CAP. I. Sancimus autem, et praecipue in hac maxima et felicissima civitate, ubi plurima consistit (deo favente sermoni) bonorum multorumque copia virorum, bonae opinionis esse oportere testes, et aut carentes huiusmodi derogatione per dignitatis aut militiae aut divitiarum aut officii causam aut si non tales consistunt, ex utroque tamen,

nunc] Sic Vind. *tunc* Mon. Berol. Gr. νῦν.

Bithyniae] *Bithiniae* Vind. Mon. Berol. *Bitinie* I.

pessima] Sic Vind. Mon. *pessimum* Berol., sed sec. manus correxit *pessima*. Gr. δεινῆς.

testium vero] Sic Vind. Mon. Berol. I., sed ultima vox *vero* Vulgo non est. Gr. τῶν δὲ μαρτύρων.

virgam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *lineam* Vulgo.

rectam] Sic Vind. Mon. *factam* Berol. I.

ductam] Sic Vind. Mon. *ductum* Berol., sed Graeca sane repugnant.

venerabile] Sic Mon. *venerabil* Vind., sed circumflexo per ultimam litteram traiecto. I. *venerabilis*. Caeterum quae abhinc leguntur usque ad vocem *horum*, in Berol. omnia a sec. m. scripta sunt.

videri] Sic Vind. Mon. *viedri* I. *vide* Berol., ut tamen ultimae litterae lineola superius imposita sit. Gr. δοκεῖν.

haec] Sic Vind. Hamb. Trid. *hec* I. Mon. *hoc* Berol. Port., quod etiam Vulgo legitur. Gr. ταῦτα.

modo] Sic Berol. *mo* Mon. *domo* Vind. Gr. τρόπου.

existimavimus] Sic Mon. Berol. *estimavimus* Vind. *extimavimus* I.

detinere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *decernere* Vulgo, quod, ni fallor, ex Graecis correctum est.

itaque] Sic Berol. *ita* Vind. Mon. Gr. οὖν.

horum] Sic Mon. *eorum* Vind. I. *horum horum* Berol., sed prius *horum* a sec. manu scriptum fuit.

suspendunt] *suspensunt* Vind., sed sec. manus, deleto ultimo *s*, supra lineam posuit *der*. Mon. *susceperunt*. Berol. I. Vulgo *suspenderunt*. Gr. ἐξείργουσι.

perhibere] Sic Vind. *peribere* Mon. Berol.

omnia] Sic Mon. Berol. *omnibus* Vind. Gr. πάντα.

NOV. XC. CAP. I. PR. sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

et] Sic Vind. Berol. *etiam* Mon.

maxima et felicissima] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. τῆς μεγάλης ταύτης καὶ εὐδαίμονος.

ubi] Sic Mon. Berol. *u* Vind., sed supra hanc litteram punctum a secunda manu positum est, qua re significatur *ut*.

sermoni] Sic Vind. Mon. *sermone* Berol., sed sec. manus correxit *sermoni*.

bonorum multorumque] Sic Mon. Berol. *multorum virorum* Vind. *proborum bonorumque* Vulgo. *multorum bonorum* I. An interpres habuit ἀγαθῶν καὶ πολλῶν?

copia virorum] Sic Mon. Berol. *virorum copia bonorum* Vind. *virorum copia* I.

bonae] Sic Vind. Mon. *qr bonae* Berol., sed prioribus duabus litteris puncta inferius subiecta sunt. Gr. εὐυπολήπτους.

aut] Sic Vind. Berol. *au* Mon., sed ad finem huius vocis secunda manus litteram *t* addidit. Gr. καὶ ἤ.

carentes] Sic Mon. Berol. *caventes* Vind. Gr. κρείττους.

huiusmodi] Sic Vind. Berol. *huiusmodo* Mon., sed sec. m. correxit, ut in cont.

militiae] *milicie* I.

non] Sic Vind. Berol. *nunc* Mon. Gr. οὐ.

consistunt] Sic tres mei codd. et I.; *consistant* Vulgo. Gr. καθεστᾶσιν.

ex utroque] Sic Vind. Mon. Berol. Port. Contius. *ex utroque latere* Hamb. Trid. I. *ab aliis* Vulgo. Ad marg. Contii: *al. ex aliis subaud. testibus constet.* Pro ὑφ' ἑτέρων interpres videtur habuisse ὑφ' ἑκατέρων.

quia sunt fide digni, testimonium perhibere; et non quosdam artifices ignobiles, neque vilissimos, nec nimis obscuros ad testimonium procedere, sed ut, si qua de his dubitatio fuerit, possit facile demonstrari testium vita, quia inculpabilis atque moderata est. §. 1. Si vero ignoti quidam fuerint undique, et aliquid apparuerit circa testimonii veritatem corrumpere festinantes, posse eos etiam verberibus subiacere; et iudices, si quidem administratores fuerint, ipsi hoc agant, si vero alii praeter eos, qui administrationes habent, ipsi quidem assumant apparitorem magnificentissimi praetoris plebis, in provincia vero locorum defensorem, et per eos inferant eis verberum experimentum, quatenus propter hoc nihil celent veritatis, aut etiam capiantur per hanc viam pecuniis testimonium perhibere, aut etiam aliter circa hoc malignantes.

CAP. II. Et licet dudum nullam in debitis ex scripto factis non scriptarum solutionum probationem per testes suscipi sanciverimus, nisi secundum observationem ibi dictam, quam scilicet valere praecipimus et tamen etiam nunc hoc renovamus. Si enim scriptum sit debitum, et non scripta proferatur solutionis a litigantibus per testes probatio, tunc susceptibilem eam apud iudices esse, dum ad hoc ipsum assumantur

sunt fide digni] Sic tres mei codd. et I. Prior vox *sunt* deest Vulgo, sed voci *digni* postponitur. Gr. καθεστᾶσιν ἀξιόπιστοι.

testimonium perhibere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *testificati* Vulgo.

non] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. μή τινας.

nec] Sic Vind. Mon. Berol. *neque* Vulgo I.

qua] Sic Vind. Mon. I. *quae* Berol.

his] Sic Mon. Berol. *eis* Vind. I.

vita] Sic Vind. Berol. *iura* Mon., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *vel iura*. Gr. βίον.

atque mod. est] *est atque mod.* I.

NOV. XC. CAP. I. §. 1. quidam fuerint] *fuerint quidam* I.

aliquid] *aliqui* I.

apparuerit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *apparuerint* Vulgo.

eos] Sic Mon. Berol. *eum* Vind. Gr. αὐτούς.

et iudices] Sic Vind. Mon. Vox *iudices* deest in I. *iudices* Berol., sed supra priores duas litteras vox *et* superius posita est. Gr. καὶ τοὺς δικαστάς.

si quidem] In I. subiicitur *siquidem*.

administratores] Sic Vind. *amministratores* Mon. Berol.

ipsi hoc] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *hoc ipsi* Port., quod etiam Vulgo est. Gr. αὐτοὺς τοῦτο.

alii] Sic Vind. Mon. *aliter* Berol. Gr. ἕτεροι.

eos] Quod Vulgo subiicitur *sunt*, in Mon. Berol. Port. est, deest in Vind. Hamb. Trid. I., cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.

habent] *habeant* I.

assumant] Sic Mon. *asumant* Berol. *adsumant* Vind., sed litterae *d* sec. manus litteram *s* imposuit.

defensorem] Sic Mon. *defensorum* Vind. Berol. Gr. ἔκδικον.

quatenus] Sic Vind. *quatinus* Mon. Berol.

per hanc] Sic Vind. Berol. *per hoc* Mon., sed sec. manus correxit *hac*. Gr. διὰ ταύτης.

aut etiam] Sic Vind. I. Ultimam vocem *etiam* Mon. Berol. Vulgo omittunt. Gr. ἢ καί.

hoc] Sic Vind. Mon. *haec* Berol.

malignantes] Sic Vind. *malignitates* Berol. Mon., in quo quidem sec. manus correxit, ut in cont. Gr. κακουργοῦντες.

NOV. XC. CAP. II. scriptarum] Sic Berol. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *scripturarum*. Vind. *scriptorum*. Gr. ἀγράφων.

probationem] *probatione* I.

suscipi] Sic Vind. Mon. *susciperi* Berol. Gr. δέχεσθαι.

sanciverimus] *sanccíverimus* Berol.

praecipimus] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. Facile emendabis *praecepimus* ex Gr. νενομοθετήκαμεν.

et tamen] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. *attamen* I. Vulgo. An in Port. habeatur, ex Os. nota non constat. Deest in Berol., sed supra lineam a secunda manu adscriptum.

ipsum] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra lineam a sec. manu adscriptum est *ipsum*. Gr. ἐπ' αὐτῷ τούτῳ.

assumantur] Sic Mon. *adsumantur* Vind. *asumantur* Berol.

testes, ut pro facienda solutione aut memoria factae alicui iam solutionis et confessione eius, qui pecunias accepit, testimonium perhibeant viri fide digni constituti, aut etiam causam testimonii forte faciant manifestam. Haec autem inania et ex transitu perhibita testimonia nulla modis omnibus valere ratione, et huiusmodi quaedam fingere testimonia, ut propter aliud quoddam opus adveniens audiat aliquos dicentes, accepisse ab aliquo aurum aut debere alicui. Haec namque aperte nobis suspecta sunt, et nullius digna ratione, dum quando et tale aliquid in iudicando invenimus, eo quod multae pecuniae dicantur solutae, tabularii duo tantummodo hoc dixerunt audisse se, teste praesente nullo, et debitum in scriptis constitutum, et fatente scribere sciente, et valente per proprias litteras haec manifesta facere. Quod ex illo odio habentes, occasionem praesentis accepimus legis. Et iterum adductus est aliquis alius similis calumnianti, et praesentibus testibus ad hoc, et coram tabulario deposuit, apud semetipsum debita esse; et is quidem, qui

memoria] Sic Mon. *memoriae* Vind. Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont.

alicui] Sic Vind. Mon. Berol. *alicuius* Os. coniicit. Pro τινα interpres videtur legisse τινι. Vide, quae dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung 1842. Juni Num. 134. p. 559. B.

confessione] Sic Mon. Berol. *confession* Vind., sed lineola superius imposita, secundaque manus correxit *confessiom*, sed lineola ultimae syllabae superius imposita.

perhibeant] Sic Vind. *peribeant* Berol. *perhibeatur* Mon.

causam] Sic Mon. Berol. *ca* Vind., sed linea superius imposita, supra quam secunda manus litteram *m* adscripsit.

testimonii] *testimoniis* Os. coniicit.

perhibita] Sic Mon. *prohibita* Vind. Berol., sed secunda manus in Berol. scripsit *peribita*. Gr. γινομένας.

fingere] Sic Vind. Berol. *finge* Mon., sed litterae *e* circumflexus superius impositus est. Gr. ἀναπλάττειν.

adveniens] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem ultima syllaba a sec. manu scripta est, Hamb. Trid. Port., quod Contiano *adinveniens* praeferendum. Sic enim Gr. παρατυχών.

dicentes] Sic Mon. Berol. In Vind. tantum a secunda manu scriptum est. Gr. λέγοντος.

ab] Sic Mon. Berol. *a* Vind., sed sec. manus scripsit *ab*.

haec] deest in I.

aperte nobis] Sic Berol. *nobis aperte* Vind. Mon., quae quidem verborum collocatio Graecis repugnat. In I. subiicitur *hec*.

nullius] Sic Mon. Vind., in quo quidem secunda manus scripsit *nulla*. Berol. I. *nulla*, quod etiam Vulgo legitur. Interpres οὐδενὸς iam non ad λόγου retulit, sed separatim positum esse voluit.

digna] Sic Vind. Mon. *indigna* Berol., sed prioribus duabus litteris puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἄξιαι.

dum] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem a sec. manu scriptum est.

et tale] Sic Vind. Mon. *tale* Berol. Gr. καί τι τοιοῦτον.

eo quod] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quod quum* Vulgo.

pecuniae] *peccunie* Vind.

solutae] *solutae et* I.

hoc] *hec* I.

dixerunt] Sic Mon. Berol. *duxerunt* Vind. Gr. ἔφασαν.

et debitum] Sic Vind. Berol. I. *et debitis* Mon., sed sec. manus scripsit *et debito*. Pro καίτοι interpres videtur habuisse καί.

constitutum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *constituto* Vulgo.

fatente] Sic Vind. *faciente* Mon. Berol. I. Gr. κατατιθεμένου.

sciente] Sic Vind. Mon. *et ex hoc sciente* I. *hoc sciente* Berol., sed supra priorem vocem *hoc* a secunda manu scriptum est *ex*. Hamb. Trid. *et ex hoc sciente*. Sane *hoc* illud in Graecis nihil habet, quo firmetur.

per] deest in Vind. Gr. δι'.

odio] *hodio* Vind. Mon. Berol.

accepimus] Sic Vind. Berol. *accipimus* Mon. Gr. εἰλήφαμεν.

adductus] Sic Mon. Berol. *ductus* Vind. Gr. παρήχθη.

aliquis alius] Sic Mon. Berol. *alius aliquis* Vind., sed a sec. manu scriptum est. Gr. τις ἕτερος.

calumnianti] Sic Vind. Mon. *calumpnianti* Berol. I.

et coram] Sic Mon. Berol. Priorem vocem *et* Vind. omisit. Gr. καὶ ἐπί.

is] Sic Mon. *his* Vind. Berol., in quo quidem litterae *h* punctum inferius subiectum est. Gr. καὶ ὁ μέν.

mercede hoc egit, decessit, alius autem exactus est debitum, quod ab alio quodam tanquam ab eo scilicet confessum, deo huiusmodi omnino occultari non indulgente.

CAP. III. Neque igitur huiusmodi credimus testimoniis aut tabulariorum, sicut praediximus, depositionibus, eo quod litteris eruditi sint, qui confiteri volunt apud quem et scribere, aut in iudicio confiteri, et dare rei fidem indubiam, neque manere eas veracibus pestiferas concedimus, neque si tale aliquid factum est, recipimus, sed exigimus, quod deprecatum est ab eo, qui deduxit, testes in hoc ipso, et hoc per testationes demonstrari, necesse est eos (hoc quod in testamentis) rogatos, et bonae opinionis constitutos, et ita causam suscipere ab eis probationem, et neque attestationem deinceps, neque testium habentem praesentiam, et depositionem, et subscriptionem tenere. Si vero non huiusmodi constituti sunt testes, quales pridem ediximus, et suppliciis eos subdi praecipimus. Si vero quidam aperte contraria dicant sibi aut alterutris testificentur, maxime iudices hoc animadvertere, et si vera-

qui] Sic Vind. Berol. *qui annos* Mon., sed ultimae voci lineola superius imposita est; quae quidem omnia punctis subiectis notata sunt.

hoc] Sic Vind. Berol. *hec* I. *ab eo hoc* Mon., quod Graecis non firmatur.

egit] *egerit* I.

quod] Sic Mon. Berol. *qs* Vind.

confessum] Postea Vulgo et in I. est *est*, quod in Vind. Mon. Berol. non legitur. Gr. ὁμολογηθέν.

deo] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem ultima littera *o* a secunda manu scripta est. Gr. τοῦ θεοῦ.

omnino] Sic Vind. Mon. *l omnino* Berol., sed priori litterae *l* puncta inferius subiecta sunt.

occultari non ind.] Sic Vind. Mon. *non ind. occ.* Berol. Vulgo. Ad vocem *non* in Berol. nota marginalis pertinet: *at. sin n*, ut ultimis litteris *n* circumflexus imponatur. Caeterum ad vocem *indulgente* rursus ibidem ad marginem *at. indigente.* I. *non occultari indigente.* Verum Gr. συγχωροῦντος.

NOV. XC. CAP. III. testimoniis] Sic Vind. Berol. *testimonium* Mon., sed sec. m. corr., ut in cont. Gr. μαρτυρίαις.

litteris] *literis* Mon.

sint] Sic Vind. Berol. *sunt* Mon. I. Gr. εἶεν.

et scribere] Sic Mon. I. *conscribere* Vind.; sed supra priorem vocem *con* scriptum est *l*, circumflexo traiecto. Berol. *scribere*, sed prioribus litteris *sc* supra lineam vox *et* superimposita est. Vulgo *et possunt scribere.* Caeterum manifesto interpres non παρὸν sed παρ' ὃν sibi legere visus est.

rei] *ei* I.

tale aliquid] *aliquid tale* I.

deprecatum est] Sic Mon. I. *depraecaut est* Vind., sed litteris *aut* lineola superius imposita est; litterae *t* autem secunda manus litteram *a* imposuit. Berol. *precatum est.* Vulgo *precati sunt.*

ipso] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *ipsum* Vulgo Port.

demonstrari] Sic Vind. Mon. *demonstrare* Berol. I. Gr. ἀποδείκνυσθαι.

necesse est] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *et esse et* Vulgo.

hoc] Sic Mon. Berol. *ex hoc* Vind. Gr. τοῦτο ὅπερ.

causam] Sic Hamb. Trid. *cautam* Mon. Berol. Port. *cae* Vind., sed lineola superius imposita, qua re significatur *causae.* Gr. τὸ πρᾶγμα.

attestationem] *atestationem* Mon. *adtestationem* Vind. Berol.

habentem] Sic Vind. Mon. *habere* Berol. Gr. ἔχουσαν.

sunt testes] Sic Vind. Hamb. I. *testes* Berol. Trid. *sint testes* Mon. Port. Gr. καθεστᾶσιν.

ediximus] Sic Vind. Berol. Port. *eduximus* Mon., sed litterae *u* punctum subiectum est unum, ut corrigatur ita, ut in cont. Trid. Hamb. *diximus.*

suppliciis] Sic Vind. Berol. *suplitiis* Mon.

eos subdi] Sic Vind. Mon. Berol. I. *subdi eos* Vulgo. Gr. αὐτοὺς ὑποκεῖσθαι.

alterutris] Sic Mon. *alterute* Vind., sed ultimae litterae *e* circumflexus impositus est. Berol. *alteris.* Gr. ἀλλήλοις.

animadvertere] Sic Vind. Mon. *aia advertere* Berol., sed prioribus tribus litteris lineola superius imposita est, quae quidem litterae non sunt, nisi a secunda manu adscriptae.

veraciora] *veratiora* Vind. Mon. Berol. I.

ciora testificatis adversitates invenerint, eiiciant quidem huiusmodi testationes, ea autem, quae a dignioribus fide et plurimis dicta fuerint, considerent. Si vero astu apparuerint malignantes, et ex hoc incidentes in contrarietatem, neque immunes eos derelinqui, nisi secundum aliquem errorem fortuitum, et non astu contraria dicentes demonstrentur.

CAP. IV. Quia vero multi saepe testes producunt, et tertio hoc agentes, postea, mox ut concluserint et excepta fuerint testimonia, tentantes interpellationibus nobis importuni esse, et velle et quater deducere testes, sancimus, nostros iudices haec maxime considerare, et si tertio iam producti sunt testes, et ab eo, qui testes deduxit, concludente et editum accipiente iterum petantur testes, hos omnino non adesse, utpote suspicione habita, ne forte relictis quidem prioribus, et dudum manifestis propter horum testimonia factis, ille non productionem testium, sed de praecedentibus aut non testificatis additamentum, aut eorum depositionibus emendationem desideret. Si vero deducens quidem testes editionem nondum acceperit, neque perlegerit testationes

testificatis] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem vox *et* subiicitur, quae quidem in reliquis plane non est.

adversitates] Sic Vind. Berol. *adversitatem* Mon. Gr. τὰς ἐναντιότητας.

invenerint] Sic Vind. Mon. Berol., sed sec. manus scripsit *inveniant*. Gr. εὕροιεν.

eiiciant] Sic Berol. *eiciant* Vind., sed haec vox tantummodo a secunda manu lineae imposita est. Mon. *eciant*, sed supra litteram *e* sec. manus posuit litteram *i*. Gr. ἐκβάλλειν.

huiusmodi] Sic Vind. Berol. *eiusmodi* Mon. Vulgo. *huius* I.

fuerint] *fuerunt* I.

immunes] Sic Vind. Berol. *inumnes* Mon.

dicentes] Sic Mon. Berol. *dicts* Vind., sed lineola superius imposita. Gr. λέγοντες.

NOV. XC. CAP. IV. tertio] Sic Vind. Mon. *tcio* Berol., sed lineola superius imposita est. *tercio* I. Gr. τρισσάκις.

concluserint] *conluserint* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont. I. *concluserunt*.

fuerint] *fuerunt* I.

tentantes] Sic Vind. Mon. Berol. *tentant* Vulgo. *temptantes* I. Pro πειρῶνται interpres videtur habuisse πειρῶντες.

interpellationibus] Sic Vind. Mon. *intapplonibus* Berol., sed litteris *t* et *l* circumflexi traiecti sunt. Gr. προσελεύσεσιν.

nobis] *novis* Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. Gr. ἡμᾶς.

importuni] Sic Vind. *inportuni* Berol. *inportunius* Mon., sed circumflexus ultimae litterae impositus est, quem sec. manus delevit, eidemque ultimae litterae puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἐνοχλεῖν.

et] Sic Vind. Berol., deest in I. *etiam* Mon.

quater] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *quarto* Vulgo.

deducere] Sic Vind. Mon. *ducere* Berol. Gr. παραγαγεῖν.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

haec] Sic Mon. Vind. *hoc* Berol. I. Gr. τούτοις.

tertio] Sic Vind. Mon. *tercio* I. *tcio* Berol., sed lineola superius imposita est.

iam producti] Sic Mon. Berol. I. *producti iam* Vulgo, quod Graecis sane non firmatur.

sunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sint* Vulgo. Indicativum modum sane Graeca confirmant.

deduxit] Sic Contius, qui tamen ad marg. *al. produxit.*

editum] Sic Vind. Mon. *aditum* Berol. *edictum* Hamb. Trid. I.

hos] Sic Berol. *haec* Vind. Mon. *hoc* I. Gr. τούτους.

suspicione] Sic Mon. *suspitione* Berol. *suscipione* Vind. Gr. ὑποψίας.

relictis] Sic Vind. Mon., deest in Berol., quod Graecis prorsus contrarium est.

horum] Sic Vind. Berol. I. *eorum* Mon. Vulgo. Gr. τούτων.

ille] *et ille* I.

testificatis] Sic Mon. Berol. *de testificatis* Vind., litteraeque *t* ultimae punctum subiectum est, quod Graecis non firmatur.

additamentum] Sic Mon. *additamento* Vind. Berol., sed secunda littera *d* a secunda manu scripta est, et ex ultima littera *o* secunda manus facit *a*. Gr. προσθήκης.

eorum] Sic Vind. Mon. I. *horum* Berol.

emendationem] Sic Vind. Mon. *emendationes* Berol. Gr. ἐπανορθώσεως.

quidem testes] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem ultimae voci impositum est: *etiam tertio.*

acceperit] Sic Vind. Mon. Berol., sed

neque ipse, neque aliquis advocatorum eius, adversarius autem eius acceperit solus, et fecerit disputationem, non tamen eam dederit ei, qui tertio dudum fecit testium productionem, neque per dispositionem edoctus sit is, qui eos produxerit, quae testimoniis desunt, haec adiici, tunc dandum est et quartam productionem testium ei, qui hoc petierit, primitus sacramento dando ab eo, quod neque subtraxit, neque percunctatus est testationes, neque ipse neque aliquis advocatorum eius, aut omnino pro eo agens, neque per aliquem dolum aut machinationem vel artem quartam productionem petit fieri testium, sed propter hoc, quod non valuit primitus uti denunciatis testimoniis; et si hoc factum fuerit, neque iussione pro talibus imperiali egere, sicut pridem erat, sed ex hac lege sufficiant eis haec, quae permissa sunt, et usque ad quartam testium productionem licentiam esse testimoniis uti, non tamen per longum intervallum, ut non ex hoc protrahantur lites, sed oportere omnino velocitatem eis imponere, secundum quod iudex aestimaverit hoc fieri. §. 1. Illud tamen indubium est, quia, etsi semel producens testes aut bis aut testificationes tractaverit, aut adversario hoc faciente ipse disputationem acceperit, et ex hoc didicerit testificata, non habebit omnino

litteris *pe* circumflexus impositus est, quem secunda manus delevit.

tamen] Sic Mon. *tantum* Vind. Berol., sed sec. manus in Vind. scripsit *tamen*. Gr. οὐ μήν.

eam] *eandem* I.

tertio dudum] Sic Vind. Mon. *dudum tcio* Berol., sed ultimae voci circumflexus impositus est. Gr. τρὶς ἤδη.

per] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed sequenti litterae *dis* a secunda manu impositum est *per*. Gr. διὰ τῶν.

produxerit] Sic Vind. I. *produxerat* Mon. Berol. Vulgo.

desunt] Sic Mon. Berol. *desit* Vind. Gr. τὰ ἐλλείποντα.

adiici] Sic Vind. *adici* Mon. Berol. I.

tunc] *et tunc* I.

dandum est] Sic Vind. Mon. Berol. *dandam esse* Vulgo. *dandum esse* I. Gr. δοτέον.

petierit] Sic Vind. Mon. *pecierit* Berol.

subtraxit] *subtraxerit* I.

percunctatus] Sic Berol. Vind., in quo quidem litterae *cuncta* a secunda manu scriptae sunt. Mon. I. *pecuntatus*.

testationes] *attestationes* I.

petit] Sic Mon. Berol. *fecit* Vind. Gr. αἰτοῦντι.

propter hoc] Sic Vind. *propter* Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *propterea* Vulgo.

non] Sic Vind. Berol., deest in Mon., ubi tamen a secunda manu lineae impositum est. Gr. μή.

imperiali] Sic Vind. Berol. *imperialem* Mon., sed secunda manus scripsit *imperiali*. Gr. κελεύσεως-βασιλικῆς.

egere] Sic Mon. Berol. *agere* Vind., sed secunda manus scripsit *egere*. Gr. δεῖσθαι.

esse] Sic Mon. Berol. *etiam* Vind. Gr. εἶναι.

test. uti] *uti test.* I.

ut] Sic Vind. Berol. *aut* Mon., quod sec. m. correxit, ut in cont. Gr. ὥστε.

hoc] Sic Vind. Mon. *hac* Berol. Gr. ἐντεῦθεν.

protrahantur] Sic Mon. *protraantur* Berol. *prot^ω^ha' tur* Vind., sed littera *s* a secunda manu scripta est.

eis] *ei* I.

aestimaverit] *extimaverit* Berol. *existimaverit* I. Vulgo. *estimaverit* Mon. *estimav* Vind., sed lineola superius imposita est. Gr. οἰηθείη.

NOV. XC. CAP. IV. §. 1. tamen] Sic Vind. Berol. *tantum* Mon. Gr. μέντοι.

indubium] *est indubium* I.

est] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I., sed a sec. manu lineae in Berol. impositum est. Gr. ἐστίν.

etsi] Sic Vind. Mon. Hamb. Port. *si* Berol., sed supra hanc vocem a secunda manu scriptum est *et*, quam quidem vocem etiam Trid. omisit. Postea idem Trid. *quis* intrudit, quod in Vind. Mon. Berol. Hamb. Port. non legitur.

bis aut] Sic Vind. Berol. *bis et* Mon. I., quod quidem Graecis ἢ ἐκλάβοι non firmatur. Caeterum manifesto interpres verba εἶτα ἀποτάξεται καὶ ob oculos non habuit.

tractaverit] Sic Berol. Mon., in quo priori litterae *e* punctum inferius subiectum est. Vind. *tractavit*. Gr. ἐκλάβοι.

didicerit] Sic Mon. Berol. *didicit* Vind. Gr. μάθοι.

testificata] Sic Vind. Berol. *iustificata*

licentiam ulla ulterius uti testium productione, neque si divina hoc iussio praeceperit.

CAP. V. Et quoniam scimus dudum factam legem, ut, si quis hic litem exercet, oportet autem in provinciae parte aliqua approbari, licentiam habere, iudice hoc decernente et sufficiens temporis spatium definiente, deducere intra provinciam testes, et huc transmittere litem gestis perlatis, et ab eodem iudicari iudice, multae autem huiusmodi interpellationes nobis fiunt, volentibus aliquibus, qui in provinciis quidem litigant, hic vero testes habent, ut teneantur et in huiusmodi lege, et licentiam esse in provinciam iudicanti dirigere huc, ut praesententur testes, aut testationes omnino dentur, et iterum ad eum referri lites, et si a provincia in provinciam haec petantur fieri, sancimus, propter probationum abundantiam et hoc valere, et posse etiam a provincia huc ab eo, qui iudex est in provincia, destinari, et ab uno, qui a nobis definitus fuerit, eloquentissimorum iudicum, interlocutione de eo a iudice facta, testationes dari, et a provincia alia in aliam provinciam, aut apud defensorem aut apud praesidem testificationibus ex interlocutione iudi-

Mon., sed sec. manus scripsit *testificata*. Gr. *τὰ μεμαρτυρημένα*.

ulla] Sic Vind. Berol. *ullam* Mon. Hamb., deest in I.

hoc] *hec* I.

NOV. XC. CAP. V. scimus] Sic Vind. Berol. *simus* Mon., sed secunda manus correxit, ut in cont. *sancimus* I. Gr. *ἴσμεν*.

litem] *lites* I.

exercet] Sic Vind. Berol. I. *exerceat* Mon. Gr. *λέγει*.

oportet] Sic Mon. Berol. I. *oporteat* Vind. Vulgo. Gr. *δεῖται*.

parte] Sic Vind. Mon. *partem* Berol. Manifesto interpres *μέρει* pro *μέρη* legit vocemque *τινά* cum hac voce non coniunxit.

approbari] Sic Mon. Berol. *exprobari* Vind. Gr. *συστῆναι*.

iudice] Sic Mon. Berol. *iudicem* Vind. Gr. *τοῦ δικαστοῦ*.

decernente] Sic Vind. Mon. *dicnente* Berol., sed litterae *c* circumflexus, supra hunc autem littera *s* a secunda manu apposita est. Ad marginem sec. manus scripsit *at. decernente*.

temporis spatium] Sic Mon. Berol. *spatium temporis* Vulgo I.

definiente] Sic Berol. *diffiniente* Vind. *deficiente* Mon., sed sec. manus correxit *diffiniente*. Gr. *ὁρίζοντος*.

transmittere] Sic Vind. Berol. *retransmittere* Mon.

iudicari] Sic Berol. *iudicari iudicare* Mon., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt. Vind. *iudicare*. Gr. *κρίνεσθαι*.

nobis fiunt] Sic Berol. *nobis fuerint* Vind., sed litteris *eri* puncta subiecta sunt. Mon. *fiunt nobis*. Gr. *ἡμῖν γίνονται*.

et in] Sic Vind. Mon. Berol., desunt in I. Vulgo. Gr. *καὶ ἐπὶ τῶν*.

provinciam] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. *provincia* Hamb. I. Vulgo.

iudicanti] Sic Mon. Berol. *iudicari* Vind., sed supra litteram *a* littera *s* superius imposita est. Gr. *δικάζοντι*.

huc] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. *ἐνταῦθα*.

testes] In Mon. antea positum est *huc*, quod Graecis non firmatur atque huc ex superioribus, ubi in Mon. deest, male videtur esse delatum.

testationes] Sic Vind. Mon. Berol. I. *testificationes* Vulgo.

si] Haec vox Vulgo uncis inclusa est.

a] Sic Vind. Mon. Berol. I. *de* Vulgo.

in provinciam] Sic Vind. Mon., desunt in Berol. Gr. *εἰς ἐπαρχίαν*.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

abundantiam] *habundantiam* Vind. Mon. Berol. I.

a provincia] Sic Mon. Berol. *ad provinciam* Vind. Gr. *ἀπὸ ἐπαρχίας*.

huc] Sic Vind. Mon. *destinari huc* Berol., quod Graecis repugnat.

destinari] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *στέλλεσθαι*.

definitus] *diffinitus* Vind. Mon. Berol. I.

interlocutione] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem ultimae litterae circumflexus superius impositus est.

alia] Sic Vind. Mon. *illa* Berol. Gr. *ἑτέρας*.

praesidem] Sic Mon. Berol. *praesid* Vind., sed ultimae litterae circumflexus traiectus est.

testificationibus] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem priori litterae *e* circumflexus impositus est.

cantis datis, illic videlicet definitiva sententia danda, ubi et lis contestata est, ut, quemadmodum hinc in provincia apud iudices aut defensores de productione testium agi sancita sunt, ita et a provincia in provinciam et a provincia huc teneat, et perfecta per omnia sit probationum omnibus facultas; testimoniis quidem non editis neque in provinciis, sed gestis datis eis, a quibus producuntur, aut eorum adversariis, sub gestis monumentorum signa percipientibus, et ita huc aut in provinciis destinandis a iudicibus, ne quando forsan et aliis egeat testibus causae natura, et excludatur propter editionem testium adiectio. Haec omnia in pecuniariis quaestionibus intelligentes; in criminalibus enim, in quibus de magnis est periculum, omnibus modis apud iudices praesentari testes, et quae sunt eis cognita edocere, ubi et tormentorum forsan erit tempus et aliis omnibus observationibus.

CAP. VI. Si vero dicatur servilis esse fortunae, qui testari voluerit, is vero liber affirmetur constitutus, si quidem ex nativitate, impleatur quidem testimonium, disputationum vero de statu servata ratione, ut, si apparuerit fortunae servilis esse, eius testimonium ac si neque datum fuerit, ita sit. Si vero libertum se dicat, compellatur demonstrare primum instrumentum, in quo libertatem percepit, et sic testetur. Si vero in alia provincia libertatem dicat perceptam, aut non esse in promtu sibi probationes, et hoc evidenter iuraverit, testatio quidem scri-

definitiva] *diffinitiva* Vind. Mon. Berol. I.

hinc] Sic Mon. *huc* Vind. I. *h* Berol., sed littera *i* superius imposita est, qua re significatur *hic*. Gr. ἐντεῦθεν.

provincia] Sic Berol. I. *provinciam* Vind. Mon. Vulgo. Gr. ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ.

apud] *aput* Vind.

iudices] Quae a syllaba *ces* usque ad voces *teneat* sunt, in Mon. non sunt nisi a secunda manu scripta.

productione] Sic Mon. Berol. *produtione* Vind.

sancita] Sic Vind. Mon. *sanccita* Berol.

ita et a] Sic Vind. Berol. *ita et* Mon., sed secunda manus litteram *a* ultimae voci superius imposuit. Gr. οὕτω καὶ ἀπό.

teneat] Sic Mon. Berol. *redeant teneat* Vind., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. κρατοίη.

per omnia] desunt in I.

facultas] Sic Mon. Berol., sed ultima littera *s* a sec. manu scripta est.

quidem] Sic Vind. Mon. I. *is quidem* Berol. *tamen* Vulgo. Pro μέντοι interpres μὲν solum videtur habuisse.

aut] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἤ.

provinciis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *provincias* Vulgo. Gr. ἐν ἐπαρχίαις.

destinandis] Sic Mon. Berol. *destinatis* Vind.

quando] *si quando* I.

natura] Sic Vind. Mon. *naturae* Berol., sed secunda manus scripsit *natura*. Gr. φύσις.

excludatur] Sic Mon. Berol. *excludantur* Vind., sed litterae *n* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἀποκλεισθείη.

editionem] Sic Vind. Mon. *electionem* Berol., sed litteris *lec* puncta inferius subiecta et supra lineam adscriptum est *di*. Gr. τὴν ἔκδοσιν.

adiectio] *edictio* I.

pecuniariis] *pecc.* Vind.

enim] *etiam* I.

tempus] Sic Mon. Berol. *opus* Vind. I. In Berol. supra lineam scriptum *al. opus*. Gr. καιρός.

NOV. XC. CAP. VI. impleatur] *implentur* Mon.

disputationum] Sic Mon. Berol. *dispositionum* Vind.

libertum] Sic Vind. Mon. *si libertum* Berol., sed priori voci *si* puncta inferius subiecta sunt, quae, ni fallor, male ex superioribus repetita est.

compellatur] Sic Mon. Berol. *compellant* Vind., sed secunda manus correxit *compellatur*. Pro ἀναγκάζεσθαι interpres videtur legisse ἀναγκαζέσθω.

demonstrare] Sic Mon. Berol. *demonstre* Vind., sed ultimae syllabae *re* lineola superius imposita est. Gr. δεικνύναι.

percepit] Sic Vind. Mon. *perceperit* I. *acceperit* Berol. Graeca sane indicativum modum tuentur.

si vero] Sic Mon. Berol. *sin vero* Vind.

alia provincia] Sic Vind. Mon. *aliam provinciam* Berol. Gr. ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ.

in] Sic Vind. Mon., deest in Berol.

promtu] Sic Vind. Berol. *provinciis* Mon., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *al. promtu*. Gr. οὐκ εἶναι προχείρους.

evidenter] Sic Mon. Berol. *evidentur* Vind., sed secunda manus correxit, ut in cont.

batur; non monstrato vero manumissionis instrumento is, qui deduxit eum, non utetur eius testimonio.

CAP. VII. Si vero quis dicat odiosum praesentem ad testimonium sibi constitutum, et approbaverit statim, quod criminalis inter eos lis movetur, non adsit ad testimonium, qui usque adeo infestus est, donec de crimine iudicetur. Si vero aliter odiosus esse dicatur, aut conventus pecuniarie, procedat quidem testatio, tempori vero disputationum serventur huiusmodi quaestiones.

CAP. VIII. Quoniam vero posuimus legem, ut in pecuniariis causis nolentes testificari, illos non compellendos testimonium dare, qui ante mediatores facti sunt ipsis, et quidam abutuntur hoc et testimonio nolunt uti, sancimus, si utraque pars consentiat, quod et mediator eorum fiat testificator, componantur enim ea, quae ab eo dicuntur, compellere eum etiam nolentem testimonium perhibere, prohibitione, propter quam eum nolentem testificari penitus nostra noluit lex, propter consensum utriusque partis sublata.

CAP. IX. Et hoc vero multotiens actum scimus, quidam aut apud

monstrato] *demonstrato* I.
vero] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. δέ.

NOV. XC. CAP. VII. quis] *iudici quis* I.
approbaverit] Sic Vind. Berol. *probaverit* Mon.
quod] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *quoniam* Trid. Port. Vulgo.
adsit] Sic Vind. Berol. *assit* Mon.
ad testimonium] Sic Vind. Mon. Prior sola vox *ad* in Berol. deest, quamquam deinde a secunda manu lineae impositum *ad*. Gr. πρὸς μαρτυρίαν.
infestus] Sic Mon. Berol. *infectus* Vind. Gr. δυσμενής.
dicatur] Sic Vind. *dicitur* I. *dr* Berol. Mon., lineola tamen superimposita, qua re *dicitur* significatur. Gr. λέγοιτο.
pecuniarie] *pecuniare* Vind., sed litterae *r* littera *s* superius imposita est.
procedat] Sic Vind. Berol. *procedet* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. προΐτω.
tempori] Sic Vind. Mon., quod etiam Spangenberg coniecerat. Berol. *tpr*, lineola tamen superius imposita. Vulgo I. *tempore*.

NOV. XC. CAP. VIII. posuimus] Sic Vind. Berol. I. *proposuimus* Mon., deest Vulgo Hamb. Trid. Port. Gr. ἐθήκαμεν νόμον.
legem] Quod Vulgo postea legitur *proposuimus*, in Vind. Mon. Berol. I. hoc loco non est, nec sane Graecis firmatur; *posuimus* Trid., *possumus* Hamb. *proposuimus* Port.
ut] Sic Mon. I., deest in Vind. Berol. Hamb. Trid. Gr. ὥστε.
illos] Sic Vind. Mon. Berol. I. *illis* Vulgo.
compellendos] Sic Vind. Berol. I. *compelledos* Mon. *compellendis* Vulgo.
hoc] Sic Mon. Berol. *haec* Vind. Gr. τούτῳ.
sancimus] Sic Vind. Berol. *sanccimus* Mon.
quod et] Sic Trid. Port. Mon. Berol. *ut et* Hamb. I. An interpres habuit καὶ τόν?
componantur enim ea] Sic Vind. Mon. Berol. I. An interpres legit συντεθήσονται γάρ? Vulgo *et comprobaturos se esse*.
eo] Sic Mon. Berol. *en* Vind.
dicuntur] Sic Mon. Berol. *ducuntur* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. λεγομένοις.
compellere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *compelli* Vulgo.
etiam] Sic Vind. *et* Berol., deest in Mon. Gr. καί.
nolentem] *nollentem* Vind., sed priori litterae *l* punctum inferius subiectum est.
prohibitione] Sic Mon. Berol. *prohibitionem* Vind. Gr. τοῦ κωλύματος.
noluit lex] Sic Vind. Hamb. *voluit lex* I. *lex noluit* Mon., ad marg. tamen adscriptum est *at. voluit*. Berol. Trid. Port. *voluit lex*, ut tamen in Berol. sec. manus priorem vocem corrigat *noluit*. Gr. οὐκ ἠβουλήθη νόμος.
partis] Sic Mon. Berol. *pat's* Vind., sed sec. manus supra litteram *a* litteram *i* imposuit. Gr. τῶν μερῶν.

NOV. XC. CAP. IX. et hoc] Sic Mon. Berol. *et hic* I. *at hoc* Vind., sed sec. manus correxit *et hoc*. Port. *et hic*, qui et post vocem *vero* solus intrudit *quia*, quae vox in reliquis desideratur. Gr. καὶ τοῦτο.

locorum defensores, aut apud clarissimos provinciarum iudices, aut forte (ut adsolet) hic apud virum clarissimum magistrum census ingrediuntur et queruntur, tanquam ab aliquo sustinentes aliquid contra leges, aut aliter laesi aut damnificati, testes volentes producere; ut non in posterum opponatur eis, quod ab una parte gesta sunt, oportet et illum in ea civitate constitutum, in qua testationes dantur, admonitum a iudice sive defensore praesentem esse, et audire attestationes. Si vero noluerit advenire, sed respuerit, ut ex hoc ab una parte testimonia dentur, ut secundum hoc ipsum inutilia essent, sancimus, huiusmodi testationes ita tenere, ac si non ex una parte constitutae sint, sed tanquam eo praesente factae sint. Si enim recusaverit, et advenire noluerit et audire depositiones, etenim publicantur et non per inexcusabilem aliquam necessitatem deduci non possit, similis advenienti erit, et nullum iuvamen ex sua protervitate ei efficietur, sed videantur quidem probationes factae, quaecunque vero competierint ei ad disputandum de his, licebit his uti, solummodo quod videntur esse ex una parte (propter eius pro-

quidam] *quidam quidam* Vind., ut tamen priori voci a sec. manu supra lineam appositum sit *quod*. In Mon. antea signum est, quo significatur *quidem*. Berol. ut in cont. Vulgo l. *quod quidam*, cuius lectionis originem Vind. demonstrat.

iudices] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praesides* Vulgo.

adsolet] *assolet* Mon. Berol. I.

queruntur] Sic Mon. *quaeruntur* Vind. Berol. Gr. μεμφόμενοι.

sustinentes] *substinentes* I.

laesi] Sic Vind. *lesi* Mon. Berol.

ut non] Sic Vind. Mon. Berol. I. *et ut non* Vulgo.

opponatur] Sic Vind. Berol. I. *opponantur* Vulgo.

quod] Sic Vind. Berol. Trid. I. *quae* Mon. Port. *quia* Hamb. Gr. ὡς κατά.

gesta] Sic Vind. Mon. Berol., sed supra litteram *a* in Berol. secunda manus imposuit *um*.

sunt] Sic Vind. Mon. *sint* Berol., quod sec. manus correxit *sit*. Gr. τὰ πεπραγμένα συνέστη.

et] Sic Vind. Berol. I., deest in Mon. *etiam* I. Gr. κἀκεῖνον.

illum] *illo* Vind. Mon. Berol., sed in Mon. sec. m. correxit, ut in cont.

constitutum] *constituto* Vind. Mon. Berol., sed in Vind. Mon. sec. m. scripsit *constitutum*. Gr. καθεστῶτα.

a] Sic Mon. Berol. I. *ad* Vind., sed iam prima manus litterae *d* punctum inferius supposuit. Gr. παρὰ τοῦ.

defensore] Sic Mon. *defensorem* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Caeterum vox *a*, quae Vulgo antecedit, in Mon. Berol. non legitur, nec sane Graecis firmatur.

attestationes] Sic Mon. *adtestationes* Berol. *atestatioe* Vind., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Gr. μαρτυριῶν.

noluerit] Sic Mon. Berol. *nolunt* Vind. Gr. βουληθείη.

respuerit] Sic Berol. *respuit* Vind. *respuunt* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. διαπτύσειεν.

inutilia] Sic Vind. Mon. *utilia* Berol., sed priori litterae *u* a secunda manu impositum est *in*. Gr. ἀχρήστους.

essent] Sic Mon. Vind., in quo quidem litterae *nt* a secunda manu scriptae sunt. Berol. *esse*, sed sec. manus litteram *t* ad finem adscripsit.

testationes] Sic Vind. Mon. Berol. I. *attestationes* Vulgo.

factae sint] Sic Vind. Mon. *factae sunt* Berol., sed sec. m. correxit *sint*.

depositiones] Sic Vind. *dispositiones* Mon. Berol., sed sec. manus scripsit *depos*. Gr. κατατιθεμένων.

etenim publicantur et non] Sic Vind., nisi quod pro *non* habet *nisi*; Mon. I., qui quidem habent *publicabuntur et nisi*; Berol., qui item habet *publicabuntur*. Vulgo *etsi in publico visus et quum non*. Manifesto interpres legit καὶ γὰρ δημοσιεύονται καὶ οὐκ.

possit] Sic Vind. Mon. *poss* Berol., sed huic voci lineola superius imposita est.

advenienti] Sic Vind. Mon. *adinvenienti* Berol., sed litteris *in* sec. manus puncta subiecit.

protervitate] Sic Mon. Berol. *pro protervitate* Vind.

quaecunque] *quicunque* I.

competierint] Sic Mon. Berol. *non petierint* Vind. Gr. ἁρμόσειεν.

his] Sic Mon. Berol. I. *eis* Vind. Vulgo.

his] Sic Mon. Berol. *is* Vind.

uti solummodo] *solummodo uti* I.

esse] deest in I.

proterviam] Sic Mon., ubi tamen sec. manus correxit *protervitatem*. Vind. *pro proterviam*. Berol. siglum habet, quo significatur *propter viam*. Gr. προπέτειαν.

terviam, quae propter audaciam minime advenientis) testationibus opponere non valente. Omnibus aliis, quae de testibus et ab his, qui ante nos, et a nobis ipsis dicta sunt et sancita, fixis manentibus, et a nostris iudicibus observandis, sive maiores, sive minores sint, et sive in hac magna civitate, sive foras in provinciis, ut et ea, quae de testibus sunt, quantum possibile nobis est, corrigentes, adhuc purius et sanctius lites agi praeparemus; per quas et cognitiones fieri a iudicibus omnibus divinis propositis evangeliis sancimus, et iusiurandum subire et pulsantes et pulsatos et advocatos praecipimus, ubique deum inspectorem et eorum, qui iudicant, et quibus iudicatur, et qui testimonium praebent animabus, ut perennis dei commemoratio et praesentia munda litium et citra suspicionem litigantibus fiat. Quam vero legem tenere volumus de cetero omni tempore.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc divinam manifestata sunt legem, tua eminentia operi effectuique tradere festinet. *Dat. Kal. Octob. imper. DN. Iust. PP. Aug. anno XIII. Apione V. C. cons.* (539.)

quae propter] Sic Mon. Berol. *propterque* Vind. Vulgo I. Interpres *κατὰ πεδα* transtulit *οἷα δὴ κατ'*.
testationibus] Sic Vind. Berol. *adtestationibus* Mon., ad cuius marginem tamen adscriptum est *at. adtestationem.*
et] *ad i et* Mon., sed sec. manus prioribus litteris *ad i* puncta inferius supposuit. Vind. Berol. *ab his*, sed priori voci *ab* secunda manus imposuit vocem *et*.
ab his] *ab hiis* I.
sancita] Sic Vind. Mon. *sanccita* Berol.
sive maiores sive minores sint] Sic Mon. Berol., quod etiam Graecis firmatur. In Vind. tantummodo a sec. manu scriptum est *sive minores sive maiores sint.*
et sive] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. *εἴτε.*
foras] Sic Vind. I. *foris* Mon. Berol. Vulgo.
et] Sic Hamb. Trid., deest apud Port. Vulgo I. Gr. *ἵνα καὶ τὰ τῶν.*
nobis est] Sic Vind. Berol. *est nobis* Mon.
adhuc] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem huic voci a secunda manu vox *et* imposita est.
purius] Sic Vind. *prius* Mon., sed sec. manus correxit *purius*. Berol. *purus*, sed sec. m. scripsit *purius*. Gr. *καθαρώτερόν τε.*
sanctius] Haec vox et quae deinceps sunt usque ad verba *commemoratio et prae*, in Berol. a sec. manu scripta sunt.
per] Sic Mon. Berol. I. *propter* Vind. Vulgo. Gr. *δι' ἧς.*
et] Sic Mon. Berol., deest in I. In Vind. sec. manus litteris *cogn.* superius imposuit *l*, sed circumflexo traiecto, qua re significatur *vel*. Gr. *καί.*
propositis] Sic Mon. Berol. *praepositis* Vind. I. Gr. *προκειμένων.*
sancimus] Sic Vind. Mon. *sanctimus* Berol.

et pulsantes] Sic Mon. Vind., deest in Berol., sed a sec. manu lineae impositum est. Gr. *καὶ τοὺς ἐνάγοντας.*
inspectorem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *insistentes* Vulgo. Ad marginem Mon. *at. deo inspectore.* Caeterum pro *ἐφίσταντες* interpres videtur legisse *ἐπιστάντα.*
et qui] Hoc loco ad marginem Mon. adiectum est *at. eorum.*
iudicant] *indicant* I.
ut] *et* I.
perennis] Sic Mon. Berol. *perhennis* I. *pi* Vind., sed per priorem litteram *p* inferius lineola traiecta est, qua re significatur *per*. Verum omnia haec a sec. manu lineae superius imposita sunt.
commemoratio] Sic Vind., sed sec. manus litterae *o* imposuit litteras *nem.*
munda] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem secunda manus lineae imposuit *mda*, sed litterae *m* circumflexus impositus est. I. *in unda*. Gr. *καθαρὰ τά.*
litigantibus] Sic Mon. *litigantium* Vind. Berol.
vero] Sic Vind. Mon. Berol., deest Vulgo I. Pro *δὴ* interpres videtur legisse *δέ.*
NOV. XC. EPIL. manifestata] *manifesta* I.
Dat.] *Data* Vind., sed lineola superius imposita est. Vulgo *Datum*. In Mon. Pist. Berol. Bamb. D. I. 1. et I. subscriptio non est.
Kal.] *V. Kal.* Vulgo. *Kl.* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.
Octob.] *Octub.* Vind. Bamb. D. II. 11., qui nec habet, quod Vulgo subiicitur *Constant.*
imper.] *ipr.* Vind., sed lineola superius imposita est.
DN.] *don.* Vind., sed superius lineola imposita est.

[XCI.] GLOSS.

DE IMMENSIS DONATIONIBUS IN FILIOS FACTIS.

Idem Aug. Ioanni V. C. praef. sacrorum per Orientem praetoriorum secundo, excons. ord. et patricio.

PRAEFATIO. Dudum de Falcidia et illius parte decrevimus, augentes eam non ignobili incremento. Quod enim nimis inaequale est, non valde placet nobis, sed oportere quidem praeponi filios, quos pater voluerit, non tamen in tantum inminuere alios, ut importabilis eis sit diminutio.

CAP. I. Posita igitur a nobis lege in sua virtute manente, illud volumus, ut, si quis donationem immensam in aliquem aut aliquos filiorum fecerit, necessarium habeat in distributione hereditatis tantam unicuique filiorum servare ex lege partem, quanta fuit, priusquam do-

Iust.] Sic Vind., sed lineola superius imposita est. Vulgo *Iustiniani.*
XIII.] *XII.* Vind.
V. C.] *viro clarissimo* Vind.
cons.] *consule* Vind.

NOV. XCI. XCI.] deest in Vind. Mon. Berol. utroque Bamb. I. *Const. XCI.* Vulgo.
factis] Sic Vind. *factis R/.* Mon., deest in Berol., qui quidem postea habet *R/.* In I. subiicitur *Rubrica.*
idem Aug.] *id. a̅.* Pist. Berol. *..d. aug.* Mon. *item aug.* Vind., qui inscriptionem bis habet; secunda vice *idem aug.* Neob. *imp. Iust. a.* I. *idem augu.* Vulgo *imp. Iustinianus aug.*
Ioanni] *Iohanni* I.
V. C.] *viro clarissimo* Berol. Mon. Vind., secunda vice; etenim prima manus habuerat *viro gloriosissimo.* Pist. *viro clai,* sed ultimis litteris circumflexus superius impositus est. Neob. *viro clarat,* sed ultimae syllabae lineola superius imposita est. Desunt in I.
praef. — secundo] *perfecto* Vind., sed prima vice; secunda autem: *pp. sacrorum per Orientem secundo.* Neob. *pp. sacrorum per Orientem praetoriorum secundo.* Pist. *pfc. sacrorum per Ori. p. s.* Mon. *praefecto sacrorum per Orientem praetoriorum.* I. *praeposito viro clarissimo.* Berol. *pf. per Orientem praetoriorum secundo.* Vulgo *gloriosissimo per Orientem praetoriorum praefecto iterum.*
excons. ord. et patricio] *excons. ordo patrio* Vind., sed secunda vice; *excs. ord. et patricio* Berol. *excon. ord. et patricio* Neob. *ex9sitL. ord. et pat'cidio* Pist. *ш exconsuli ordinario et patri* Mon. *exconsuli ordinario et patricio* Vulgo. Haec omnia desunt in I.
NOV. XCI. PRAEF. dudum] *dud* Vind., sed per ultimam litteram *d* circumflexus traiectus est.
de] deest in Vind. Gr. περί.
Falcidia] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem secunda manus ultimae litterae *a* lineolam imposuit, qua re significatur *Falcidiam.*
illius] Sic Mon. Berol. *illus* Vind., sed sec. manus correxit *illius.* I. *eius.* Gr. ἐκείνου.
parte] Sic Vind., sed sec. manus scripsit *partem.*
non] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. οὐκ.
ignobili] Sic Vind. *nobili* Mon. Berol., in quo quidem secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. ἀγεννεῖ.
incremento] Sic Mon. Berol. *clementia* Vind. Gr. προσθήκῃ.
nimis] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu lineae impositum est. Gr. σφόδρα.
oportere] Sic Berol. Mon., in quo quidem a sec. manu scriptum est. Vind. I. *oportet.* Gr. δεῖν.
tamen] Sic Mon. *tm* Vind. Berol., sed lineola superius imposita est. In Berol. sec. m. correxit *tamen.* Gr. οὐ – δέ.
inminuere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *deminuere* Hamb. *minuere* Trid. *minui* Port., quod etiam Vulgo est. Gr. ἐλαττοῦν.
alios] Sic Vind. Mon. *aliis* Berol. I. Gr. τοὺς ἄλλους.
eis sit] *ei sit* Vind. I. *eius sit* Berol. *sit eis* Vulgo, quod sane Graecis minus commendatur.
diminutio] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. *deminutio* Berol. *imminutio* Port. I. Vulgo.

NOV. XCI. CAP. I. PR. habeat] Sic Vind. Mon. *habet* Berol.
quanta] Sic Vind. Mon. *quantam* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont.

nationem pater in filium aut filios, quos ea honoravit, faceret. Sic enim nihil ulterius in donationibus querebuntur, qui habent quidem in omni substantia patris quod legitimum est, in tantum autem aucta quantitate, quantum habuit substantia patris ante, quam donationibus exhauriretur, non valentibus filiis, qui donationibus honorati sunt, dicere, contentos se quidem esse immensis his donationibus, videri autem abstinere paterna hereditate, sed neque cogendis quidem, si contenti sunt donationibus, suscipere hereditatem, necessitatem autem habentibus omnibus modis complere fratribus, quod hinc differt, secundum quam scripsimus mensuram, ut non minus illi habeant, quod ex legibus eis debetur, propter factam in donationibus immensitatem, dum liceat patri mediocriter sapienti circa omnem prolem etiam his, qui ab eo potius diliguntur, donare aliquid amplius, et non caeteros filios per immensitatem in illos factam laedere et nostram transcendere intentionem. Et haec quidem nostra ab initio cogitatio est. Differentes autem illud dudum, et humanarum experti animarum, quoniam videbamus eos in

ea] Sic Mon. Berol. I. *ex ea* Vind. Gr. *τοὺς ταύτῃ τετιμημένους*.

honoravit] Sic Vind. Mon. *honoraverit* Berol. I.

faceret] Sic Vind. Berol. *faciens* Mon., sed sec. manus correxit *faceret*. Gr. *ποιήσαιτο*.

nihil] Sic Mon. Berol. *non* Vind. Gr. *οὐδέν*.

querebuntur] Sic I. *quaerebuntur* Vind. Mon. Berol. *querentur* Vulgo. Gr. *ἐγκαλέσουσιν*.

qui habent] Sic Mon., sed vox *qui* tantum a secunda manu scripta est. *qui habeant* Berol. *cum habent* Vind.

quod] Sic Mon. *quidem* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. In Vind. siglum est *qd*, sed ultimae litterae circumflexus traiectus est, quo et *quod* et *quidem* significari potest. Gr. *τὸ ἀπὸ τῶν νόμων*.

habuit] *habuerit* I.

exhauriretur] Sic Vind. *exauriretur* Berol., deest in Mon. Gr. *ἐξαντληθείη*.

contentos] *contemptos* Mon. Berol. Vind., in quo quidem iam prima manus litterae *m* punctum subiecit. Gr. *ἀρκεῖσθαι*.

se] Sic Vind., deest in Mon. Berol. I.

immensis] Sic Vind. Berol. *in immensis* Mon., quod Graecis non firmatur.

his] *hiis* I.

contenti] Sic Mon. *contempti* Vind. Berol. Gr. *ἀρκοῦνται*.

quod hinc differt] Sic Hamb. Mon., in quo quidem sec. manus supra lineam adscripsit *at. quod his deest*. Vind. *qd est hinc differt*, sed vocem *est* iam prima manus punctis subiectis notavit. Berol. *quidem huic differt*, sed sec. manus ex *quidem* fecit *quod*. Voci *huic* a sec. manu inscriptum est *vel hoc*. Trid. *quod haec defert*. Port. *quod haec defertur*. Gr. *τὸ ἐντεῦθεν διαφέρον*.

illi habeant] Sic Mon. Berol. *illi habent* Vind., sed ultimae voci puncta inferius subiecta sunt, cui tamen voci secunda manus imposuit *hoont qua*, sed lineolis superius iniectis. Vulgo I. *habeant illi*. Gr. *αὐτοὺς ἔχειν*.

quod] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *quam quod* Vulgo Trid. Port. Sane prius illud *quam* in Graecis non habet, quo firmetur.

liceat] Sic Vind. Mon. *licet* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont.

sapienti] Sic Vind. Mon. *sapiente* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. *φρονήσαντι*.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

caeteros] Sic Vind. Berol. *certos* Mon. Gr. *τοὺς λοιπούς*.

in] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra sequentem vocem a secunda manu scriptum est. Gr. *εἰς*.

illos] Sic Berol. *illo* Vind. Mon., sed in utroque secunda manus correxit. Gr. *ἐκείνους*.

haec] Sic Berol. *hic* Vind. Mon. *hoc* I. An voluit fortasse *hoc?* Gr. *τοῦτο*.

nostra] Sic Vind. Berol. *nostras* Mon. *ab initio nostra* I.

initio] Sic Vind. Berol. *intio* Mon., sed sec. manus correxit, ut in contextu. Verba *ab initio* desunt in I.

cogitatio est] *cogitatione Cst* Vind., qui tamen litteris *st* vocem *et* superius imposuit. Mon. *cogitatio es*, sed ultimae voci lineola imposita est. Berol. *cogitatione*, sed litterae *n* punctum subiectum eidemque lineola imposita est. Vox *est* deest in I. *cogitatio fuit* Vulgo.

eos] Sic Mon. Berol. *eas* Vind. Gr. *αὐτούς*.

in] Sic Vind., deest in Mon. Berol. Gr. *εἰς*.

huiusmodi passionibus labefactari atque descendere, propterea nunc augmentum illi legi hoc facimus. §. 1. Haec itaque dicimus de filiis gratis exsistentibus eis, non de ingratis, et quibus pater iustam et legitimam ingratitudinem infert. Nam si hoc ita se habere apparuerit, et approbentur ingratitudinis causae, sint ea, quae in lege de ingratis posita sunt, rata, nihil hac nostra legislatione minuenda.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram nostram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. *Dat. VI. Idus Octobr.* ****

[XCII.] GLOSS.

UT SINE PROHIBITIONE MATRES DEBITRICES ET CREDITRICES TUTELAM GERANT MINORUM, NEQUE IUSIURANDUM PRAEBEANT, QUOD NON VENIUNT AD SECUNDA VOTA.

Idem Aug. Ioanni P. P. secundo.

PRAEFATIO. Nuper scripsimus legem super cura minorum (malignitates, quae circa eos fiunt ex frequentibus litibus, quae apud nos agitantur, invenientes), quatenus nullus obligatus exsistens minoribus, aut obligatos eos habere se dicens, curam exerceat, ne forsan in potestate rerum factus, agat aliquid circa minorem malignitatis. Et lex ipsa rata nobis sit et ex praesenti firmata.

passionibus] Sic Vind. Mon. *in passionibus* Berol.

nunc] Sic Vind. Mon. *nc* Berol., sed lineola superius imposita est.

augmentum] Sic Mon. Berol. *aucmentum* Vind.

legi] Sic Vind. *lege* Mon. Berol., sed in Mon. sec. m. scripsit *legi*. I. *hac lege*. Gr. *ἐκείνῳ τῷ νόμῳ*.

NOV. XCI. CAP. I. §. 1. haec] Sic Vind. Mon. *hac* Berol., sed sec. manus scripsit *hoc*. Deest in I. Gr. *ταῦτα*.

non de] Sic Mon. *non* Berol. *non de et* Vind. Gr. *οὐ μὴν περί*.

infert] Sic Vind. Berol. *fert* Mon., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. *ἐπάγει*.

approbentur] *adprobentur* Berol. *approbetur* I.

sint] *sunt* I.

in lege] Sic Vind. Mon. *lege* Berol.

nihil hac] Sic Vind. Berol. *hac nichil* Mon. Gr. *οὐδὲν ἐκ τῆσδε*.

NOV. XCI. EPIL. igitur] Sic Vind. Berol. *ita* Mon. Gr. *τοίνυν*.

Dat.] Sic Vind. *Datum* Vulgo. In Mon. Berol. Pist. Bamb. D. I. 1. et II. 11. et I. subscriptio deest.

Idus] Sic Vind. *id.* Vulgo.

Octobr.] *Octubr.* Vind., in quo nec postea lacunae signum est ullum.

NOV. XCII. XCII.] deest in Vind. Mon. Berol. I. Ad marg. Berol. *const. IIII.*, ad marg. Mon. *const. IV.*

nt] *R/. ut* Mon.

debitrices] Sic Mon. Berol. I. *debitricis* Vind.

gerant minorum] *minorum gerant* I.

praebeant] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praestent* Vulgo.

veniunt] Sic Vind. Mon. I. Berol., in quo quidem sec. manus scripsit *veniant*. Vulgo *venient*.

vota] Sic Vind. Berol. Mon., in quo postea littera *R/.* est. In I. postea subiicitur *Rubrica*.

Idem Aug.] Sic Vind. *id. a̅* Pist. Berol. Neob. *..d. a̅* Mon., scilicet priori littera omissa. Vulgo *imp. Iustinianus aug.* I. *impr. Iust. a̅.*

Ioanni] *Ioha̅* I.

P. P. secundo] *p̅p̅o̅ scdo* Vind. *p̅p̅. scdo* Mon. Berol. I. *p̅p̅. sdo* Pist. Neob. *gloriosissimo sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto iterum · exconsuli et patricio* Vulgo.

NOV. XCII. PRAEF. nuper] Sic Vind. Mon. *super* I. Berol., in quo sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *ἔναγχος*.

cura] Sic Mon. *curam* Vind. Berol. I.

frequentibus] *freq̄tibus* Vind.

nos] *eos* I.

nullus obligatus] Sic Mon. Berol. *obligatus nullus* Vind. I. Gr. *μηδεὶς τῶν ὑπευθύνων*.

forsan] *forsitan* I.

circa min. malignitatis] Sic Vind. Berol. *circa malignitatis minorem* Mon. Gr. *περὶ τὸν νέον κακούργημα*.

CAP. I. Quia vero matribus volentibus curam habere minorum, et petentibus secundum veteres et nostras leges curam subire, obiecta est contra nostram intentionem ab aliquibus non recte huiusmodi constitutio, volumus in lege haec dicente matrum excipi personas. Primum quidem causam introductam pro minoribus semper prohibere, modo ineptissimum existimamus, deinde nullus eandem constitutionem obiiciat et matri et aliis. Quum illam namque naturae amor pius circa filios sine suspicione faciat quam plurimum, illis nullam habentibus ad filios favoris necessitatem, recte non est matribus derogandum. Ideoque licentia sit matribus secundum antiquam observationem abrenunciantibus et obligantibus suas res, sicuti prius schema fuit, et tueri filios, et talem praescriptionem non formidare, sed ita super his esse, ac si nec ab initio contigisset legem in hoc scribi. Quapropter sive dotes sive sponsalitias exiguntur largitates, sive alia debita habent sive matres ad minores, sive minores ad matres, ex paternis forsan occasionibus, aut etiam ex propriis (multa namque quilibet cogitans et considerans adinveniat), sint haec integra utrique secundum priores constitutiones iudicanda et tractanda, sive legitimorum, sive naturalium mater filiorum tutelam gerat.

CAP. II. Quia vero multam habemus formidinem, ne facile iusiu-

NOV. XCII. CAP. I. subire] Sic Mon. Berol. *et subire* Vind., sed priori voci *et* puncta inferius subiecta sunt. Sane Graeca nihil habent, quo vox *et* confirmetur.

obiecta] Sic Vind. Mon. *abiecta* Berol. Gr. ἀντετέθη.

nostram] Sic Vind. Mon. *nata* Berol., sed litteris *a* circumflexi superius impositi sunt. Gr. τὸν ἡμέτερον.

lege] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *legem* Trid. Port. I. Cont.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. Trid. Hamb. Port. I. Vulgo. Gr. ταῦτα.

dicente] *dicentes* Hamb. *dicentem* Trid. Port. I. Cont., qui quidem ad marg. *al. in lege hoc dicente alias et lege hoc definiente.*

modo] Sic Vind. Mon. Berol. I. *nunc* Vulgo.

existimamus] *estimamus* Vind. *extimamus* Berol. *estimavimus* Mon. *extimavimus* I. Gr. ἡγούμεθα.

obiiciat] Sic Vind. Mon., deest in Berol. *obiicia* I. ex errore typographi. Interpres videtur habuisse in Graecis τὴν αὐτὴν ἀντιθεῖτο διάταξιν.

et matri] Sic Vind. Mon. I., deest in Berol. Gr. τῇ τε μητρί.

quum] Sic Berol. *cum* Vind. Mon., in quo quidem haec vox a secunda manu scripta est.

illam] Sic Mon. *illa* Vind. Berol. I. Gr. τὴν μέν.

namque] *nanque* I.

pius] Sic Mon. Berol. *pus* Vind., sed priori litterae *p* littera *i* superius imposita est. Gr. εὐσεβής.

quam] Sic Vind. Mon. *q* Berol., sed inferius lineola traiecta superiusque circumflexus impositus est.

abrenunc.] *abrenunct.* I.

schema] *scema* I.

tueri filios] *filios tueri* I.

in hoc scribi] *scribi in hoc* I.

dotes] In Mon. antea est *scribi*, cui quidem voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. εἴτε προῖκας.

exiguntur largitates] Sic Vind. Mon. Berol. I., quam verborum collocationem Graeca confirmant, nisi forte pro ἀπαιτοῦσι legit ἀπαιτοῦνται. Caeterum *largitates exiguntur* Hamb. Trid. *largitates exigunt* Port. *larg. exigant* Vulgo.

sive alia] Sic Vind. Mon. *sive enim alia* Berol., sed voci *enim* puncta inferius subiecta sunt. Gr. εἴτε ἕτερα.

habent] Sic Vind. Mon. *habeant* Vulgo I. Gr. ἔχουσιν.

matres ad] *matres sive ad* Vind., sed Graecis haec non firmantur.

sive minores] *sive ad minores* Vind., sed praepositioni *ad* puncta inferius subiecta sunt. Gr. εἴτε οἱ νέοι.

adinveniat] Sic Mon. I. Berol., in quo quidem sec. manus scripsit *adinveniet*. Vind. *adinveniet*. Gr. εὑρήσειεν.

sint] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ἔστω.

integra] Postmodo Berol. intrudit *sint*, quo loco in reliquis non est, nec Graecis firmatur. I. *intega et.*

legit.] *legit. filiorum* I.

NOV. XCII. CAP. II. habemus] *habebimus* I.

randum per magnum deum detur, et hoc praevaricetur, propterea credidimus oportere et hanc emendare legem, quae vult matres, dum suorum filiorum curam gesturae sint, iusiurandum iurare, quia ad secundas nuptias non venient. Et totiens scimus praevaricatam legem, et iusiurandum periurum datum, quotiens paene datum est, ut peccatum apertissimum esset, quia hoc intulimus iusiurandum ad praevaricandum. Non enim eo, quod aliquae servaverunt iusiurandum, propterea oportet et eas, quae exhonorant eum, habere occasionem impietatis in deum. Nam quod raro fit, sicut et vetus sapientia docet, non observant legislatores, sed quod fit plerumque, et respiciunt et medentur. Propterea igitur sancimus, aliam quidem observationem, quam in matribus observamus, valere secundum prius schema, et abrenunciare eas et Velleiano senatusconsulto, et omni auxilio, et omnia agere, quae prius decreta sunt, iusiurandum vero non praeberi, sed sufficere abrenunciatione sola, et aliorum omnium, et de secundis nuptiis, nullo iureiurando de hoc dando, mox tamen, ut secundas contraxerit nuptias, repente expelli

credidimus] Sic Vind. Hamb. Trid. *credimus* Port. I., quod etiam Vulgo est. Gr. ψήθημεν.

matres] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *matres*. Gr. τὰς μητέρας.

sint] Sic Vind. Hamb. *sunt* Mon. Berol. Trid. Port. Vulgo I. Gr. μέλλοιεν.

quia ad] Sic Berol. I. *qui ad* Mon., sed supra litteram *i* a secunda manu scriptum est *a*. Vind. *quod ad*, quod etiam Vulgo legitur. Gr. ὡς.

non] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed tamen a secunda manu adscripta est. Gr. οὐκ.

venient] *venirent* I.

totiens] Sic Vind. Mon. Berol. *toties* Vulgo. *tociens* I.

et iusiurandum] Haec et quae sequuntur usque ad voces *servaverunt*, in Vind. leguntur quidem, sed a secunda manu scripta sunt. Prima enim tres fere versus vacuos reliquerat.

periurum] Sic Mon. *pervirum* I. *peierum* Berol., ad cuius marginem tamen adscriptum est *al. peieratum*. Vind. *peiorum*, sed supra lineam a secunda manu scriptum est *al. periurio*. Gr. ὅρκον ἐπίορκον.

quotiens] Sic Mon. Berol. *quociens* I. *quoties* Vulgo.

paene] *pene* Vind. Mon.

datum] Sic Berol. *dat* Vind., sed lineola superius imposita est. Mon. *datum*, sed sec. manus superius adscripsit *dandum*. Interpres videtur habuisse δεδομένον.

eo quod aliquae] Sic Berol. *eo quod aliq̄* Vind., sed ultimae litterae *q* lineola superius imposita est. Mon. *aliquod eo quod*. I. *eo quod aliqui*. Gr. οὐ γὰρ ἐπειδή τινες.

servaverunt] *servavere* I.

exhonorant] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem supra litteras *no* a secunda manu adscriptum est *at. ne*. Gr. ἀτιμαζούσας αὐτόν.

occasionem] Sic Vind. Mon. *occasios* Berol., sed ultimis litteris *os* lineola superius imposita est. Gr. ἔχειν πρόφασιν.

impietatis] Sic Mon. *inpietatis* Vind. Berol.

et] Sic Vind. Mon. Berol. I. *etiam* Vulgo.

observant] Sic Vind. Mon. *observatur* Berol., sed secunda manus correxit *observant*. Gr. τηροῦσιν.

et respiciunt] Sic Vind. Mon. Vox *et* deest in Berol. I. Gr. καὶ ὁρῶσι.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

quam] Sic Vind. Berol. *quia* Mon. Gr. ἥν.

prius schema] Sic Vind. Mon. *scema* Berol. I. Gr. κατὰ τὸ πρότερον σχῆμα.

Velleiano] Sic Vind. Mon. *Velleian* Berol., sed ultimae litterae *n* littera *o* superius imposita est.

vero] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. δέ.

praeberi] *preberi* Vind. Mon. *praebere* I.

abrenunciatione] Sic Vind. Berol. *abrenunciatio* Mon. *abrenunciationem* Vulgo.

sola] Sic Vind. Mon. Berol. *solam* I. Vulgo. Manifesto interpres Graeca ἀρκεῖσθαι τῇ ἀποτάξει μόνῃ non intellexit, sed verbotenus transtulit. Quod Vulgo postponitur *Velleiani*, in libris meis et I. non est, nec sane Graecis firmatur.

aliorum omnium] *omnium aliorum* I.

tamen] Sic Vind. Mon. *tm* Berol., lineola superius imposita, qua re significatur *tantum*. Gr. μέντοι.

secundis] Sic Mon. Berol. *secundiis* Vind.

tutela, et ea agi, quae, si eam contigisset iurare, perfert, semel in iudicium mentita, et praeponens propriae confessioni et depositioni secundas concupiscentias.

EPILOGUS. Haec igitur lex super pietate sit posita; ut enim non iniurietur in aliquo honor in deum, haec a nobis sancita sunt, ut ex nunc valeant, tua celsitudine manifesta faciente hanc legem in provinciis omnibus. Hinc enim gloriosissimo praefecto huius felicissimae civitatis, cui haec curae sunt, de his transmisimus legem, ut providentia eius et clarissimi praetoris, cui huius partis curae est, in omni tempore servari. Et ex nunc teneat, quatenus in omni pupillari substantia omnis cautela fiat circa res minorum custodiae, et praecipue ut cum subtilitate descriptiones fiant, praesente quoque clarissimo scriba, cui de talibus cura commissa est, et aliis, qui consuete talibus interveniunt, subtiliter et fideiussionibus dandis, et omnibus agendis, sicut nostris decernitur legibus, providentia clarissimi praetoris, cui huius partis cura est. Proponatque eam ipse in hac regia civitate, ut omnibus sit

tutela] Sic Vind. Mon. Berol. *a tutela* Vulgo I. Gr. *ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐπιτροπῆς.*

ea] *eam* I.

quae si] *q.si* Berol., sed priori litterae *q* lineola superius imposita est. In Vind. siglum est, quo significatur *quasi.* Gr. *ἅπερ εἰ καί.*

eam] Quod Vulgo et in I. postea est *iurare*, in Vind. Mon. Berol. non est, ideoque omittendum visum est, cum nec Graecis h. l. firmetur.

iurare] *et iure* Vind. Mon. *iure* Berol. Deest in I. Non dubito prius *et* ex ultima syllaba vocis *contigisset* adhaesisse. Gr. *ἔτυχεν ὀμωμοκυῖα.*

perfert] Sic Vind. *profert* Berol. *perferre* Mon. *et iure perferret* I. *perferret* Vulgo. Gr. *ὑπέμενεν.*

depositioni] Sic Mon. Berol. *depositionis* Vind., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est.

NOV. XCII. EPIL. iniurietur] Sic Vind. Berol. *iurietur* Mon., sed sec. manus litteris *iu* litteras *in* superius imposuit.

honor] Sic Vind. Mon. *homini* I. *honore* Berol., sed ultimae litterae *e* punctum inferius subiectum est. Gr. *κατά τι τὴν εἰς θεὸν τιμήν.*

sancita] Sic Mon. *sanccita* Berol. *sancta* Vind., sed litteris *ct* superius litterae *ti* impositae sunt.

manifesta] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Vind. Mon. littera *m* a secunda manu scripta est. Vulgo I. *manifestam.*

faciente] Sic Vind. Berol. I. *facientem* Mon. Gr. *ποιούσης.*

gloriosissimo] Sic Vind. Mon. *gloriosissimos* Berol., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est.

praefecto] Sic Vind. Mon. *praefectos* Berol., sed litterae *s* punctum inferius subiectum est.

huius] Sic Vind. Berol. *hus* Mon.

his] *hiis* I.

transmisimus] Sic Vind. Mon. *transimus* Berol. Pro *καταπέμψομεν* interpres videtur habuisse *κατεπέμψαμεν.*

providentia] *providentie* Vind. Mon. I. *providentiae* Berol.

eius et] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *αὐτοῦ τε.*

clarissimi] Sic Vind. Mon. *clarissimis* Berol., sed ultima littera *s* puncto subiecto deleta est. Gr. *τοῦ λαμπροτάτου.* Quod Vulgo antea est *viri*, in Port. Trid. I. legitur, deest autem in codd. Vind. Mon. Berol. Hamb., cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.

partis] Sic Mon. Berol. *partes* Vind. Gr. *μέλει τοῦ μέρους.*

curae] Sic Vind. Mon. Berol. *cure* I. *cura* Vulgo.

in omni] Sic Vind. Mon. Berol. I. Prior vox *in* deest Vulgo. Gr. *εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.*

servari] Sic Vind. Mon. Berol. I. *servetur* Vulgo.

ex nunc] *ex tunc* I.

teneat] Sic Vind. Mon. *teneant* Berol., sed ultimae lttterae *n* punctum inferius subiectum est. Gr. *κρατείτω.*

quatenus] Sic Mon. Berol. *quamvis* Vind. Gr. *ὥστε.*

pupillari] Sic Vind. Berol. *populari* Mon. Gr. *ὀρφανικῆς οὐσίας.*

custodiae] Sic Vind. Mon. *custodie* Berol.

descriptiones] Sic Vind. *discriptiones* Mon. Berol., in quo quidem sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *ἀπογραφάς.*

fiant] Sic Mon. *fuit* Vind. Berol., ut tamen litterae *i* circumflexus impositus sit, qua re significari videtur vel *fiunt.* vel *fuerint.* In Berol. sec. m. correxit *fiant.*

cura] Sic Vind. Berol. *cure* Mon.

decernitur] *decrevimus* I.

cura] Sic Mon. *cure est* Vind. Berol.

eam] deest in I.

hac] Sic Mon. Berol. *ha* Vind.

manifesta, et nullum lateant, quae a nobis sancita sunt. De hoc enim legem, sicut oportet in provinciis servari, gloriosissimis praefectis sacrorum nostrorum praetoriorum destinavimus. *Datum V. Idus Octob. imp. Iustiniani anno XIII. Apione V. C. cons.* (539.)

[XCIII.] GLOSS.

UT EXACTIONE INSTANTE DOTIS PRIMAE ET SECUNDAE, VIRO AD SECUNDA VOTA MIGRANTE PRAEPONATUR UXOR PRIMA, VEL EX PRIORI MATRIMONIO FILII; ET, SI VOLUERIT UXOR, AUT IS, QUI PRO EA DOTEM SCRIPSERIT, DARE VIRO, QUAE SCRIPTA SUNT, DISTULERIT AUTEM VIR SUSCIPERE, SOLUTO MATRIMONIO EXIGI EUM AB EA CONSCRIPTAM ANTENUPTIALEM DONATIONEM.

Idem Aug. Ioanni P. P. secundo exconsuli ordinario et patricio.

PRAEFATIO. Dudum iudicantibus nobis in dubitationem venit causa

et nullum] Sic Vind. Berol. I. *ut nullum* Mon. Gr. καὶ μηδένα.
quae] *que ei* I.
sancita] Sic Vind. *sanccita* Berol. *saccita* Mon.
legem] Sic Vind. Mon. *lege* Berol. Gr. τὸν-νόμον.
praetoriorum] Sic Mon. Berol. *praetorium* Vind.
Datum] Haec subscriptio in Hamb. et Contiana (1559) reperitur; est et in editione Venet. 1487. sed mutila, ut Bienerus in hist. Novellarum p. 520. auctor est. Deest in Vind. Mon. Berol. Pist. Bamb. D. I. 1. In I. habentur haec sola: *datum V. Idus Octobris*; in Bamb. D. II. 11. *datum V. Idus.*
Octob.] Vulgo *Constant.* subiicitur, sed vide Bienerum l. c. p. 520.
imp.] Vulgo subiicitur *DN.*, sed vide Bienerum l. c.
anno] Vulgo antea est *pp. a.*, sed vide Bienerum l. c.

NOV. XCIII. XCIII.] deest in Vind. Mon. Berol. I. *const. XCIII.* Vulgo.
ut] *Rl. ut* Vind. Mon.
instante] Sic Mon. *dotis instante* Berol. *exstante* Vind.
dotis] deest in Berol., sed in Mon. Vind. deest.
secundae] Sic Mon. Berol. *scde* Vind.
migrante] Sic Hamb. I.; reliqui *migranti*, quod etiam Vulgo est.
prima] Sic Vind. Berol. *prime* Mon.
priori] Sic Vind. Mon. Berol. I. *priore* Vulgo.
et si] Sic Vind. Berol. Port. *ut et si* Mon. *et ut si* Hamb. Trid. I. Vulgo.
voluerit] Sic Mon. Berol. *voluerint* Vind., sed sec. manus corr., ut in contextu, puncto videlicet ultimae litterae *n* subiecto.
is] Sic Mon. *his* Vind. *dis* Berol., sed priori litterae *d* punctum inferius subiectum est.
dotem] Sic Vind. Mon. *dote* Berol., sed sec. manus supra ultimam litteram lineolam posuit.
scripserit] *scripsit* I.
distulerit] Sic Vind. Berol. *disstulit* Mon., sed litteris *it* circumflexus impositus est.
ea] Postmodo Vulgo subiicitur *etiam*, quod in Vind. non est, est autem in Mon. Berol.
conscriptam] Sic Mon. Berol. *cum scriptura* Vind. *conscripta* I.
antenuptialem] *antenuptiarum* Vind.
donationem] Sic Vind. *donationem Rl.* Mon. Berol. I.
Idem Aug.] Sic Vind. *id. a.* Mon. Pist. Berol. *idem* I. *imp. Iust. a.* Neob. *imp. Iustinianus aug.* Vulgo.
Ioanni] *Iohi* codd. mss. dicti et I., sed per litteram *h* circumflexus traiectus est. Deest in Neob.
P. P. secundo] *ppo scdo* Vind., sed lineola superius imposita est. *pp. scdo* Neob. Berol. Mon. *pp. so* Pist. *ppo scdo* I. *gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto iterum* Vulgo.
exconsuli] Sic Mon. Pist. *excs.* Berol., in quo quidem ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Neob. *exc.*, sed lineola superius imposita. Vind. *excons.* I. *excō.*
ordinario] Sic Mon. *ordinar.* Vind., sed lineola superius imposita est. Pist. Neob. Berol. *ord.* I. *or.*

NOV. XCIII. PRAEF. causa] Sic Vind. Mon. *causam* Berol., sed litterae *m* puncta inferius subiecta sunt. Gr. πρᾶγμα.

multa correctione digna, et legislatione clariori non indigna. Etenim quidam prioris factus uxoris vir, quum eam extulisset, deinde secundae, dotem suscipiens, et filios ex priori relinquens obiit, secunda adhuc superstite. Volebat igitur secunda uxor dotem a se datam exigere, privilegio utens a nobis dato, contradicebant autem ex priori matrimonio filii, et ipsi maternam obiicientes dotem, et dubium erat, utrum etiam non superstite priore uxore oportet suscipi filios contra secundae dotem litigantes. Non enim aliis dedimus dudum et damus hoc privilegium aut heredibus aut creditoribus, sed solis filiis. Plurimae siquidem dubitationes exstiterunt in hac causa, dicente secunda, quoniam expendisset et ante, quam ad eius venisset matrimonium, prioris uxoris dotem, et non esse iustum, suam quidem dotem, quod tantum inventus est reliquisse vir, quantum sufficeret soli secundae, dotem eam perdere, illos autem expensam iam dotem percipere. Sed filii hypothecas proponebant, quoniam omnino rebus exsistentibus morienti hypothecae seniores potiores, quam secundae essent.

CAP. I. His igitur in dubitationem venientibus, illud certum etiam a nobis sancitum est, quia, si aliquid appareat rerum prioris aut secundae dotis, hoc necessarium filios prioris, aut secundae habere, aut

correctione] Sic Mon. Berol. *correctio* Vind., sed sec. manus scripsit *correctione*. Gr. ἐπιστροφῆς.

legislatione] Sic Mon. Berol. *legis* Vind. Gr. νομοθεσίας.

clariori] Sic Vind. Mon. Berol. *clariore* Vulgo I.

prioris] Sic Mon. Berol. *priusloris* Vind., sed litterae *l* puncta inferius subiecta sunt. Gr. προτέρας.

factus] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem secunda manus scripsit *factis*. Gr. γενόμενος.

vir] Sic Mon. Vind. *ve* Berol., sed sec. manus scripsit *vir*. Gr. ἀνήρ.

deinde] Sic Vind. Berol. *et deinde* I. Mon. Gr. εἶτα.

suscipiens] Quod Vulgo postmodo legitur *ab utraque*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque omittendum fuit. Interpres verba παρ' ἑκατέρας tacito praeteriisse videtur.

priori] Sic Vind. Mon. I. *priore* Berol.

secunda adhuc] Sic Mon. *adhuc secunda* Vind. Vulgo. *ad secunda* Berol., sed supra vocem *ad* vox *huc* a sec. manu adscripta est. Gr. δευτέρας ἔτι.

priori] Sic Vind. Mon. Berol. I. *priore* Vulgo.

obiicientes] *obicientes* Mon. I.

et dubium] Sic Vind. I. *dubium* Mon. Berol., sed supra litteram *d* superius adscriptum fuit *et*. Gr. καὶ ἀμφισβητήσιμον ἦν.

utrum] Sic Mon. Berol. *atrum* Vind., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. εἰ.

priore uxore] Sic Vind. Mon. Berol. I. *uxore priore* Vulgo. Gr. τῆς προτέρας γαμετῆς.

oportet] *oporte* Vind., sed ultimae litterae lineola superius imposita est, pro qua secunda manus litteram *t* imposuit, ut sit *oportet*. I. *oporteat*. Mon. Berol. *oporteret*, quod etiam Vulgo est. Gr. δεῖ.

dotem litig.] *litig. dotem* I.

aliis ded.] *ded. aliis* I.

exstiterunt] Sic Vind. *exstiter* Mon., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Berol. *extiter*.

in hac] *ex hac* I.

et ante] Sic Vind. Mon. Berol. *ante* Vulgo I. Gr. καὶ πρίν.

suam quidem dotem] Sic Vind. Mon. Berol., sed ultimum *dotem* Vulgo omissum est. I. *suam quidem dotem perdere*. Gr. τὴν αὐτῆς προῖκα.

vir] Sic Vind. Mon. *u* Berol., sed littera *i* superius imposita est; secunda manus scripsit *vir*. Gr. ὁ ἀνήρ.

dotem] Sic Vind. Berol. In Mon. bis positum est; deest in Trid. Verba *dotem eam perdere* desunt in I.

iam] Sic Vind. Mon., deest in Berol., ubi tamen a sec. manu supra lineam adscriptum est. Gr. ἤδη.

hypothecas] Sic Berol. *ypothecas* Mon. *ipothecas* Vind., quod sec. manus correxit *ypothecas*.

hypothecae] *ypothece* Vind. Mon. Berol.

NOV. XCIII. CAP. I. his] *hiis* I.

sancitum] Sic Vind. Mon. *sanccitum* Berol.

prioris] Sic Mon. Berol. *priores* Vind.

eveniente] Sic Berol. *lucro illo obveniente* I. *veniente* Vind. Mon. Gr. ἀποβάντος. Quod antea Vulgo legitur *illo*, in tribus meis codd. mss. et in I. desideratur, nec sane Graecis firmatur. Quod subiicitur *lucro*, in I. deest.
quidem] *quod* I.
lucrabitur] Sic Vind. Berol. *luctabitur* Mon., sed sec. manus scripsit *lucrabitur*. Gr. κερδανεῖ.
et tamquam] Quae ab hac voce usque ad *aequalitate* leguntur, in Berol. a sec. manu scripta sunt.
aenigmate] *enicmate* Berol.
alterius] Sic Hamb. Trid. Vind. Berol. I. *unius alterius* Mon. Port. Cont. Vulgo, quod Graeco θατέρου non confirmatur. Ad marginem Contii *altera*.
quartae] Sic Vind. Berol. Bamb. Mon. Trid. *quarta* Port. I. Vocem *quartae* Os. delendam esse censet.
ex] Sic Vind. Mon. *et ex* Berol., quod Graecis non firmatur.
suspecta] Sic Vind. *suscepta* Mon. Berol. Gr. ὑπούλου.
namque] *nanque* I.
vel aequalitate] Sic Vind. Port. Priorem vocem *vel* Mon. Berol. Hamb. Trid. omittunt. Caeterum in Mon. est *vel inaequalitate*. Gr. δῆθεν ἰσότητος.
inaequalitas] Sic Mon. *inequalitas* Berol. *ineaqualitas* Vind., sed priori litterae *e* punctum inferius subiectum est.

ex hoc ipso procedit. Quae igitur prius exposita sunt dotalia, secundum quem constituta sunt modum, habeantur; quod enim factum est, infectum manere impossibile est. De cetero autem in omni ditione sancimus aequas quidem esse oblationes, ipsos autem mediocria lucra pacisci, ut per omnia iustitiam aequitatemque honoremus. Si enim aliquis amplius alio dives est, licet ei per alium modum, legitimum tamen et agnitum nostris legibus, clementiam praebere alii, et non per inaequalitatem rediens ad aequalitatem lucrum maius alteri acquirere. Et haec quidem de hoc lex ita quodammodo habeat, suam iustitiam universis ostendens.

CAP. II. Aliud quoque, quod circa nuptiales oblationes fit, inspeximus atque consideravimus, dicimus autem de augmento. Quia enim et ante nos legislatoribus, et a nobis ipsis de augmentis dictum est, plurima autem a nobis et non facile numeranda et in his super antiquitatem philosophata sunt, adinventas ab aliquibus circumscriptiones perimentes, et puram iustitiam servari volentes, et illud corrigimus.

Gr. ἀνισότης. Ad marg. Contii: *leg. inepta inaequalitas ex hoc ipso procedet.*

quem] Sic Mon. Berol. *quae* Vind. *que* I. Gr. καθ' ὅν.

factum] Sic Vind. Mon. *faciuntum* Berol., sed litteris *iun* puncta inferius supposita sunt. Gr. τὸ μὲν γενόμενον.

manere] In Berol. postea est *infertum*, cui voci puncta deinde subiecta sunt, quae quidem vox subiectis punctis notata est.

autem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. δέ.

ditione] Sic Mon. *dictione* Berol. *donatione* Hamb. Trid. I. *datione* Vind. Port. Gr. τῇ ὑπηκόῳ.

aequas] Sic Vind. Mon. *equas* Berol.

aliquis] Sic Vind. Berol. *aliquis alius* Mon., sed voci *alius* puncta inferius subiecta sunt. Gr. γάρ τις.

alio] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Mon. Berol. sec. manus scripsit *alii*. Gr. μᾶλλον θατέρου.

tamen] Sic Vind. Mon. *tantum* Berol.

et non] Sic Berol. Vind. I. *non* Mon. Port. *sed non* Vulgo, quod ex Graeco ἀλλ' οὐ correctum est.

rediens] Sic Mon. Berol., deest in Vind. *redigens* I. Vulgo. Pro ὑποδυομένης interpres videtur legisse ὑποδυομένῳ.

ad aequalitatem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Ad marg. Contius: *legendum et non per inaequalitatem, quae veletur aequalitate lucrum maius etc.*

haec] Sic Mon. Berol. *hoc* Vind. I. Gr. ὁ μὲν-νόμος.

habeat] *habet* I.
suam] deest in I.
univ.] *in univ.* I.

NOV. XCVI. CAP. II. quoque quod] Sic Berol. *quod quoque* Vind. *quoque qui* Mon., sed sec. manus ex ultima voce facit *quod*.

oblationes] Sic Vind. Berol. Mon., nisi quod a sec. manu supra lineam scriptum est *donationes*.

augmento] *augmentis* I.

ante] *an* Mon., sed circumflexo superius imposito. Quod Vulgo antea legitur *ab*, in Vind. Mon. Berol. I. desideratur, et Graeca solum dativum casum habent.

legislatoribus] In Berol. Mon. priori voci *legis* vox *a* superius imposita est.

numeranda] Sic Berol. I. Mon., in quo quidem ultimae litterae circumflexus superius impositus est. Vulgo *enumeranda*. Gr. οὐδὲ ἀριθμηθῆναι ῥᾴδια.

et] Sic Vind. *etiam* Mon. Berol. I.
his] *hiis* I.

super] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Mon. huic voci a sec. manu impositum *q*, lineola tamen superius imposita. Caeterum Contius ad marginem: *al. super ea, quae per antiquitatem philosophata sunt.*

antiquitatem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *antiquitate* Vulgo.

philosophata] Sic Mon. *phylosofata* Berol. *filosofata* Vind.

ab aliquibus] Sic Vind. Mon. *aliquibus* Berol. Gr. παρά τινων.

circumscriptiones] Sic Mon. Berol. *circumspectiones* Vind. Gr. περιγραφάς.

et illud] Sic Vind. Mon. Berol. *etiam illud* Vulgo I.

Privilegium enim dedimus dotibus, ut contra antiquiores hypothecas habeant honorabiliora iura, utpote dum contrahentes cum viris eorum credant substantiis, et non mulierum, et quae forte tunc neque competebant his, qui prius contraxerunt. Dedimus autem licentiam (hoc videlicet, quod antiquitus) et augmenta facere, permittentes et viro et mulieri, sive ambo voluerint, sive etiam horum alter, celebrare augmentum. Primum quidem illud sancimus, ne aliqua fiat circumscriptio, si augere voluerit dotem aut propter nuptias donationem, non licere alii quidem facere, alii autem in prioribus manere, sed utrumque celebrare omnino augmentum, et non in electione, sicuti prius, sed in necessitate causam consistere, omnino tamen quantitate aequali, hoc quod etiam nostri patris dicit constitutio. Et ne contingat augmentum non ipsa fieri veritate, sed schematicum, et maxime in parte mulieris, et viri creditores circumscribat privilegio utens, si quidem habuerint utrinque immobiles res, melius est in immobilibus fieri oblationem, quatenus sit palam et indubitatum, quid quidem ab initio fuit, quod autem postea

ut] Sic Mon. *et* Vind. Berol., sed in utroque supra lineam a secunda manu scriptum est *ut*. Gr. ὥστε.

hypothecas] Sic Mon. *ypothecas* Vind. Berol.

habeant] Sic Vind. Berol. *habebant* Mon., sed sec. manus correxit *habeant*. Gr. ἔχειν.

honorabiliora] Sic Vind. Berol. *honorabilia* Mon., sed sec. m. correxit, ut in cont. Gr. τιμιώτερα.

iura] Sic Vind. Mon., deest in Berol., in quo quidem a sec. m. supra lineam scriptum est *iua*, circumflexo imposito. Gr. δίκαια.

et quae] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. Prior vox *et* deest Vulgo. Pro τῶν γε interpres manifesto legit τῶν τε.

forte tunc] *tunc sunt forte* I.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

licentiam] Sic Vind. Mon. In Berol. antea scriptum est *hoc*, quod in reliquis desideratur, neque Graecis firmatur.

horum] Sic Vind. Berol. *eorum* Mon. Gr. ἐκ τούτων ἕτερος.

si augere] Sic Vind. Mon. *sive augere* I. *sive agere* Berol., sed supra litteram *a* littera *u* superius imposita est. Gr. εἴπερ ἐπαυξῆσαι.

aliqua] Sic Mon. Berol. *alia* Vind., sed sec. manus correxit *aliqua*. Gr. μή τινα γίνεσθαι.

fiat] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem subiiciuntur *ne alia fiat*, quas quidem voces secunda manus delevit.

alii] *alio* Vind. Mon. Berol., sed sec. manus correxit *alii*.

alii] Sic Vind. Mon. *alio* Berol., sed sec. manus correxit *alii*.

in electione] Sic Vind. Mon. *intellectione* Berol. Gr. καὶ μὴ ἐν αἱρέσει.

sed] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ἀλλ' ἐν.

omnino] *non* I.

tamen] Sic Vind. Mon. *tm* Berol., sed lineola superius imposita. Secunda manus scripsit *tn*. Gr. μέντοι.

etiam] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. καί.

nostri] Sic Vind. Berol. *nostris* Mon., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Gr. τοῦ ἡμετέρου πατρός.

ipsa] *in ipsa* I.

sed] Sic Mon. *set* Vind. *et* Berol. Gr. ἀλλ'.

schematicum] Sic Mon. *scematicum* Vind. Berol. I.

viri] Sic Vind. Mon. Berol., sed Vulgo antea est *ne*, quod in dictis codd. deest, in I. vero *ne scematicum*, nec Graecis firmatur. Pro ἵνα interpres videtur legisse καί.

habuerint] Sic Vind. Berol. I. Mon., in quo a secunda manu scriptum est; porro Hamb. Trid. *habuerit* Vulgo. Gr. ἔχοιεν.

utrinque] Sic Vind. I. Trid., sed in Vind. sec. manus scripsit *utrique*. Mon. Berol. Hamb. *utrique*. Gr. ἑκατέρωθεν. Vulgo Port. *uterque*.

melius est in] Sic Vind. Mon. *melius est* I. Desunt in Berol., sed ad marginem a sec. manu adscriptum *melius in*, sed ultimae voci a secunda manu superius adscriptum est *ut*.

immobilibus] Sic Vind. Mon. *inmobilibus* Berol.

quatenus] *quatinus* I.

quid quidem] Sic Vind. Mon. *quidem quod* Berol. *quod quidem* Vulgo. *quod* I. Gr. τί μέν.

fuit] *fuerit* I.

additum est. Si autem non utrinque immobiles res fuerint, mulierem omnino per immobiles res celebrare augmentum, ut et dos et augmentum similiter habeat adversus antiquiores creditores privilegium, undique indubitato augmento exsistente, vir autem etiam in rebus mobilibus faciat augmentum; nulla enim hinc oritur laesio. Si autem mulier immobilium habens rerum substantiam in rebus mobilibus scribat augmentum, sciat, privilegium non habituram, nisi in antiqua sola dote, non figurato exsistente augmento. Quod enim ab initio factum est, in toto sine suspicione est; quod autem postea machinatum est, contra creditores hoc ipso introducit meditationem, et laedi homines ex dato a nobis dotibus privilegio nullo volumus modo. Si vero non fuerit debitum contra virum ullum, neque suspicio contra creditores circumventionis, tunc et in pecuniis et ut volunt augmentum fiat ab eis, utrinque tamen augmento sic faciendo et aequitatem habente, ut aequalitatem servemus. Quae enim erit circumventionis suspicio, viro obligato nulli exsistenti, et propterea augmentis sine tergiversatione factis?

additum] Sic Vind. Mon. *aditum* Berol. Gr. *προσγέγονεν*.

utrinque] Sic Mon. Berol. *utrmque* Vind., sed litterae *m* puncta inferius subiecta sunt, lineaeque superius littera *i* imposita est. Gr. *ἑκατέρωθεν*.

fuerint] Sic Vind. Mon. *non fuerint* Berol., sed hoc Graecis non firmatur.

mulierem] *mulieres* I.

ut et dos et augmentum] Sic Vind. Berol.; desunt in Mon., in quo quidem a secunda manu lineae haec eadem imposita sunt. Quae antea sunt *omnino per immobiles res*, desunt in I., in reliquis codd. sunt.

similiter] Sic Vind. Berol. *similiter aut* Mon., sed ultimae voci *aut* puncta inferius subiecta sunt. Ultima sane vox in Graecis non habet, quo firmetur.

habeat] *habeant* I.

etiam] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem supra lineam adscriptum est *si*. Gr. *καί*.

nulla] Sic Mon. *nullam* Berol., sed sec. manus litteram *m* delevit. Berol. *nulli*. Gr. *οὐδέν*.

oritur] Sic Vind. Hamb. I. *orietur* Trid. Port. Gr. *ἀναφύεται*.

si] Sic Vind. Mon. *sin* Berol. I.

habens rerum] Sic Vind. Berol. *rerum habens* Mon. I.

sola] Sic Vind. Berol. *sole* Mon., sed supra litteram *e* secunda manus litteram *a* imposuit. Gr. *μόνης*.

non] Sic Mon. Vind., qui non habent, quod Vulgo et in I. subiicitur *in*. In Berol. est *non in*.

suspicione] Sic Vind. Mon. *suspitione* Berol. I.

contra] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *contra*. Gr. *κατὰ τῶν δανειστῶν*.

introducit] Sic Vind. Berol. *introducat* Mon. Gr. *εἰσάγει*.

meditationem] *machinationem* I.

dotibus privil.] *privil. dotibus* I.

volumus] Sic Mon. Berol. *nolumus* Mon. Gr. *βουλόμεθα*.

ullum] Sic Vind. Mon. *illum* Berol., quod sane Graecis non firmatur.

pecuniis] *peccuniis* Berol.

volunt] *voluit* I.

augmentum] Inde ab hac voce quae sunt usque ad verba *obligato nulli*, in Berol. a sec. manu scripta sunt omnia.

utrinque] Sic Berol. Hamb. *utrique* Trid. Port. Mon., sed in hoc sec. manus correxit, ut in cont. Vind. *mque*, sed priori litterae *m* littera *i* superius imposita est. Gr. *ἑκατέρωθεν*.

augmento] Sic Vind. Mon. *aucmento* Berol.

sic] In Vind. Berol. quod antea intrusum *etiam*, neque in Mon. est, neque Graecis firmatur.

aequitatem] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. *aequalitatem* Hamb. Vulgo I.

aequalitatem serv.] Sic omnes mei codd.; *aequitatem* Contius, qui ad marg. habet *aequalitatem*.

circumventionis] Sic Berol. *circumventioni* Vind., sed sec. m. scripsit, ut in cont. Mon. *circumiventionis*, sed priori litterae *i* punctum inferius subiectum est. Gr. *τῆς περιγραφῆς*.

nulli] Sic Vind. Berol. I. *nullo* Mon., sed sec. m. scripsit *nulli*. Gr. *μηδενί*.

exsistenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *existente* Vulgo.

propterea] Sic I. Vind. Mon. Berol., qui quidem praecedentem vocem *et* non videtur habuisse, quae certe per scriptu-

CAP. III. His consequens est et illud decernere, in casibus huiusmodi dubitatum. Novimus et antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas praeponi iuniores exsistentes ex privilegiis a legibus datis, quale est, quando aliquis propriis pecuniis procuraverit navem comparare, aut fabricare aut reparare aut domum forsan aedificare aut etiam emi agrum aut aliquid horum; in his enim omnibus priores exsistunt posteriores creditores, quorum pecuniis emta aut renovata res est, his, qui etiam multum antiquiores sunt. Quaesitum est igitur, si mulier praetendens privilegium super antiquam dotem et augmentum, in quo etiam hic servatur privilegium, sicuti praedictum est, si prioribus voluerit praeponi creditoribus, veniat autem et alter creditor, posterior quidem, praetendens autem pecuniis suis emtam aut reparatam navem, aut domum aut agrum, aut competere, eum in his rebus, quae eius pecuniis emtae aut reparatae sunt, habere praedictum privilegium, utrum oportet dotem etiam talibus praeponi, an aliis quidem praevalere creditoribus, quicunque non talia praetendunt, his autem cedere, quoniam

rae tenuitatem dignosci non potest. Vulgo *praeterea*. Gr. διὰ τοῦτο.

tergiversatione] *tergisversatione* Mon., sed priori litterae *s* punctum inferius subiectum est.

factis] Sic Mon. Berol. *facti* Vind. Gr. γενομένων.

NOV. XCVI. CAP. III. his] *hiis* I. Ad marg. Mon. adnotatum est *de privilegio dotis*.

et illud] Sic Vind. Berol. I. *illud* Mon. Vulgo. Gr. κἀκεῖνο.

in cas.] Quod Vulgo antea est *quod*, in Mon. I. est, deest in Vind. Berol., sed in Berol. a sec. manu lineae impositum est *quod*, quod nec Graecis firmatur.

dubitatum] Quod Vulgo postea legitur *est*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.

novimus] *invenimus* I.

aliquas] Sic Berol. *et aliquas* Mon., sed priori voci *et* puncta inferius subiecta sunt. Deest in Vind. Gr. τινάς.

hypothecas] Sic Mon. *ypothecas* Vind. Berol.

praeponi] Sic Vind., ut et Contius in margine legendum esse scripsit. *praeponere* Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. Cont. Gr. περιγίνεσθαι.

quale est, quando aliquis] Sic Mon. Berol. *aliquis quale est* Vind. Gr. οἷον ὁπότε τις.

procuraverit] Sic Vind. Mon. *procuraverint* Berol. Gr. κατασκευάσειε.

domum] Sic Vind. Mon. *donum* Berol. Gr. οἰκίαν.

forsan] *forsitan* I.

his] *hiis* I.

res est] *est res* I.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

multum] Sic Berol. I., deest in Vind. Mon. Gr. πολλῷ.

si] Sic Mon., deest in Vind. Berol. I. Gr. εἰ.

antiquam dotem] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. Port. I. *antiqua dote* Berol., quod etiam Vulgo est.

et augmentum] Sic Vind. I. *augmentum* Mon. Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *et* in Berol. *et augmento* Vulgo.

etiam] *et* I.

hic] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *hoc* I. Vulgo.

sicuti] *sicut* I.

si prioribus] Sic Vind. Mon. Berol. I. Prior vox Vulgo sane deest. Interpres pro εἶτα manifesto habuit εἰ.

voluerit] Sic Mon. *voluerint* Berol. Vind. Gr. βούλοιτο.

creditor] Sic Vind. Mon. *creditori* Berol., sed sec. manus correxit *creditor*. Gr. δανειστής.

posterior] Sic Mon. Berol. *et posterior* Vind., quod Graecis non firmatur.

pecuniis] Sic Vind. Mon. *peccuniis* Berol.

aut competere] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. Port. *et competere* Vulgo. *competere* I. Interpres pro καὶ videtur legisse ἤ.

his] *hiis* I.

emtae] *empte* Berol.

aut] Sic Mon. Berol. *et* Vind. Gr. ἤ.

oportet] Sic Vind. Mon. Berol. I. *oporteat* Vulgo. Gr. δεῖ.

dotem] In Berol. hoc bis scriptum est, sed secunda vice punctis subiectis notatum.

an] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem his litteris circumflexus superius impositus est. Gr. ἢ τῶν.

his] *hiis* I.

ex eorum substantia res acquisita est? Plurimum igitur super his cogitantes, non invenimus mulierem iuste exsistentem cedere alicui tali privilegio. Videbamus enim (quae causae absurditas est), quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore advenit quaestus, et vivunt ex hoc, adversantibus autem, et semet ipsas atque substantiam ad virum introducentibus, non solum nullus sit quaestus a viris male degentibus, sed etiam minuuntur, et spes eis nulla sit secundum haec. Unde volumus, etsi quis domum renovasset, aut etiam agrum, non possit talia privilegia mulieribus opponere. Infirmitatem namque muliebris naturae et satis novimus, et quia facile circumventiones fiunt adversus eas, minui autem eis dotem nullo sinimus modo. Sufficit enim, quia lucris cadunt, etsi priora antenuptialis donatio inveniatur et sufficiens quoddam exstet eis ex hoc damnum, non etiam eas volumus et circa ipsam dotem periculum sustinere.

CAP. IV. Quia vero et huiusmodi quaedam aditiones nobis factae sunt, eo quod quidam aliorum militant pecuniis, et oportet eos, qui in

acquisita] *adquisitum* Berol., sed sec. manus scripsit *adquisita*.
igitur] deest in I.
his] *hiis* I.
iuste] Sic Contius, qui ad marginem adscripsit: *videtur leg. iustam, ut sequamur Graecanicam figuram, qua utitur haec lex hoc loco.*
videbamus] *videamus* I.
ex hoc] Sic Vind. Mon. Berol., qui non habent, quod Vulgo et in I. postea legitur *quaestu*. Gr. ἐντεῦθεν.
adversantibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *bene versantibus* Vulgo.
autem et] Quod Vulgo postea legitur *quae*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, nec sane Graecis firmatur.
substantiam] Sic Vind. *substantias* I. Mon. Berol. Gr. τὴν οὐσίαν.
introducentibus] Sic Vind. I. *introducet* Mon. Berol., in quo quidem secunda manus supra *et* scripsit *ent*. Vulgo *introducent*. Gr. ἀγαγούσαις.
degentibus] Sic Mon. Berol. *agentibus* Vind. Gr. διαγινομένων.
minuuntur] Sic Vind. Mon. Berol. *minuantur* I. Vulgo. Gr. ἐλαττοῦνται.
eis] Sic Vind. *eius* Mon. Berol., in quo quidem secunda manus scripsit *eis*. Gr. αὐταῖς.
secundum haec] Sic Vind. Mon. Berol. I. *secundum hoc* Hamb. Trid. Port., desunt Vulgo. Manifesto interpres legit κατὰ ταῦτα ὥστε βουλόμεθα. Hinc ex parte emendanda sunt, quae dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung Juni 1842. Num. 135. p. 563.
unde volumus] Sic Vind. Mon. I. *volumus* Berol., sed sec. manus litteris *vo* vocem *unde* imposuit. Vulgo *volumus igitur*. Gr. ὥστε βουλόμεθα.
ut etsi] Sic Vind. I. *etsi* Mon. Berol. Hamb. *ut si* Trid. Port.
renovasset] *renovasse* Mon. Berol. Vind., in quo quidem secunda manus ad finem huius vocis litteram *t* adscripsit.
agrum] Sic Vind. Mon. Berol. I., qui non habent, quod Vulgo postea legitur *emisset*. In solo tamen Vind. supra lineam a sec. manu adscriptum est: *non emisset*, quae Graecis non firmantur.
muliebris naturae] Sic Vind. Berol. *naturae muliebris* Vind. Gr. τῆς γυναικείας φύσεως.
et satis] Sic Vind. Mon. I. Prior vox *et* deest in Berol. Gr. καὶ σφόδρα.
eas] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra lineam a secunda manu adscriptum est *eas*. Gr. κατ' αὐτῶν.
eis] *eius* I.
enim] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu haec vox lineae superius imposita est. Glossam videtur redolere, cum nec in Graecis habeatur, quo firmetur.
quia] Sic Vind. Mon. Hamb. *quia a* Trid. *quod a* Port. I. Vulgo. *qui* Berol. Gr. ὅτι τῶν κερδῶν ἐκπίπτουσιν.
etsi] Sic Mon. *si* Vind. Berol. *etiamsi* I. Gr. εἰ καί.
priora] Sic Vind. Mon. Contius, qui ad marg. scripsit: *subaudi privilegia.* Hamb. Trid. Port. Vulgo I. *prior*. Gr. προγενέστερα nominativum pluralis numeri casum demonstrat.
antenuptialis] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. *antenuptiali* Vulgo. *ante nuptias* I.
quoddam] Sic Vind. Berol. *quidem* I. *qdam* Mon., sed priori litterae *q* sec. m. litteram *d* imposuit. Gr. ἱκανόν τι.
etiam] *et* I.
sustinere] *substinere* I.
NOV. XCVI. CAP. IV. quia vero] Ad marg. Berol. *de privilegiis datis creditori, qui militie causa marito mutuavit.*
adit.] *addit.* I.
eo] *in eo* I.

has crediderunt causas, praeponi, sancimus, si quis vere dederit aurum occasione militiae, sive statutum fieri, vel pro aliis quibusdam talibus causis, et expressim hoc ipsum scribatur in instrumento, et in hoc fiat pactum, ut casu proveniente prior sit solus, qui ad hoc credidit, huic solo casui cedere mulierem, neque facile credendum, neque per testes, sed negotio et scripto gesto, et testium habente subscriptiones, et ipso opere procedente. Tunc enim, si per omnem huiusmodi viam causa procedat, suspicionem non habeat, et competit contrahentes propriis non privari; aliis vero omnibus praevalere mulierem secundum quod iam a nobis eis datum est privilegium.

CAP. V. Quia vero iam legem scripsimus, ut patres semel offerentes dotem pro filia sub potestate, aut suae quidem potestatis, reversionem autem in semet ipsum facientem **** quaesitum est apud aliquos, si competens est moriente genero, et remeante ad patrem dote,

et oportet] Sic Vind. Mon. *oportet* Berol., sed supra priores duas litteras *op* a secunda manu scriptum est *et*. Gr. *καὶ δεῖ*.

sancimus] In Berol. subiicitur *quidem*, quod in reliquis desideratur, potest autem ex *θεσπίζομεν* ortum esse, quum, qui ultimam syllabam bis scriptam videret, vocem *μὲν* habere sibi videretur.

vere dederit] Sic I. Hamb. Trid. *vere dedit* Mon. *vero dederit* Vind. *vendiderit* Berol., sed sec. manus scripsit *crediderit*. Vulgo Port. *crediderit*. Gr. *ταῖς ἀληθείαις δοίη*.

sive] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *ἤ*.

expressim] Sic Mon. Berol. In Vind. antea est *hoc*, quod Graecis non firmatur.

in instrumento] Sic Vind. Berol. I. *instrumento* Mon., sed priori syllabae syllaba *in* a sec. manu lineae imposita est.

pactum] Sic Vind. *factum* Mon. Berol. I. Gr. *σύμφωνον*.

ut] Sic Vind. *et* Berol. Mon. I., in quo quidem supra hanc vocem secunda manus imposuit *ut* Gr. *ὥστε*.

huic] Sic Vind. Mon. *et huic* Berol. I., quod Graecis non firmatur.

neque] Quod Vulgo subiicitur *ei*, in Vind. Mon. Berol. I. non est.

credendum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *credendo* Vulgo.

et scripto] Sic Vind. Berol. *ex scripto* Mon. I., quod etiam Vulgo est. Gr. *καὶ ἐγγράφως*.

gesto] Sic Vind. Mon., deest in Berol., quod a sec. manu supra lineam impositum est. Gr. *πραττομένου*.

habente] Sic Vind. Berol. *habentem* Mon. Sed Graeca genitivum absolutum habent.

si] Sic Vind. *su* Mon. Berol., in quo sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *εἰ*.

omnem] Sic Vind. Mon. *om* Berol., sed his litteris circumflexi superius impositi sunt. Gr. *διὰ πάσης*.

suspicionem] Sic Vind. Berol. *suspitionem* Mon. I., sed litterae *spi* a sec. manu scriptae sunt.

non] Sic Vind. Mon. *vel non* Berol., sed priorem vocem sec. manus delevit.

habeat] Sic Vind. Mon. Berol. I. *habet* Vulgo. Gr. *ἔχοι*.

contrahentes] *ccentes* Berol., sed prioribus duabus litteris circumflexus impositus est.

vero] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I. Gr. *δέ*.

eis] *ei* Mon. *eas* Vind., sed sec. manus scripsit *eis*. Deest in Berol., in quo quidem a sec. manu subiicitur *eis*. Gr. *αὐταῖς*. Pro *a nobis — est* I. habet *datum est a nobis*.

datum] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *δεδομένον*.

NOV. XCVI. CAP. V. suae] Sic Vind. Mon. *sive* Berol., sed sec. manus scripsit *sue*. Gr. *αὐτεξουσίας*.

quidem] Sic Vind. Mon. *quidam* Berol., sed sec. manus scripsit, quod in cont. Gr. *μέν*.

ipsum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *ipsos* Vulgo. Gr. *εἰς ἑαυτόν*.

facientem] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *facientes* Vulgo. Gr. *πεποιηκότα*. Quod postea lacunae signum posui, totus sententiarum contextus aliquid excidisse facile ostendit, quam lacunam Vulgo sic explent: *ex stipulatu actionem habeant*, cuius additamenti signum nec in I. aut in ullo ex meis codd. habetur.

aliquos] Sic Vind. Mon. *alios* Berol. Gr. *παρά τισιν*.

si] Sic Vind. Mon. *sic* Berol., sed litterae *c* punctum inferius subiectum est. Gr. *εἰ*.

dote] Sic Vind. Mon. *dotem* Berol., sed genitivum absolutum Graeca habent.

quae ab eo data est, hanc patrem semel offerentem posse ad secundas veniente filia nuptias minuere, aut hoc non facere, cogitantem, quia semel alienata est ab eius substantia, sed ipsa mensura ei nubenti rursus dare, tanquam si nec contigisset viduatam? Hoc enim nobis nunciatum est, quia triginta librarum auri quidam pater exsistens obtulit dotem, deinde filia viduata et ad secundas veniente nuptias, non iam triginta ipse obtulit, sed quinque et decem solas, quoniam contigerat mulierem lucratam mediam antenuptialis donationis partem in quinque et decem auri libris exsistentem, et pater nequaquam de suo obtulit triginta libras, sed quinque quidem et decem ipse, quindecim vero ex lucro mulieris. Iniustum igitur aestimavimus hoc esse, sed similiter in divisione habere quidem eam praecipuum antenuptialis donationis lucrum ex paternis autem quinque et decem percipere reliquas, tanquam studuerit pater laedere filiam. Quid enim egerat, si non contigisset secundis eam nuptiis copulari, sed manere eundem generum vivum? aut quomodo futurus erat minuere dotem iam a se datam, aut proprium illius lucrum suum facere, et in dotem secundi viri deducere? quum utique oporteret eam in paraphernis haec habere, et forsan propter

semel] Sic Berol., deest in Vind. Mon. Gr. ἅπαξ.

filia nuptias] Sic Vind. Mon. I. *nuptias* Berol., sed supra lineam a sec. manu adscriptum est *filia*. Vulgo *nuptias filia*. Gr. ἀφικνουμένης τῆς παιδὸς γάμους.

cogitantem] Sic Vind. Mon. *cogitante* Berol. Gr. ἐνθυμούμενον.

ipsa mensura] *ipsam mensuram dotis* I.

tanquam] Sic Vind. Berol. *tamquam* Mon.

nunciatum] Sic Berol. *nuntiatum* Vind. Mon.

quidam] Sic Mon. Berol. I. *quidem* Vulgo. Gr. πατήρ τις.

ad sec. veniente nuptias] Sic Vind. Mon. *ad nuptias secundas veniente* Berol., quod Graecorum tenore refutatur: καὶ δευτέροις ὁμιλησάσης γάμοις.

non iam] Haec quidem in Mon. scripta sunt omnia sed a secunda manu; prima manus solam priorem litteram *n* scripserat.

triginta] In Vind. Mon. Berol. I. deest, quod Vulgo postea est *libras*, quod cum nec Graecis firmetur, ex superioribus huc male delatum esse videtur.

quinque et decem] Sic Berol. *XV*. I. In Vind. haec quidem deleta sunt, sed supra lineam adscriptum a sec. manu *XV*. In Mon. litteris perscriptum est *quinque et decem*, sed voci *et* inferius puncta a secunda manu subiecta sunt; denique post *decem* sec. manus adscripsit *deci*. Gr. πεντεκαίδεκα.

solas] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est, ut sit *sola*. I. *solas auri libras exsistentes*.

quoniam] Sic Vind. Berol. *h qm* Mon., sed priori litterae *h* punctum inferius subiectum, litterisque *qm* lineola superius imposita est

contigerat] Sic Vind. Berol. *contingat* Mon. Gr. ἔτυχεν.

quinque et decem] *quindecim* I.

libris] Sic Berol. Hamb. I. *libras* Trid. Port., quod etiam Vulgo legitur. Gr. ἐν -λίτραις.

triginta] Vulgo et in I. postea legitur *auri*, quod in Berol. non est, cumque nec Graecis firmetur, pro glossemate habendum videtur esse.

quinque quidem et decem] *XV. quidem* I.

iniustum] Sic Vind. Berol. *non iustum* reliqui, quod sane etiam Vulgo I. legitur. Gr. οὐ δίκαιον.

aestimavimus] Sic Vind. Mon. Berol. *existimavimus* Vulgo I.

eam] Sic Vind. Mon. *eum* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. αὐτήν.

quinque et decem] *quindecim* I.

reliquas] Sic Mon. Berol., in quo supra priorem syllabam *re* a sec. m. vox *et* posita est. I. *et reliquas*. Vind. *reliqua*. Gr. τὰς λειπομένας.

laedere] Sic Vind. Mon. *ledere* Berol.

egerat] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *egisset* Vulgo. Gr. ἔπραξεν.

suum facere] *facere suum* I.

et in dotem] Sic Mon. Berol. *in dotem* Vind. Gr. καὶ εἰς προῖκα.

secundi] Sic Vind. Mon. *secundis* Berol., sed litterae *s* puncta inferius subiecta sunt. Gr. τοῦ δευτέρου.

oporteret] *oportet* I.

paraphernis] Sic Mon. *parafernis* Berol. I. *parefernis* Vind.

haec] Sic Vind. Mon. *hoc* Berol. I. Gr. ταῦτα.

hanc causam ditiori nubere viro, non solum triginta librarum domina facta est, quindecim antenuptialis donationis, et quindecim a patre oblatis, et non quadraginta et quinque, lucrum quidem in paraphernis ei constitutum, a fortuna ei datum, quod autem ex largitate paterna oblatum est, manente integro. Haec autem sancimus, si et patris substantia manserit in ipsa figura, in qua prius fuit. Sin autem fortuita quaedam clades minuerit ei substantiam, ut neque volenti sit possibile aequae mensurae qua prius daret rursus dotem, et probetur aperte fortuita deminutio substantiae patris, tunc non amplius cogi patrem dare secundo filiam iungentem, nisi in quantum substantiae virtus est, sed lucrum quidem prioris antenuptialis donationis habere integrum, tantam vero percipere a patre in secundo ordine dotem, quantum substantiae eius mensura susceperit. Palam enim est, quia hoc lucrum (quod ex antenuptiali donatione dicimus, cuius solum ei usum damus) ex

propter] Sic Vind. Berol. *pp* Mon., sed lineola superius imposita est.

ditiori] Sic Vind. Berol. Mon., sed sec. manus correxit *ditiorem*. Gr. *εὐπορωτέρῳ*.

librarum] Quod Vulgo postea subiicitur *auri*, in Vind. Berol. I. non legitur, cumque nec Graecis firmetur, pro glossemate habendum esse videbatur.

domina facta est] Sic Vind. Mon. *domina est facta* I. *domina facta* Berol., sed supra *facta* a sec. manu scriptum *est*. Vulgo *dominam factam*.

quindecim] Quod Vulgo antea legitur *scilicet*, in Vind. Mon. Berol. desideratur, cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est. I. *sed quindecim*. Caeterum Berol. *quindecin*.

et non] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sed* Vulgo, quod ex Graeco *ἀλλὰ* correctum est.

lucrum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *lucro* Vulgo.

in] *lucrum in* Vind., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt.

paraphernis] Sic Mon. *perapherni*s Berol. *parafernis* Vind. I.

constitutum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *constituto* Vulgo.

a fortuna] Sic Vind. Mon. *fortuna* Berol. I. Vulgo, sed in Berol. a secunda manu praepositio *a* supra lineam inscripta est. Gr. *παρὰ τῆς τύχης*.

datum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *dato* Vulgo.

haec] *hoc* I.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

et patris] desunt in I.

substantia] Sic Mon. Berol. *substantiam* Vind., sed ultimae litterae *m* punctum inferius subiectum est. I. *substantia patris*. Gr. *περιουσία*.

sin] *si* I.

minuerit] Sic Vind. Berol. I. *imminuerit* Mon., quod etiam Vulgo legitur. Gr. *ἐλαττώσειεν*.

ei] Sic Mon. Berol. *eius* Vind. I., quod etiam Vulgo est. Gr. *αὐτῷ*.

neque] Sic Mon. Berol. *eque* Vind. Gr. *μηδέ*.

aequae mensurae] *eq mensure* Berol., sed supra litteram *q* circumflexus positus est. Gr. *eque mensurae*.

qua] Sic Vind. Mon. *q* Berol., sed circumflexus superius impositus est. I. *quam*.

daret] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dare* Vulgo, quod fortasse retinendum foret.

probetur] Sic Vind. Mon. *probentur* Berol., sed litterae *n* punctum inferius subiectum est. Gr. *ἀποδεικνύοιτο*.

aperte] Sic Vind. *a patre* Berol. Hamb. Trid. Port. I. *aparte* Mon., sed sec. manus correxit *a patre*. Gr. *σαφῶς*.

deminutio] Sic Berol. Vind., in quo sec. manus supra litteram *e* litteram *i* posuit. Mon. *imminutio*. I. *diminutio*.

substantiae patris] Sic Vind. Mon. Berol. I. *patris substantiae* Vulgo. Gr. *τῆς οὐσίας τοῦ πατρός*.

iungentem] Sic Vind. Mon. Berol. *nubenti* Hamb. Trid. Gr. *ζευγνύντα*. Pro verbis *filiam iungentem* I. habet *filie nubenti*.

integrum] In solo Mon. antea in linea legitur *prioris*. Gr. *ἔχειν ἀκέραιον*. Pro *integrum habere* I. habet *habere integrum*.

tantam] *tm* Vind. Mon., lineola superius imposita, qua re *tantum* significari solet. I. *tantum*. In Berol. est *tamen*, sed sec. manus correxit *tm*, lineola superius imposita. Gr. *τοσαύτην*.

enim est] Sic Vind. Berol. *est enim* Mon.

donatione dicimus] Sic Mon. I. *dicimus donationem* Vind. *dicimus donatione* Berol., quod etiam Vulgo est. Gr. *δωρεᾶς φαμέν*.

ex] Sic Vind. Berol. *ex ex* Mon., sed in priori loco huic voci *ex* puncta inferius subiecta sunt.

omni necessitate moriens restituet filiae, proprietatis antenuptialis donationis domina omnibus modis facta.

CAP. VI. Illud quoque sancire necessarium existimavimus, in plurimis videlicet et innumeris rebus quaesitum. Obtulit enim pater dotem aut mater forte pro filia sua, hanc autem illa obtulit marito, et defunctus est vir inops; deinde patre aut matre mortuis, exigitur et quae nupsit conferre suam dotem, aut minus tantum accipere. Si quidem vir idoneus est, causa undique absoluta est; si vero nullius alterius domina consistit illa, nisi actionum, quae contra maritum sunt, at ille minus idoneus est, et obiiciatur mulieri, quod iam data sit dos pro ea, illa vero actionem conferat nullum habentem penitus effectum, legis causa nobis digna putata est. Et novimus quidem iam in plurimis iudiciis duritiem postea id iudicatam, et mulierem coactam conferre dotem aut certe reputare pro se datam, ex qua nullum ei omnino contigit

restituet] Sic Vind. Mon. *restituetis* Berol., sed duabus ultimis litteris puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἀποκαταστήσει.

donationis] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam scriptum est *donationis*. Gr. δωρεᾶς.

domina] Sic Vind. Mon. I. *dominae* Vulgo. Pro κυρίᾳ interpres legit κυρία.

modis] Sic Vind. Mon., deest in Berol., ubi tamen secunda manus lineae inscripsit *modis*. Gr. πᾶσι τρόποις.

facta] Sic Vind. Mon. Berol. I. *factae* Vulgo. Pro γινομένῃ interpres legit γινομένη.

NOV. XCVI. CAP. VI. PR. illud] Ad marginem Berol. *de collatione dotis*.

sancire] *sanccire* Berol. *scire* I.

existimavimus] *estimavimus* Vind. *extimavimus* Berol. I.

plurimis] Sic Vind. Berol. *pluribus* Mon.

obtulit] *optulit* Berol.

mater forte] Sic Vind. Mon. Berol. I. *forte mater* Vulgo. Gr. μήτηρ τυχόν.

autem illa] Sic Mon. Berol. I. *illa autem* Vind.

defunctus] *dfunctus* Vind., sed per litteram *d* superiorem circumflexus traiectus est.

vir] Sic Mon. Berol. *u* Vind., sed littera *i* superius imposita, qua re potest significari et *vir* et *ubi*; sec. tamen manus supra lineam scripsit *vir*. Gr. ὁ ἀνήρ.

inops] Sic Mon. Berol. *inobs* Vind.

aut] Sic Vind. Berol. I. Mon., in quo quidem litterae *u* punctum superius impositum est; Hamb. Trid. et Port., quod etiam Vulgo est. Gr. ἤ.

mortuis] Sic Vind. Berol. *mortuus* Mon. Gr. τελευτησάντων.

et quae] Sic Vind. Mon. Berol. I. Hamb., deest in Trid. Port. Berol. Gr. καὶ ἡ γήμασα. Caeterum in Mon. est *que*.

conferre] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem syllaba *con* a sec. manu scripta est.

tantum] Sic Vind. Mon. *tat* Berol., sed lineola superius imposita legitur. Vulgo *tanto*. Gr. τοσοῦτον. Pro verbis *minus tantum* I. habet *tantum minus*.

idoneus] Sic Vind. Mon. *ydoneus* Berol.

illa] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *ulla*.

at] *ac* I.

ille] Sic Vind. Mon. Berol. I. *illae* Vulgo.

idoneus est] Sic Vind. Mon. Berol. *ydoneus est* I. *idoneae sunt* Vulgo. Pro αἱ δὲ ἄποροι καθεστήκασι interpres videtur legisse ὁ δὲ ἄπορος καθέστηκεν. Vide, quae dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung. Juni 1842. Num. 135. p. 563.

et] deest in I.

obiiciatur] *obiciatur* Mon. Berol.

actionem] Sic Vind. Mon. *accone* Berol., sed litteris *cc* et litterae *e* lineola impositae sunt.

legis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *lege* Vulgo. Interpres vocem νόμου videtur retulisse ad id, quod sequitur, τὸ πρᾶγμα.

nobis digna] Sic Vind. Mon. *digna nobis* Berol. Gr. ἡμῖν ἄξιον.

iam] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἤδη.

iudiciis] Sic Mon. Vind. *iuditiis* Berol. I.

duritiem] Sic Vind. Mon., in quibus tamen sec. manus scripsit *duritiam*. I. *duriciam*. Berol. *dutia*, sed litteris *u* et *a* circumflexi impositi sunt. Vulgo *durius*. In voce *duritiam* latere fortasse *durius eam* Os. significat.

id] *sic* I.

iudicatam] Sic Vind. I. *indicata* Mon., sed secunda manus scripsit *iudicatam*. Ad marginem Mon. adscriptum est *al. iudicari*. Berol. *iudicat*, sed ut supra litteram *t* circumflexus impositus sit, cui sec. manus deinde litteram *a* imposuit. Vulgo *iudicatum*. Gr. κριθέν.

reputare] *computare* I.

nullum] *nullus* I.

contigit] *contingit* I.

effectum in ipsis rebus recipere. Nos autem ex aliis nostris legibus iuvamus causam. Quia enim dedimus mulieribus electionem et constante matrimonio, si male res maritus gubernet, et accipere eas, et gubernare et secundum decentem modum, et sicuti nostra constitutio dicit, si quidem suae potestatis et perfectae aetatis mulier est, sibimet culpam inferat, cur mox viro inchoante male substantia uti non percepit et auxiliata est sibi. Sic enim habitura erat in collationis ratione proprias res undique sine diminutione, et in ea minus tantum collationem facere. §. 1. Sin autem sub potestate est, et sine patris voluntate hoc agere non poterat, si quidem adiens patrem haec dixit, et contestata est, ut consentiret ei et res perciperet etiam constante adhuc matrimonio, et secundis temporibus eas servare, et hoc egit pater, rursus hinc integra sua habebit iura, rebus ei servatis, quum etiam antenuptialis donationis res vindicare etiam constante matrimonio dedimus

effectum] *effectus* I.
et] Sic Vind. Mon. Berol. I. *etiam* Vulgo.
male res mar.] *mar. male res* I.
accipere] *recipere* I.
et secundum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *secundum* Vulgo. Interpres videtur legisse καὶ κατά.
dicit] In Mon. subiicitur: *siquidem nostra constitutio dicit*, quod in reliquis desideratur, nec Graecis firmatur.
perfectae aetatis] *perfecte etatis* Berol.
percepit] Sic Vind. *perceperit* Mon. I. *prep.* Berol., sed litteris *p* lineolae superius impositae sunt. Indicativum modum vel Graeca tuentur, quamvis interpres vocis ἀντελάβετο vim et potestatem non videatur cepisse.
auxil.] Quod Vulgo antea legitur *non*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum visum est.
est] Sic Berol., deest in Vind. Mon. Gr. ἐβοήθησεν.
sibi] In Mon. supra hanc vocem a secunda manu scriptum est *est*.
habitura] Sic Vind. *abitura* Mon. *habitare* Berol., sed sec. manus correxit *habitura*. Gr. ἔμελλεν ἔχειν.
collationis] Sic Vind. Mon. *collationibus* Berol., sed sec. manus scripsit *collationis*. Gr. τῆς συνεισφορᾶς.
sine] Sic Vind. Berol. Hamb. *et sine* Mon. Trid. Port. I., quod Graecis non firmatur.
diminutione] Sic Vind. Mon. Berol. I. *deminutione* Vulgo.
et in] Sic Vind. Mon. *nec in* Berol., sed sec. m. vocem *nec* delevit lineaeque imposuit *et*. Gr. καὶ ἐν.
tantum] Sic Vind. I. *tn* Berol., lineola superius imposita, quamquam in Berol. sec. manus correxit *tantum*. Vulgo *tanto*. Gr. τοσοῦτον.
collationem] Sic Mon. *collatione* Vind. *collatioe* Berol., sed litteris *oe* lineola superius imposita est.

NOV. XCVI. CAP. VI. §. 1. voluntate] Sic Vind. Mon. I. *hoc voluntate* Berol., sed prior vox *hoc* Graecis non firmatur.
hoc] Sic Vind. Mon. I., deest in Berol. Gr. τοῦτο πράττειν.
poterat] Sic Mon. Berol. I. *pot* Vind., sed lineola superius imposita est.
adiens] *ad* I.
haec] Sic Berol. *hec* Vind. *hoc* Mon. I. Vulgo. Gr. ταῦτα.
et res] *res* I.
perciperet] Sic Vind. Mon. Berol. *percipere* Vulgo I.
adhuc matrimonio] Sic Vind. Mon. *matrimonio adhuc* Berol. Gr. ἔτι τοῦ γάμου.
hoc] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem subiicitur *etiam*, quod nec in reliquis legitur, nec Graecis firmatur. I. *hec*.
egit] Sic Mon. Berol. *agit* Vind. Gr. ἔπραξεν.
rursus] Sic Vind. Mon. Berol., ubi non est, quod Vulgo et in I. antea scriptum est *etiam*.
hinc] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. *hic* I. Vulgo. Gr. κἀντεῦθεν.
sua habebit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *habebit sua* Vulgo. Gr. τὰ οἰκεῖα ἕξει.
ei] Sic Vind. Hamb. *eis* I. *ei suis* Berol. Trid. Port. *suis ei* Mon. Sane vox illa *suis* in Graecis non habet, quo confirmetur.
donationis] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu lineae impositum est *donationis*. Gr. δωρεᾶς.
vindicare] Sic Vind. Berol. *vendicare* I. *vendicaret* Mon., sed ultimae litterae *t* punctum inferius subiectum est. Gr. ἐκδικεῖν.
etiam] Sic Berol. I. In Mon. *quia mulieri etiam*, sed duabus prioribus vocibus puncta inferius subiecta sunt. In Vind. haec scripta sunt: *qL mulier etiam constante matrimonio propter nuptias donationem sibi poterat vindicare etiam*, sed reliqua praeter ultimam vocem a sec. manu deleta sunt.

ei, et posteriori periculo omni liberari. Sin autem illa quidem haec contestata est patrem, ille autem neque movit, neque consensit, et neque dedit licentiam filiae hoc agere, non eam periculum pati, sed et conferri nudam actionem contra inopis mariti res, et fortunam esse communem et ipsi et eius fratribus, non tamen ex collatione damnificari, sed competentem ei partem dari ex paternis rebus, actionem illa quidem conferente, ab omnibus autem movendam fratribus, et hoc proficiendo universis ipsis, quod fortunae eventus dederit. Sed si quidem pater in talibus casibus obtulerit dotem, et de eius substantia sperari futura est collatio, hoc valere. Si vero maior forte oblatio fuerit, et collatio circa illam vertitur spem ex patris inobedientia, neque movere volentis, neque permittentis ei movere, tunc eam per semet ipsam filiam movere, et non habere occasionem, eo quod non potuerit movere, sed et sibimet auxiliari, et futurae laesionis ex inopia viri amittere metum. Et novimus Ulpianum sapientissimum talia quaesisse, et inope viro comperto iuvisse mulierem, et in quantum vir idoneus est, collationem ei fieri

dedimus] Sic Berol. *dederimus* Vind. Mon. I. Gr. *δεδώκαμεν*.

ei] deest in I.

et] Sic Vind. Berol. *u* Mon.; sed punctum superius impositum est, qua re significatur *ut*. Secunda autem manus lineae imposuit vocem *et*. Gr. *καί*.

posteriori] Sic Vind. Mon. Berol. I. *posteriore* Vulgo.

omni] *omnium* I.

sin] Sic Vind. *si* Mon. Berol. I.

autem] Sic Vind. Berol. *au* Mon., sed lineola superius imposita est. Gr. *δέ*.

illa] Post hanc vocem Mon. intrudit *haec*, quod Graecis non firmatur.

neque movit] Sic Vind. Mon., desunt in Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est: *nec movit*. I. *neque novit*. Gr. *οὔτε ἐκίνησεν*.

neque] Sic Mon., deest in Vind. Berol., ubi tamen sec. manus supra lineam scripsit *neque*. Gr. *οὔτε*.

sed et] *sed* I.

conferri] Sic Mon. *conferre* Vind., sed sec. manus scripsit *conferri*. Berol. *confiteri*, sed syllabae *it* puncta a sec. manu subiecta sunt. Gr. *συνεισφέρεσθαι*.

actionem] Sic Mon. Berol. *exactionem* Vind., sed litterae *exac* a sec. manu scriptae sunt. Gr. *τὴν ἀγωγήν*.

tamen] Sic Vind. Mon. *tantum* Berol. Gr. *μὴ μέντοι*

actionem] Sic Mon. Berol. *actione* Vind., sed ad finem huius vocis a sec. manu littera *m* adscripta est.

illa quidem] *quidem illa* I.

conferente] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem ultimae litterae circumflexus superius impositus est.

movendam] Sic Vind. Berol. *movenda* Mon.

ipsis] Sic Mon. Berol. *illis* Vind. Gr. *αὐτοῖς*.

quod] Sic Vind. Mon. *qd* Berol., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est. Gr. *ὅπερ*.

sperari] Sic Berol. *spectari* Vind., deest in Mon. Gr. *ἐλπίζεσθαι*.

oblatio fuerit] Sic Vind. Berol. *fuerit oblatio* Mon. Gr. *ἐπίδοσις εἴη*.

spem] Sic Mon. Berol. *specie* I. *spe* Vind., sed duabus ultimis litteris circumflexi impositi sunt. Gr. *τὴν ἐλπίδα*.

ei] *eam* I.

movere] Sic Berol. *moveri* Vind. Mon., in quo utroque sec. m. corr. *movere*.

tunc] *et tunc* I.

eam] Sic Vind. Mon. Berol. *etiam* I. Vulgo. Gr. *αὐτήν*.

semet ipsam] *seipsam* I.

non] Sic Vind. Berol., deest in I. Mon., in quo a sec. manu lineae impositum est. Gr. *μή*.

sed et] Sic Mon. *set* Vind. Berol. *sed* Hamb. *et* Trid. Port. I. Vulgo. Gr. *ἀλλ' ἑαυτῇ τε*.

futurae] *fute* Berol., sed superius circumflexus impositus est.

laesionis] *lesionis* Berol.

ex] Sic Mon. Berol. *et* Vind. Gr. *ἐπί*.

inopia] Sic Mon. Berol. *inopie* Vind.

amittere] Sic Berol. I. *admittere* Vind. Mon. *adimere* Vulgo. Sed facilis correctio est ex Gr. *ἀποπέμψασθαι*.

Ulpianum] *Ulp.* I.

talia quaesisse] Sic Mon. Berol. *quesisse talia* Vind. Gr. *τὰ τοιαῦτα ζητήσαντα*.

inopi] Sic Vind. Mon. Berol. *inope* I. Vulgo, quod etiam secunda manus in Berol. correxit.

iuvisse] Sic Vind. *iurasse* Mon., sed sec. manus corr. *iuvisse*. Berol. *ivisse*, sed supra primum *i* sec. manus litteram *u* imposuit. I. *iuvasse*. Gr. *βοηθήσαντα*.

ei fieri] *fieri eam* I.

voluisse. §. 2. Sed quoniam in multitudine legum exsistentium, antequam eas constitueremus et ad conspicuum perduceremus ordinem, plurima et necessariorum ignorabantur, et decreta, quae contraria vellent, a iudicibus posita sunt, ne ulla seductio circa haec fiat, propterea necessarium putavimus, proinde etiam in medio nostrae positae constitutionis, quae etiam constantibus matrimoniis mulieri auxiliatur, ad meliorem et magis consequentem viam venientes praesentem ponere legem. Ut autem non per partes enumeremus personas, in quibus valere eam oportere, generali sermone decernimus, quapropter, in quibus est collationis ratio, in his et constitutionem valere sive pater sive avus sive mater sive avia aut ascendentium aliqua sit persona.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram insinuata sunt legem, tua celsitudo per programmata propria manifesta facere universis solenniter procuret, et in perpetuum servare festinet. *Dat. Kal. Decemb.* *** *DN. Iust. PP. Aug. anno XIII.* ***

NOV. XCVI. CAP. VI. §. 2. eas] Sic Berol., deest in Vind. Mon., in quo quidem supra lineam adscriptum est *eas*. Gr. αὐτούς.

constitueremus] *constituerimus* I.

et] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu lineae inscriptum est. Gr. καί.

necessariorum] Sic Vind. Berol., in quo quidem secunda manus scripsit *necessaria*, quod etiam in Mon. et Vulgo est. Gr. τῶν ἀναγκαίων.

ignorabantur] Sic Berol. Mon., in quo quidem antea vox *eorum* scripta est, quam secunda manus litteris subiectis notavit. Vind. *ignorabuntur*. Gr. ἠγνοεῖτο.

vellent] Sic Vind. Berol. *valent* Mon., sed ad marginem a sec. manu adscriptum est *vellent*. Gr. βουλόμενοι.

a] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. παρὰ τῶν.

haec] Sic Mon. Berol. *hec* Vind. *hoc* I. Vulgo. Gr. περὶ ταῦτα.

necessarium] *contrarium* I.

proinde] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praesertim* Vulgo. Pro ἄλλως τε interpres manifesto legit ὥστε.

etiam] Sic Mon. Berol., deest in Vind. I. Manifesto interpres vocem καὶ non intellexit, quae quidem ad superiora ἄλλως τε pertinet.

nostrae positae] Sic Vind. Mon. *nostre posite* Berol. *posite nostre* I.

quae etiam] Sic Mon. Berol. *quod et* Vind.

constantibus] Postmodo in Vind. contextui haec adscripta sunt: *constantibus matrimoniis proin̄ in medio n reposite constitutionis quae et*, sed his quidem, ultimis duabus vocibus exceptis, iam prima manus puncta supposuit.

ad] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem a secunda manu supra lineam scriptum est *et*, quod Graecis non firmatur.

meliorem] Sic Vind. Mon. *mediocrem* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. κάλλιονα.

non per] Sic Berol., desunt in Mon., nisi quod a secunda manu supra lineam scripta sunt. Vind. *non*, sed supra lineam vox *per* a sec. manu adscripta est. Gr. μὴ κατὰ μέρος.

oportere] *oporte* Vind. Mon. Berol., sed ultimae litterae *e* circumflexus superius impositus est, qua re significatur *oportere*. Vulgo *oportet*. I. *oporteret*. Non dubito interpretem habuisse δεῖν idque cum sequenti διορίζομεν coniunxisse.

quapropter] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quia* Vulgo. Gr. ὥστε.

his] *hiis* I.

et] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. καί.

constitutionem] *constitutiones* I.

aut] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. *sive* Hamb. *vel* I.

NOV. XCVI. EPIL. programmata] Sic Mon. Berol. *programata* Vind.

solenniter] *sollempniter* Vind. Mon. Berol. I.

in] *im* Vind.

Dat.] Sic Vind., sed circumflexus superius impositus est. In Mon. Pist. Berol. utroque Bamb. et I. subscriptio deest. Caeterum in utroque Bamb. absentiam reliquarum deinceps subscriptionum, quae ab utroque codice plane absunt, iam non amplius enotabo. Nisi quod Bamb. D. I. 1. ad ultimam huius libri constitutionem 134 subscriptionem habet, de qua re in notis dicetur.

Kal.] *kl.* Vind., sed per ultimam litteram circumflexus superius traiectus est. Vulgo *XV. Kal.*

Decemb.] *decembr.* Vind.

DN.] *do n.* Vind., sed lineola superius imposita est. Quod antea lacunae signum posui, Vulgo sane non est, ubi lacuna sic expletur: *Constant. imp.*

[XCVII.]

GLOSS.

DE DUOBUS REIS PROMITTENDI.

Idem aug. Ioanni p. p. per Orientem.

PRAEFATIO. Novimus pridem ponentes legem de electione mandatorum et fideiussorum et sponsorum, multas habentem et in commune utiles nostris subiectis legislationes. In praesenti vero et aliud nobis visum est egere quadam explanatione et incremento, non exgenere, neque usui imperfecto et inutili consistente.

CAP. I. Si quis enim alterna fideiussione obligatos sumat aliquos, si quidem non adiecerit oportere et unum horum in solidum te-

Iust.] Sic Vind. *Iustiniani* Vulgo.

XIII.] Posthaec Vulgo lacuna habetur nulla, sed his verbis expletur: *Apione V. C. cons.*, quae tamen in Vind. desunt.

NOV. XCVII. XCVII.] deest in Vind. Mon. Berol. I. In utroque Bamb. constitutionum numeri, uti et deinceps, plane desunt, quod quidem semel notasse sufficit. Ad marginem Berol. Mon. *const. VIIII.* Vulgo antea apponitur *const.*

duobus] Sic Vind. Trid. Port., deest in Mon. Berol. Hamb. Cont., qui ad marg. adscripsit: *sic in ms. ascribitur.*

reis] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. *rei* Vind.

promittendi] Sic Vind. Hamb. Trid. Port. I., in quo subiicitur *R/.* Mon. *promittendis R/.* Berol. *promittendis.*

idem aug.] Sic Vind. *id. a.* Pist. Berol., sed lineolis superius impositis. Mon. *..d. a.*, priori littera omissa. I. *impr. Iusti. a͞.*, ut et aliae edd. vett. apud Schraderum in libro: Civilistische Abhandlungen tom. II. p. 478. Caeterum aliae editt. vett. eodem auctore *idem* habent.

Ioanni] *Ioann.* I.

p. p. per Orientem] *pp.* Pist. *ppo. per Orientem* Vind. Mon. *pp. per Orientem* Berol. *gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto iterum, exconsuli ordinario et patricio* Vulgo. *prepo Orientis* I. Caeterum aliae edd. vett. apud Schraderum l. c. vel *p͞fect. praeto p. Orientem*, vel *pre*, vel *pret*, vel *p. p. Orientem* habent.

NOV. XCVII. PRAEF. pridem] Sic Vind. Berol., ut et edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 479. In Mon. siglum est, quo significatur *quidem*, quod duae edd. vett. apud Schraderum l. c. habent. Gr. πρῴην.

electione] Sic Vind. Berol. *electionibus* Mon.

fideiussorum] *fidiiussorum* Mon., sed sec. litterae *i* circumflexus superius impositus est.

habentem] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem sec. manus corr. *habentes.* Gr. ἔχοντα.

quadam] Sic Vind. Berol. *qdam* Mon., sed circumflexus priori litterae impositus est, qua re significatur *quaedam*, sed sec. manus correxit *quadam*. Gr. τινός.

exgenere] Sic Vind. Berol. Contius Mon., in quo quidem secunda manus correxit *degenere*. Ad marginem Contii *i. ignobili, quod ignorans Accursius monstra hic loquitur.* Edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 479. habent: *ex genere*, aliae *egere*. Gr. ἀγεννοῦς.

usui] Sic Vind. Berol. I. Hamb. cod. Guelf. (apud Schraderum in Hugonis promptuario iuris civilis tom. IV. p. 428.) et editt. vett. apud Schraderum in libro Civil. Abh. tom. II. p. 479. *usu* Mon. Trid. Port. editt. vett. apud eundem l. c., sed ultimae litterae *u* in Mon. littera *i* superius imponitur. Vulgo *communi.*

imperfecto et] Sic Vind. Mon. Berol. I. *reipublicae* Vulgo.

NOV. XCVII. CAP. I. PR. fideiussione] Sic Vind. Berol. *fidiiussione* Mon., sed secundae litterae *i* circumflexus superius impositus est.

si quidem] Sic codd. et vett. edd. apud Schraderum l. c. p. 480. Aliae tamen vett. edd. apud eundem habent *si quis.*

adiecerit] Sic Vind. Mon. *adiceit* Berol., sed litteris *ei* circumflexus superius impositus est.

et unum horum] *unum et horum* Vind., sed, ut in cont., Berol. Mon., in quo quidem verba *unum horum* a sec. manu scripta sunt. I. *et unum.* In edit. Mogunt. de anno 1477. esse *unum quemque* Schraderus apud Hugonem p. 428. auctor est, quod idem melius fore iudicat. Caeterum aliquot edd. vett. pro *unum* habent *in unum.* Vide Schraderum Civil. Abh. p. 480. Gr. καὶ ἕνα τούτων.

teneri] Sic Mon. Berol. auctore Schradero apud Hugonem l. c. p. 480., edd. quaedam vett. *tenere* Vind. *teneri horum* I. Gr. ἐνέχεσθαι.

neri, omnes ex aequo conventionem sustinere. Si vero etiam aliquid tale adiiciatur, servari quidem pactum, non tamen mox ab initio unumquemque in solidum exigi, sed interim secundum partem, qua unusquisque obligatus est, cedere autem eum et contra reliquos, sive idonei sunt, et in eo loco: et si hoc ita se habere videatur, si quidem idonei sunt, et praesentes inveniantur, illos periclitari complere, in singulos in propria parte, quod sub alterna promissione creditum est, aut ex quo omnino obligati sunt, et non commune debitum proprium cuiuspiam fieri onus. Si vero idonee minus se habere reliqui videantur, sive omnes seu quidam sive in partem sive in solidum sive absentes forte, in

omnes] Sic Mon. *omnem* Vind. Berol. I. Gr. πάντας.

aequo] *equo* Berol.

etiam aliquid] Sic Berol. edd. vett. apud Schraderum Civil. Abh. p. 480 *aliquid etiam* Vind. Mon. I., quod sane etiam Vulgo est. Caeterum edd. vett. apud Schraderum l. c. partim *alius etiam*, partim *aliquis etiam*. Gr. καί τι.

tale] Sic Vind. Mon., deest in Berol. et in una edit. vet., auctore Schradero l. c. p. 480. Gr. τοιοῦτο.

adiiciatur] Sic Mon. *adiciatur* Vind. Berol. I.

tamen] Sic Vind. Mon.- *tm* Berol., lineola tamen superius imposita, sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. μέντοι.

unumquemque] *unumquenque* I.

solidum] Sic Vind. Berol. *solicitum* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. ὁλόκληρον.

sed] *s set* Berol., sed priori litterae *s* circumflexus traiectus eique litterae punctum inferius suppositum est. Gr. ἀλλά.

interim] Sic Vind. Berol. *in tantum* Mon., ex quo secunda manus facit *interim*. Gr. τέως.

qua unusquisque] *quatenus quis* Hamb. Caeterum pro *qua* edd. vett. habent vel *quatenus* vel *quamvis* vel *quam* vel *qua*, auctore Schradero l. c. p. 480., in aliis plane deest.

autem] Sic Mon. Berol. *a'* Vind. Gr. δέ.

eum et] Sic Mon. *et eum* Berol. *eum contra et* Vind. *et* I. Gr. αὐτὸν καί.

contra] Sic Mon. Berol. *q* Vind., sed circumflexo superius imposito, qua re significatur *contra*.

reliquos] Quod Vulgo postea est *actionem*, in Trid. Port. est, deest in Vind. Mon. Berol. Hamb. cod. Guelf. auctore Schradero apud Hugonem l. c. et in I. aliisque editionibus vett., quas idem vir doctus inspexit, nec sane Graecis firmatur.

sive] Sic Berol. Hamb. Trid. I. *siu et* Mon., sed litterae *u* lineola superius imposita, ultimumque *et* punctis subiectis notatum est. Vind. *sine*, sed ultimum *ne* a sec. manu scriptum est. Pro εἴγε interpres videtur habuisse εἴτε.

sunt] Sic Vind. Mon. Berol. *sint* Vulgo. Gr. καθεστᾶσι.

et in eo] Quae abhinc sunt usque ad vocem *inveniantur*, a sec. manu scripta sunt in Berol.

et si] Sic Mon. Berol. *ut si* Vind., sed ultima vox *si* a sec. manu scripta est. Gr. καὶ εἰ.

hoc ita] Sic Vind. Berol. *ita hoc* Mon. Gr. τοῦτο οὕτως. Caeterum pro *si hoc* aliquot edd. vett. habent vel *si hoc* vel *si haec*, auctore Schradero Civ. Abh. p. 481.

videatur] *videantur* aliquot edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 481.

sunt] Sic Mon. Hamb. Trid. Port. I., aliquot edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 481. *sint* Vulgo, et aliquot edd. vett. apud Schraderum l. c.

praesentes] *praesentes esse* I.

complere] Sic Mon., in quo quidem secunda manus scripsit *compelleret*. Gr. ἐκπληρῶσαι.

in singulos] Sic Vind. Mon. Berol. I. *singulos* Vulgo. Caeterum aliquot edd. vett. *complere cum propria in singulos parte*, vel *cum propria in singulos implere parte*, auctore Schradero l. c. p. 481.

debitum proprium] Sic Vind. Berol. *proprium debitum* Mon. Gr. χρέος ἴδιον.

onus] *honus* Vind. Mon. Berol.

idonee minus] Sic Mon. *minus ydonei* Berol. *minus idonei* Vind. I., quod etiam Vulgo est. Gr. ἀπόρως.

se] Sic Mon. Berol. *sunt* Vind., sed supra hanc vocem secunda manus scripsit *sese*.

reliqui] *relinqui* edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 481.

sive omnes] Sic Vind. Berol. *si vero omnes* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. εἴτε πάντες.

seu] Sic Vind. Mon. *sive* Berol. I., quod etiam Vulgo legitur. Utrumque in aliquot edd. vett. legitur, auctore Schradero l. c. p. 481.

sive in solidum] Sic Vind. Mon. *seu in solidum* Berol. Utrumque in vett. edd. esse Schraderus l. c. p. 482. auctor est.

absentes] Sic Berol. *abscentes* Vind. Mon.

illud tenere, quod accipere ab aliis non potuit. Sic enim et illis servabitur pactionis modus, et nullum sustinebit damnum actor, licet aliquid inter se illi pepigerint ignorante isto, qui habet eos obligatos, et unusquisque tenebitur in id, quod ab initio scripsit, artibus, aut dolis, aut transactionibus praevaricari, quae constituta sunt, non sinendus. §. 1. Si autem iisdem commorentur utrique aut omnes locis, sancimus, negotii iudicem deducere illos mox, et communiter examinari negotium, communiter autem inferre sententiam. Sic etenim et rei omnes obligabuntur, et substantiae eorum qualitas examinabitur, et debitum similiter quidem secundum iustitiae, similiter autem secundum legis ordinem

in illud] *et in illud* edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 482.

tenere] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *teneri* aliquot edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 482. Quae inde ab hac voce sunt usque ad voces *pactionis modus*, in Berol. a sec. manu scripta sunt omnia. Vulgo *teneri*.

potuit] in aliquot vett. edd. esse *poterant* Schraderus l. c. p. 482. auctor est.

illis] *in illis* I. et aliae edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 482.

pactionis] Sic Vind. Berol. *pationis* Mon., sed sec. manus correxit *pactionis*. Gr. συμφώνου.

sustin.] *substin.* I.

ignorante] Sic Mon., sed priori litterae *i* circumflexus superius impositus est.

habet] Sic Vind. Mon. *hat* Berol., sed lineola superius imposita est. Graeca sane nihil decidunt.

unusquisque] Sic Mon. Berol. *unusquisque ι. ro* Vind., sed litterae *i* circumflexus superius impositus est. Gr. ἕκαστος.

in id] Sic Vind. Mon. Berol.; in Mon. tamen et Berol. supra lineam sec. manus adscripsit *in id*, quod sane Graecis non firmatur, ideoque ex glossa ortum videtur.

quod] Sic Vind. Berol. *q* Mon., sed lineola inferius traiecta, qua re significatur *quod*. Pro ὥσπερ interpres videtur habuisse ὅπερ.

scripsit] Sic Vind. Berol. Hamb. Guelf. auctore Schradero apud Hugonem l. c. Trid. I. *scripserit* Mon. Vulgo. Port., aliquot edd. vett. apud Schraderum Civ. Abh. p. 482. Gr. συνεγράψατο.

artibus] Sic Vind. *et artibus* I. Mon. Berol., quod Graecis non firmatur.

transactionibus] Sic Vind. Mon. *transacconibus* Berol., sed litteris *cc* circumflexus superius impositus est.

praevaricari] Sic Vind. Mon. *p̄uai* Berol., sed ultimis duabus litteris circumflexus impositus est.

quae] *que* Vind.

sinendus] *sinendos* Vind. Mon. Berol. *sinendos debitores* I., quae ultima vox et in aliquot aliis editt. vett. apparet, auctore Schradero l. c. p. 483. In Mon. tamen ad marginem adnotatum est: *in libro m. sinendus*. Gr. συγχωρούμενος.

NOV. XCVII. CAP. I. §. 1. si] Sic Vind. Mon. Berol.; sec. tamen manus in Mon. scripsit *sin*, quod etiam Vulgo et in I. est.

autem] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam scriptum est *autem*. Gr. μέντοι.

iisdem] *hiisdem* Vind. Mon. Berol. I., quamquam in Berol. prima manus scripsit *iisdem*. Gr. τοῖς αὐτοῖς.

mox] *etiam mox* I., aliquot aliae edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 483. Item aliae *mox etiam*.

et comm.] Sic Vind. Berol. Prior vox *et* deest in Mon., sed a sec. manu supra lineam adscripta est. Gr. καὶ κοινῇ. In I. desunt verba *et comm. — negotium*. Caeterum hic in edd. aliquot vett. varietas lectionis est, auctore Schradero l. c. p. 483., de qua hic referre longum est.

examinari] Sic Vind. Mon. Berol. edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 483. *examinare* Vulgo.

inferre] Ad marg. Cont. adscriptum *ferre*.

etenim] Sic Mon. Berol. *enim* Vind. I., quod etiam Vulgo est. Utrumque in edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 483. est.

obligabuntur] Postmodo in I. intrusum est *et communiter examinari negotium*, quae quidem ex superioribus huc migrarunt.

substantiae] Sic Vind. Mon. *sube* Berol., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est.

qualitas] Sic Vind. Mon. *qualitatis* Berol., sed sec. manus scripsit *qualitas*. Gr. ποιότης.

quidem] Sic Mon. Berol. *autem* Vind. Gr. ὁμοίως μέν.

iustitiae] Sic Mon. I., deest in Vind. Berol., quamquam in hoc tamen supra lineam scriptum *iustitie*. Gr. τοῦ δικαίου.

similiter autem sec.] Sic Mon. Berol., desunt in Vind. Gr. ὁμοίως δὲ κατά.

legis] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. I. aliquot edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 483. *legum* Port. *legis* aliquot edd. vett. apud Schraderum l. c. p. 483. Gr. τοῦ νόμου.

procedit. §. 2. Si autem non administrator sit causae iudex, sed alter aliquis, damus licentiam aut hic competenti iudici interpellationem suscipienti, aut in provinciis, his denuntiatis, clarissimo praesidi aut competenti iudici cogere per suum officium et illos interesse liti, et partem eius fieri, ut nullum impedimentum huic nostrae legi fiat. His omnibus incipientibus in contractibus sequentis temporis, et ab huius legis positione; quod autem praeteriit et ante eam, positis pro his relinquimus legibus.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua quoque celsitudo operi effectuique contradere festinet. *Dat. XIII. Kal. Ian.* *** *Dom. Iust. PP. Aug. anno XIII. Apione V. C. cons.* (539.)

procedit] Sic Vind. Mon. Berol. *procedet* Vulgo. *procedere* I.

NOV. XCVII. CAP. I. §. 2. non administrator] Sic Vind. Berol. *administrator non* Mon. Gr. οὐκ ἄρχων.

alter] Sic Vind. Mon. *aliter* Berol., sed sec. manus correxit, ut in contextu. Gr. ἕτερός τις.

hic] *hinc* Vind. Mon., in quo quidem a secunda manu punctis subiectis notatum est. Deest in Berol. Hamb. Trid. Port. I. Gr. ἐνταῦθα.

competenti] Sic Vind. Mon. *incompetenti* Berol. Hamb. Port. *incompetentis* Trid. *in competentis* I. Aliquot edd. vett. habent *incompetentis* vel *incompetenti* vel *competenti*, auctore Schradero l. c. p. 483. Gr. τῷ προσφόρῳ.

iudici] Sic Mon. Vind., in quo quidem ultima littera *i* a secunda manu scripta est. Berol. *iudice*, sed ultimae litterae *e* circumflexus impositus est, quem sec. manus delevit. Trid. I. *iudicis*. Vett. edd. apud Schraderum l. c. p. 483. habent partim *iudici* vel *iudicis*. Gr. δικαστῇ.

suscipienti] *suscipientis* I. In aliis vett. edd. utrumque haberi Schraderus l. c. p. 483. auctor est.

his] Sic Mon. Berol. *hiis* I., deest in Vind. In edd. vett. pro *his* esse vel *huiusmodi* vel *iis* Schraderus l. c. p. 484. auctor est. Gr. τούτων.

iudici] In aliquot edd. vett. hanc vocem deesse Schraderus l. c. p. 484. auctor est.

illos] In aliquot edd. vett. deesse Schraderus l. c. p. 484. auctor est.

nostrae] *nre* Berol., lineola superius imposita.

his] *hiis* I.

sequentis] Sic Mon. Berol. *sequentibus* Vind., sed sec. manus scripsit *sequentis*. Gr. τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου.

huius legis] *legis huius* I. Utrumque in aliquot edd. vett. haberi Schraderus l. c. auctor est; item aliae *huiusmodi legis*.

positione] Sic Guelf. et vett. editt. apud Schraderum l. c. p. 484., item Mon., in quo quidem sec. manus correxit *dispositione*, quod in Vind. I. et Vulgo est. In vett. edd. apud Schraderum l. c. partim *positione*, partim *dispositione* legitur. Berol. *dispositione dispositione*, sed sec. vice hoc deletum est. Gr. θέσεως.

autem] Quod Vulgo subiicitur *ante eam*, est quidem in Trid. Port., sed in Vind. Mon. Berol. Hamb. I. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.

praeteriit] Sic Vind. Mon. Hamb. *praeterit* Berol. Gr. παρῳχηκός.

et ante eam] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I., deest in Trid. Port. Vulgo. Caeterum in aliquot editt. vett. deesse vocem *et* Schraderus l. c. p. 484. auctor est. Pro τοῖς πρὸ αὐτοῦ interpres videtur legisse καὶ πρὸ αὐτοῦ.

his] *hiis* I. Caeterum pro verbis *pro his* edd. aliquot vett. habent *pro iis*; in una aliqua deest. Vide Schraderum l. c. p. 485.

NOV. XCVII. EPIL. quae] Sic Mon. Berol. *que* Vind.

igitur] Sic Mon. Berol. *autem* Vind. Gr. τοίνυν.

quoque] Omittitur in cod. Guelf. edd. vett. apud Schraderum l. c. p 485. et I., est autem in reliquis codd. Sane Graecis non firmatur. Caeterum Schraderus apud Hugonem l. c. p. 429. hanc vocem delendam esse censet.

contradere] Sic Vind. Mon. *ccdere* Berol., sed supra priores duas litteras circumflexus positus est.

Dat.] Sic Vind., sed lineola superius imposita. Vulgo *datum*. Caeterum in Mon. Berol. Pist. I. tota subscriptio non est.

XIII.] Sic Vind. *XV*. Vulgo.

Kal.] *KL*. Vind. *Kalend.* Vulgo.

Ian.] Sic Vind. Quae postea lacuna est, in hoc quidem libro ms. notata non est; Vulgo sic expletur *Constant. imper.*

[XCVIII.] GLOSS.

DE TEMPORE NON SOLUTAE PECUNIAE SUPER DOTEM.

Imp. Iust. Aug. Ioanni p. p. per Orientem secundo, exconsuli ord. et patricio.

PRAEFATIO. Omnes pecuniae non numeratae replicationes, subiectas in aliquibus casibus, non inexaminatas nostrae reliquerunt leges, sed prolixitatem earum et effusionem abbreviavimus, ne sua negligentia aut calliditate forsan negotiis fruantur homines et causas praebeant aliis. Non enim sub aequalitate semper probationes erunt eas exhibere volentibus, multa quoque tempus refutat. Quapropter benefacientes abbreviavimus in quibusdam casibus pecuniae non numeratae querelas,

Dom.] *do* Vind., sed circumflexus superius impositus est.
Iust.] Sic Vind., sed circumflexus superius impositus est. Vulgo *Iustiniani*.
Apione] *apice* Vind., sed litterae *e* lineola superius imposita est.
cons.] *consule* Vind.

NOV. XCVIII. XCVIII.] deest in Vind. Mon. Berol. I. Ad marginem Mon. *const. XI.*, ad marg. Berol. *const. X.*
tempore] *tpr* Vind., sed lineola superius imposita est. Ante vocem *de* a secunda manu scriptum est *R/.*
non] *n* Vind., sed circumflexo superius imposito.
pecuniae] *pecunie* Vind. Berol. Mon., in quo subiicitur *R/.* In Mon. reliqua ex inscriptione desiderantur, nisi quod ad finem lineae a sec. manu inscriptum est: *super dotem*.
dotem] Sic Vind. Berol., in quo subiicitur *R/.* Vulgo I. *dote*.
Imp. Iust. Aug.] *imp. Iust. a.* Neob. *imp. Iustinianus aug.* Vulgo. *Idem aug.* Vind. *..dem a.* Mon. *id. a.* Pist. Berol., sed ultimae litterae lineola superius imposita est. I. *impr. Iusti. a.*
Ioanni] *Iohi* Vind. Mon. Neob. Berol. *Ihoi* Pist., sed lineola superius imposita est. I. *Iohan*.
p. p.] Sic Neob. Berol., deest in Pist. *ppo.* Vind. Mon., sed lineola superius imposita est. Vulgo *gloriosissimo*. I. *prepo.*
per] deest in Neob.
Orientem] *Ori.* Pist. *Originem* Neob.
secundo] *scdo* Vind. Mon. Neob. Berol. I. *so* Pist. *praetoriorum praefecto iterum* Vulgo.
exconsuli] Sic I. *ex K* Neob. *exc* Mon., sed lineola superius imposita est. Berol. *excs*, ultimis duabus litteris lineola superius imposita.

ord.] Sic Berol. Mon. *ordinaro* Vind., sed ultimis tribus litteris lineola superius imposita est. Neob. *ordo*, Pist. *hon.*, sed lineola superius imposita est. Vulgo *ordinario*. I. *ordinat.*
patricio] Sic Vind. Neob. Pist. Berol. *pat.* Mon., sed superius lineola imposita est. I. *patritio*.

NOV. XCVII. PRAEF. pecuniae] Sic Vind. Mon. *pecunie* Berol.
numeratae] Sic Vind. Mon. *nuate* Berol., sed lineola superius imposita est.
inexaminatas] Sic Vind. *examinatas* Hamb. I. Trid. Port. Cont. Mon., in quo quidem litteris *ex* supra lineam adscriptum est *in*. Berol. *examinas*, sed ultimae syllabae litterae *ta* adiectae sunt. Contius ad marg.: *inexaminatas legendum*. Gr. ἀνεξετάστους.
nostrae] Sic Vind. Mon. *nre* Berol., sed lineola superius imposita est.
earum] Sic Mon. *in earum* Vind., in quo quidem prior syllaba *in* deleta est. Berol. *eorum*, sed sec. m. scripsit *earum*.
abbreviavimus] *abreviavimus* Berol. *adbreviavimus* Mon. *adbreviabimus* Vind. *abbreviavimus* I. Gr. συνεστείλαμεν.
negligentia] Sic Vind. Mon. *neglegentia* Berol.
calliditate] Sic Vind. Berol. *caliditate* Mon., sed priori litterae *l* alia littera *l* superius imposita est.
exhibere] *exibere* Vind. Berol. *scribere* Mon., sed sec. manus correxit *exibere*. Gr. δοῦναι.
benefacientes] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem litterae *es* a sec. manu scriptae sunt. Gr. εὖ ποιοῦντες.
abbreviavimus] *adbreviavimus* Mon. *adbreviabimus* Vind. *abreviamus* Berol. *abbreviamus* Hamb. Trid. Port. I. Gr. συνεστείλαμεν.

quas licet ex his, quae iam a nobis sancita sunt, colligere. Quia enim omne tempus matrimonii dabatur viris, donec matrimonium constaret, queri de non data dote, interpositio quoque maior facta est, ut etiam post mortem virorum, ut et post repudium intra annum daretur querela, ideoque aestimavimus brevi et compendiosa lege velocem facere et pecuniae non numeratae super dote querelam, et liberare a probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

CAP. I. Si ergo annis duobus solummodo habeat aliquis uxorem aut etiam his temporibus minus, et non accipiat dotem, nihil ex taciturnitate vir laedatur, neque heredes viri, licet tacuerit ille, sed intra annum alium querela moveatur. Brevitas enim matrimonii ad hanc nos legislationem vocat. Si vero maius et biennio tempus, minus autem decennio matrimonium protendatur, damus marito queri et dicere, non illatam sibi dotem aut in partem aut in solidum, et si hoc fecerit,

licet] In Mon. huic voci a sec. manu inscriptum est *colligere*.
his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.
quae] *que* Mon.
iam a nobis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *a nobis iam* Vulgo. Gr. ἤδη παρ' ἡμῶν.
sancita] *sanccita* Berol.
colligere] Sic Vind., sed a sec. manu; supra lineam item a sec. manu scriptum est *constaret*. Deest in Mon. Berol. Gr. λαβεῖν.
quia enim] Ab his inde verbis usque ad vocem *matrimonium* quae sunt, in Vind. a sec. manu scripta sunt omnia, cum videlicet unus versus dimidiusque vacuus relictus sit.
matrimonii] Sic Vind. Berol. *matrimonium* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. τοῦ συνοικεσίου.
constaret] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a secunda manu voci *matrimonium* inscriptum est *constaret*. Gr. συνίσταιο.
queri] Sic Mon. *quaeri* Berol. In Vind. siglum est, quo idem significatur.
interpositio] Sic Mon. *interposito* Vind. *interposita* Berol., sed sec. manus scripsit *interpositio*. Gr. παρενθήκη.
quoque] Sic Mon. Berol. *qs* Vind., qua re significatur *que*.
est ut] Sic Vind. Ultima vox *ut* deest in Mon. Berol. I., nec sane Vulgo legitur.
etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon., sed secunda manus correxit *etiam*.
ut et] Sic Mon. Berol. *et* Vind. Gr. ὥσπερ καί.
intra] Sic Vind. *inter* Mon. Berol., sed in Mon. sec. manus correxit *intra*. Gr. εἴσω ἐνιαυτοῦ.
ideoque] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ideo* Vulgo.
aestimavimus] Sic Vind. Mon. Berol. *existimavimus* Vulgo. *extimavimus* I.
brevi] Sic Vind. *brevem* Mon., sed sec. manus scripsit, quod in cont. Contra Berol. *brevem*, quod sec. manus scripsit *brevi*. Gr. βραχεῖ.
compendiosa lege] Sic Vind. *compendiosam legem* Mon. Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. συντόμῳ νόμῳ.
non] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu lineae impositum a sec. manu *non*. Gr. τῇ-ἀναργυρίᾳ.
dote] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem secunda manus scripsit *dotem*. I. *dotem*.
et] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu sequenti syllabae *li* inscriptum est. Gr. καί.
probatione] Sic Vind. Mon. *probationem* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont.

NOV. XCVIII. CAP. I. habeat] Sic Berol. Mon. *habet* I. *habere* Vind., sed alterum Graeco συνοικήσειε firmatur. Hamb. *haereat*.
uxorem] *uxori* Hamb.
his] Sic Vind. Mon. *hiis* I., deest in Berol. Gr. τούτων.
laedatur] Pro verbis *vir laed.* I. habet *laed. vir*.
nos leg.] *leg. nos* I.
maius et] Sic Vind. Mon. *et maius* Berol., sed prius *et* Vulgo desideratur. *etiam maius* I.
damus] Sic Vind. Mon. *data* Berol., sed ultimis litteris circumflexi superius impositi sunt. Gr. δίδομεν.
queri] *quaeri* Vind. Berol. *qre* Mon., sed priori litterae *q* lineola superius imposita est. Gr. μέμφεσθαι.
non] *sibi non* I.
illatam] Sic Mon. Berol. *inlatam* Vind.
sibi] Sic Vind. Berol., deest in I. *sibi* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. αὐτῷ.
hoc] Sic Vind. I. Vulgo. *haec* Mon. Berol. Gr. τοῦτο.
fecerit] *fecit* I.

transmittere querelam, semel marito querente, et muliere, quia dedit, non probante. Si autem neque intra decennium queratur, taciturnitate mariti auferimus querelam, neque ei post decennium hoc agere sinemus, nec annum dantes ulterius eius heredibus. Sitque etiam hoc non nostra adversus aliquos poena, sed libertatis subiectorum diligentia. Ubi enim licet in prolixo sic tempore, decennii dicimus, proponere querelam, si tacere elegerit, palam est, voluisse, vel si non acceperit dotem, omnino eum suos reddere heredes. His valentibus, etsi repudio solvi contingat matrimonium, in nullo discernentibus nobis, sive mulier tanquam dotem offerens conscribat, sive pater, sive alter quispiam pro ea, tempore in omni casu tali, sicuti praediximus, extendente suos effectus, et dante vel perimente querelam. Contestationem vero dicimus non in sermonibus solam (saepe enim indignationis aut alterius incidens occasio talia quaedam virum praeparat dicere, aut etiam ille quidem dixit nihil, testes autem redemti haec mentiuntur), sed oportet contestationem in litteris esse. Si autem etiam in iudicio eam forte facere aliquis voluerit, oportet omnino innotescere mulieri, aut ei, qui dotem omnino

querente] Sic Mon. Berol. *quaerente* Vind.

quia] Sic Berol. Mon., in quo quidem sec. manus correxit *quam*. In Vind. siglum est, quo *quidem* significatur, sed sec. manus correxit *quia*. Gr. ὅτι δέδωκεν.

dedit] Sic Mon. Berol. *dit* Vind., sed prior syllaba praecedenti siglo adhaesisse videtur. Gr. δέδωκεν.

decennium] Sic Vind. Mon. *annum decennium* Berol., sed priori voci *annum* puncta inferius subiecta sunt.

queratur] *quaeratur* Berol.

auf.] *auf. ei* I.

ei] *enim* I.

sinemus] Sic Mon. Berol. I. *sinamus* Vind. *sinentes* Vulgo, quod ex Graeco correctum est.

annum] Sic Vind. Mon. *nu* Berol., sed sec. manus scripsit *annum*. Gr. τὸν ἐνιαυτόν.

eius heredibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *heredibus eius* Vulgo. Gr. τοῖς αὐτοῦ κληρονόμοις.

etiam hoc] Sic Vind. Hamb. Trid. *etiam haec* Berol. *haec* Mon. *in hoc* I. Port. Vulgo. Gr. καὶ τοῦτο.

poena] Sic Mon. *pen* Vind. Berol., sed lineola superius imposita est.

subiectorum] Sic Vind. Berol. *subtorum* Mon., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est, qua re potest significari etiam *subditorum*.

dicimus] Sic Mon. Berol. *diximus* Vind., sed sec. manus scripsit *dicimus*. I. *dnis*, lineola superius imposita, qua re significatur *dominis*. Gr. φαμέν.

elegerit] Sic Vind. Mon. *eligerit* Berol. Gr. ἕλοιτο.

acceperit] Sic Berol. *accepit* Vind. Mon. I. Gr. λάβοι.

eum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *enim* Vulgo, quod ex Graeco correctum est.

suos] Sic Vind. Berol. *aut suos* Mon. I., sed Graecis non firmatur.

redd. her.] *heredes reddere* I.

his] *hiis* I.

etsi] Sic Vind. Berol. *si* Mon., sed supra lineam a secunda manu imposita est vox *et*. Gr. καὶ εἰ.

tempore] Sic Mon. Berol. *tpe* Vind., sed lineola superius imposita litteraeque *p* lineola inferius traiecta est. Gr. τοῦ χρόνου.

sicuti] *sicut* I.

extendente] Sic Mon. Berol. *extendentes* Vind., sed ultimae litterae punctum inferius subiectum est. I. *extendere*. Gr. δεικνύντος.

dicimus] Sic Mon. Berol. *dnis* Vind., sed lineola superius imposita est. Littera *i* tamen a sec. manu scripta est. Gr. φαμέν.

solam] Sic Mon. I. *solum* Vind. Berol. Gr. μόνην.

praeparat] Sic Vind. Berol. *praeparat quidem* Mon., sed ultimae voci puncta inferius subiecta sunt, quae sane vox nec Graecis firmatur.

dixit] *dixerit* I.

haec] Sic Vind. Berol. Hamb. *hoc* Mon. Trid. Port.

mentiuntur] Sic Mon. *menciuntur* Berol. *mentientur* Vind. Gr. καταψεύδονται.

litteris] Quod antea est *in*, deest in I.

in iudicio] Sic Vind. Mon. Deest vox *in* in Berol. Gr. ἐν δικαστηρίῳ. Quod Vulgo antea est *etiam*, deest in I.

forte facere aliquis] Sic Vind. Mon. Berol. *aliquis forte facere* Vulgo. *forte aliquis facere* I. Gr. τυχὸν ποιήσασθαί τις.

oportet] Sic Vind. Mon. *oporteret* Berol. Gr. δεῖ.

dotem — conscripsit] Sic Mon. *dotem*

offerre conscripsit. Nam nihil est, quod prohibeat maritum in semet ipsum hoc agere, et queri, quasi et partem quidem mulieris quod agitur ignorare, providentiam vero sui ponere nullo valere modo, et quia vel querela ab eo facta est, nescire.

CAP. II. Generaliter igitur dicendum est, intra biennium quidem matrimonio soluto sive morte, sive repudio, et ipsi marito de non numerata pecunia licet queri, et eius heredi intra alium annum. Si vero ultra biennium usque ad decem annos matrimonium extendatur, marito damus querelam et eius heredi intra menses tres. Si vero transcurrerit decennium, tunc neque marito, neque heredibus eius querela erit, tempore ad omnia sufficiente mulieri. Et si quidem intra aetatem maritus sit, et non queratur, tantum ad in integrum restitutionem ei damus tempus, ut non transscendat duodecim annos a tempore nuptiarum. Novimus enim eos, qui vehementer citius contrahunt nuptias, non minus quindecim annorum ad hoc procedentes. Qua de re et transit quintum

omnino offerre conscripserit Berol. Desunt in Vind., in quo quidem a sec. manu haec adscripta sunt: *omnino dotem conferre contemsit.* Gr. προῖκα ὅλως ἐπιδοῦναι καταγράψαντι.

quod] Sic Vind. Berol. *qui* Mon., sed sec. manus correxit *quod.* Gr. τὸ κωλῦον.

prohibeat] Sic Vind. Mon. *proibeat* Berol.

queri] Sic Vind. Mon. *qri* Berol., sed litterae *q* lineola superius imposita est.

quasi et] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. *et quasi* Vulgo. *quasi ex* I.

partem] Sic Vind. Mon. Berol. *parte* Hamb. I. Gr. τὸ μὲν μέρος.

ignorare] Sic Vind. Berol. *ignorante* Hamb. Mon., in quo sec. manus correxit *ignorare.* Gr. ἀγνοεῖν.

sui] Quod Vulgo subiicitur *etiam,* deest in Berol. Vind. Mon. Hamb. I., neque Graecis firmatur.

querela ab eo] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ab eo querela* Vulgo. Gr. μέμψις αὐτῷ.

NOV. XCVIII. CAP. II. PR. dicendum] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed haec vox a secunda manu lineae imposita est.

intra] Sic Vind. Berol. *int˜* Mon. Gr. εἴσω.

ipsi] Sic Mon. *ipso* Berol. Vind., in quo secunda manus correxit *ipso.* Gr. αὐτῷ τῷ ἀνδρί.

marito] Sic Vind. Mon. *repudio marito* Berol., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt.

non numerata] Sic Mon. Berol. *numerata* Vind., sed vox *non* a sec. manu lineae imposita est.

licet] Sic Vind. Berol. *licere* Vulgo I., quod etiam in Mon. est. Gr. ἔξεστι.

eius heredi] Sic Vind. Berol. *heredi eius* Mon. I. Gr. τῷ γε αὐτοῦ κληρονόμῳ.

decem] Sic Vind. Berol. *decennium* Mon. Gr. δέκα.

annos] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ἐνιαυτῶν.

extendatur] Sic Vind. Berol. *extendentur* Mon., sed sec. manus correxit ut in cont. Gr. ἐκταθείη.

querelam] Sic Mon. Berol. *quaerellam* Vind.

eius heredi] Sic Vind. Mon. Berol. I. *heredi eius* Vulgo. Gr. τῷ γε αὐτοῦ κληρονόμῳ. Caeterum vox *et* in Berol. deest, sed a sec. manu lineae imposita est. Gr. καί.

menses tres] *tres menses* I.

transcurrerit] *transcurrit* I.

heredibus eius] Sic Vind. Berol. *eius ab heredibus* Mon., sed litteris *ab* puncta inferius subiecta sunt. I. *eius heredibus.* Gr. οὐδὲ κληρονόμοις αὐτοῦ.

querela] Sic Mon. Berol. *quaerella* Vind.

sufficiente] Sic Mon. Berol. *suficiente* Vind., sed litterae *ciente* a sec. manu scriptae sunt.

intra] Sic Vind. Berol. *int* Mon., sed ultimae litterae *t* circumflexus impositus est.

aetatem] Sic Vind. Mon. *etatem* Berol.

in integrum] Sic Vind. Berol. *integrum* Mon.

ut non] Sic Mon. *non* Vind. Berol. Hamb., in quo quidem vox *ut* a secunda manu scripta est. In Trid. Port. I. vox *non* omissa est. Gr. ὥστε μή.

enim eos] Sic Mon. Berol. *eos enim* Vind. Gr. γὰρ τούς.

vehementer] Sic Vind. Mon. *veementer* Berol.

citius] Sic Mon. *cicius* Berol. *titius* Vind.

minus] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *minores* Vulgo Port.

qua de re] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *quare* Vulgo.

et] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Hamb. Trid. Port. I. Gr. καί.

quintum] *ad quintum* Trid. Hamb., sed in reliquis est, ut in cont. I. *ad vicesimum.*

et vicesimum annum, et erit possibilis intra vicesimum septimum queri de non numerata pecunia dotis; moriente quoque eo intra praedictum tempus, heredes habere annum ad querelam. §. 1. Si autem minores sint non querentis heredes, sive maioris sive minoris, quinque habeant solum ad movendam querelam non numeratae pecuniae, sufficiente tempore, et non exspectante exitum omnium minorum temporum, quod nos ad praesentem legem movit. Muliere namque coniuncta quarto et decimo anno, post vicesimum annum mortis patris, abutens minori aetate, movebat quidam contra matrem non numeratae pecuniae obiiciens rationem post quartum et tricesimum nuptiarum annum. Quod nos iudicantes curavimus, et propter has circumstantias et tempus aetate minorum in quinquennium in praesenti decrevimus lege, illo videlicet non numeratam pecuniam obiiciente, qui scriptus fuerit dotem suscepisse, et secundum sua tempora, sive perfectae aetatis sit, sive minoris, causa

vicesimum] Sic Vind. Berol. *vicessimum* Mon., sed priori litterae *s* punctum inferius subiectum est. Pro *et vices.* I. habet *quintum*.

possibilis] Sic Vind. *possibile* Mon. Berol. I., quod etiam Vulgo est. Gr. δυνατός.

intra] Sic Vind. Berol. *int* Mon., sed litterae *t* circumflexus superius impositus est.

septimum] Sic Vind., qui non habet, quod Vulgo et in I. postponitur *annum*, quod etiam in Mon. et Berol. est, et sane ea vox in Graecis non habet, cui conveniat.

queri] *quaeri* Vind.

querelam] *quaerellam* Vind.

NOV. XCVIII. CAP. II. §. 1. si] *sin* Vind.

quinque] Sic Vind. Berol. *quinquennium* Mon. I. Gr. πενταετίαν.

habeant] Sic Vind. Berol. *habent* I. *habeat* Mon., sed secunda manus scripsit *habeant*. Gr. ἐχέτωσαν.

solum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *solummodo* Vulgo.

sufficiente] Postmodo est Vulgo et in I. Port. *eo*, quod in Vind. Mon. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur. Gr. ἀρκοῦντος τοῦ χρόνου.

non] Sic Vind. Berol., deest in Mon., in quo quidem a secunda manu supra lineam appositum est *non*. Gr. μή.

temporum] Sic Berol., deest in Vind. Mon. Gr. χρόνων.

ad praesentem] Sic Vind. Mon. *a praesentem* Berol., sed supra priorem litteram *p* secunda manus litteram *d* apposuit. Gr. πρὸς τὸν παρόντα.

muliere] Sic Vind. Berol. Mon., ubi quidem ad marginem adscriptum est *al. mulier*. Gr. τῆς γὰρ γυναικός.

namque] *nanque* I.

quarto] Sic Vind. Mon. *quarta* Berol., sed sec. manus scripsit *quarto*.

mortis] Sic Vind. Berol. *morte* Mon., sed secunda manus scripsit *mortis*. Gr. τοῦ θανάτου.

minori] Sic Vind. Mon. Berol. *minore* Vulgo. *minoritate* I.

aetate] Sic Vind. Mon. *etate* Berol., deest in I.

quidam] Sic Vind. Berol., in quo quidem sec. manus scripsit *quidem*. Mon. Hamb. Trid. Port. I. *quidem*. Gr. τις.

obiiciens] Sic Vind. *obiciens* Mon. Berol. I.

post] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. μετά.

quartum] Sic Mon. Berol. *quintum* Vind. Gr. τέταρτον.

tricesimum] Sic Vind. Mon. *vicesimum* Berol. I. Gr. τριακοστόν.

nuptiarum annum] Sic Vind. Berol. *annum nuptiarum* Mon. I. Gr. τοῦ συνοικεσίου χρόνον.

nos] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἡμεῖς.

et tempus] Sic Mon. Berol. *et propter tempus* I. *ips* Vind., sed lineola superius imposita est. Vulgo sane vox *tempus* deest. Gr. καὶ τόν.

aetate] *etate* Vind. Mon. Berol. *ex etate* I.

praesenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praesente* Vulgo.

decrevimus] Sic tres mei codd. Hamb. Trid. I. *decernimus* Port. Vulgo. Gr. ὡρίσαμεν.

obiiciente] *obiciente* Mon. Berol. I.

suscepisse] Sic Mon. Berol. *suscipisse* Vind., sed secunda manus scripsit *suscepisse*.

tempora] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed ad marg. Vind. adscriptum a sec. manu *tempora*. Gr. χρόνους.

sit] deest in I.

minoris] *minori sit* Berol., sed secunda manus scripsit, ut in cont. I. *minoris sit*. Sane vox *sit* in Graecis non habet, quo firmetur.

indicanda. Valente hac lege super his, quae postea futurae sunt, nuptiis; super his enim, quae constant, si quidem residuum est decennium, aut non minus biennium, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod etiam ei transmissionem dabit. Si vero aut minus ei biennio reliquum est tempus, aut etiam excessit totum decennii tempus, tunc ipsis quidem biennium damus ad querelam non numeratae pecuniae, eorum autem heredibus et post solutionem matrimonii intra tres menses, ut per omnia eis iustitiam servemus.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo manifesta omnibus facere festinet. *Datum XVI. Kal. Ian.* *** *DN. Iust. PP. Aug. anno XIII. Apione V. C. cons.* (539.)

[XCIX.] GLOSS.

NEQUE VIRUM QUOD EX DOTE EST, NEQUE MULIEREM EX SPONSALITIA LARGITATE LUCRUM PROPRIUM HABERE, SED SERVARE DOMINIUM SUIS FILIIS, VEL SI AD SECUNDAS NON VENIUNT NUPTIAS, USU SOLO IN LUCRO

his] Sic Vind. Mon. Berol. *iis* Vulgo. *hiis* I.

futurae sunt] *futura fuerint* I.

his] Sic Mon. Berol. *iis* Vind., quod etiam Vulgo est. I. *hiis*.

non minus] Sic Vind. Berol. Priorem vocem Mon. omisit, sed sec. manus lineae imposuit *non*. Gr. *οὐκ ἔλαττον*.

biennium] Sic Vind. Mon. Berol., sed sec. manus correxit *biennio*. Vulgo I. *biennio*.

habeat] *habet* I.

tempus] Ad marg. Mon., signo ad hanc vocem addito, scriptum a sec. manu: § *in libro M. biennium*.

non] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. *ἐπὶ τῇ ἀναργυρίᾳ*.

etiam ei] Sic Mon. I. Hamb., in quo sec. manus correxit *ei etiam*. Vind. Berol. Trid. Port. *ei etiam*. Verum Gr. *αὐτῷ καί*.

transmissionem] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. *in integrum restitutionem* Hamb., in quo quidem secunda manus correxit, ut in cont. Gr. *τὴν παραπομπήν*.

aut minus] Sic Vind. Berol. *ei aut minus* I. Priorem vocem *aut* Mon. omisit. Gr. *ἢ ἐλάττων*.

ei] *aut ei* Mon., quod reliquis fontibus non firmatur Graecisque repugnat. In I. deest.

est] *aut* I.

aut etiam] Sic Mon. Berol. *etiam* Vind. Gr. *ἢ καί*.

totum decennii tempus] Sic Vind. Mon. *tempus totum decennii* Berol. Gr. *ὁ σύμπας τῆς δεκαετίας καιρός*.

damus] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. *δίδομεν*.

querelam] Sic Vind. Berol. *querellam* Mon.

non] Sic Vind. Berol. *in* Mon., sed litterae *i* punctum subiectum, ultimaeque litterae *n* circumflexus impositus est. Gr. *τῇ ἀναργυρίᾳ*.

eis] Sic Vind. Mon. *ei* Berol. Gr. *αὐτοῖς*.

NOV. XCVIII. EPIL. manifesta omnibus facere] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *effectui et fini contradere* Vulgo, quod manifesto ex Graecis correctum est.

Kal.] *Kl.* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. In Mon. Pist. Berol. I. tota subscriptio non est.

Ian.] Sic Vind., sed ultimae litterae circumflexus impositus est. Quod Vulgo subiicitur *Constant. imp.*, in Vind. non est.

DN.] *dono* Vind., sed circumflexus superius impositus est.

Iust.] Sic Vind. *Iustiniani* Vulgo.

XIII.] *XIIII.* Vind.

cons.] *cosl. R/.* Vind., sed litteris *os* lineola superius imposita est.

NOV. XCIX. XCIX.] Deest in Vind. Mon. Berol. I., sed ad marginem Vind. Mon. adiectum est *coll. VIII.*, ad marginem Berol. *const. I.*

neque virum] Sic Mon. Vind. I. *qd virum* Berol., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est, quamquam in Berol. supra lineam a secunda manu scriptum est *neque*.

est] deest in I.

lucrum proprium] *propr. lucrum* I.

non veniunt nuptias] Sic Vind. *non veniant nuptias* Mon. *nuptias non veniant* Berol. Vulgo. *nuptias non venerit* I.

CONSISTENTE; ET UT EX REPUDIO TRANSIGENTES NUPTIAS, LUCRANTES AUTEM AUT DOTEM AUT ANTE NUPTIAS DONATIONEM ET IPSI SIMILITER DOMINIUM SERVARE FILIIS, USUM HABENTEM PERSONAM, COGENDAM FILIOS ALERE; SI VERO BONA GRATIA SOLVANTUR NUPTIAE, ET VIDEANTUR OCCASIONE DAMNI DETINERI QUAEDAM, ET HAC ARTE PERIMENDA, ET QUAE DETINENTUR, ET FILIIS SERVENTUR.

Idem Aug. Ioanni p. p. per Orientem secundo.

PRAEFATIO. Ea quidem, quae semper idem se habent, legibus non egent variis, simplicitatem et quod sine ullius diversitatis mixtura est continue possidentia, et utentia legibus sempiternis ac sacris, nulla correctione egentibus; quod autem secundum nos est in redundationis comprehensum tumultum, gubernativa indiget sapientia, ex legibus superveniente negotiis. Unde quoniam nos, neque ad iudicia segnes, mul-

ut ex] Sic Mon. Berol., desunt in Vind.
transigentes] Sic Vind. Berol. *transientes* Mon.
autem] Sic Vind. Berol., deest in Mon. I., nec Vulgo est.
ante nuptias] *antenuptialem* I.
ipsi] Sic Vind. Mon. *ipsis* Berol., quod etiam Vulgo et in I. est.
servare] Sic Vind. Mon. Berol. I. *servent* Vulgo.
habentem] Sic Mon. Berol. *habente* Vind., quod sane in I. et Vulgo est.
personam] Sic Vind. Berol. *persona* I. Mon. Vulgo.
cogendam] Sic Berol. *cogenti* Mon., sed sec. m. scripsit *cogenda*, quod etiam in Vind. I. et Vulgo est.
arte] Sic Vind. Berol. *parte* Mon.
et quae] Sic Mon. *quae* Berol. I., deest in Vind.
et filiis] Sic Mon. Port. Hamb. I. *et ea filiis* Vind. *et a filiis Rl.* Berol. *filiis* Vulgo, quod etiam in Trid. est.
serventur] Sic Vind. Mon. I. *serventur Rl.* Berol. *servandis* Vulgo.
Idem Aug.] Sic Vind. *id. ā* Neob. Pist. Berol. *..d. ā* Mon., sed prior littera miniatori describenda data fuit, qui eam neglexit. I. *idem ā.* Vulgo *imp. Iustinianus aug.*
Ioanni] *Iohan.* I.
p. p. per Orientem] Sic Berol. Mon. *pp. per Ori.* Pist. *pp. per originem* Neob. *ppo. per Orientem* Vind. *gloriosissimo sacrorum Orientalium praetoriorum praefecto* Vulgo. *prepo* I.
secundo] Sic Pist., deest in reliquis fontibus et in I. *iterum, exconsuli et patricio* Vulgo.

NOV. XCIX. PRAEF. ea] *na* I.
habent] Sic Vind. *habeant* Berol. Mon., in quo secunda manus correxit *habent.*
simplicitatem] Sic Mon. *sinplicitatem* Berol. *propter simplicitatem* Vind. Gr. τὸ ἁπλοῦν.
ullius] Sic Vind. Mon. *ulli ius* Berol. Gr. πάσης.
diversitatis] Sic Mon. Berol. *diversitates* Vind., sed secunda manus correxit *diversitatis.* Gr. ποικιλίας.
ac sacris] *hoc sacris* Mon. *hec sacris* Vind., in quo quidem secunda manus priori voci imposuit vocem *et.* Berol. *sacris*, sed priori syllabae a sec. manu impositum est *a.* Gr. καὶ θείοις.
nulla] Sic Vind. Berol. Mon. I., sed priori litterae *n* circumflexus superius impositus est. Vulgo *et nulla.*
egentibus] Sic Mon. Berol. *agentibus* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. δεομένοις.
sec. nos est] *est sec. nos* I.
comprehensum] Sic Vind. Mon. *copensum* Berol., sed priori syllabae lineola superius imposita est.
tumultum] Sic Vind. Mon. I. Hamb. Trid. Port. *tumultui* Berol., sed ultimis duabus litteris circumflexus superius impositus est, ex quo sec. manus facit *tumultum.* Vulgo *tumultu.*
sapientia] *scientia* I.
ex legibus] Sic Mon. Berol. *et legibus* Vind., sed sec. manus priori voci deletae superscripsit *ex.* Gr. ἐκ τῶν νόμων.
superveniente] Sic Vind. Berol. *supervenientes* Mon. Gr. ἐπιγινομένης.
ad iudicia] Sic Mon. Vind., in quo quidem priori voci superius impositum est *circa.* Berol. *iudicio*, sed sec. manus correxit *iudicia.* I. *iudicia.* Caeterum pro ἐπειδήπερ interpres videtur legisse ἐπειδὴ ἡμῖν.
multis] Sic Mon. Berol. *multi* Vind., sed ad finem littera erasa est, qua, nisi fallor, littera *i* significatur.

tis interpellantium causis, singulis quidem medemur, comprehendentes autem unamquamque quaestionem dubitatam et nobis et iudicibus nostris, per legislationem, quae oporteat agi generaliter in unaquaque quaestione exponimus. Itaque illud ante omnia visum quidem est forsan esse priscis legislationibus non sine quadam divisione, nobis autem putandum est bene se habere temperata lege ad simplicitatem causam transponere, ex nunc inchoante, et nihil perscrutante horum, quae prius terminata sunt, quoniam et nobis ipsis, pridem non displicentibus de hoc ipso, quae legibus visa sunt meliora secunda. Nuptialibus namque lucris, si quidem aliquis coniunctorum servaverit pudicitiam, manentibus apud ipsos valide et eorum substantiis infixis, si vero veniat ad alterius personae coniunctionem, ex prioribus nuptiis filiis servandis, simplici quadam et meliori lege duplicem hanc placuit interimere. Si enim secundis mixta nuptiis mulier, aut etiam vir forte ad secundam respiciens coniugem, quae ex morte lucrata sunt aut etiam ex repudio forte servat filiis (quum utique et alii forsan erunt eis filii ex nuptiis sequentibus), quomodo iustum est, eos, qui in solis filiis legitimis moriuntur, non servare eis lucra ex mortuis eorum parentibus, sed aliis ea transmittere? Scilicet quid erit pretiosius, filiis a parentibus non ingratis?

interpellantium] Sic Vind. Mon. Berol. *interpellantium iudicantium* I. *interpellamur* Vulgo.
comprehendentes] Sic Vind. Mon. *compendentes* Berol.
et nobis] Sic Vind. Mon. Berol. *a nobis* Vulgo I. Gr. ἑαυτοῖς τε.
per] Sic Vind. Berol. *et per* Mon., quod Graecis non firmatur.
quae] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu haec vox sequenti voci imposita est. Gr. ἅ.
general.] *et general.* I.
visum] Sic Mon. Berol. *iussum* Vind. Gr. ἔδοξε.
est forsan] Sic Vind. Berol. *forsan est* Mon.
esse] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. εἶναι.
legislationibus] Sic Mon. I. Vind., in quo quidem sec. manus litterae *b* litteram *s* superius imposuit. Berol. *legislatoribus*. Gr. νενομοθετημένοις.
putandum] Sic Mon., ad cuius marginem adscriptum est: *at. putare.* Vind. Berol. *putata*. Vulgo I. *putatum*.
et nunc] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. Port. I. *nunc* Berol., sed priori litterae *n* secunda manus vocem *et* imposuit. Vulgo *ex nunc*.
horum] Sic Vind. Mon. *eorum* Berol. Gr. περιεργαζομένῳ.
pridem] *quidem* I.
displicentibus] Sic Vind. Mon. *displicientibus* Berol.
ipso quae] Sic Vind. Mon. Berol. I. Vox *quae* Vulgo deest.
visa] Sic Mon. Ber. *iussa* Vind. Gr. ἔδοξε.
namque] Sic Vind. Mon. *nanque* I. *quidem* Berol. Gr. γάρ.
valide] Sic Mon. Berol. *validis* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. ἰσχυρῶς.
alterius] Sic Vind. Berol. *ailterius* Mon., sed priori litterae *i* punctum inferius subiectum est. Gr. ἑτέρου.
coniunctionem] Sic Mon. Berol. *coniunctioe* Vind., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est.
simplici] *sinplici* Berol.
quadam] Sic Vind. Mon. *quodam* Berol., in quo quidem sec. manus scripsit *quadam*.
meliori] Sic Vind. Mon. Berol. I. *meliore* Vulgo.
duplicem] Sic Vind. Mon. *duplici* Berol. Gr. διπλόην.
mul. aut] Sic Mon. Berol. I. *mul. autem* Vind. Gr. ἢ καί.
ex repud.] *repud.* I.
servat] *servet* I.
et alii forsan] Sic Mon. Berol. *et aliis forsan* Vind. *forsan et alii* Vulgo I., quam verborum collocationem Graeca firmant.
eis] *eius* I.
filii] Sic Mon. Berol. *filiis* Vind., ubi tamen sec. manus litteram *s* delevit.
ex] *etiam ex* I.
iustum est] Sic Vind. Berol., deest in Mon., ubi tantum ex secunda manu sequenti voci *eos* superius impositum est *est*. Gr. δίκαιόν ἐστι.
transmittere] Sic Mon. Berol. *transmitere* Vind.
scilicet] *sed* I.
quid] Sic Vind. Mon. *quod* Berol. Gr. τί ἄν.
pretiosius] Sic Vind. Mon. *praeciosius* Berol.
a parentibus] Sic Vind. Mon. I. *parentibus* Berol. Gr. παρὰ τῶν γονέων.

CAP. I. Propterea igitur sancimus, si mulier moriatur, et eveniat lucrum fieri viro dotem, hanc omnino servare filiis, sive ad secundas veniat nuptias, sive etiam non, et e diverso, si mortuus fuerit vir, mulier autem ** antenuptialis donationis lucra propriis filiis suis, usum quidem lucrorum ex nuptiis apud eos constitutum, proprietatem vero eorum filiis omnino servandam; his, quae super parentibus ad secundas venientibus nuptias sancita sunt, in suo ordine servandis. Et hoc valere, matrimoniis quocunque modo solutis, ab hodierna die, et in omne, quod sequitur, et in his matrimoniis, quae iam soluta sunt quidem sive morte, sive alio quolibet modo, adhuc autem pendentibus eo quod unus superstes sit. Nam si ambo defuncti sunt, hoc heredibus non damus, sed tanquam semel terminatum veteribus relinquimus legibus. Illud certum est, quia, dum semel fuerint filiorum, et proprietatem

NOV. XCIX. CAP. I. propterea] Sic Vind. Mon. *ppt* Berol., sed ultimae litterae circumflexus appositus est; secunda manus postea adiecit *ea*. Gr. διὰ τοῦτο.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

servare] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *servari* Vulgo.

secundas] *secunda* I.

veniat] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ὁμιλήσειε.

nuptias] *vota* I.

e] Sic Vind. I. Mon., in quo secunda manus supra lineam scripsit litteram *x*. Deest in Berol. *ex* Vulgo. Gr. τοὐναντίον.

si mortuus] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a secunda manu lineae impositum est. Gr. εἰ τελευτήσειεν.

mulier autem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *mulierem* Vulgo. Gr. ἡ γυνὴ δέ. Quod postea lacunae signum posui, manifestum est interpreti lineam, quae inde a τῆς προγ. usque ad τὰ ἐκ τῆς pertinet, ob oculos non fuisse.

antenuptialis] Sic Mon. Berol., in quo quidem ultima littera *s* a secunda manu scripta est. Vind. *ante nuptiarum*. Hamb. Trid. *antenuptiali*. I. *antenuptialem*. Gr. προγαμιαίας.

donationis] *donatione* Mon. Berol., sed in utroque secunda manus scripsit *donationis*. Hamb. Trid. *donatione*.

lucra propriis filiis suis] Sic Mon. Berol. I. *lucrat' is s*; Vind., sed solum *s*; a manu prima scriptum est. Hamb. Trid. *lucra propriis filiis*. Vulgo *lucra propriis filiis servare*. Caeterum Os. propter repetitum *donatione* hic quaedam a librario omissa, itaque fere sententiam restituendam esse censet: *antenuptiali donatione fruatur, et ipsam omnibus modis servare lucra propriis filiis*.

usum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *usu* Vulgo.

constitutum] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *constitutum* Mon., quod quidem sec. manus correxit, ut in cont. *constituto* Vulgo.

proprietatem] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *proprietate* Vulgo Vind., in quo quidem sec. manus scripsit, ut in cont.

servandam] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *servanda* Vulgo.

his] *hiis* I.

quae] Sic Mon. *qui* Vind. *que* Berol., sed sec. manus scripsit *quae*.

venient. nuptias] *nuptias venient*. I.

sancita] Sic Mon. Berol. *sancta* Vind. Gr. νενομοθετημένων.

hodierna] Sic Mon. Berol. *odierna* Vind.

die] Sic Vind. Mon. *diae* Berol.

in omne] *i noe* Mon., sed ultimae voci lineola superius imposita est, qua re videtur significari *in nomine*. Gr. ἅπαν.

quod] *qd* Vind., sed per ultimam litteram *d* circumflexus traiectus est, qua re significatur *quidem*.

et in his] Sic Trid. Mon., in quo priori voci *et* puncta inferius subiecta sunt. Vind. *his*, Port. *et his*, Berol. Hamb. *in his*, I. *in hiis*. Gr. καὶ τῶν ἤδη.

quidem] Post haec in Berol. scriptum est *solute sunt*, quibus quidem verbis postea puncta subiecta sunt.

alio quolibet] Sic Mon. I. *quolibet alio* Vind. Berol. Gr. καθ' ἕτερον οἱονδήποτε.

autem] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed. a secunda manu voci *adhuc* impositum est *autem*. Gr. δέ.

pendentibus] Sic Vind. Mon. *pendente* Berol. I. Gr. ἠρτημένων.

superstes] Sic Vind. Mon. *sr testes* Berol., sed prioribus duabus litteris lineola imposita est, qua re significatur *super*. Gr. περιεῖναι.

sunt] Sic Mon. Berol. I. *sint* Vind., quod etiam Vulgo est. Gr. ἔφθησαν.

non] *c non* Berol., sed priori litterae c punctum inferius subiectum est.

illud] Quod Vulgo postea est *enim*, in Berol. I. deest, nec Graecis firmatur.

certum] *cotu* Berol., sed priori syllabae *co* lineola superius imposita est.

fuerint] Sic Berol. I. *fuerit* Vind. Mon. Gr. γένοιντο.

lex deferens eis praestiterit, tunc in successionibus et aliis accessionibus, ita et in his erit, sicut et in prioribus sancitum est filiis, qui propter secundas nuptias parentum lucro aliquo ex legibus sunt potiti.

exsecutore] *secutore* Neob., sed priori litterae *s* vox *ex* superius imposita est.

iussionibus] Sic Mon. Berol. Neob. *iussibus* Vind.

obsecundat] Sic Vind. Berol. *obsecundant* Mon. *obsecundantur* Berol. Gr. πειθομένης.

ut und.] *et und.* I.

superna] Sic Mon. Neob. *superna tua* Vind. Inde a syllaba *na* quae sunt usque ad vocem *causas*, in Berol. omnia desunt. Vox *tua* nec Graecis firmatur.

maiestate] *magestate* Mon. Quod postea Vulgo est *ac* aut in I. *et*, in Vind. Mon. Berol. Neob. non est. Non dubito hoc loco duplicem haberi versionem vocis ῥοπῆς, quam qui Authenticum composuit, ex duabus versionibus haurire potuit.

divinitate] *divinitati* Neob., sed sec. manus correxit, ut in cont.

crediti] Sic Vind. Berol. Neob. *cditi* Mon., sed priori litterae lineola superius imposita est. Gr. καταπιστευθέντας.

indemnitate] *indepnitate* Neob.

partis] Sic Vind. Mon. Berol. *patis* Neob., sed litterae *t* littera *a* superius imposita est. Gr. ἑκατέρου μέρους.

liberas] Sic Mon. *libertas* Berol., sed litterae *t* punctum inferius subiectum est. Neob. *liberata*, sed sec. manus scripsit *liberas*. Vind. *libertas*, sed litterae *t* sec. manus punctum inferius subiecit. Gr. ἐλευθέρας.

constitutionibus continetur] Sic Neob. I. *continetur constit.* Mon. Vind. Berol. Vulgo. Gr. διατάξεσι περιέχεται.

CAP. III. Omnem vero causarum finem volentes celeriter pervenire, et illorum malignitatibus obviamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem usque ad finem exercere iudicium, dicentes, legem esse, quae decernit, neminem compelli actiones suas exercere nolentem. Et hanc igitur pravitatem exstinguere festinantes, iubemus, memoratae legis auxilio non eos uti, qui contra aliquem suas proposuerunt actiones sive per iudiciariam conventionem, sive per preces principi oblatas, et iudici insinuatas, et per eum ad scientiam adversarii deductas, vel sub legitimo iudicis coeptas examine. Iniuste enim agere recusat, qui paratus adversarium suum ad iudicium vocavit, quum haec excusatio pulsato magis, quam actori conveniat. Quamobrem sancimus, actorem coeptum negotium usque ad finem litis exercere. Si vero causam persequi distulerit, damus pulsato licentiam iudicem, apud quem lis coepta est, postulandi, ut ab eodem actor ad iudicium aut per se,

NOV. CVII. CAP. III. PR. omnem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ome* Neob., sed ultimae litterae *e* superius lineola imposita est. Vulgo *omnium*. Ad marginem Mon. adscriptum est: *si a morita reo actor iudicium deseruerit*. Manifesto interpres πᾶν legit pro πασῶν.

pervenire] Sic Mon. Berol. Neob. Vind. I. *provenire* Vulgo.

et] Sic Vind. Neob. Berol. Mon. Hamb. Trid., deest in Port. I. Vulgo. Gr. καί.

actiones] Sic Vind. Mon. *accos* Berol., sed lineola superius imposita est. Neob. *accioes*, sed ultimis litteris quattuor lineola superius imposita est. Gr. ἐναγωγάς.

neminem] Sic Hamb. Trid. Vind. Neob. *ap. neminem* Mon., sed litterae *p* lineola inferius traiecta est. Berol. *meminem*, sed secunda manus correxit, ut in cont. Gr. μηδένα.

compelli] Sic Vind. Berol. Neob. Mon. Hamb. Trid., deest in Port. I.

actiones suas exerc.] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. *actiones exerc. suas* Mon. Neob.

nolentem] Quod Vulgo subiicitur *compelli*, in Port. est, deest in reliquis I.

memoratae] Sic Vind. *memorato* Berol. Gr. τοῦ μνημονευθέντος νόμου.

legis] Sic Vind. Berol. Neob. *litis* Mon., sed supra hanc vocem a secunda manu adscriptum est *legis*. Gr. νόμου.

auxilio] *eos auxilio* Neob., quod Graecis non firmatur.

non eos] *non* Neob.

suas] deest in Berol. Gr. τὰς οἰκείας.

proposuerunt] Sic Vind. I. *propositiones* Neob., sed sec. manus, litteris *tiones* deletis, ad marginem Neob. adscripsit *uert*, sed lineola superius imposita est. Vulgo *proposuerint*.

iudiciariam] Sic Mon. Neob. *iuridiariam* Vind. *iudicaia* Berol., sed ultimis tribus litteris circumflexus superius impositus est. Gr. δι' ἀρχικῆς.

iudici] *iudices* Neob., sed sec. manus scripsit *iudicis*. Gr. τῷ δικαστῇ.

insinuatas] Sic Vind. Mon. *sinuatas* Berol., sed priori syllabae *si* a secunda manu impositum est *in*. Gr. ἐμφανιζομένων.

legitimo] Sic Vind. Neob. Hamb. *legitimi* Port. Trid. I. Gr. νομίμῳ τοῦ δικαστοῦ ἐξετάσει.

enim] In Neob. bis est signum, quo significatur *enim*.

paratus] Sic Vind. Neob. *patus* Berol. *paratum* Mon., sed sec. manus correxit *paratus*. Gr. ὡς ἑτοίμως.

vocavit] Sic Mon. Berol. Neob. *vocabit* Vind. Gr. ἐκάλεσεν.

haec excusatio] Sic Mon. Berol. *hec excusatio* Vind. I. *haec exsecutio* Neob. Gr. ἡ τοιαύτη παραίτησις.

actori] Sic Vind. Mon. *auctori* Berol. Neob. Gr. τῷ ἐνάγοντι.

conveniat] Sic Neob., sed a sec. manu scriptum est.

actorem] Sic Mon. Berol. *auctorem* Vind. Neob., in quo quidem sec. manus correxit, ut in cont. Gr. τὸν ἐνάγοντα.

negotium] Sic Vind. Berol. Mon. *iudicium* I. *negotii* Neob., sed supra litteras *ii* adscriptum est a sec. manu *um*. Gr. πρᾶγμα.

vero] *verro* I.

persequi] Sic Vind. Mon. Trid. Hamb. I. *perseq.* Neob. *prosequi* Berol. Port. Vulgo. Gr. ἐπεξελθεῖν.

distulerit] *distulerint* I.

iudicem] In I. subiicitur *venire*.

lis] *litis* Neob., sed ultimis litteris *ti* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἡ δίκη.

postulandi] *postulandi* Neob., sed priori litterae *a* littera *u* superius imposita est, cui sec. manus lineolam imposuit.

aut per legitimum procuratorem venire moneatur, et si hoc minime fecerit, propositis tribus vocetur edictis, unaquaque vocatione non minus, quam triginta dierum spatio concludenda. Iubemus enim, ordinarios iudices non solum praeconum vocibus, sed etiam edictis propositis quamcunque litigatorum partem absentem in iudicium vocare. Vocem enim praeconum pauci possunt, qui praesentes inveniuntur, audire; edicta vero per multos dies sic posita possunt paene omnes agnoscere. Aliis autem omnibus iudicibus, qui per imperialem iussionem causas examinant, ex praesenti lege permittimus partes, quae in iudicio non permanent, propositis edictis vocare, ne causae infinitae permaneant. §. 1. Si vero apud iudicem initium lis non accepit, sed tantum conventionali libello quicunque pulsatus est, aut precibus nostrae oblatis clementiae, iussio nostra super hoc prolata sive scriptis, sive per mandata iudici fuit intimata, et ea adversario per eum cognita, etiam sic licebit pulsato ire ad competentem iudicem, et per eum suum adversarium simili

eodem] Quod Vulgo et in I. subiicitur *iudice*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. non est, nec Graecis firmatur, ideoque glossae locum obtinere videtur. Pro αὐτοῦ interpres videtur legisse τοῦ αὐτοῦ.

iudicium] Sic Vind. Berol. Vulgo. *iudicium iudice* Mon. Hamb. *iudicium apud iudicem* Neob.

procuratorem] In Mon. antea est *imperator*, quod quidem punctis subiectis deletum est.

si] *sl* I.

hoc] Sic Vind. Mon. Berol. *haec* Neob. Gr. τοῦτο.

unaquaque] *unaq*, Berol., sed ultimae litterae *q* circumflexus superius imponitur.

vocatione] Sic Neob., sed a sec. manu. Prima habuerat *cautionem*. Reliqui et I. *cautione*, quod etiam Vulgo et apud Contium est. Caeterum Contius ad marg. *vocatione*. Gr. κλήσεως.

triginta dierum] Sic Vind. Mon. Neob. Berol., ad cuius marginem tamen adscriptum est a sec. manu: *XXX. dies*. Gr. τριάκοντα ἡμερῶν.

concludenda] Sic Vind. Neob. *conducenda* Berol. *concludendi* Mon., sed sec. manus scripsit *concludenda*. Gr. περικλειομένης.

praeconum] Sic Vind. Mon. Berol. *praeconi* Neob., in quo quidem litterae *i* lineola superius imposita est; sec. tamen manus correxit *praeconum*. Gr. τῶν κηρύκων.

quamcunque] *etiam quamcunque* Neob., quod nec reliquis codd. nec Graecis firmatur.

litigatorum] *ligatorum* Mon. Gr. τῶν δικαζομένων.

absentem] *abscentem* Vind. Mon.

possunt] Sic Neob., in quo quidem priori litterae *s* punctum inferius subiectum est.

inveniuntur] Sic Vind. Berol., sed priori syllabae *in* vox *non* superius imposita est. Mon. Neob. *non inveniuntur*, quod sane Graecorum tenori contradicit.

dies] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Neob., sed a sec. manu appositum est. Gr. ἡμέρας.

posita] *opposita* Hamb. I. *praeposita* Os. coniicit, sed reliqui codd., ut in cont.

iudicibus] Sic Vind. Mon. Neob., deest in Berol. Gr. δικασταῖς.

imperialem] *inpialem* Neob.

iussionem] *iuccasionem* Berol., sed litteris *ca* puncta inferius subiecta sunt.

praesenti] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. I. *praesente* Vulgo.

NOV. CVII. CAP. III. §. 1. accepit] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. Hamb. I. *acceperit* Vulgo Trid. Port.

tantum] *tamen* Berol. Gr. μόνον.

quicunque] Sic Mon., sed sec. manus scripsit *quacunque*. Gr. ἐνήχθη τις.

iussio] Sic Vind. Berol. Neob. *iussione* Mon. Gr. κέλευσις.

scriptis] *scripta* I.

sive per] *siu in per* Mon., sed litterae *u* sec. manus circumflexum imposuit, vocique *in* puncta inferius subiecta sunt. Gr. εἴτε διὰ μανδάτου.

iudici] deest in I.

fuit] Sic Mon. *fuerit* Vind. Berol. Neob. *iudici fuerit* I. Gr. γέγονεν.

intimata] Sic Vind. Berol. Neob. *intima* Mon., sed sec. manus correxit *intimata*. Gr. ἐγνώσθη.

suum adv.] *adv. suum* I.

modo vocare, ut, si quidem sui praesentiam actor fecerit, causa secundum legum ordinem examinata finem legitimum sortiatur. §. 2. Si vero propositis edictis vocatus ad iudicium venire, et suas intentiones aut per se, aut per legitimum, sicut dictum est, procuratorem proponere noluerit, tunc aliud unius anni spatium ei concedimus, intra quod, nisi suam intentionem fuerit persecutus, damus licentiam iudici et absente adversario partis permanentis allegationes secundum nostras leges examinare, et veritate subtilius requisita, legitimam proferre sententiam. Si vero intra praedictum anni spatium venerit, et suas intentiones exercere voluerit, iubemus, iudicem modis omnibus expensas vel sumtus, quos propter litem pulsatus permanens in iudicio sustinuit, ante omnia exigere actorem, et pulsato dare, et sic actorem permanere, donec causa finem accipiat secundum leges. Nam si tantummodo venerit, et expensis sive sumtibus datis solum annale tempus interrumpere voluerit, et iterum ab iudicio recedens usque ad exitum causae non permanserit,

ut] Sic Vind. Berol. Neob. *et* Mon. Gr. ὥστε.

actor] Sic Mon. Berol. Neob., deest in Vind. Gr. ὁ ἐνάγων.

fecerit] Sic Vind. Berol. Neob. *fec* Mon., sed ultimae litterae lineola superius imposita est. I. *fecit*. Gr. ποιήσοιτο.

causa] *causam* Neob. *eam* I.

NOV. CVII. CAP. III. §. 2. propositis] Sic Vind. Neob. *positis* Mon. Berol., sed litterae *p* inferius circumflexus traiectus est. Gr. προτιθεμένων.

vocatus] Sic Mon. *vocat'* Vind. *vocatur* Berol. Neob., sed in Berol. sec. m. correxit *vocatus*. Gr. κληθεὶς.

dictum est] Sic Vind. Mon. Berol. *dictur* Neob., sed litteris *ct* superius lineola imposita est. Gr. καθάπερ εἴρηται.

noluerit] Sic Vind. Berol. Neob. *nuluerit* Mon., sed sec. manus correxit *noluerit*. I. *voluerit*. Gr. μὴ βουληθείη.

aliud] Sic Mon. Berol. Neob. Hamb. I. *ad aliud* Vind. *et aliud* Vulgo Trid. Port. quod Graecis non firmatur.

unius anni spatium] Sic Vind. Neob. *unius annis spatium* Berol., sed secunda manus correxit, ut in cont. Mon. *anni spatium unius*. Gr. ἑνὸς ἐνιαυτοῦ προθεσμίαν.

persecutus] Sic Hamb. Mon. Berol. Neob. I. *prosecutus* Trid. Port. Vulgo. Gr. ἐπεξέλθοι.

absente] *abscente* Mon.

partis] Sic Vind. Mon. *per partis* Berol., sed sec. manus priorem vocem *per* delevit. Neob. *patis*, sed sec. manus litterae *t* litteram *r* imposuit. Gr. μέρους.

praedictum] *praedictam* Berol., sed sec. manus correxit *praedictum*. Gr. τῆς εἰρημένης.

voluerit] Sic Mon. Neob. Berol., in quo sec. manus correxit *noluerit*. Vind. *noluerit*. Gr. βουληθείη.

sumtus] *suptus* Neob.

propter] Sic Mon. Berol. Neob. *praeter* Vind. Gr. διὰ τὴν δίκην.

sustinuit] Sic Vind. Berol. *sustinuerit* Mon. *sustinuerint* Neob. *substinuerit* I. Gr. ὑπέμεινε.

actorem] *auctorem* Neob. *actiones* I. Gr. τὸν ἐνάγοντα.

actorem] *auctiorem* Neob., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. τὸν ἐνάγοντα.

donec] Haec vox in Neob. a secunda manu posita est.

causa] *ca* Berol., lineola superius imposita, sed sec. manus scripsit *causam*. Gr. τὸ πρᾶγμα.

accipiat secundum leges] Sic Berol. *secundum legem accipiat* Neob. *secundum leges accipiat* Vind. Mon. Caeterum I. *secundum legem finem accipiat*. Gr. δέξηται κατὰ τοὺς νόμους.

expensis] Sic Vind. Berol. Neob. I. *expensibus* Mon., sed sec. manus correxit *expensis*. Gr. τῶν δαπανημάτων.

solum] Sic Mon. Berol. Neob. *solummodo* Vind.

interrumpere] *interruppe* Neob., sed ultimae litterae *p* linea traiecta et supra ultimam litteram *e* circumflexus positus est.

iterum] *it'erum* Neob.

ab] Sic Vind. Berol., in quo quidem ultimae litterae punctum inferius subiectum est. Neob. *auditio*. I. *a*.

recedens] *recede* Berol., sed ultimae litterae *e* littera *s* superius imposita est. Neob. *recedmis*, sed litteris *mi* littera *u* imposita et lineola superius iniecta. Gr. ἀναχωρῶν.

permanserit] Sic Mon. Berol. Neob. *permanserint* Vind., sed litterae *n* puncta inferius subiecta sunt. Gr. παραμείνοι.

iubemus, eum post praedictas edictorum et annalis spatii observationes ab omni cadere actione, quam sibi competere contra pulsatum existimabat. Deterior namque dolus eius agnoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit, quam qui semel coeptam dereliquit. Legis autem privilegia, quae nolentibus non imponit necessitatem proprias actiones movere, illis tantummodo uti concedimus, qui nullam secundum praedictos modos adversario moverint quaestionem.

EPILOGUS. Haec autem omnia obtinere decernimus in causis, quae necdum vel iudiciali sententia vel amicali conventione vel alia iuri cognita decisione finita sunt, Theodote, parens carissime atque amantissime. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua praesentem nostri numinis legem in perpetuum valituram edictis in hac regia urbe propositis, et praeceptionibus in universas provincias sub tua constitutas

eum] Sic Vind. Berol. Neob. *enim* Mon. Gr. *αὐτόν*.

post] Sic Mon. Berol. Neob., deest in Vind., sed a sec. manu lineae impositum est. Gr. *μετὰ τάς*.

edictorum] Sic Vind. Mon. Berol. *edicetorum* Neob., sed sec. litterae *e* lineola superius imposita est.

annalis] Sic Mon. Berol. Neob., in quo ad finem huius vocis adscriptum est *n*, sed lineola superius imposita, quam litteram sec. manus delevit. Vind. *annales*, sed sec. manus scripsit *annalis*. Gr. *τοῦ ἐνιαυσιαίου*.

spatii] *spatium* Neob., sed litteris *um* puncta inferius subiecta sunt. Gr. *διαστήματος*.

observationes] Sic Vind. Mon. Berol. *observae* Neob., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. *παρατηρήσεις*.

actione] *accioe* Neob., sed lineola superius imposita est. Berol. *accioe*, sed ultimis litteris lineola superius imposita est.

quam] Sic Vind. Berol. Neob. *q*ᵃ Mon., sed litterae *q* lineola inferius traiecta est.

existimabat] *existimat* Mon. Gr. *ὑπελάμβανε*.

namque] *nanque* I.

eius] In Mon. subiicitur *ē*, quod in reliquis desideratur, nec Graecis firmatur.

interruptam] *interruptam qui interruptam* Neob.

coeptam] Sic Vind. Berol. Neob. I. Hamb. *acceptam* Trid. Port. Mon. Vulgo. Gr. *τῆς προκαταρχθείσης*.

dereliquit] *dereliquid* Vind. Neob.

privilegia] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. I. *privilegio* Vulgo. Interpres videtur legisse *τὰ - τοῦ νόμου προνόμια*.

nolent.] *volent*. I.

non] Sic Vind. Mon. Berol. *si* Neob. Gr. *μή*.

imponit] Sic Neob. *inponit* Vind. *imponunt* I. *inponi* Mon., sed sec. manus scripsit *inponit*.

actiones] *acciones* Neob., sed litteris *oe* lineola superius imposita est. Berol. *accones*, sed litteris *cc* circumflexus superius impositus est. Gr. *ἐναγωγάς*.

illis] Sic Vind. Berol. Neob. *in his* Mon. Gr. *ἐκείνοις*.

nullam] Sic Vind. Mon. Berol. *nullas* Neob. Gr. *οὐδεμίαν*.

moverint] Sic Vind. Mon. Neob. *movit* Berol., sed litteris *it* circumflexus superius impositus est.

quaestionem] Sic Vind. Mon. *quaestiones* Neob. Berol. Gr. *ζήτησιν*.

NOV. CVII. EPIL. omnia] *ola* ~~*oia*~~ Berol., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. *πάντα*.

vel] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Neob. Gr. *ἢ κατὰ δικαστικήν*.

amicali] Sic Vind. Mon. Berol. *amicabili* Vulgo Neob. I.

vel] *aut* Mon. I.

finita] Sic Vind. Berol. Neob. *definita* Mon. *finitae* Vulgo.

Theodote] *Theodore* I.

carissime] *kme* Mon. Berol. Neob. *karissime* Vind.

numinis] Sic Mon. Berol. Neob. *nominis* Vulgo.

in] *im* Vind.

perpetuum] Sic Mon. Vind., in quo quidem sec. manus scripsit *perpetuo*, quod sane in Neob. Berol. I. est.

propositis] *ppoms* Neob., sed priori litterae *p* circumflexus traiectus est, secundaeque lineola superius imposita; ultimis autem duabus litteris *ms* lineola imposita.

praeceptionibus] *per praeceptionibus* Berol., sed priori voci *per* puncta inferius subiecta sunt.

in] deest in Mon., sed in Vind. Berol. Neob. est.

universas provincias] Sic Vind. Berol. Neob. *universis provinciis* Mon. Vulgo I.

constitutas] Sic Vind. Neob. Berol. *constituta* Mon. *constitutis* I. Vulgo.

iurisdictione directis faciat manifestam, ut omnes ea, quae pro eorum utilitate sanximus, a se custodienda cognoscant. *Datum III. Id. Sept. CP. imp. DN. Iust. PP. Aug. anno XV. Basilio V. C. cons.* (541.)

[CVIII.]

GLOSS.

UT NEQUE MILES, NEQUE FOEDERATUS OBSERVETUR DOMUI PRIVATAE AUT POSSESSIONI ALICUIUS.

Idem Aug. Theodoto p. p.

PRAEFATIO. Cum domini dei benevolentia ad custodiam nostrorum subiectorum militarium rerum incipit ordinatio. His enim providentia dei dispositis, barbarorum quidem incontinentia refrenatur, reipublicae vero res augentur. Et quoniam aliqui, propriae salutis pro nihilo facientes rationem, milites et foederatos, qui debent pro libertate reipublicae contra inimicos certare, praesumunt subtrahere et in privatas suas occupare utilitates, praevidimus per praesentem nostram legem om-

iurisdictione] *iurisditione* Mon. Berol. Neob. *custodita iurisd.* I.

directis] *dircetis* Neob., sed litterae *c* punctum subiectum litteraeque *t* littera *e* superius imposita est.

manifestam] Sic Vind. Mon. Neob. *manifestis* Berol., sed sec. manus correxit *manifestas.*

eorum utilitate] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. I. *utilitate eorum* Vulgo.

sanximus] Sic Vind. Neob. *sacximus* Mon., sed litterae *c* circumflexus superius impositus est. Berol. *sanccimus.* I. *sancimus.*

custodienda] Sic Vind. Mon. Berol. *custodia* Neob., sed ultimae litterae *a* supra lineam syllaba *end* a sec. manu imposita est.

III. Id.] Sic Vind. *IV. Idus* Vulgo. In Mon. Berol. Pist. Neob. I. tota subscriptio deest.

Sept.] Sic Vind., sed litteris *e* et *t* circumflexi superius impositi sunt. Vulgo *Septemb.*

CP.] Sic Vind., sed circumflexo superius imposito. Vulgo *Constant.*

imp.] *ipr.* Vind., sed circumflexo superius imposito.

DN.] *dom.* Vind., sed circumflexus superius impositus est.

Iust.] Sic Vind., sed circumflexo superius imposito. Vulgo *Iustiniani.*

PP. Aug.] Sic Vind., sed lineolae superius impositae sunt.

V. C.] *viro clarisso* Vind., sed his litteris superius lineolae impositae sunt.

cons.] *consule* Vind., sed ultimae litterae *e* lineola superius imposita est.

NOV. CVIII. CVIII.] deest in Vind. Mon. Berol. I., ad cuius marginem adscriptum est *const. VIIII.* Vulgo *const. CIX.*

ut] *R/. ut* Vind.

foederatus] *federatus* Vind. Mon. Berol. I.

observetur] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. Vulgo. *observet* I. Hamb. Itaque mutare non sustinui.

alicuius] *alicus R/.* Mon. In I. subiicitur *Rubrica.*

Idem Aug.] Sic Vind. *id. a͞* Mon. Pist. Berol. *idem a͞* I. *imp. Iustinianus aug.* Vulgo.

Theodoto] Sic Vind. Neob. Berol. *Theodoro* Pist. I. *Theodio* Mon.

p. p.] Sic Mon. Berol., sed lineola superius imposita est. Vind. *ppo*, sed lineola superius imposita est. Pist. *pfc*, sed priori et ultimae litterae lineola superius imposita est. Deest in Neob. *Orientalium praetoriorum praefecto* Vulgo.

NOV. CVIII. PRAEF. benevolentia] *benivolentia* Berol. I.

subiect.] *subiet.* I.

his] *hiis* I.

incontinentia] Inde a syllabis *tinentia* usque ad vocem *praesumunt mi* in Berol. omnia a sec. manu scripta sunt.

reipublicae vero] *rei vero pu* I.

augentur] Sic Vind. Mon. Trid. Port. *augetur* Hamb. *agentur* I.

aliqui] Sic Vind. Mon. *aliquid* Berol. Gr. τινές.

reipublicae] *reipubil.* I.

certare] Sic Mon. Berol. *certari* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont.

utilitates] Sic Mon. Berol. Ad marg. Vind. adscriptum est: § *alii.*

praevidimus] Sic Vind. Mon. Berol. *previdimus* I. *providimus* Vulgo.

nostram legem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *legem nostram* Vulgo. Gr. ἡμῶν νόμον.

nibus interdicere, ut nullum de cetero praesumant militem in quocunque relatum numero aut foederatum subtrahere, in sua domo aut in proprias habere possessiones. Pro quibus nos multos sustinemus labores; exercentur enim et militant, ut communibus utiles sint rebus.

CAP. I. Sint igitur omnes scientes, qui milites aut foederatos aliquos in suis habent domibus aut possessionibus aut qualitercunque observantes, et quasdam eis proprias implentes utilitates, quod, nisi intra triginta dierum dilationem, computatam ab insinuatione per loca praesentis nostrae dispositionis, eos expulerint, substantiae quidem habentium eos aut retinentium publicationi subiectae fisco applicabuntur, ipsi vero et dignitatibus et militiis, quas habent, expellentur, milites vero et foederati, qui eis post dilationem observaverint, non solum militia spoliabuntur, sed etiam ultima sustinebunt supplicia. Scientibus etiam uniuscuiusque provinciae iudicibus, quia, si aliqui inveniantur in locis, quae ab his exactionibus aut coniunctoribus aut personis aliqui-

nullum] Sic Vind. Mon. Berol. *nulli* Hamb.
in sua] Sic Vind. Mon. Berol. *et in sua* Vulgo I., quod sane Graeco ἢ non firmatur.
proprias] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *propriis* Vulgo. Gr. εἰς τὰς ἰδίας.
possessiones] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *possessionibus* Vulgo.
nos multos] Sic Vind. Mon. *multos nos* Berol. Gr. ἡμεῖς πολλούς.
sustin.] *substin.* I.
militant] *militantur* Vind. Berol., in quo quidem sec. manus ultimam syllabam *ur* delevit, sed ut in cont., habet Mon. Crediderim interpreti ob oculos fuisse: γυμνάζονται καὶ στρατεύονται. Neque enim ad superius verbum ἡμεῖς, sed ad militum potius personas retulit.
ut] *ut in* I.
utiles sint] Sic Berol., in quo quidem priori litterae *s* a prima manu lineola traiecta est. Mon. *sint utiles*, Vind. *utiles scit*, sed litterae *c* littera *n* superius imposita, litteraeque *c* punctum inferius subiectum est. Gr. χρησιμεύειν.

NOV. CVIII. CAP. I. habent] *habeant* I.
aut qual.] Sic Vind. Mon. Berol. I. In Graecis sane non est, quo prius illud *aut* firmetur.
eis] Sic Vind. Berol. *eius* Mon. Gr. αὐτοῖς.
quod] Sic Berol. Vind., deest in Mon., sed a sec. manu scriptum est.
nisi] Sic Vind. Berol. *nisi qui* Mon., quod Graecis non firmatur.
triginta dierum] Sic Vind. *dierum triginta* Mon. *XXX.* Berol., in quo quidem sec. manus addidit *dierum*. Graeca id, quod in contextu positum est, firmant.
dilationem] Sic Mon. Berol. *dilatationem* Vind. Gr. προθεσμίας.
computatam] Sic Mon. Trid. I. *computatos* Vind. Hamb. *computatur* Berol. *computandorum* Vulgo. Pro ἀριθμουμένων interpres videtur habuisse ἀριθμουμένης.
praesentis] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem postea est *temporis*, quod punctis subiectis notatum est.
nostrae] Sic Vind. Mon. *nre* Berol., sed lineola superius imposita est.
eos] Sic Vind. Mon. *eo9* Berol., deest in I. Gr. αὐτούς.
expulerint] Sic Vind. Mon. *expulit* Berol., sed litteris *it* circumflexus superius impositus est, qua re significatur *expulerit*. Gr. ἀποδιώξουσιν.
publicationi] Sic Mon. Berol. *publicationis* Vind. Gr. δημεύσει.
ipsi] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu lineae inscriptum est. Gr. αὐτοί δέ.
et dign.] *dignit.* I.
dilationem] *deiectionem* Mon. *dilectionem* Vind. Berol., sed in utroque sec. manus correxit *dilationem*. Gr. μετὰ τὴν προθεσμίαν.
observaverint] Sic Mon. Berol. *observaverunt* Vind.
non] Sic Vind. Mon. *ol non* Berol., sed prioribus duabus litteris *ol* puncta inferius subiecta sunt. Gr. οὐ μόνον.
etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon. I.
quae] *que* I.
ab his] Sic Berol. Hamb. Trid. *ab his sunt* Mon. *ab* Vind. *ab hiis* I. *sub his sunt* Vulgo. Gr. παρ' αὐτῶν.
exactionibus] Sic Vind. Mon. Hamb. I. *exactoribus* Berol. Trid. Nisi fallor, interpres legit εὐθυνομένοις pro ἰθυνομένοις.
coniunctoribus] Sic Vind. Mon. Trid. Berol., sed sec. manus scripsit *convictoribus*, quod etiam Vulgo et in Hamb. est. Quod Vulgo postea legitur *aliquibus*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. desideratur. I. *coniuntionibus*.

bus aut dominiis aut possessionibus aut quibuslibet propriis facultatibus permanentes, et non celeriter istos comprehenderint et suppliciis subdiderint, et milites quidem ad numeros suos transmittunt, in quibus militant, foederatos vero ad proprios optiones, et ipsi decem librarum auri poenam exigentur, et insuper exsilio tradentur, utpote nostras iussiones praesumentes negligere. Nemo igitur neque divino quodam typo de hoc forsan facto, neque praeceptis iudicum utitur, nec aliquis nostrorum iudicum huiusmodi aliquos typos aut praeceptiones iudicum suscipiat, sed cum omni celeritate milites quidem ad proprios numeros, foederatos vero ad suas optiones revertantur, et pro communibus certent rebus; nullo enim modo de cetero concedimus nostros milites aut foederatos in quibusdam omnino privatis utilitatibus occupari.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis, et per praesentem manifesta sunt legem, tua eminentia cognoscens, in hac quidem felicissima civitate edictis secundum morem propositis, in provinciis vero praeceptionibus destinatis omnibus manifesta constituere festinet. *Datum Id. Apr. CP. imp. DN. Iust. anno XVI. post B a s i l i i V. C. cons.* (542.)

pers. aliquibus] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I., sed ultima vox *aliquibus*, Vulgo deest.
aut dominiis] Sic Vind. Mon. Berol. *aut domibus aut dominiis* Vulgo. *aut dominis* I.
facultatibus] Sic Vind. Mon. *utilitatibus* Berol. I. Gr. χρείαις.
permanentes] Sic Vind. Mon. Berol. I. *observantes* Vulgo. Gr. προσεδρεύοντες.
istos] Sic Vind. Mon. Berol. *ipsos* Trid. Hamb. Gr. τούτους.
comprehenderint] Sic Vind. Mon. *compenderint* Berol., sed litterae *p* superius lineola imposita est.
et suppliciis subdiderint] Sic Vind. Mon., desunt in Berol., sed a secunda manu lineae imposita sunt.
transmittunt] Sic Vind. Mon. Berol. *transmittant* Vulgo. *transmittent* I.
proprios] Sic Vind. Berol., in quo sec. manus correxit *proprias*. Mon. I. Cont. *proprias*. Ad marg. Contius *al. p r o p r i o s.*
optiones] Sic Vind. Berol. *obiectiones* I. *opiniones* Mon., sed sec. manus corr., ut in cont. Gr. ὀπτίονας.
et ipsi] Sic Vind. Mon. *et ipsis* I. *ipsi* Berol., sed ad finem huius vocis littera *s* apposita est, quam sec. manus delevit. Vulgo *ipsi*. Gr. καὶ αὐτοί.
librarum] *li* I.
exigentur] Sic Vind. Berol. *exigent* Mon. Gr. εἰσπραχθήσονται.
et ins.] Sic Vind. Berol. Prior vox *et* in Mon. non est. Gr. καὶ πρὸς τούτοις.
negligere] Sic Mon. Berol. *neglegere* Vind., sed sec. manus correxit *negligere*.
typo] *tipo* Berol.
iudicum] Sic Vind. Berol. In Mon. subiicitur *suscipiant*, cui voci sec. manus puncta subiecit. Gr. ἀρχόντων.

utitur] Sic Vind. Mon. Berol. *utatur* I. Vulgo. Gr. χρῆται.
nec] Sic Vind. Berol. *neque* Vulgo I.
praeceptiones] Sic Mon. Berol. *praecertiones* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. προστάξεις.
suscipiat] *suscipiant* Mon.
milites] Sic Vind. *militantes* Berol. I. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *militans*. Gr. στρατιῶται.
foederatos] Sic Vind. Mon. Berol. I. *foederati* Vulgo, quod etiam Graeca desiderare videntur. Infra scribendum videtur esse: *ad proprios optiones*, quamquam omnes mei codd. femininum genus *proprias* praeferunt.
certent] Sic Mon. *certetur* I. *certentur* Vind. Berol., sed sec. manus corr., ut in cont. Gr. ἀγωνίσωνται.
enim modo] Sic Mon. *modo enim* Vind. Berol. Gr. κατ' οὐδένα γὰρ τρόπον.
util. occup.] *occup. util.* I.
NOV. CVIII. EPIL. manifesta] Sic Vind. Berol. I. *manifestata* Mon.
cognoscens] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praecognoscens* Vulgo. Gr. γινώσκουσα.
vero] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ἐν δὲ ταῖς.
Datum] Haec tota subscriptio deest in Vind. Mon. Berol. Pist. I.; haberi autem in ed. Venet. de anno 1491. Bienerus in hist. Novellarum p. 522. auctor est.
CP.] Sic ed. Venet. 1491. *Constant.* Vulgo.
imp.] *imper.* Vulgo.
Iust.] *Iustiniani* Vulgo. Quae autem postea leguntur *pp. aug.*, in ed. Venet. 1491. desunt, Bienero l. c. auctore.
post Basilii] Sic ed. Venet. 1491., Bienero auctore. In glossatis editionibus recentioribus vocem *post* non haberi idem l. c. adnotavit. Vulgo *Basilio*.

[CIX.] GLOSS.

UT DIVINAE IUSSIONES SUBCRIPTIONEM HABEANT GLORIOSI QUAESTORIS.

Idem Aug. Theodoto p. p.

PRAEFATIO. Nostrae serenitatis sollicitudo remediis invigilat subiectorum, nec cessamus inquirere, si quid sit in nostra republica corrigendum; ideo namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis praeparemus. Unde ad universorum utilitatem pertinere respeximus, si sacras etiam iussiones cum competenti iubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro sua voluntate confiteri.

CAP. I. Nam praesenti lege decernimus, nullam divinam iussio-

NOV. CIX. CIX.] Deest in Vind. Mon. Pist. I. *const. CX.* Vulgo. Ad marg. Berol. Mon. *const. VIIII.* Caeterum haec constitutio et in appendice Iuliani est, cuius varietatem lectionis hic enotabimus secundum Vercellensis et Berolinensis codicum auctoritatem. Illum litteris *Vercell.* (*Iul.*), hunc *Berol.* (*Iul.*) designabimus.

ut] In Verc. (Iul.) haec est inscriptio constitutionis: *cons. CXXXI. kp. DLXXVII. de sacris divinis subscriptionem habere gloriosi questoris*; in Berol. (Iul.) *cons. CXXXI. kp. DLXXXVI. de sacris divinis subscriptionem habere gloriosi questoris.*

iussiones] Sic Vind. Mon. *ι qusiones* Berol. Pist., sed in utroque sec. manus scripsit, ut in cont.

gloriosi] Sic Vind. Berol. Pist., deest in Mon. *gloriosissimi* I.

quaestoris] In Vind. Berol. Pist. subiicitur *R/.* in I. *Rubrica. quaestoris gloriosissimi R/.* Mon.

Idem Aug.] Sic Vind. *id. a͞* Mon. Pist. Neob. Berol. Tota inscriptio in Verc. (Iul.) Berol. (Iul.) non est. I. *idem a͞.* Vulgo *imp. Iustinianus aug.*

Theodoto] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *Theod.* Pist. *Theodoro* I.

p. p.] Sic Mon. Neob. Berol. I. *ppo* Vind., sed lineola superius imposita est. Pist. *pfc*, sed primae ultimaeque litterae lineola superius imposita. Vulgo *sacrorum praetoriorum praefecto.*

NOV. CIX. PRAEF. nostrae] *nre* Verc. (Iul.), sed lineola superius imposita est.

sollicitudo] *solicitudo* Mon. Berol.

remediis] *remedii* Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.)

invigilat] *invigilet* Pist.

subiectorum] *subtorum* Mon., sed per litteram *b* superiorem circumflexus traiectus est. Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.) *subditorum.*

nec cessamus] *necessamus* Berol., sed supra litteram *c* a sec. manu alia littera *c* superius imposita est. Vercell. (Iul.) *necessat.* Berol. (Iul.) *necesse.*

inquirere] deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam positum est.

si quid] *quid si* Vercell. (Iul.) *quid* Berol. (Iul.) *in quid* Berol., sed sec. m. inde facit *si quid.*

sit] *minus* Pist., sed huic voci a sec. manu puncta inferius subiecta sunt.

nostra republica] Sic Vind., nisi quod litterae *nostra re* a sec. manu scriptae sunt. Sed ad litteras *re* eadem manus apposuit et litteram *i*, quam eadem manus delevit. I. *re.p.*

corrigendum] In Berol. subiicitur *est*, quod in reliquis codicibus non est.

ideo namque] *idoneamque* Berol. (Iul.)

voluntarios] *voluntarius* Berol. (Iul.) Vercell. (Iul.)

labores] *lavores* Vercell. (Iul.)

appetimus] *adpetimus* Vind. Mon.

universorum] *diversorum* Mon.

respeximus] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *perspeximus* Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.) Vulgo.

sacras] *sacra* Vercell. (Iul.)

etiam] *et* Berol., sed sec. m. superius huic voci lineolam imposuit.

iussiones] In Mon. supra hanc vocem a sec. manu scriptum est *cum.*

cum] deest in Mon.

competenti] Sic Vind. Mon. Berol. Berol. (Iul.) I. *conpetenti s* Vercell. (Iul.), sed ultimae litterae *s* punctum inferius suppositum est. Vulgo *competente.*

procedere] *producere* Vercell. (Iul.)

eas] *neas* Berol. (Iul.)

voluntate] *voluntatem* Pist. Vercell. (Iul.)

confiteri] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Pist. Trid. I. *confitere* Vercell. (Iul.) *conficere* Berol. (Iul.) *profiteri* Vulgo.

NOV. CIX. CAP. I. praesenti] Sic Vind. Mon. Berol. Berol. (Iul.) *pertenti* I. *praesente* Vulgo Vercell. (Iul.)

nullam divinam] *divinam nullam* Pist.

nem, neque per viri magnifici quaestoris adiutores, neque per aliam cuiuslibet militiae aut dignitatis aut officii personam quocunque iudicio confectam, a quolibet suscipi cognitore, cui magnifici viri quaestoris adnotatio subiecta non fuerit, qua continetur, et inter quos et ad quem iudicem vel per quam fuerit directa personam, quatenus omni posthac ambiguitate submota, nulla cuilibet excusationis relinquatur occasio; scientibus iudicibus vel administratoribus universis, quod, si in quolibet negotio sacram susceperint iussionem, nisi cui quaestoris viri magnifici fuerit subiecta notatio, mulcta viginti librarum auri, et officium eorum simili poena plectetur. Quibus iubemus, si qua ad eos iussio talis advenerit, mox ad praedictum virum magnificum quaestorem referre, aut cum illo, qui haec ingerit, destinare, ut in eum vindicta procedat, quam

magnifici] *magnificentissimi* Hamb. Trid. I.
adiutores] In Berol. a sec. manu scripta sunt, quae inde a syllabis *iutores* usque ad syllabas *excu* habentur.
aliam] *alium* Mon., sed sec. manus correxit *aliam*.
cuiuslibet] *c9libet* Pist.
officii] Quod antea legitur *aut*, in Vercell. (Iul.) non est.
personam] *persona* Vercell. (Iul.)
quocunque] Sic Berol. Pist. *quocumque* Vercell. (Iul.) Vind. (Iul.) *qcumque* Vind., sed priori litterae *q* lineola superius imposita est. Mon. *q;culq;*, sed litteris *cul* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo I. *cuicumque*.
iudicio] Sic Vercell. (Iul.), deest in Pist. *iudicii* Vind. *iudici* I. Mon. Berol. Berol. (Iul.)
confectam] Sic Vind. *concessa* I. *confessam* Mon. Berol., in quo utroque sec. manus scripsit *confectam*. Pist. *confectam iudicii*, Berol. (Iul.) *confixa*, Vercell. (Iul.) *consLxint*.
a] Sic Mon. Berol. Vercell. (Iul.), deest in Vind. *ut a* Berol. (Iul.)
suscipi] *suscepit* Berol. (Iul.)
subiecta] Sic Vind. Berol. Vercell. (Iul.) *subcta* Mon., sed litterae *b* superiori circumflexus traiectus est, quod sec. manus correxit *subiecta*. In Berol. (Iul.) est *sublata*.
qua] *que* Verc.
continetur] Sic Vind. Berol. Pist. *contineatur* I. *continuatur* Berol. (Iul.) *contenentur* Vercell. (Iul.) *contineatur* Vulgo.
quem] In Berol. signum est *q*, sed lineola inferius traiecta, circumflexoque superius imposito.
quam] *qua* Vercell. (Iul.)
personam] *persona* Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.)
posthac] *post hanc* Pist. Pro verbis *omni posthac* I. habet *posthac omni*.
cuilibet] *civilibus et* Vercell. (Iul.)
relinquatur] Sic Vind. Mon. Berol. *reliqua* Vercell. (Iul.) *reliquat* Berol. (Iul.)
vel] deest in I.
admin.] *amin.* Berol. Pist.
negotio] *negotia* Berol., sed sec. manus correxit *negotio*.
sacram] Sic Vind. Mon. Berol. *sacra* Vercell. (Iul.), Berol. (Iul.)
quaestoris] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.)
viri] *viris* Vercell. (Iul.)
magnifici] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. I. *magnificis questores* Vercell. (Iul.) *magnifici questoris* Berol. (Iul.) *magnificentissimi* Vulgo.
subiecta] *subiaect* I., ex errore typographi.
notatio] Sic Vind. Mon. Berol. Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.) In Mon. tamen sec. manus correxit *annotatio*, quod etiam in Pist. et Vulgo legitur. I. *adnotatio*.
mulcta] *mulctarum* Pist. *mlta* Berol., sed supra litteram *t* sec. manus litteram *c* posuit.
et officium] *officio* Vercell. (Iul.)
poena] *modo* Hamb.
si qua] Ab his verbis incipit Vind. codex Iuliani, quem hoc signo *Vind.* (*Iul.*) notabimus. Antea autem folium exciderat.
ad eos iussio talis] Sic Vind. Berol. Pist. Vercell. (Iul.) Vind. (Iul.) I. *ad eos visio talis* Mon., sed sec. m. correxit, ut in cont. Vulgo *talis iussio ad eos*.
advenerit] Sic Vind. Mon. Berol. Pist. Vind. (Iul.) Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.) Hamb. I. *pervenerit* Vulgo.
mox] Supra hanc vocem in Pist. scriptum est *nec*, quod quidem iam prima manus delevit.
praed. virum] *virum praed.* I.
referre] *refere* Vind., sed ultima littera a sec. manu scripta est.
haec] Sic Mon. Berol. Pist. Vercell. (Iul.) Vind. (Iul.) *hoc* Vind. I. *het* Berol. (Iul.)
destinare] *destinari* Vercell. (Iul.)
ut in] Sic Mon. Berol. Pist. Vind. (Iul.) Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.) *aut in* Vind., quae a sec. manu scripta sunt omnia.
eum] In Vind. haec vox a sec. manu scripta est.

in falsarios iura nostra constituunt, Theodote, parens carissime atque amantissime.

EPILOGUS. Quam legem perpetuo valituram celsitudo tua ad universorum faciat pervenire notitiam. *Dat. Kal. Nov. CP. DN. Iust. PP. Aug. anno XV. Basilio V. C. cons.* (541.)

[CX.] GLOSS.

IN MEDIO LITIS NON FIERI SACRAS FORMAS AUT SACRAS IUSSIONES, SED SECUNDUM GENERALES LEGES DIRIMI NEGOTIA.

Idem Aug. Theodoto p. p.

PRAEFATIO. Omnia secundum nostras leges agi volentes, et harum virtutem servari studentes, perspeximus praesentem scribere legem

vindicta] *vindictam* Vind.
quam] deest in Mon., sed a secunda manu supra lineam positum est.
in falsarios] Sic Vind. Pist *et in falsarios* Mon., sed prima vox *et* deleta est. Berol. (Iul.) *falsarii hos*, Vind. (Iul.) *falsa in his*, Vercell. (Iul.) *falsari his*, Berol. *in falsaria*, sed sec. manus scripsit *in falsarios*.
constituunt] Sic Hamb. Vind. Berol. Pist. Berol. (Iul.) Vercell. (Iul.) I. *consistunt* Mon., sed sec. manus corr. *constituerunt*, quod etiam Vulgo est. Vind. (Iul.) *constituit*.
Theodote] *Theodore* I.
parens] deest in Berol. Pist.
carissime] *kme* Mon. Vind. (Iul.) *karissime* Berol. (Iul.) *kme parens* Berol. Pist.
atque] *adque* Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.)

NOV. CIX. EPIL. legem] *lege* Vercell. (Iul.)
valituram] *valitura* Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.) Vind. (Iul.)
Dat.] Sic Vind. Berol. (Iul.) *dt* Vercell. (Iul.), sed lineola superius imposita. In Mon. Berol. Pist. Vind. (Iul.) I. tota subscriptio non est. Vulgo *datum*.
Kal.] *Kl.* Vind. Berol. (Iul.), sed lineola ultimae litterae traiecta. Vercell. (Iul.) *K.*, lineola tamen superius imposita. Vulgo *Kalend.*
Nov.] *nobs* Vind., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est. Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.) *nou.*, sed lineola superius imposita est.
CP.] Sic Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.), sed lineola superius imposita. Deest in Vind., sed absque lacunae suspicione. Vulgo *Constantinop.*
DN.] Sic Berol. (Iul.) Vercell. (Iul.) *dono* Vind., sed lineola superius imposita est. Vulgo *imper. DN.*
Iust.] Sic Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.) Vind., sed lineola superius imposita. Vulgo *Iustiniani*.
Aug.] *a.* Berol. (Iul.), deest in Vercell. (Iul.)
anno] *ano* Vind., sed circumflexus superius impositus est. Vercell. (Iul.) *an*, sed circumflexus supra positus est.
XV.] Sic Vind. *XVI.* Vercell. (Iul.) Berol. (Iul.), et Cuiacius in expos. Novv.
Basilio V. C. cons.] Haec desunt in Vind., sunt autem in Berol. (Iul.) *Basilio aug. cons.* Vercell. (Iul.), sed litteris *aug.* lineola superius imposita est. Sane si hanc constitutionem Basilio consule prodiisse dicamus, annus imperii quintus et decimus recte se habebit, qui a Kalendis Aprilibus huius anni incipit.
NOV. CX. CX.] deest in Vind. Mon. Berol. I. Ad marginem Berol. adscriptum *const. X.* Vulgo *const. CXI.*
in] *R/. in* Vind. Mon.
sed secundum] Sic Mon. Berol. *sed de secunda* Vind.
generales leges] Sic Berol. *quod generales leges* Mon. *gali lege* Vind., sed litteris *ga* circumflexus superius impositus est. Vulgo I. *antiquas leges generales.*
dirimi negotia] Sic Vind., qui ad finem litteram *R/.* h. e. rubricae signum apposuit. Mon. *lites dederint in negotiis*, Berol. *dd. in negotiis*, sed litteris *dd* circumflexi traiecti sunt. Vulgo *lites decidi.* I. *decidi negotium. Rubrica.*
Idem Aug.] Sic Vind. *id. a.* Neob. Berol. Pist. *..d. a.* Mon., sed litterae *a* lineola superius imposita est. Vulgo *imp. Iustinianus aug.* I. *idem a̅.*
Theodoto] *Theodote* Mon.
p. p.] Sic Mon. Neob. Berol. I., sed lineola superius imposita est. Vind. *ppo.*, sed circumflexus superius impositus est. Pist. *pfc.*, sed priori litterae *p* lineola superius imposita est. Vulgo *sacrorum praetoriorum praefecto.*
NOV. CX. PRAEF. perspeximus] *prospeximus* I.
scribere] Sic Vind. Berol. *suscipere* Mon., sed sec. m. scripsit, ut in cont.

ad ipsarum legum observationem. Agnovimus enim, quoniam quidam iudicum, volentes eis, qui causas dicunt, tergiversari, et celare suas festinantes dilationes, excusant se frequenter, dicentes, quod sacrae formae aut sacrae iussiones aut depositiones spectabilium nostrorum referendariorum insinuatae eis sunt, tanquam disponentes, quemadmodum oporteat negotia examinari aut iudicari.

CAP. I. Et propterea sancimus, ut, dum lis examinatur sive in pecuniariis vel in criminalibus aut aliis quibuslibet emergentibus causis apud iudices, sive hic, sive in provinciis, neque pragmaticum typum, neque aliam rescriptionem, neque sacram quamlibet ex scripto aut non scripto iussionem aut depositionem in hac regia civitate spectabilium nostrorum referendariorum aut alterius cuiuslibet, disponentem eos, quomodo decet inchoatum examinare aut iudicare negotium, insinuare iudicantibus aut insinuatam valere, sed secundum generales nostras leges causas examinari et incidi. Quod enim in legum positum est potestate, non egebit aliqua extrinsecus dispositione. Si quod enim ad nos negotium veniat apud iudicem iam dictum, aut antequam hoc principium sumat, et perspexerimus hoc nos per proprium nostrum iudicium

ad] Sic Vind. Berol. *et ad* Mon., quod Graecis non firmatur.
tergiversari] Sic Vind. Mon. *versari* Berol., sed supra priorem syllabam *ver* a sec. manu scriptum est *tergi*.
celare] Sic Vind. Mon. *celerare* Berol. Gr. ἐπικρύπτειν.
quod] Sic Mon. Berol. I. *quia* Vind.
formae] *or me* I.
depositiones] Sic Berol. *dispositiones* Vulgo I. Gr. καταθέσεις.
negotia] Sic Vind. Berol. Hamb. *negotium* Mon. Trid. Port. Gr. τὰς ὑποθέσεις. Pro verbis *oport. negot.* I. habet *negot. oport.*
NOV. CX. CAP. I. PR. sancimus] *sanccimus* Berol.
examinatur] *examinadatur* Berol., sed sec. manus corr., ut in cont. I. *examinaretur*.
in pec.] Sic Vind. Mon. *pecc.* Berol., sed supra lineam a secunda manu scriptum est *in*.
vel in] Sic Vind. Mon. *vel* Berol. Hamb. I. *sive in* Trid. Port.
aliis] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I. Gr. ἑτέραις.
quibuslibet] Sic Vind. Mon. I. Berol., in quo quidem ad finem *au* scriptum est, linea superius imposita, quod sec. manus correxit *aliis*. Vulgo *quibuscunque*.
sive in] Sic Mon. Berol. *in* Vind. Gr. εἴτε ἐν ἐπαρχίαις.
pragmaticum] Sic Vind. Mon. *pragmaticam* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont.
aliam] *aliquam* I.
rescriptionem] Sic Vind. Mon. Berol. *praescriptionem* Vulgo I. Gr. ἀντιγραφήν.
neque] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. *ex non* Hamb. I.
depositionem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dispositionem* Vulgo. Gr. κατάθεσιν.
spectabilium] Sic Mon. Berol. *expectabilium* Vind. Pro *spect. nostr.* I. habet *nostr. spect.*
cuiuslibet] Sic Vind. Mon. *alicuius* Berol. I.
eos] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eis* Vulgo.
insinuatam] Sic Vind. *insinuata* Mon. Berol. I. Gr. καταφανῆ γενομένην.
nostras] Sic Mon. Berol. *nostra* Vind., sed in hoc sec. manus ad finem vocis litteram *s* addidit. Gr. γενικοὺς ἡμῶν.
incidi] Sic Vind. Mon. Berol. *decidi* I. Vulgo. Gr. τέμνεσθαι.
quod] Sic Vind. Berol. *qui* Mon., sed lineola superius imposita. Sec. tamen manus correxit *quod*. Gr. τὸ γάρ.
si quod] Sic Vind. Berol. *si que* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. εἰ γάρ τις.
veniat] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Hamb. I. Trid. Port. Gr. ἔλθοι.
dictum] In Mon. I. subiicitur *est*, quod in Vind. Berol. non est, nec Graecis firmatur.
et] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem huic voci puncta inferius supposita sunt. Deest in Hamb. Trid. Port. I. Gr. καί.
perspexerimus] Sic Vind. Mon. *perspeximus* Berol. Vulgo. *inspeximus* I. Gr. συνίδοιμεν.
hoc nos] Sic Vind. Berol. I. *nos hoc* Mon., quod etiam Vulgo legitur. Gr. ταύτην ἡμεῖς.
iudicium] Sic Mon. Berol. *iudicum* Vind. Caeterum Berol. I. *iud. nostrum*. Gr. ἡμῶν κρίσεως.

disponere et decidere, hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim a nobis per sacrum, sicuti dictum est, iudicium disposita aut decisa non egebunt aliorum examinatione aut iudicio aut retractatione aliqua. Nos enim, quibus deus et sanciendi potestatem donavit, si aliquod iudicium in quolibet negotio protulerimus, non alio iudici hoc committimus sive per formas, sive per depositiones spectabilium nostrorum referendariorum aut alterius cuiuslibet, quomodo convenit hoc negotium examinari aut iudicari, utpote a nobis semel iudicatum est, atque retractari a nullo valeat. His videlicet tenentibus, quando scripta talis aliqua nostra processerit sententia. Si vero aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege, nunciet ad nostram potestatem, et a nobis exspectet causae scriptam declarationem aut interpretationem, et secundum eam decidat litem. §. 1. Si vero, dum causa, dicitur pragmatica nostra forma, aut depositio spectabilium nostrorum referendariorum aut alterius cuiuslibet, aut aliud aliquid horum, quae dicta sunt, omnium iudicanti insinuetur, ordinans eius examinationem aut sententiam, iubemus, iudicem omnino non respicere, sed his vacantibus et nullam penitus habentibus virtutem, secundum generales nostras leges causam exami-

decidere] *dicere* Vulgo Vind. Berol. Mon. I., ad cuius quidem marginem scriptum *at. decidere*. Gr. τεμεῖν.
egebit] Sic Vind. Berol. Mon., in quo sec. manus scripsit *egebunt*. Gr. δέεται.
nos enim] Sic Vind. *sic nos* Berol. Vulgo. *sed nos et* Mon., sed ultimae voci *et* puncta inferius subiecta sunt. Hamb. I. *nobis*. Trid. *sed nos*.
et sanciendi] Sic Vind. I. *sanciendi* Mon. Vulgo. *sancciendi* Berol. Gr. καὶ τὴν τοῦ νομοθετεῖν.
protulerimus] *protulimus* I.
alio] Sic Mon. Berol., sed in utroque sec. manus correxit *alii*, quod etiam Vulgo est. Vind. *alio*, sed hoc punctis subiectis notatum est. I. *alii*.
committimus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *committemus* Vulgo. Gr. ἐπιτρέπομεν.
depositiones] Sic Vind. *dispositiones* Mon. Berol. Gr. καταθέσεις.
utpote] Sic Berol. Vind. *utpute* Mon., sed secunda littera *u* a secunda manu scripta est.
a nobis] Vulgo antea est *quia*, quod in Vind. Berol. Hamb. I. non est; est autem in Trid. et Port.
est] Sic Vind. Berol. Mon. Hamb., deest in Trid. Port.
atque] Sic Vind. Mon. *quod* Berol. I. Gr. καί.
his] *hiis* I.
scripta] Sic Vind. Mon. Berol., sed supra litteras *pt* a sec. manu virgula superius imposita est. Gr. ἐγγράφως.
processerit] Sic Mon. *procedit* Vind. Berol. I., quod sane etiam Vulgo est. Gr. προέλθῃ.
fiat] Sic Vind. Berol. *fiet* Mon. Gr. γένηται.
nunciet] Sic Berol. *nuntiet* Mon. Vind., in quo quidem ad finem huius vocis adiectum est *u*, sed circumflexo superius imposito. In Vind. tamen ultimae duae litterae a secunda manu scriptae sunt. Gr. μηνυέτω.
exspectet] Sic Berol. *expectet* Vind. Mon.
eam] Sic Vind. Berol. *ea* Mon., sed sec. manus corr. *eam*. Gr. κατ' αὐτήν.
decidat] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem secunda manus scripsit *decidet*. Gr. τεμνέτω.
NOV. CX. CAP. I. §. 1. depositio] Sic Vind. Mon. Berol. *dispositio* I. Vulgo. Gr. ἡ κατάθεσις.
nostrorum] Sic Vind. *au nostrorum* Mon., sed priori litterae *u* punctum superius impositum est. Berol. *aut nostrorum*, sed priori voci *aut* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἡμῶν.
aliud aliquid] Sic Vind. Mon. *aliquid aliud* Berol. I. Gr. ἄλλο τι.
iudicanti] Sic Mon. Berol., in quo quidem sec. manus supra lineam apposuit *bus*. Vind. *iudicanti*, ubi haec omnia a sec. manu scripta sunt. Vulgo I. *iudicantibus*. Gr. δικάζοντι.
eius] Sic Vind. Mon. Hamb. I. *eis* Berol. *in his* Trid. Port. Gr. τὴν αὐτοῦ.
sententiam] Sic Vind. Mon. *sententia* Berol. Gr. ἢ κρίσιν.
iudicem] *iudices* I. Quod Vulgo postea legitur *quidem*, est in Mon. Berol. I., deest in Vind., nec Graecis firmatur.
non] Sic Berol. *haec* Mon., deest in Vind., sed una littera in ipsa linea erasa est. Gr. μηδεμίαν.
his] *hiis* I.
generales] Sic Vind. Mon. *gnales* Berol., sed prioribus litteris *gn* et secundae litterae *e* circumflexi superius impositi sunt, quos quidem secunda manus delevit.

nare et legitimo fini contradere; si autem haec non custodierit iudex, decem librarum auri eum subiacere poenae, ut etiam aliam nostram maiorem indignationem experiatur, eidem poenae subiecto et eo, qui praesumet talem aliquam dictare formam, et ministrantibus ei, et talem aliquam depositionem facientibus spectabilibus nostris referendariis. Et haec dicimus, sive ex sacra nostra sanctione iudicare quispiam deputatus est, sive ex praecepto iudiciali, sive secundum arbitrium aut compromissariorum schema quaestionem audit, sive scripto, sive sine litteris. Sed vel si quis iudicum propriam despiciens salutem ex aliquo tali praesumserit sententiam proferre, hanc ita infirmam esse volumus, ut neque appellatione indigeat, neque ex compromissis inferatur poena. Nos enim omnes iudices secundum generales nostras leges et examinationes et sententias fieri volumus. Illud quoque indubitatum est, quia neque iudicialis quaelibet valebit iussio, extra quod ordinatum est hac nostra lege.

CAP. II. Super haec autem et illud iudices nosse opus est, quia competens est eos et quae adhuc et nunc moventur quaestiones secun-

causam] *causas* I.
fini] Sic Vind. Mon. *siu* Berol., sed sec. manus scripsit *fini*. Gr. πέρατι.
haec] Sic Mon. Berol. *hec* Vind. *hoc* I. Vulgo. Gr. ταῦτα.
librarum] *li.* I.
poenae] *pene* Vind. Mon. Berol.
ut] Sic Vind. Berol. *aut* Mon., sed litterae *a* punctum inferius subiectum est.
maiorem] Sic Mon. Berol., deest in Vind.
praesumet] Sic Mon. Berol. *praesum* Vind., ubi tamen sec. manus adscripsit *et*.
contraxerunt] Sic Vind. Berol. *contraxerint* Mon. I. Vulgo.
praeiudicio] Sic Vind. Mon. *praeiuditio* Berol. I.
scilicet habente eo] *habente eo* s. I.
ratos] Sic Mon. Berol. *ratas* Vind., sed sec. manus scripsit *ratos*. Gr. βέβαια ἡγεῖσθαι.
his] Sic Vind. *eis* Mon. Berol. I. Gr. τούτοις.
NOV. CXI. CAP. III. §. 14. praed. par.] *par. praedictis* I.
orthodoxus] Sic Mon. *orthodoxiis* Vind. *orthodoxis* Berol. Gr. ὀρθόδοξος.
senserit] *sensit* I.
praedicant] Sic Mon. *praedicare* Vind. Berol. Gr. κηρύσσουσι.
synodos] Sic Vind. Berol. *sinodos* Mon.
Nicaenam] *Nicenam* Vind. Berol. I.

Ephesinam primam et Chalcedonensem, amplecti seu recitare noscuntur, **** licentiam habeant pro hac maxime causa ingratos eos et exheredes in suo scribere testamento. Et hoc quidem pro ingratitudinis causa decrevimus. Generalem autem providentiam liberis catholicis deferentes iubemus, salvis legibus, quae iam de aliis haereticis sunt prolatae, et circa Nestorianos et Acephalos haec observari, ut, si quando parentes inventi fuerint sive iudaico Nestorii furori dediti, sive Acephalorum amplectentes insaniam, et ideo ab ecclesiae catholicae communione separati, non liceat eis alios heredes sibi instituere, nisi liberos orthodoxos et ecclesiae catholicae communicantes, vel, liberis non exsistentibus, agnatos vel cognatos, qui scilicet catholici sint. Quodsi forte ex filiis alii quidem sunt orthodoxi et ecclesiae catholicae communicantes, alii vero ab ea separati, omnem parentum substantiam ad filios tantum catholicos pervenire sancimus, licet ultimas voluntates huiusmodi personae fecerint contra tenorem huius nostrae constitutionis aliquid disponentes. Si vero posthac fratres ab ecclesia separati ad eam conversi fuerint, pars eis competens in statu, quo inventa fuerit tempore, quo redditur, eis prae-

Ephesinam] Sic Mon. *Effesianam* Vind. *Ephesenam* Berol.

Chalcedonensem] *Calcedonensem* Mon. Berol. I. *Chalcidonensem* Vind. Gr. *Χαλκηδόνι.*

recitare] Sic Mon. Berol. *recitate* Vind. Gr. *ἀναφέρειν.*

noscuntur] Quod postea lacunae signum posui, Graeca faciunt, in quibus verba *καὶ διαμείνωσιν – ἀπιστίᾳ* ab interprete plane praetermissa sunt ob unius versus defectum, ut videtur. Haec lacuna Vulgo sic expletur: *et permaneant tales liberi in ea infidelitate,* quae in Vind. Mon. Berol. I. non sunt.

habeant] Sic Vind. Mon Berol., in quibus non est, quod Vulgo subiicitur *parentes.* Hamb. *esse*, qui nec vocem *parentes* habet. I. *esse*, in quo similiter vox *parentes* non est.

maxime causa] Sic Vind. Mon. *causa maxime* Berol. Gr. *ταύτης μάλιστα τῆς αἰτίας.*

hoc] Sic Vind. *haec* Mon. Berol. *hec* I. Gr. *τοῦτο.*

decrevimus] Sic Vind. Berol. *decernimus* Mon. I. Gr. *διετυπώσαμεν.*

iubemus] Sic Vind. Berol. *iubemus universalibus* Mon., sed sec. manus delevit vocem *universal.* Gr. *κελεύομεν.*

salvis] Sic Vind. Berol., deest in Mon., ubi quidem a sec. manu scriptum est. Gr. *σώων.*

Acephalos] *Acefalos* Vind. I.

observari] Sic Vind. Berol. *conservare* Mon. Gr. *φυλάττεσθαι.*

Nestorii] Sic Berol. *Nestorio* Vind. Mon. Gr. *Νεστορίου.*

furori] *furore* I.

Acephalorum] *Accephalorum* Berol. *Acefalorum* I.

alios heredes] Sic Vind. Berol. *heredes alios* Mon. Gr. *ἄλλους κληρονόμους.*

ecclesiae] *ecclesias* Vind.

vel liberis] Sic Vind. Mon. *liberis* Berol., sed supra priorem syllabam *li* scriptum est *vel.* Gr. *ἢ παίδων μὴ ὑπόντων.*

scilicet] deest in I.

sint] *sunt* I.

alii] Sic Vind. Mon. *ali* Berol., sed ultimae litterae *i* supra lineam adscriptum est *i.* Gr. *τινὲς μέν.*

sunt] Sic Vind. Berol. *sint* Mon. I. Gr. *εἰσίν.*

ea] Sic Vind. Mon. *eo* Berol. Gr. *ἐκ ταύτης.*

separati] Sic Vind. *sepati* Berol., sed litterae *p* inferius littera traiecta est. Mon. *separatione.* Gr. *κεχωρισμένοι.*

omnem] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. *πᾶσαν.*

tantum] Sic Vind. Mon., in quo quidem sec. manus correxit *tamen.* Berol. *tamen.* Gr. *καὶ μόνον.* Pro *tantum cath.* I. habet *cath. tantum.*

ultimas voluntates] desunt in I.

personae] Sic Mon. *persoe* Berol., sed supra litteras *oe* circumflexus positus est. Deest in Vind. In I. subiiciuntur haec: *ultimas voluntates.* Gr. *πρόσωπα.*

posthac] Sic Vind. Berol. *put hac* Mon., sed priori voci *pot* lineola superius imposita est. Gr. *μετὰ ταῦτα.*

ad eam] Sic Vind. Berol. *ad* Mon., cui voci secunda manus postea adscripsit *eam.* Gr. *ἐπὶ ταύτην.*

eis] *eius* I.

quo] Sic Vind. Mon. Berol. *in quo* Vulgo I.

fuerit] Sic Vind. Berol. *st* Mon., sed lineola superius imposita. Gr. *εὑρηθείη.*

redditur] Sic Vind. *reditus* Mon. *redit* Berol., sed ad litteram *t* ultimo loco circumflexus impositus est. Gr. *ἀποδίδοται.*

beatur, ut nullam de fructibus aut gubernatione medii temporis inquietudinem vel molestiam catholici patiantur, qui ante praedictas res detinebant, quoniam huiusmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium catholici possidebant, sicut alienationem vetamus, ita praeteritorum temporum fructus aut gubernationem nullatenus ab his, a quibus detenta sunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem usque ad finem vitae suae in eodem errore non communicantes permanserint, tunc catholicos fratres vel heredes ipsorum plenissimo iure dominii easdem res possidere decernimus. Quodsi filii quidem omnes perversi et ab ecclesiae catholicae communione alieni inventi fuerint, alii autem propinqui agnati vel cognati religionem catholicam colentes et communicantes esse fuerint approbati, eos liberis haereticis anteponi, et eorum hereditati succedere. Si vero liberi et propinqui agnati vel cognati ab orthodoxae religionis communione sint extranei, tunc, si quidem schema clericorum parentes eorum habuerint, ad ecclesiam civitatis, ubi domicilium habebant, res eorum volumus pertinere, ita ut, si ecclesiastici intra annale spatium huiusmodi personarum res vindicare neglexe-

ut nullam] Sic Vind. Berol. *et nullam* Vind., sed sec. manus corr., ut in cont. Gr. ὥστε μηδεμίαν.

catholici] Sic Mon. Berol. *catholice* Vind.

patiantur] Sic Vind. Mon. *paciantur* Berol.

res] Sic Vind. Mon. Trid., deest in Hamb. Port. Berol. I. Gr. πράγματα.

quoniam] *quoniam vero* I.

huiusmodi] Sic Vind. *huiusmodi vero* Mon. Berol. Gr. τῶν τοιούτων πραγμάτων.

possidebant] Sic Berol. *praesidebant* Mon., sed sec. manus corr. *possidebant.* Vind. *residebant,* sed sec. manus corr., ut in cont. Gr. ἐκτήσαντο.

tenus] *teuus* I. ex errore typogr.

his] *hiis* I.

detenta] Sic Vind. *detente* Berol. I. *detenti* Mon., quod etiam Vulgo est. Gr. διεκρατήθη.

retract.] *tract.* I.

vitae suae] Sic Mon. Berol. *vite sue* Vind.

non] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. μή.

ipsorum] Sic Vind. Mon. *eorum* Berol. I. Gr. αὐτῶν.

dominii] Sic Vind. Berol. *domini* Mon., sed sec. manus scripsit *dominii.* Gr. δεσποτείας.

quodsi] Sic Mon. Berol. *quossi* Vind. Gr. εἰ δέ.

quidem] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. μέν.

communione] Sic Mon. Berol. *communioni* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in cont.

vel cognati] Sic Vind. Mon. Berol., desunt in Hamb. Gr. ἢ ἐκ θηλυγονίας.

communicantes] Sic Vind. *communicatores* Berol. Mon. Vulgo. In Mon. sec. manus correxit *communicantes.*

esse] Sic Vind. Mon. *ee* Berol., sed lineola superius imposita, cui voci deinde puncta a sec. manu subiecta sunt. Caeterum in Berol. eadem sec. manus lineae imposuit *eccl*, sed ultimae litterae circumflexus traiectus est. Gr. εἶναι.

approbati] Sic Mon. Berol. *adprobati* Vind.

hereditati succedere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *hereditatem suscipere* Vulgo. Gr. διαδέχεσθαι κληρονομίαν.

liberi] Sic Vind. Mon. Berol. I., in quibus deest, quod Vulgo est *et.* Sane interpres καὶ illud, quod vocem παῖδες praecedit, non videtur habuisse.

religionis] Sic Vind. Mon. In Berol. haec et quae leguntur usque ad vocem *ad,* a sec. manu scripta sunt omnia.

communione] Sic Mon. *communicatione* Vind. Berol.

sint] Sic Berol. I. *sunt* Vind. Mon. Vulgo. Gr. τυγχάνοιεν.

schema] Sic Mon. *scema* Berol. *est scema* I. *chema* Vind.

habuerint] Sic Mon. Berol. *abuerint* Vind.

ecclesiam] *aecclam* Berol., sed per litteram *l* superiorem circumflexus traiectus est.

res] Sic Vind. Mon. *et res* Berol., quod Graecis non firmatur.

ita ut] Sic Vind. Mon. *ut* Berol., sed supra hanc vocem a sec. manu scriptum est *ita.* Gr. οὕτω μέντοιγε ὥστε.

res vindicare] Sic Hamb. *res vendicare* Berol. I. *vendicare res* Vind. *res iudicare* Mon., sed sec. manus correxit *vendicare.* Trid. Port. Vulgo *vindicare res.* Gr. τὰ πράγματα διεκδικῆσαι.

neglexerint] Sic Vind. Mon. *neglexerit* Berol. Gr. ἀμελήσαιεν.

rint, earum dominium nostri fisci viribus vindicetur. Si autem laici sint, sine aliqua distinctione substantias eorum ad res privatas nostras similiter pervenire sancimus. Quae obtinere decernimus etiam, si testamento non facto tales personae decesserint; omnibus, quae contra caeteros haereticos in aliis constitutionibus disposita sunt, et contra Nestorianos et Acephalos, et alios omnes, qui catholicae ecclesiae, in qua praedictae quatuor synodi et patriarchae recitantur, non communicant, et successiones eorum similiter observandis. Si enim pro causis corporalibus cogitamus, quanto magis pro animarum salute providentia est nostrae sollicitudinis adhibenda? Sive igitur omnes memoratas ingratitudinis causas, sive certas ex his, sive unam quamlibet parentes testamento suo inseruerint, et scripti heredes nominatam vel nominatas causas, vel unam ex his veram esse monstraverint, testamentum suam firmitatem habere decernimus. Si autem haec observata non fuerint, nullum exheredatis liberis praeiudicium generari, sed quantum ad institutionem heredum pertinet testamento evacuato, ad parentum hereditatem liberos tanquam ab intestato ex aequa parte pervenire, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptionem in parentum substantiis patiantur. Si tamen contigerit in quibusdam tali-

earum] Sic Vind. Mon. *eorum* Berol. Gr. αὐτῶν.

nostri fisci] Sic Mon. Berol. *fisci nostri* Vind.

viribus] Sic Mon. Berol. Trid. *iuribus* I. Port. In Hamb. Vind. incertum est, utrum sit *iuribus*, an *viribus*.

vindicetur] Sic Vind. Mon. *vendicetur* Berol. I.

si autem] Sic Vind. Berol. *sin au* Mon., sed ultimae voci *au* puncta superius imposita sunt.

sint] Sic Vind. Mon. *sunt* Berol. Vulgo. Gr. ὦσι.

distinctione] Sic Vind. Mon. *distincione* Berol.

pervenire sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus pervenire* Berol.

tales] Sic Vind. Berol. *de tales* Mon., sed priori voci *de* puncta inferius subiecta sunt. Gr. τὰ τοιαῦτα πρόσωπα.

personae] Sic Vind. Mon. *persoe* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est.

omnibus] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. πάντων.

quae] Sic Vind. Berol. *qui* Mon., sed sec. manus scripsit *quae*.

caeteros] Sic Vind. Berol. *cctos* Mon., sed circumflexus supra priores duas litteras *cc* positus est; secunda tamen manus scripsit *caeteros*. I. *cunctos*. Gr. κατὰ τῶν λοιπῶν.

Acephalos] Sic Mon. Berol. *Acefalos* Vind. I.

ecclesiae] *aeccle* Berol., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

synodi] *sinodi* Vind. Berol. Mon.

communicant] Sic Berol. *communicantur* Vind. I. *communicatur* Mon. Gr. κοινωνούντων.

est] *ste* I.

nostrae] Sic Vind. Mon. *nre* Berol., sed lineola superius imposita est.

sollicitudinis] Sic Vind. Berol. *solicitudinis* Mon.

quamlibet unam] Sic Vind. Mon. Berol. *unam quamlibet* Vulgo I., quod ex Graeco correctum videtur esse.

testamento] Sic Vind. Mon. *in testamento* Berol. I., quod etiam Vulgo est, Graecis autem non firmatur.

vel] Sic Berol. *et* Vind. Mon. Gr. ἤ.

his] *hiis* I.

firmitatem habere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *habere firmitatem* Vulgo.

si] *sin* I.

fuerint] Sic Vind. Mon. *fuit* Berol., sed litteris duabus ultimis circumflexus impositus est.

exheredatis] Sic Vind. Mon. *exhereditatis* I. *exhereditatis* Berol., sed litteris *di* puncta inferius supposita sunt.

praeiudicium] Sic Vind. Mon. *praeiuditium* Berol. *preiuditium* I.

generari] *generi* I.

liberos] Haec vox in Mon. bis posita, sed secunda vice litterae *b* lineola traiecta est. Prima tamen manus totam secundam vocem delevit.

aequa] *equa* Vind. Mon.

aliquam] Sic Berol. *aliam* Vind. *aliqua* Mon. Gr. τινα.

circumscriptionem] Sic Vind. Berol. *circumscriptione* Mon. Gr. περιγραφήν.

tamen] Sic Hamb. Trid. I. *si tm* Berol., sed ultimae voci lineola superius imposita est, qua *re* significatur *tantum*.

bus testamentis quaedam legata, vel fideicommissa, aut libertates, aut tutorum dationes relinqui, vel quaelibet alia capitula concessa legibus nominari, ea omnia iubemus adimpleri, et dari illis, quibus fuerunt derelicta, ut tanquam in hoc non rescissum obtineat testamentum. Et haec quidem de parentum ordinavimus testamentis.

CAP. IV. Iustum autem perspeximus et e contrario de liberorum testamentis haec eadem cum aliqua distinctione disponere. Sancimus itaque, non licere liberis parentes suos praeterire aut quolibet modo rebus propriis, in quibus habent testandi licentiam, eos omnino alienare, nisi causas, quas enumerabimus, in suis testamentis specialiter nominaverint. Has autem esse decernimus: §. 1. Si parentes ad interitum vitae liberos suos tradiderint, citra causam tamen, quae ad maiestatem pertinere cognoscitur. §. 2. Si venenis aut maleficiis aut alio modo parentes filiorum vitae insidiati probabuntur. §. 3. Si pater nurui suae aut concubinae filii sui sese miscuerit. §. 4. Si parentes filios suos testamentum condere prohibuerint in rebus, in quibus habent testandi licentiam; omnibus videlicet in huiusmodi testamentorum prohibitione servandis, quae in parentum persona distinximus. §. 5. Si contigerit aut virum uxori suae ad interitum aut alienationem mentis dare vene-

Vind. *si*, Mon. Port. *si vero*. Gr. *μέντοιγε*.
vel fid.] Sic Berol. *fid.* Mon. Vind. Gr. *ἤ*.
omnia] Sic Vind. Berol. *omnibus* Mon. Gr. *πάντα*.
fuerunt] Sic Vind. *fuerint* Mon. Berol. Vulgo I.
ut] Sic Vind. Mon. *et* Berol. I. Gr. *ὡς*.
hoc] Sic Vind. Berol. *ea* Mon. Gr. *κατὰ τοῦτο τὸ μέρος*.

NOV. CXI. CAP. IV. PR. et e contrario] Sic Mon. Berol. *contrario* Vind. Gr. *καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου*.
suos] Sic Vind. Mon. In Berol. bis scriptum, sed sec. vice deletum est.
rebus] In Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. non est, quod Vulgo antea legitur *in*, quam praepositionem nec Graeca agnoscunt.
habent] Sic Vind. Mon. *habeant* I. *ht* Berol., sed utrique litterae circumflexi superius impositi sunt. Gr. *ἔχουσι*.
eos] Sic Vind. Berol. *eas* Mon. Gr. *αὐτούς*.
enumerabimus] Sic ed. Schoeff., uti Os. adnotavit. *enumeravimus* Hamb. Trid. Port. I. Vind. Berol. *enumerabimus* Mon., sed sec. m. corr., ut in cont.
nominaverint] Sic Vind. Berol. *nominaverit* Mon. Gr. *ἐγγράψοιεν*.
esse] Sic Mon. Vind., deest in Berol. Gr. *εἶναι*. Pro *esse dec.* I. habet *dec. esse*.
NOV. CXI. CAP. IV. §. 1. tamen] Sic Mon. *tm* Vind. Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. *γε*.
NOV. CXI. CAP. IV. §. 2. maleficiis] Sic Vind. Berol. Vulgo. *veneficiis* Mon., sed sec. manus litteras *vene* delevit supraque lineam adscripsit *male*. Gr. *γοητείαις*.
insidiati] Sic Vind., in quo ultima syllaba *ti* a sec. manu scripta est. I. *insidiari*. Gr. *ἐπιβουλεύσαντες*.
probabuntur] Sic Mon. Berol. *probantur* Vind. *probabuutur* I.
NOV. CXI. CAP. IV. §. 3. sui] Sic Mon. Berol. *semi* Vind., sed priori litterae *e* punctum inferius subiectum est.
miscuerit] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *immiscuerit* Vulgo Trid. Port.
NOV. CXI. CAP. IV. §. 4. condere] Sic Mon. *concede* Vind., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est. Berol. *concedere*, sed sec. manus litteras *ce* punctis subiectis notavit. Gr. *ποιῆσαι*.
prohibuerint] Sic Vind. Mon. I. *prohibuerit* Berol., sed litterae *n* sec. manus circumflexum superius imposuit. Gr. *κωλύσειαν*.
in quibus] Sic Mon. Berol. I. *quibus* Vind. Gr. *ἐν οἷς*.
habent] Sic Vind. Mon. *ht* Berol., sed circumflexi superius impositi sunt, sed secunda virgula a sec. manu scripta est. I. *habeant*. Gr. *ἔχουσιν*.
quae] Sic Mon. Berol. *qs* Vind.
parentum] Sic Mon. Vind., in quo quidem sec. manus scripsit *parentis*. Berol. *parentum*, sed ultima syllaba *tum* a sec. manu scripta est. Gr. *τῶν γονέων*.
persona] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed sec. manus scripsit *personis*. Gr. *προσώπῳ*.
distinximus] Sic Berol. *distinctimus* Mon. Vind.
NOV. CXI. CAP. IV. §. 5. aut] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *autem* Trid. Port.
suae] Sic Vind. Mon. *sue* Berol.

num, aut uxorem marito, vel alio modo alterum vitae alterius insidiari, tale quidem, utpote publicum crimen constitutum, secundum leges examinari, et vindictam legitimam promereri decernimus, liberis autem esse licentiam nihil in suis testamentis de facultatibus suis illi personae relinquere, quae tale scelus noscitur commisisse. §. 6. Si liberis vel uno ex his in furore constituto, parentes eos curare neglexerint, omnia et hic observari praecipimus, quae de parentibus furiosis superius disposuimus. §. 7. His casibus etiam cladem captivitatis adiungimus, in qua si liberos detineri, et per parentum contemtum vel negligentiam non redemtos ab hac luce transire contigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perveniant liberorum, de quibus filii testari potuerant, sed omnia in hoc quoque capitulo serventur, quae et de parentibus, vel cognatis atque agnatis, qui ab intestato ad talium personarum iura vocantur, aut de extraneis scriptis heredibus supra censuimus. §. 8. Si quis de praedictis liberis orthodoxus constitutus senserit suum parentem vel parentes non esse catholicae fidei, haec et in eorum persona tenere, quae supra de parentibus iussimus. §. 9. Si tales igitur causas vel certas aut unam ex his liberi suis testamentis inscripserint, et scripti ab eis heredes aut omnes aut certas aut unam ex his approbaverint,

alienat.] *ad alienat.* I.
alterum] deest in I.
alterius] Sic Vind. Berol. *alteris* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. τοῦ ἑτέρου ζωῇ.
utpote] Sic Mon. Berol. *utpute* Vind. Gr. οἷα.
constitutum] Sic Vind. Berol. *constituto* Mon., sed secunda manus correxit *constitutos*.
relinquere] Sic Mon. Vind. *n relinquere* Berol., sed priori litterae *n* puncta inferius subiecta sunt.
quae] Sic Mon. Berol. *qa* Vind., sed lineola superius imposita est.
commisisse] Sic Vind. Mon. *comiscitse* Berol., sed priori litterae *m* circumflexus impositus; litterae *t* a sec. manu punctum inferius subiectum est, lineaeque signum quoddam impositum, quo significatur *et*. Gr. πεπραχέναι.
NOV. CXI. CAP. IV. §. 6. ex his] Sic Vind. Berol. *ex hiis* I. Desunt in Mon., sed a sec. manu ad marginem adscripta sunt. Gr. ἢ ἑνὸς ἐξ αὐτῶν.
et hic] *in hiis* I.
observari] Sic Vind. Berol. *observare* Mon. I. Gr. προστάττομεν.
parentibus] Quae inde a syllabis *tibus* usque ad *negligentiam* leguntur, desunt in Berol., sed a sec. manu in contextu scripta sunt. In Vind. haec verba *quae de parentibus* desunt, sed a secunda manu supra lineam adscripta sunt.
NOV. CXI. CAP. IV. §. 7. his] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem litterae *is* a sec. manu adscripta sunt. I. *hiis*.
cladem] Sic Vind. Berol. *clandem* Mon.
si] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. εἰ.

contemtum] *contemptum* Vind. I. *contentum* Mon. *contnptum* Berol., sed sec. manus litteris *tn* lineolam superius imposuit. Gr. καταφρονήσεως.
negligentiam] *neglegentiam* Vind. Mon. *neglientiam* I. *negligetiam* Berol., sed priori litterae *e* circumflexus superius impositus; litterae *a* etiam talis circumflexus superius impositus est, quem sec. manus delevit.
eorum] Sic Vind. Mon. In Berol. id bis scriptum est.
transire] Sic Vind. Berol. *migrasse* Mon.
potuerant] Sic Vind. Berol. *potuerant* (sic) I. *potuerint* Mon. Gr. ἠδύναντο.
sed] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἀλλά.
capitulo] Sic Vind. Mon. *capitula* Berol. Gr. ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ.
parentibus] Sic Vind. Mon. *parentebus* Berol., sed ex ultimo *e* secunda manus facit *i*.
NOV. CIX. CAP. IV. §. 9. orthodoxus] Sic Mon. Berol. *orthodoxis* Vind. Gr. ὀρθόδοξος.
constitutus] Sic Vind. Berol. *constitus* Berol., sed supra lineam a sec. manu positum est *tu*.
NOV. CXI. CAP. IV. §. 9. liberi] Sic Mon. Berol. *liberis* Vind. Gr. οἱ παῖδες.
eis] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *eisdem* Vulgo Trid. Port. Gr. παρ' αὐτῶν.
aut certas] *aut certas ex his* Hamb. Os. scribit, melius fore, si illud *aut* omittatur!
aut unam] Sic Vind. Mon. Port. *unam* Berol., sed priori litterae *l* circumflexus traiectus est. Hamb. *vel unam* Gr. ἢ μίαν ἐκ τούτων.
his] *hiis* I.

testamentum in sua firmitate manere praecipimus. Si autem haec non fuerint observata, nullam vim huiusmodi testamentum, quantum ad institutionem heredum, habere sancimus, sed rescisso testamento, eis, qui ab intestato ad hereditatem defuncti vocantur, res eius dari disponimus, legatis videlicet sive fideicommissis et libertatibus et tutorum dationibus seu aliis capitulis, sicut superius dictum est, suam obtinentibus firmitatem. Si quid autem aut pro legatis sive fideicommissis aut libertatibus et tutorum dationibus aut quibuslibet aliis capitulis in aliis legibus inventum fuerit huic constitutioni contrarium, hoc nullo modo volumus obtinere. Et hae quidem exheredationis aut praeteritionis poenae quantum ad ingratitudinis causas contra praedictas personas statuendae sunt; si quae autem ex his inter crimina reputantur, earum auctores etiam alias poenas sentiant legibus definitas.

CAP. V. Haec autem disposuimus, ut et parentes et filios a testamentorum iniuria liberos reddamus. Ceterum si qui heredes fuerint nominati, etiamsi certis rebus iussi fuerint esse contenti, in hoc testa-

approbaverint] Sic Vind. Berol. Hamb. I. *adprobaverint* Mon. *probaverint* Vulgo, quod etiam Os. coniecit.

manere] *permanere* I.

haec] Sic Mon. Hamb., ed. Schoeff. I. *omnia haec* Vind. *haec omnino* Berol., quod etiam Vulgo est. In Trid. Port. est *haec omnia*. Gr. ταῦτα.

habere sancimus] Sic Vind. Berol. *sancimus habere* Mon. Gr. ἔχειν θεσπίζομεν.

defuncti vocantur] Sic Vind. Berol. *vocantur defuncti* Mon.

eius] Sic Vind. Berol. *eis* Mon. Gr. τὰ ἐκείνου πράγματα.

sive fideic.] Sic Vind. Mon. I. *vel fideic.* Berol. Vulgo.

seu aliis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *et aliis* Vulgo.

autem] Sic Vind. Mon., sed in Vind. a sec. manu scriptum est. In Berol. est *autem aut*. Gr. εἴτι δέ.

aut pro] Sic Vind. I. Prius *aut* deest in Mon. Berol. Gr. ἢ περί.

aut lib.] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *et libertat.* Port. Vulgo. Gr. ἢ ἐλευθεριῶν.

et tutorum dationibus] Sic Vind. Mon. Port. Desunt in Hamb. Trid. Berol. I.

aut quibuslibet] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. *sive* Mon. Gr. ἢ ἄλλων οἱωνδήποτε.

contrarium] Sic Vind. Berol. *contra* Mon., sed supra lineam a sec. manu scriptum est. Gr. ἐναντίον.

et hae] Sic Vind. Berol. *et hee* I. *haec* Mon., quod sec. manus correxit *hee*, sed lineola superius imposita est. Gr. καὶ αὗται.

poenae] Sic Vind. Mon. *pene* Berol.

ingratitudinis] Sic Mon. Berol. *ingratitudines* Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. τῆς ἀχαριστίας.

contra] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. κατὰ τῶν εἰρημένων.

praedictas personas] Sic Mon. Berol. In Vind. haec quidem punctis subiectis notata sunt.

ex his] Sic Vind. Berol. *eis* Mon., sed sec. manus supra lineam posuit vocem *ex*. Gr. ἐξ αὐτῶν.

earum] Sic Vind. Berol. *eorum* Mon. Graeca nihil decidunt.

auctores] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. *actores* Hamb. I., quod Graeco πράκτορας magis consentaneum videtur esse.

poenas] Sic Vind. *penas* Berol. *personas* Mon., sed sec. manus scripsit *poenas*. Gr. ποινάς.

defin.] *diffin.* I.

NOV. CXI. CAP. V. PR. disposuimus] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem sec. manus correxit *disponimus*. Gr. διετυπώσαμεν.

ut et] Sic Vind. Berol. *aut et* Mon. Gr. ἵνα καί.

a] Sic Vind. Mon. *et* Berol. Gr. ἀπὸ τῆς.

fuerint nominati] Sic Vind. Berol. *nominati fuerint* Mon., in quo quidem haec a sec. manu supra lineam posita sunt.

etiamsi] Sic Mon. *etsi* Vind. *etiam sic* Berol., sed litterae c punctum inferius subiectum est.

rebus] Sic Vind. Berol., desunt in Mon. Gr. πράγμασιν.

contenti] Sic Vind. *contempti* Mon. Berol. Caeterum in Berol. post antecedentem vocem *esse* scriptum est: *nominati et sic cus rebus iussi fuerint esse*, quibus quidem verbis postmodo lineola subiecta est.

in hoc] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem utraque vox a sec. manu scripta est. Vulgo I. *hoc*. Gr. ἐν τούτῳ.

mentum quidem nullatenus solvi praecipimus; quidquid autem minus ei legitima portione relictum est, hoc secundum alias nostras leges ab heredibus adimpleri. Sola enim est nostrae serenitatis intentio a parentibus et liberis iniuriam praeteritionis et exheredationis auferre. Considerare namque debent parentes, quia et ipsi filii fuerunt, et eadem a suis parentibus speraverunt, et similiter qui nunc filii sunt, debent studere parentum animos sanare, quia et ipsi parentes fieri desiderant, et a suis optant filiis honorari. Unde et constat, ad utriusque partis utilitatem atque cautelam praesentem legem fuisse prolatam. Quam ex hac occasione data promulgandam esse perspeximus. In aliquo enim negotio disceptantes invenimus, Pulcherrimam gratam quidem filiam a sua genitrice fuisse dictam, exheredatam autem testamento nominatam tam in paternis, quam in maternis facultatibus. Et talem quidem scripturam, quia dolo eam et machinatione quorundam compositam fuisse comperimus, nullo modo permisimus obtinere, filiam autem heredem patris ac matris iussimus fieri, sicut et scriptis prolatum insuper hac causa nostrum manifestat arbitrium. §. 1. Meminimus insuper legem

testam.] Sic Berol. Hamb. I. *casu testamentum* Vind., quae quidem a sec. manu scripta sunt. Mon. *casu testamento*, sed sec. manus correxit *testamentum*. In Trid. Port. est *casu testamentum*.
quidem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. μέν.
quidquid] Sic Vind. Berol. *quisquis* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. ὅπερ ἄν.
minus] Sic Vind. Mon. *ei minus* Berol. Gr. ὑπέλαττον.
ei] Sic Vind. Mon., deest in Berol. *eis* I.
alias nostras] Sic Vind. Mon. Berol. I. *nostras alias* Vulgo. Gr. κατὰ τοὺς ἄλλους ἡμῶν.
adimpleri] Sic Vind. Mon. Berol. I. *impleri* Vulgo.
namque] *nanque* I.
quia] Sic Berol. *qui* Vind. Mon.
fuerunt] Sic Vind. Mon. *fuearunt* Berol., sed litterae *a* punctum inferius subiectum est.
eadem] Sic Vind. Mon. *eandem* Berol.
debent studere] Sic Vind. Mon. *studere debent* Berol.
optant filiis] Sic Vind. Berol. I. *filiis optant* Mon. Vulgo. Gr. ἰδίων εὔχονται παίδων.
quam ex hac] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quam non sine causa, sed* Vulgo, quod ex Graecis emendationem habet.
data] deest in I.
perspeximus] Sic Mon. Berol. *prospeximus* Vulgo. Gr. συνείδομεν.
enim] Sic Vind. Mon. *autem* Berol. I. Gr. γάρ.
negotio] Sic Vind. *casu* Berol. I. Mon., in quo quidem huic voci puncta inferius subiecta supraque lineam adscriptum est *negotio*.
invenimus] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu ad marginem adscriptum est. Gr. εὕρομεν.
Pulcherrimam] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. *Pulcheriam* Vulgo, quod ex Graecis correctum est. I. *Pulcerrimam*.
gratam quidem filiam] Sic Berol. *gratam filiam quidem* Vind. Mon. *filiam gratam quidem* I. Vulgo. Sed Graeca εὐχάριστον μὲν θυγατέρα.
sua gen.] *gen. sua* I.
dictam] Sic Berol. Vulgo. *dictum* Vind. Mon., in quo sec. manus correxit *dictam*. Gr. λεχθεῖσαν.
exheredatam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *exheredem* Vulgo.
autem testamento] Sic Mon. Berol. *aut test.* I., deest in Vind.
nominatam] Sic Berol. In Vind. Mon. deest, sed in Mon. a sec. manu supra lineam positum est. Gr. ὀνομασθεῖσαν.
tam] *eam tam* I.
scripturam] Sic Vind. Mon. *scripturas* Berol., sed sec. manus scripsit *scripturas*. Gr. χάρτην.
autem] Sic Vind. Mon. *aut* Berol., in quo quidem sec. manus circumflexum inscripsit, quem sec. manus delevit. Gr. τὴν δέ.
scriptis] Sic Vind. Mon. Berol., qui non habent, quod in I. et Vulgo antea est *in*.
insuper] Sic Vind. *super* I., deest in Berol. Mon.
NOV. CXI. CAP. V. §. 1. Meminimus] Ad marginem Berol. Mon. *ut non liceat* (*licet* Mon.) *debitori, creditori* (*creditori debitore suo* Mon.) *suo mortuo ante novem dies* (*dies* deest in Mon.) *luctuosos* (*luctuos* Mon.) *aliquem* (Mon. addit. *et*) *molestare propter quae defunctus debeat* (Mon. *debuit*).

a nobis fuisse prolatam, per quam iussimus, nulli penitus esse licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere sepulturae. Sed in praesenti quosdam cognovimus cuiusdam mortui genitorem a sepultura sui filii redeuntem nomine debiti tenuisse, ideoque pium et humanum esse perspeximus, talem crudelitatem hac lege piissima coërcere. Sancimus itaque, nulli penitus esse licentiam mortui heredes aut parentes aut liberos aut coniugem aut agnatos vel cognatos aut alios affines eius aut fideiussores ante novem dierum spatium, in quibus videntur lugere, conveniendi, aut quocunque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicio eos vocandi sive debiti gratia, quod a defuncto descendit, sive alterius cuiuscunque causae nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis. Si vero intra novem dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de praedictis personis aut convenire, aut aliquam cautionem seu promissionem vel fideiussionem ab ea exigere, haec omnia invalida esse decernimus. Post novem autem dierum excursum si quis contra tales personas aliquas habere putaverit actiones, eas secundum leges exerceat, nullo videlicet actoribus praeiudicio ex hoc intervallo circa tem-

debiti] Sic Vind. Berol. *nulli debiti* Mon., sed priori voci *nulli* puncta inferius subiecta sunt, quod sane nec Graecis firmatur.

impedimentum] *inpedimentum* Vind. Mon. *impedimento* Berol., sed supra ultimam litteram a sec. m. scriptum est *u*, sed lineola superius imposita.

praesenti] Sic Vind. Mon. I. *praesentis* Berol., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Gr. ἐπὶ τοῦ παρόντος.

quosdam] Sic I. *quodam* Vind. *qdam* Berol., sed priori litterae *q* inferius lineola traiecta est, qua significatur *quidam*; sec. tamen manus scripsit *quosdam*. Mon. *qdam*, sed sec. manus primae litterae lineolam superius imposuit. Gr. τινας.

mortui genitorem] Sic Vind. Mon. *genitorm mortui* Berol., sed prioribus litteris *rm* lineola superius imposita est. Sed hic verborum ordo Graecis non firmatur.

sui filii] Sic Vind. Mon. *filii sui* Berol. Gr. τοῦ οἰκείου παιδός.

crudelitatem] Sic Vind. Mon. *credulitatem* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. ὠμότητα.

coërcere] *cohercere* Vind. Mon. Berol. I.

mortui heredes] Sic Berol., desunt in Vind. Mon. *aut heredes* I. Gr. τοὺς κληρονόμους τοῦ τελευτήσαντος.

liberos] In Vind. postmodo subiicitur *aut liberos*, quibus verbis puncta inferius subiecta sunt.

aut agnatos] Sic Vind. Mon., deest in Berol., quae quidem omissio Graecis non firmatur. I. *aut cognatos*.

vel cogn.] Sic Vind. Mon. *aut cogn.* Berol. *vel agnatos* I.

admon.] *ammon.* Berol. *amon.* Vind. Mon.

in] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *in*. Gr. ἐν δικαστηρίῳ.

iudicio] Sic Mon. *iuditio* I. *iudicium* Vind. Berol., quod Graecis ἐν δικαστηρίῳ non firmatur.

cuiuscunque] Sic Vind. Berol. *cuiusque* Mon. *cuiuslibet* I. Gr. οἱασοῦν.

causae nomine] Sic Vind. Mon. *noe ca* Berol. Gr. αἰτίας χάριν.

personas] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. πρόσωπα.

pertinentis] *pertinentes* Vind. Mon. Berol. I., quod facile corrigitur ex Graeco ὁρώσης.

aut conv.] Sic Vind. Mon. Berol., qui non habent, quod Vulgo et in I. antea est *detinere*.

ab ea exigere] Sic Vind. Berol. I. *exigere ab ea* Mon. Gr. παρ' αὐτῆς κομίσασθαι.

haec] *haec autem* I.

personas] *spersonas* I.

aliquas] Sic Vind. Berol. *aliquam* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. τινὰς-ἀγωγάς.

habere putaverit] Sic Vind. Mon. *putaverit habere* I. Berol. Gr. ἔχειν νομίσειεν.

actiones] Sic Vind. Mon. *accones* Berol., sed litteris *cc* circumflexus superius impositus est.

secundum] Sic Vind. Berol. *c secundum* Mon., sed priori litterae *c* lineola traiecta punctumque inferius subiectum est.

leges] Sic Mon. Berol. *legem* Vind. Gr. κατὰ τοὺς νόμους.

actoribus praeiudicio] Sic Vind. I. *actoribus praeiuditio* Mon. Berol. *praeiudicio actoribus* Vulgo. Gr. τοῖς ἐνάγουσι προκρίματος.

poralem praescriptionem aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

CAP. VI. Ad haec aliud capitulum ad pecuniae constitutionem seu promissionem respiciens hac lege praevidimus definire. Sancimus igitur, si quando aliquis aut pro se, aut pro alia persona pecuniam constituerit vel spoponderit, dicens forte cuicunque: Satis tibi facio, eum in quantitate, quam dixerit, modis omnibus obligari et promissionem seu sponsionem suam adimplere et debitum compelli persolvere. Si quis autem dixerit: Satis tibi fiet, eum tali verbo, ut impersonaliter dicto, tanquam si nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum servari. Si quis autem dixerit: Fiet tibi satis a me, et ab illo, illis quidem, quos no-

generando] Sic Vind. Berol. *ignorando* Mon. Gr. γινομένου.

NOV. CXI. CAP. VI. ad haec] Sic Mon. Neob. Berol. Hamb. Trid. *d hec* Vind., priori littera videlicet miniatori relicta. Port. Vulgo I. *ad hoc.* In Mon. Berol. ad marginem adscriptum est: *de constituta pecunia.* Gr. πρὸς τούτοις.

aliud] Sic Vind. Mon. Berol. *aut liud* Neob., sed prioribus litteris *ut* puncta inferius subiecta sunt.

capitulum] Sic Vind. Mon. Berol. *capitulum aliud* Neob., sed ultimae voci *aliud* lineola inferius traiecta est. Gr. ἄλλο κεφάλαιον.

praevidimus] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *providimus* Vulgo I. Gr. συνείδομεν.

definire] Sic Vind. *diffinire* Mon. Berol. Neob. I.

aliquis] Sic Vind. Mon. Berol. *alias* Neob. Gr. τις.

aut pro se] Sic Mon. Berol. Neob. *pro se* Vind. Vulgo. Gr. ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ.

pecuniam] *pecuia* Vind., sed lineola superius imposita est.

constituerit] Sic Vind. Mon. Berol. *constituit* Neob. Gr. ἀντιφωνήσοι.

spoponderit] *spospondit* Neob., sed litterae *d* circumflexus superius impositus est.

cuicunque] Sic Berol. *quicunque* Vind., sed sec. manus corr., ut in cont. Mon. *cuique.* Neob. *quicunque*, sed sec. manus scripsit *cuicunque.* Gr. τινι.

tibi] deest in Neob., sed a sec. manu adscriptum est. Gr. σοί.

facio] Sic Vind. Berol. *fatio* I. *factio* Mon., sed litterae *t* punctum inferius subiectum est. Neob. *faciendo*, sed sec. manus supra lineam adscripsit *facio.* Gr. ποιῶ.

eum] Sic Vind. Mon. Neob. *in eum* Berol., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. τοῦτον.

quantitate] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. I. *quantitatem* Vulgo.

quam] Sic Vind. Berol. Neob. I. *quia* Mon. Gr. ἣν.

et] Sic Vind. Mon. Berol. *atque* Neob. I.

seu sponsionem] Sic Vind. Mon. Berol. Desunt in Neob., in quo quidem supra lineam a sec. manu scriptum est *suam sponsionem.*

suam] deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *suam.*

compelli persolvere] Sic Berol. Neob. *persolvere compelli* Vind. Mon. Gr. ἀναγκάζεσθαι καταβάλλειν.

dixerit] Sic Vind. *dixit* Mon. Neob., deest in Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *dixerit.* Gr. εἴποι.

satis tibi fiet] Sic Vind. Mon. *fiet tibi satis* Berol. I. *satis fieri* Neob., sed litterae *i* punctum inferius subiectum lineaeque superius a sec. manu impositum est *tibi.* Gr. τὸ ἱκανόν σοι γενήσεται.

tali verbo] Sic Mon. Neob. Berol. *aliubo* Vind., sed litterae *u* circumflexus superius impositus est. Verba *cum tali verbo — fiet tibi satis*, quae postmodo sunt, in I. plane desunt; exciderunt autem, ni fallor, propter homoeoteleuton.

ut] Sic Mon. Berol. *aut* Neob. *et* Vind. Gr. οια.

impersonaliter] *impersonal.* Vind. Mon. Neob. Berol.

dicto] Sic Vind. Berol. Neob. *prolato* Mon. Gr. εἰρημένου.

exactione] Sic Vind. Mon. *exaccoe* Berol., sed litterae *o* circumflexus superius impositus est. Neob. *exaccioe*, sed litteris *io* circumflexus superius impositus est.

servari] Sic Vind. Berol. Neob., in quo quidem priori litterae *s* littera *o* superius imposita est. Mon. *conservari.* Gr. φυλάττεσθαι.

ab illo] Sic Mon. Quod Vulgo et in I. subiicitur *et illo*, in Mon. Neob. Berol. deest, sed in Neob. Berol. tamen a sec. manu supra lineam adscriptum est. In Vind. legitur *ab illo et illis.*

illis] Sic Neob. Berol., deest in Vind. *eis* Mon. Gr. ἐκείνοις μέν.

minaverit, non consentientibus, nullum ex tali voce fieri praeiudicium, sed nec ipsum, qui hoc dixerit, pro illis personis, quas nominaverit, aliquam exactionem sustinere; pro se autem, quod secundum leges debere monstratus fuerit, pro rata tantum portione persolvere. Si autem dixerit: Fiet tibi satis aut a me aut ab illo et illo, tunc nominatis quidem simili modo non consentientibus nullum fieri praeiudicium; ipsum autem, qui hoc promiserit, integrum quidem debitum cogi persolvere; si quam autem contra nominatas personas putaverit sibi actionem competere, eam secundum leges adversus eos proponere, et legum auxilio perpotiri.

EPILOGUS. Haec autem obtinere sancimus in causis omnibus, quae nondum iudiciali sententia vel amicali conventione sopitae sunt, pater carissime atque amantissime. Celsitudo itaque tua praesentem nostri numinis generalem constitutionem edictis quidem in hac regia urbe

non] Sic Vind. Neob. Berol., deest in Mon. Gr. μή.

consentientibus] Sic Vind. Mon. Berol. *conscientibus* Neob.

hoc] Sic Vind. Berol. Neob. *h* Mon., sed virgula superius imposita.

illis] Sic Vind. Neob. Berol. *aliis* Mon. Gr. ὑπὲρ ἐκείνων τῶν προσώπων.

nominaverit] Sic Mon. Berol. Neob. I. *nominavit* Vulgo. Gr. ὀνομάσοι.

exactionem] Sic Mon. Neob. I. *exhactionem* Vind. *exaccmem* Berol., sed litteris *co* circumflexus superius impositus est.

sustinere] *substinere* I.

tantum] Sic Mon. Vind. *tn* Berol., lineola superius imposita. Neob. *tam*, lineola imposita.

portione] *portionem* Neob. I.

si] Sic Vind. Berol. Neob. *sin* Mon., sed sec. manus exinde facit *si quis*.

fiet tibi satis] Sic Vind. Mon. Berol. *satis fiet tibi* Neob.

aut a me] *a me* I.

et illo] Sic Vind. Mon. Neob. I. *aut ab illo* Berol. *aut illo* Vulgo. In Graecis est ἢ τοῦδε, pro quibus interpres videtur legisse καὶ τοῦδε.

ipsum] Sic Vind. Mon. Berol. *et ipsum* Neob. Gr. αὐτὸν δέ.

autem] Sic Mon. Berol. Neob. *aut* Vind. Gr. δέ. Postea in Mon. subiicitur *ipsum*, quod in reliquis deest, nec Graecis firmatur.

persolvere] Posthac scriptum est in I.: *si quis autem dixerit fiet tibi satis cum tali verbo ut impersonaliter dicto tanquam si nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum servari.*

quam] Sic Mon. Neob. Berol. I. *qm* Vind., sed ultimae litterae circumflexus superius impositus est.

autem] Sic Vind. Mon. I. Neob. *aut* Berol., sed sec. manus supra lineam virgulam superius imposuit. Gr. δέ.

actionem] Sic Vind. Mon. Berol. *accioem* Neob., sed circumflexus lineolae superius impositus est.

eam] Sic Vind. Berol. *tam* Mon. *ca* Neob., sed lineola superius imposita est.

proponere] Sic Vind. Berol. Neob. *praeponere* Mon. Gr. προτιθέναι.

legum] Sic Neob. I. *legis* Mon. Vind. Berol. Gr. τῶν νόμων.

perpotiri] *potiri* I.

NOV. CXI. EPIL. sancimus] *saccimus* Neob.

causis] *casis* Neob., sed sec. manus supra litteram *a* litteram *u* posuit. Gr. ὑποθέσεσιν.

sententia] Sic Vind. Mon. Berol. *sententetia* Neob.

amicali] Sic Vind. Mon. Neob. Berol. *amicabili* Vulgo I.

sopitae] Sic Mon. Vind. *sopite* Berol. *spo'spite* Neob., sed sec. litterae *s* punctum inferius subiectum est.

pater] Sic I. *pat* Vind. Mon. Berol. Neob., sed lineola superius imposita est.

carissime] *karissime* Neob. *kme* Vind. Mon. Berol., sed circumflexus superius impositus est.

tua] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Neob., sed a sec. manu supra lineam positum est *tua*. Gr. ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχή.

nostri] Sic Vind. Mon. Berol. *nostris* Neob. Gr. ἡμῶν.

numinis] Sic Neob. *nominis* Vind. Mon. Berol.

constitutionem] Sic Vind. Mon. Berol. *constitutione* Neob. Gr. νομοθεσίαν.

urbe] Sic Vind. Mon. Berol. Neob. *civitate* Vulgo I.

more solito proponendis, praeceptionibus autem ad provinciarum rectores dirigendis ad omnium notitiam faciat pervenire.

[CXII.] GLOSS.

UT LICEAT MATRI ET AVIAE ET ALIIS PARENTIBUS POST LEGITIMAM PARTEM LIBERIS DERELICTAM, QUO MODO VOLUERINT, RESIDUAM FACULTATEM DISPONERE, ET ALIA PLURA CAPITULA.

Idem aug. Theodoto p. p.

PRAEFATIO. Diversis capitulis ad nos relatis, necessarium esse perspeximus generali haec lege disponere.

CAP. I. Sancimus igitur, licentiam esse et matri et aviae aliisque parentibus, postquam reliquerint filiis partem, quae lege debetur,

autem] Sic Vind. Mon. Berol. *aut* Neob. Gr. *δέ*.

more] Sic Mon. Neob. Berol. *rome* Vind. Gr. *κατὰ τὸ σύνηθες*.

rectores] Sic Vind. Berol. *rectorem* Mon. Deest in Neob., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est. Gr. *ἄρχοντας*.

dirigendis] Sic Vind. Mon. Berol. *rigendis* Neob., sed a sec. manu supra litteras *ri* inscriptum est *di*.

notitiam] *notiam* I.

faciat pervenire] Sic Vind. Mon. Berol. *pervenire* Neob., sed supra lineam scriptum *faciat*. Gr. *ἐλθεῖν παρασκευασάτω*. Quae Vulgo postea est subscriptio: *Dat. Kalend. Febr. Constant. imper. DN. Iustiniani PP. aug. anno XV. post Basilii V. C. cons.*, in Vind. Mon. Neob. Berol. I. non est.

NOV. CXII. CXII.] Deest in Vind. Mon. Berol. I. Ad marg. Mon. *const. XII.* Vulgo *const. CXIII.* Caeterum tota haec constitutio est et in Iuliani codicibus Berolinensi et Vindobonensi. Illum signo Berol. (Iul.), hunc Vind. (Iul.) notabo.

ut liceat] ad marginem Berol. haec adscripta sunt: *si mater aut avia filiumfam̄ heredem instituerit, ut pater ipsius fructum hereditatis non habeat, et de donationibus et de aliis liberalitatibus eodem modo in filiumfam. factis et de curatoribus sive administratoribus rerum.* Berol. (Iul.) *CXC. Kap. de diversis capitulis.* Vind. (Iul.) *const. CXXIII. kp. DXCIIII. de diversis capitulis.*

partem] deest in Mon., sed in Vind. Berol. est.

liberis] Sic Mon. Berol. *filiis* Vind.

facultatem] Sic Vind. Berol. *quantitatem* Mon. I. Quod Vulgo postea est *suam*, est in I., deest in Vind. Mon. Berol.

plura capitula] Sic Mon. I. *pla cap* Vind., sed cuique ex his vocibus circumflexi superius impositi sunt. Vind. *multa capitula*. Vulgo *capitula plura*. Caeterum in I. subiicitur *Rubrica*.

Idem aug.] Sic Vind. *id. a.* Neob. Pist. Berol., sed lineolae superius impositae sunt. *..d. a̅.* Mon., in quo prima littera miniatori describenda data fuit, qui eam neglexit. Berol. (Iul.) *imp. Iust. a.*, sed lineolis superius impositis. Vind. (Iul.) *impris Iustiniani augusti*, sed lineola superius imposita est. I. *idem a̅*. Vulgo *imp. Iustinianus aug.*

Theodoto] Sic Vind. Mon. Berol. *Theodo* Pist. *Theod.* I. In Neob. hoc verbum et reliqua ex inscriptione plane desunt.

p. p.] Sic Mon. Berol., sed lineola superius imposita est. I. *prepo.* Vind. *ppo*, sed lineola superius iniecta est. Pist. *pfc*, sed lineola superius imponitur. Vulgo *Orientalium praetoriorum praefecto.*

NOV. CXII. PRAEF. diversis] *de diversis* Vind. (Iul.)

necessarium] Sic Vind. Berol. Neob. Vind. (Iul.) *necessario* Berol. (Iul.)

haec] Sic Berol. (Iul.) Port. Deest in Hamb. Reliqui libri *hac*, quod etiam Vulgo et in Trid. est. Gr. *ταῦτα*.

NOV. CXII. CAP. I. esse] Sic Mon., sed supra lineam a sec. manu lineola posita est.

et matri] *si matri* Vind. (Iul.)

aliisque] *aliis* Berol., sed supra lineam scriptum est a sec. manu *et*. Mon. *et aliis*.

reliquerint] *relinquerint* Vind. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.), sed in Vind. prior littera *n* a sec. manu scripta est.

filiis] *omnibus* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) Gr. *τοῖς παισί*.

partem] Sic Mon. Berol. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) *parentem* Vind., sed sec. manus correxit *partem*.

quae] *que* Berol. (Iul.) *quam ex* Vind. (Iul.)

quod reliquum est suae substantiae, sive in solidum voluerint sive in partem, filio vel filiae, nepoti vel nepti vel deinceps descendentibus donare aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac definitione atque conditione, si voluerint, ut pater, aut qui omnino eos habet in potestate, in his rebus neque usumfructum, nec quodlibet penitus habeant participium. Hoc enim et extraneis relinquere poterant, unde nulla parentibus utilitas nasceretur. Hoc itaque non solum parentibus, sed etiam omni personae licere praecipimus. §. 1. Res autem ita relictas sive donatas positis sub potestate personis, si quidem perfectae sunt aetatis, licet sub potestate sint, licentiam habeant quo volunt modo disponere. Si vero aetate minores sint, per quem perspexerit testator aut donator haec gubernentur, donec illi, quibus donata sunt aut relicta, ad

quod] *quo* Berol. (Iul.) Gr. τὸ ὑπόλοιπον.
suae substantiae] *sue sube* Berol., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est.
voluerint] *voluerit* Vind. (Iul.) Gr. βουληθεῖεν.
nepti] *nepte* Vind. (Iul.)
vel deinceps] *et deinceps* Berol. Port. Trid. I. Gr. ἢ τοῖς ἐφεξῆς.
descendentibus] *descentibus* Vind.
definitione] *diffinitione* Vind. Berol. I. *definitionem* Berol. (Iul.)
atque] *adque* Berol. (Iul.)
conditione] *conditionem* Vind. (Iul.)
aut qui] *qui* Vind. *aut* Vind. (Iul.) Gr. ἢ τὸν ὅλως.
eos] *aut eos* Vind.
habet] Sic Berol. (Iul.) Vind. (Iul.) Berol. Reliqui codd. *habent*, quod etiam Vulgo est. I. tamen *habent*. Gr. τὸν ἔχοντα.
potestate] *potestatem* Vind. Vind. (Iul.)
usumfructum] *usufructum* Berol. (Iul.)
nec quodlibet] Sic Berol. *nec quislibet* Vind. (Iul.) *nec quolibet* Vind. Berol. (Iul.) *neque quodlibet* Vulgo. Gr. μηδὲ τὴν οἱανοῦν.
habeant] Sic Vind. Berol. (Iul.) *hat* Berol., sed lineola superius imposita. Vind. (Iul.) *habeat*, Mon. *habent*. Pro *pen. hab.* I. habet *hab. pen.*
hoc] Sic Mon. Berol. I. *haec* Vind. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) Gr. τοῦτο.
et extraneis] Sic Vind. Mon. *extraneis* Berol. Berol. (Iul.), sed in Berol. supra vocem *ex* a sec. manu lineae impositum est *et*. Gr. καὶ ἐξωτικοῖς.
relinquere] *relinqre* Vind., sed litterae *q* lineola superius imposita est.
poterant] *poterat* Vind. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) I. *potat* Mon., sed ultimis duabus litteris circumflexus superius impositus est. Gr. ἠδύναντο.
nulla] Sic Mon. Berol. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) *nulla a* Vind. Gr. οὐδεμία τοῖς γονεῦσιν.
etiam] deest in Vind. (Iul.), sed in reliquis est. Ideo tollere non sustinui, quamquam Graecis non firmatur.
omni] Sic Vind. Mon. Berol. *omnino* Vind. (Iul.) Mon. (Iul.) Gr. παντί.

NOV. CXII. CAP. I. §. 1. autem] *au* Berol., sed superius lineola imposita est.
ita] deest in Vind., sed in reliquis est. Gr. οὕτω.
donatas] Inde a syllaba *tas*, quae usque ad vocem *licentiam* sunt, in Berol. desunt omnia.
potestate] Sic reliqui praeter Vind. (Iul.), qui habet *potestatem*.
perfectae] *perfecte* Berol. *perfecti* Vind. *perfectis* Berol. (Iul.) Gr. τελείας.
sunt] Sic Vind. Vind. (Iul.) *sint* I. Mon. Berol. Berol. (Iul.), quod etiam Vulgo est. Gr. εἰσίν.
aetatis] *etatis* Vind. Berol., deest in Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) Gr. ἡλικίας.
licet sub p. sint] desunt in Vind. (Iul.), sunt autem in reliquis Graecisque confirmantur.
habeant] Sic Vind. Berol. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) *hat* Mon., sed lineola superius imposita est. Gr. ἐχέτωσαν.
quo] Sic Mon. Berol. *quod* Vind. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) Gr. καθ' ὃν-τρόπον.
modo] deest in Mon., sed a secunda manu supra lineam haec vox superius posita est.
aetate] *etate* Berol. Berol. (Iul.) *etatem* Vind. (Iul.) Gr. τὴν ἡλικίαν. Pro verbis *aetate min. sint* I. habet *minores sint etate.*
minores] *minoris* Berol. (Iul.) Gr. ἀτελεῖς.
quem] Sic Vind. (Iul.) Mon. Berol. *que* Berol. (Iul.) *qm* Vind., sed circumflexus superius impositus est. Gr. δι' οὕπερ.
perspexerit] Sic Vind. Berol. *perspexer* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) *perspexerint*. Gr. συνίδοι.
relicta] *relictam* Vind. (Iul.) *donata relicta* Berol., sed priori voci *donata* puncta inferius subiecta sunt.
ad] *a aut* Vind. Gr. εἰς.

perfectam aetatem perveniant; licentiam habente testatore vel donatore et matri et aviae horum, quibus res collatae sunt, ipsarum rerum si voluerit gubernationem committere, licet maritis iunctae sint memoratae mulieres, ita tamen, si et ipsae huiusmodi gubernationem suscipere voluerint. Si vero forsan is, qui relinquit aut donat, nullum his dispensatorem determinaverit, aut ab eo datus huiusmodi gubernationem subire noluerit, aut moriatur ante, quam illi perfectae fiant aetatis, iubemus, iudicem competentem curatorem fide dignum cum legitima fideiussione talibus rebus ordinari, qui debeat relictam talibus personis substantiam gubernare atque custodire, donec illi, sicut dictum est, ad perfectam aetatem perveniant. In illis enim casibus legem, quae usum

perfectam] *perfecta* Berol. (Iul.)
perveniant] Sic Mon. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) I. *veniant* Berol. Vind.
habente testatore] Sic Vind. Mon. Berol. *habentem testatorem* Vind. (Iul.) *habentes testatore* Berol. (Iul.) Gr. ἄδειαν ἔχοντος.
donatore] *donatorem* Vind.
aviae] *avia* Berol.
horum] Sic Vind. Berol. Vind. (Iul.) *eorum* Berol. (Iul.) *et horum* Mon. Gr. τούτων.
collatae] *collate* Berol. Berol. (Iul.) *conlatae* Vind. (Iul.) *collecte* Vind., sed sec. manus scripsit *collate*. I. *collata*. Gr. παρεσχέθη.
sunt] *sint* Vind., sed indicativum modum Graeca tuentur.
voluerit] *voluerint* Vind. Trid. Port. I. Gr. βούλοιτο.
iunctae] *iunte* Berol., sed supra litteram *t* a sec. manu littera *c* superius posita est. Vind. (Iul.) Mon. Berol. (Iul.) *iniuncte*.
sint] *sunt* Mon. Gr. συνοικῶσιν.
tamen] *tantum* Berol. Gr. μέντοι.
si] In Vind. haec vox tantummodo a sec. manu scripta est.
ipsae] *ipse* Vind. Berol. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) I. *ipsi* Mon., sed sec. manus correxit *ipse*. Gr. καὶ αὐταί.
hui. gub.] *gub. hui.* I.
suscipere] *subire* Berol.
voluerint] *noluerint* Berol. Gr. βουληθῶσι.
forsan] *postquam* Vind. (Iul.) *forsitan* Berol. (Iul.)
is] *his* Vind. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) Gr. ὁ καταλιμπάνων.
qui] deest in Vind. (Iul.), sed in reliquis est.
relinquit] *relinquid* Vind. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) *reliquit* I.
donat] Sic Vind. Berol. *donet* Mon.
dispensatorem] *dispensaturem* Vind. (Iul.) In Vind. subiicitur *vel*, quod in reliquis fontibus non est nec Graecis firmatur.
determinaverit] Sic Vind. Mon. *determinaverint* Berol. (Iul.) *ordinaverit* reliqui fontes I. Vulgo. Gr. ὁρίσοι.
aut] *ut* Berol., sed supra primam litteram *u* sec. manus litteram *a* posuit. Gr. ἤ.
datus] Sic Vind. Mon. Berol. *datum* Vind. (Iul.) *dictas* Berol. (Iul.) Gr. δεδομένος.
noluerit] *noluerint* Mon., sed ultimae litterae *n* punctum inferius subiectum est. Gr. μὴ βουληθείη. Quod Vulgo subiicitur *aut non potuerit*, in Vind. Mon. Berol. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) I. non est, ideoque omittendum esse visum est.
perfectae fiant aetatis] *sint perf. etatis* I. *fiant perfecte etatis* Mon. Gr. τελείας ἡλικίας γενέσθαι.
iubemus] Quod antea Vulgo est *tunc*, in omnibus meis codd. et I. desideratur, ideoque omittendum esse visum est. In Vind. (Iul.) tamen spatium vacuum relictum est, quod quattuor litteris expleri queat.
competentem] *compete* Berol., sed litterae *e* ultimae supra lineam circumflexus positus, supra syllabamque *pe* alia syllaba *te* imposita est. Berol. (Iul.) *compitentem*.
legitima] *legitimam* Berol. (Iul.)
fideiussione] *fideiiussione* Vind. (Iul.) *iussionem* Berol. (Iul.)
talibus rebus] Sic Berol. *rebus talibus* I. Vulgo, quod etiam in reliquis codd. est. Gr. τοῖς τοιούτοις πράγμασι.
ordinari] Sic Vind. Mon. Berol. Berol. (Iul.) *ordinare* Vind. (Iul.) I. Vulgo. Gr. προβάλλεσθαι.
relictam] *relicta* Berol. (Iul.) Gr. τὴν καταλειφθεῖσαν. Pro *rel. tal. pers.* I. habet *tal. pers. relictam*.
substantiam] *substantia* Berol.
atque] *adque* Berol. (Iul.)
sicut dictum est, ad perfectam] Sic Vind. *ad perf. etatem sicut dictum est* I. *ad perfectam sicut dictum est* Mon. Berol. Berol. (Iul.) Vind. (Iul.) Vulgo. Gr. ὡς εἴρηται, εἰς τελείαν.
aetatem] *aetate* Berol. (Iul.), deest in I.
enim] deest in Berol. (Iul.), est in reliquis codicibus. Gr. γάρ.

parentibus praebet, volumus custodiri, quibus non inest specialiter huiusmodi conditio.

CAP. II. Ad haec autem et illud sancire perspeximus, ut, si quis filium aut filiam habens de libera muliere, cum qua nuptiae consistere possunt, dicat in instrumento sive publico sive propria manu conscripto, et habenti subscriptionem trium testium fide dignorum, sive in testamento, sive sub gestis momumentorum, hunc aut hanc filium suum esse aut filiam, et non adiecerit naturalem, huiusmodi filios legitimos esse, et nullam aliam probationem ab eis quaeri, sed omni frui eos iure, quod legitimis filiis nostrae conferunt leges, utpote ipso patre, sicut dictum est, filios proprios eos vocante. Ex hoc enim et cum eorum matre monstratur legitimum habuisse matrimonium, ut neque ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipsa muliere

legem] *leges* I.
quae] Sic Vind. Berol. Vind. (Iul.), deest in Berol. (Iul.) Mon.
parentibus] *partibus* Mon., sed supra litteram *t* a sec. manu inscriptum est *r*. Gr. *τοῖς γονεῦσι.*
praebet] Sic Mon., sed sec. m. corr. *praebentem*. I. *praebent*, ut et Berol., in quo ultimae syllabae circumflexus superius impositus est. Berol. (Iul.) *prebeat.*
custodiri] Sic Mon. *custodire* Vind. Berol. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) I. Gr. *παραφυλάττεσθαι.*
NOV. CXII. CAP. II. haec] Sic Vind. I. Mon. Berol. Berol. (Iul.) Vind. (Iul.) *hoc* Vulgo. Gr. *πρὸς τούτοις.* Ad marg. Mon. *de eo, qui filius ab aliquo in instrumento nominatus est*; Berol. *de eo, qui ab aliquo instrumento nominatus est filius.*
ut] Sic reliqui praeter Vind. (Iul.), in quo plane non est.
de] *ex* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.)
cum] *ex* Vind. (Iul.)
qua] *qui* Vind., sed sec. m. corr. *qua.*
nuptiae] *nuptia* Berol. (Iul.)
consistere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *contrahi* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) Gr. *συνίστασθαι.*
in instrum.] *instrum.* Vind. Mon. Berol. (Iul.), sed in Mon. priori syllabae inscriptum est *in*. Gr. *ἐν συμβολαίῳ.*
publico] Sic Vind. *publica* Mon. I. Vulgo. *publice* Hamb. Vind. (Iul.) *publicae* Berol. Berol. (Iul.) Gr. *ἀγυραίῳ.*
habenti] Sic Vind. Mon. Berol. Berol. (Iul.) *habente* Vulgo I. *habentes* Vind. (Iul.)
subscriptionem] *cscriptionem* Berol., sed priori litterae *c* syllaba *sub* a sec. manu imposita est.
trium testium] Sic Vind. Berol. *testium trium* Mon. Gr. *τριῶν μαρτύρων.*
in test.] *sub test.* I.
sub gestis] Sic Vind. I. *subiectis* Berol. *in digestis* Mon. Gr. *ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων.*
aut hanc] Sic Mon. Berol. (Iul.) *aut hc* Berol., sed litteris *hc* circumflexus superius impositus est. Vind. (Iul.) *et hanc*, Vind. *aut vel hanc.*
filium suum esse] Sic reliqui fontes praeter Vind. (Iul.), in quo est *esse filium suum.* Gr. *υἱὸν αὐτοῦ εἶναι.*
aut filiam] *vel filiam* Mon.
et non] *aut non* Berol. (Iul.) Gr. *καὶ μή.*
huiusmodi] *huius* I.
filios] *filius* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.)
legitimos esse] Sic Vind. Mon. I. *legitimus esse* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) Vulgo verborum ordo inversus est. Gr. *γνησίους εἶναι.*
eis] Sic Vind. Mon. Berol. Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) I. *iis* Vulgo.
quaeri] Sic Vind. Mon. Berol. Vind. (Iul.) *queri* Berol. (Iul.) I.
sed] *red* Berol.
frui eos] *eos frui* Berol. I. Gr. *ἀπολαύειν αὐτούς.*
iure] *iurae* Vind.
quod] *et quaecunque* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) Gr. *ὅσα.*
legitimis] *legitimus* Berol. (Iul.)
filiis] *filii* Berol. (Iul.)
nostrae] *nre* Berol., sed lineola superius imposita est.
utpote] *utpute* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Vind. (Iul.) *apud*, Berol. (Iul.) *utpep.* Gr. *οἷα.*
ipso patre] *ipsum patrem* Vind. (Iul.)
sicut] *sicuti* Vind. Mon. Berol. I.
eos vocante] *eos vocantem* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) *vocante eos* Berol. *eos evocante* I. Gr. *αὐτοὺς ἀποκαλέσαντος.*
et cum] *aequum* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) G. *καὶ μετὰ τῆς.*
matre] *matrem* Vind. (Iul.) Gr. *μητρός.*
monstratur] *manifestatur* Berol. Gr. *δείκνυται.*
ab ea] *habeat* Vind. Gr. *παρ' αὐτῆς.*
pro] deest in Vind. (Iul.) Berol. (Iul.)
nuptiarum] *nutiarum* Berol., sed litterae *u* circumflexus impositus est; litterae *t* sec. manus superius inscripsit litteram *p*. Gr. *τοῦ γάμου.*
requiratur] Sic Vind. Mon. Berol. *sequatur* Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) Gr. *ἐπιζητεῖσθαι.*

multos filios habens, uni ex eis testimonium quolibet ex praedictis praebuerit modis, sufficere ex eadem muliere natis ad legitima iura patris testimonium uni datum.

CAP. III. Hoc quoque praesenti constitutioni perspeximus adiiciendum, ut, si quis ex non scripto per affectum nuptialem uxorem acceperit, et ex ea filios procreaverit, soluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere coniugem cum dotalibus instrumentis, et ex ea similiter filios procreare, nullum circa paternam hereditatem cum aliis filiis ex indotata coniuge natis praeiudicium fieri, sed cum aliis filiis ex secunda natis uxore, quae cum dotalibus instrumentis copulata est, ad patris et illos hereditatem vocari, quum etiam ex solo affectu possit consistere matrimonium. Quod similiter valere volumus, etiam si prius quidem cum dotalibus instrumentis iungatur aliquis uxori, post illam vero alteram ducat solo nuptiali affectu.

CAP. IV. Quia vero legem dudum protulimus, iubentem aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes procedere factas apud ecclesiae defensores, per quas nuptias competit confirmari, aut certe sacramenta praeberi, in praesenti perspeximus melius disponere ea, quae de his pridem sancita sunt. Et propterea iubemus, eos, qui maximis dignitatibus decorati sunt, usque ad illustres, non aliter nuptias celebrare,

si] *sin* Vind.

uni] deest in Berol., sed supra lineam sequenti voci impositum est. Deest etiam in Berol. (Iul.) *unus* Vind. (Iul.)

eis] *et eis* Berol. (Iul.) Gr. *ἐξ αὐτῶν*.

testimonium] Post haec Vind. (Iul.) Berol. (Iul.) ita pergunt: *qualibet aut* [Berol. (Iul.) *autem*] *memoratarum praebeat* [Berol. (Iul.) *prebere hac*] *causas suffic̃ etiam aliis* [Berol. (Iul.) *alios*] *ex eadem mulierem* [Berol. (Iul.) *muliere*] *natis aut legitimam iura patris testimonium.* In his autem uterque codex desinit; neque enim reliqua in Vind. (Iul.) aut Berol. (Iul.) reperiuntur.

quolibet] *quodlibet* Mon. I. Gr. *καθ' οἱονδήποτε.*

praebuerit] Sic Vind. Berol. *praebuit* Mon. Gr. *παράσχοι.*

sufficere] Quod postea Vulgo est *et aliis*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, videturque ex Graecis correctum esse.

legitima] Sic Vind. Mon. Berol. I. *legitimorum* Vulgo.

NOV. CXII. CAP. III. hoc] Ad marginem Mon.: *de muliere, quae sine dotalibus instrumentis maritata est.* (In Berol. subiicitur: *et de filiis ex tali matrimonio natis.*)

constitutioni] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem syllaba *ni* a sec. manu scripta est. Gr. *διατάξει.*

adiiciendum] *adiciendum* Berol.

affectum] Sic Vind. Berol. *effectum* Mon., sed sec. manus correxit *affectum.* Gr. *διάθεσιν.*

matrimonio] *mtrimonio* Mon., sed prior litterae *m* sec. manus litteram *a* superius imposuit.

ducere] Sic Vind. Mon. *deducere* Berol., sed litteris *de* puncta inferius subiecta sunt. Gr. *ἀγαγέσθαι.*

filios procreare] *procreare filios* Berol. Gr. *ποιήσασθαι παῖδας.*

nullum] Sic Vind. Mon. *nullam* Berol., sed sec. m. scripsit *nullum.* Gr. *μηδέν.*

paternam] Quae abhinc sunt usque ad voces *instrumentis copu*, in Berol. a sec. manu scripta sunt omnia.

cum aliis] Sic Vind. Mon. Berol., sed priori voci in Vind. puncta inferius subiecta sunt. I. *cum filiis aliis.*

filiis] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I. Gr. *παισί.*

et] Sic Vind. Mon. Berol. I. *etiam* Vulgo.

valere] Sic Mon. Vind. *en vale* Berol., sed ultimae litterae *e* lineola superius imposita est. Voci *en* puncta inferius subiecta sunt. Gr. *κρατεῖν.*

NOV. CXII. CAP. IV. legem dudum] *dudum legem* Vind. Mon.

protulimus] Sic Vind. Mon. *pertulimus* Berol.

alias probationes] Sic Vind. Mon. *probationes alias* Berol. Gr. *ἄλλας συστάσεις.*

procedere] Sic Berol. *producere* Vind. *cedere* Mon., sed sec. manus supra litteram *c* posuit vocculam *pro.* Gr. *προϊέναι.*

ecclesiae] *aeccle* Berol., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

competit] Sic Berol. *competat* Mon. Mon. Vulgo I. Gr. *προσήκει.*

certe] Sic Mon. Berol. *certa* Vind. Graeca sane nihil decidunt.

his] *hiis* I.

sancita] Sic Vind. Mon. *sanccita* Berol.

nisi dotalia scribantur instrumenta, nisi tamen aliquis ante, quam mereretur huiusmodi dignitates, ex affectu solo duxit uxorem. Tales enim nuptias ante dignitatem factas et post dignitates legitimas manere praecipimus, et ex his natos legitimos esse filios; postquam vero honorati fuerint aliqui huiusmodi dignitatibus, non aliter ducent uxores, nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis subtilitatem concedimus subiectis nostrae reipublicae barbaris, licet dignitatibus huiusmodi decorati sint, ut etiam sub affectu possint ipsi volentes contrahere nuptias. Reliquos autem omnes, praeter eos, qui maximis, sicut dictum est, dignitatibus decorati sunt, cuiuslibet sint dignitatis aut militiae aut studii, si quidem voluerint aut potuerint, non prohibemus cum dotalibus instrumentis ducere uxores. Si autem etiam hoc non custodierint, et ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, et ex eis natos legitimos esse filios iubemus.

CAP. V. Quia vero legem dudum posuimus praecipientem, ut, si quis uxorem aliquando sine dotalibus acceperit, cum affectu nuptiali, et hanc sine causa legibus agnita proiecerit, accipere eam quartam partem eius substantiae, et aliam post haec fecimus legem, decernentem, si

scribantur] Sic Vind. Berol. *scribuntur* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. συγγράφοιεν.
tamen] Sic Vind Mon. *tm* Berol., sed lineola superius imposita est, qua re significatur *tantum*.
mereretur] *merentur* I.
affectu] Sic Mon. Berol. *affectus* Vind.
solo] Quae abhinc sunt usque ad voces *postquam vero*, in Berol. non sunt, nisi a sec. manu adscripta.
duxit] Sic Vind. Mon. *duxerit* Berol. Gr. ἠγάγετο.
dignitatem] Sic Vind. *dignitates* Mon. Berol. I. Vulgo. Gr. πρὸ τῆς ἀξίας.
dignitatem] Sic Mon. *dignitates* Vind. Berol. Gr. καὶ μετὰ τὴν ἀξίαν.
his] *hiis* I.
honorati] Sic Vind. Mon. *honoa* Berol., sed ultimis litteris lineola superius imposita est.
dignitatibus] Sic Vind. Mon. *dignitates* Berol., sed sequens manus correxit *dignitatibus*. Gr. τοιαύταις ἀξίαις.
ducent] *ducere* I. *ducet* Mon., sed litteris *e* et *t* circumflexi superius impositi sunt. Vind. *ducerent*, Berol. *dicent*, sed sec. manus corr., ut in cont. *ducent*. Vulgo *ducere*. Gr. ἄγεσθαι.
nostrae] Sic Vind. *nre* Berol., sed lineola superius imposita est. Mon. *nostris*. Gr. τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ.
reipublicae] *reip.* I.
barbaris] Sic Vind. Mon. *barbais* Berol., sed ultimis duabus syllabis lineola superius imposita est. Gr. βαρβάροις.
sint] Sic Mon. *sunt* Vind. Berol. I. Gr. ὑπάρχοιεν.
sub] Sic Vind. Mon. Berol. omittit Hamb. Scribendum censet Os. *solo*.
contrahere] *cce* Berol., sed prioribus duabus litteris circumflexus impositus est; sec. manus ante litteram *e* in linea scripsit *h*.
sicut] *sicuti* Vind., deest in I.
dignitatis] Sic Vind. Mon. *dignatis* Berol.
studii] Sic Vind. Berol. *studium* Mon., sed sec. manus scripsit *studii*. Gr. ἐπιτηδεύσεως.
prohibemus] *proibemus* Berol. In Trid. Port. subiicitur vox *eos*, quod in Vind. Mon. Berol. Hamb. desideratur.
uxores] Sic Vind. Berol. *uxorem* Mon. Gr. γαμετάς.
etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon.
hoc] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. τοῦτο.
et ex] Sic Vind. Berol. *ex* Mon., sed sec. manus tantum supra lineam posuit *et*. Gr. καὶ τοὺς ἐκ μόνης.
NOV. CXII. CAP. V. uxorem] Sic Vind. Mon. *uxores* Berol. Gr. γυναῖκα.
aliquando] Sic Vind. Mon. *aliqn* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est.
affectu] Quod Vulgo postea est *solum*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. I. non est. Trid. Port. *affectu solum*.
causa] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a sec. manu haec vox lineae superius imposita est. Gr. χωρὶς αἰτίας.
proiecerit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eiecerit* Vulgo.
eius substantiae] Sic Vind. Mon. *eius sube* Berol., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est. I. *substantiae eius*, quod etiam Vulgo est. Gr. τῆς αὐτοῦ περιουσίας.
haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hanc* I. Vulgo. Gr. μετὰ ταῦτα.
fecimus] Sic Mon. Berol. *facimus* Vind. Gr. πεποιήκαμεν.

quis indotatam uxorem per affectum solum acceperit, et usque ad mortem cum ea vivens praemoriatur, accipere similiter et eam quartam illius substantiae portionem, ita tamen, ut non transcendat hoc centum auri librarum quantitatem, in praesenti melius utramque legem disponentes sancimus, in utroque casu ex talibus matrimoniis natos filios legitimos esse, et ad paternam vocari hereditatem, uxorem autem ex utroque horum casuum, si quidem usque ad tres habuerit filios eius vir sive ex ea sive ex alio matrimonio, quartam partem ex substantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii, tantum in utroque similiter casu accipere iubemus mulierem, quantum competit uni filiorum, ita quippe, ut usum solum in talibus rebus mulier habeat, dominium autem illis filiis servetur, quos ex ipsis nuptiis habuit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, iubemus, etiam dominii iure habere eam res, quas ex viri facultate ad eam venire per praesentem iussimus legem. Quae tamen irrationabiliter exclusa est, in ipso tempore expulsionis partem iubemus accipere, quae continetur hac lege. Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere modis omnibus prohibemus.

CAP. VI. Illo indubitanter observando, ut Leonis piae memoriae

tamen] Sic Mon. *tantum* Vind. Berol. Gr. μέντοιγε.

hoc] Sic Mon., sed sec. manus corr. *haec*. Berol. *haec*. I. *hec*. Deest in Vind. Gr. αὐτό.

auri librarum] Sic Vind. Mon. Berol. *librarum auri* Vulgo. *libras auri* I. Gr. τοῦ χρυσοῦ λιτρῶν.

utramque] *utranque* I.

disponentes] Sic Mon. Berol. *dispones* Vind., sed sec. manus supra lineam adscripsit *tes*.

esse] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *esse*. Gr. εἶναι. Pro *leg. esse* I. habet *esse leg*.

horum] *eorum* I.

ad tres] Sic Mon. *tres* Vind., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *ad*. Berol. I. *tres*, sed in Berol. supra lineam sec. manus scripsit *tres*. Etiam in Hamb. vox *ad* desideratur.

vir] Sic Vind. Mon. *ubi* Berol., sed litteris *bi* puncta inferius a prima m. subiecta sunt. Litterae *u* autem alia littera *i* superius imponitur. Gr. ὁ αὐτῆς ἀνήρ.

alio] Sic Vind. Berol. *alieno* Mon. Gr. ἐξ ἑτέρου.

partem] Sic Vind. Mon. Berol., deest in Hamb. Gr. μέρος.

tantum] Sic Vind. Mon. *tamen* I. *tn* Berol., sed lineola superius imposita, qua re significatur *tamen*. Gr. τοσοῦτον.

in] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ἐφ' ἑκατέρου. Pro *sim. casu* I. habet *casu sim*.

competit uni] Sic Vind. Mon. *uni competit* Vulgo Berol. I.

ita] Sic Mon. Berol. *itaque* Vind. Gr. οὕτω.

usum] *usol usum* Mon., sed prioribus quattuor litteris puncta inferius subiecta sunt. Gr. χρῆσιν.

solum] Sic Vind. Mon. *solo* Berol., sed ultimae litterae *o* impositum est *u*, lineola superius iniecta. Gr. μόνην.

dominium] Sic Vind. Berol. I. *dominum* Mon., sed sec. manus scripsit *dominium*. Gr. τὴν δεσποτείαν.

quos] Sic Vind. Berol. I. *quas* Mon. Gr. οὕς.

habuit] Sic Vind. Mon. Berol. *habuerit* Vulgo I. Gr. ἔσχεν.

filios ex eo] Sic Vind. Mon. *ex eo filios* Berol. Gr. παῖδας ἐξ αὐτοῦ.

etiam] Sic Vind. Berol. *eam* Mon. Gr. καί.

eam] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem sec. manus scripserat *eas*. Gr. αὐτήν.

ex] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu supra lineam scriptum est *ex*. Gr. ἐκ τῆς.

eo] *ea* I.

habere eam res] *res habere eam* I.

facultate] Sic Vind. Mon. Berol. *facultatibus* Vulgo I. Gr. οὐσίας.

tamen] Sic Vind. Mon. *tn* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. μέντοι.

irrat.] *inrat.* Vind.

expulsionis] Sic Vind. Berol. *exclusionis* Mon. Gr. τῆς ἐκβολῆς.

virum] *vir* I.

casibus] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. θεμάτων.

NOV. CXII. CAP. VI. illo] Ad marg. Berol. *de Leoniana et Constantiniana constitutione*; ad marg. Mon. *de Leoniana et Constantina constina*.

constitutio in omnibus aliis casibus, qui non tenentur praesenti lege, propriam habeat fortitudinem. Constantini vero piae memoriae legem ad Gregorium scriptam, et super eam factam interpretationem a Martiano piae memoriae, per quam mulierum coniunctiones, quas Constantini lex abiectas vocavit, ad quosdam dignitatibus decoratos prohibentur, nullo penitus modo valere permittimus, sed licentiam volentibus praebemus, etsi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur, huiusmodi mulieres cum dotalibus instrumentis sibimet copulare. Reliqui vero citra eos, qui maioribus dignitatibus decorati sunt, licentiam habebunt huiusmodi mulieres accipere, sive scripto voluerint, sive solo affectu nuptiali, si tamen liberae sint, et cum quibus licet nuptias celebrare.

CAP. VII. Illud quoque disponendum esse perspeximus, ut, si quando inter maritum et uxorem nuptias solvi contigerit, ex huiusmodi nati filii nullo modo laedantur ex separatione nuptiarum, sed ad parentum hereditatem vocentur, ex patris substantia indubitanter alendi. Et si quidem pater occasionem separationis praebeat, et mater ad secundas non venit nuptias, apud matrem nutriantur, expensas patre praebente. Si vero per causam matris ostenditur solutum matrimonium, tunc apud patrem et maneant filii et alantur. Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum esse, matrem vero locupletem, apud quam pauperes

indubitanter] Sic Vind. *indubitantur* Berol., sed sec. m. scripsit *indubitanter*. Mon. *indubitando*, sed sec. m. scripsit *indubitanter*. Gr. ἀναμφιβόλως.

tenentur] Sic Vind. Mon. Berol. *continentur* Vulgo I.

praesenti] Sic Vind. Mon. Berol. *in praesenti* I. *praesente* Vulgo.

habeat] Sic Vind. Berol. *hnt* Mon., sed lineola superius imposita est, qua re Vulgo significatur *habent*.

Constantini] Sic Vind. Berol. Mon., sed sec. manus scripsit *Constantino*. Gr. Κωνσταντίνου.

piae] *pie* Berol. *piae divinae* Mon. Gr. τῆς εὐσεβοῦς.

eam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ea* Vulgo.

decoratos] *decoratas* I.

vero] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. δέ.

scripto] Sic Vind. Mon. *scripta* Berol. Gr. ἐγγράφως.

tamen] Sic Vind. Mon. *tm* Berol., sed lineola superius imposita, qua re significatur *tantum*. Gr. μέντοιγε.

liberae] *libere* Berol.

licet] Sic Vind. Berol. Hamb. I. *liceat* Mon Trid. Port. Vulgo. Gr. ἔξεστι.

NOV. CXII. CAP. VII. ut] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ἵνα.

huiusmodi] Quod Vulgo subiicitur *nuptiis*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque omittendum esse visum est. Os. magis *matrimonio* excidisse suspicatur.

parentum] Sic Vind. Mon. *pantur* Berol., in quo quidem litterae *p* lineola inferius traiecta est. Secunda tamen manus ex littera *a* facit *e*. Ad marginem Mon. Berol. adscriptum est: *de liberis ex eo matrimonio natis, quod repudio dissolutum est, quemadmodum* (*et quemadmodum* Berol.) *alantur*.

patris] Sic Vind. Mon. *paentis* Berol., sed litteris *en* puncta inferius a secunda manu subiecta sunt.

ad] Sic Mon. Berol. *et ad* Vind., quod Graecis non firmatur.

venit] Sic Vind. Berol. *venerit* Mon. I. Gr. ἦλθε.

nutriantur] Sic Mon. Berol. *nutriendis* Vind., quod Graecis non firmatur.

expensas] Sic Mon. Berol. *expensa* Vind., sed ad ultimam litteram huius vocis adscriptum est *s*.

si vero] Sic Vind. Berol. *sive* Mon., sed sec. manus corr. *si vero*. Gr. εἰ δέ.

ostenditur] Sic Vind. *ostendatur* Mon. Berol. Vulgo I. Gr. δείκνυται.

patrem] Sic Vind. Berol., in quo litterae *t* littera *i* superius imposita est. Mon. *piatrem*, sed priori litterae *i* punctum inferius subiectum lineaeque superius impositum est *et*. Gr. παρὰ τῷ πατρί.

et maneant] Sic Vind. Berol., quo etiam Mon. lectio, quam superius retuli, pertinere videtur. Vox *et* Vulgo et in I. non est. Gr. καὶ οἰκείτωσαν.

alantur] *alentur* I.

vero] Sic Vind., deest in Mon. Berol., in quo a sec. manu lineae superius impositum est. Gr. δέ.

quam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eam* Vulgo. Pro παρ' αὐτῇ interpres videtur habuisse παρ' ᾗ.

filios manere, et ab ea nutriri iubemus. Quemadmodum enim filii locupletes coguntur matrem egentem alere, ita iustum decernimus, et a matre locuplete filios pasci. Quod autem de alenda matre et filiis definivimus indigentibus, hoc quoque in omnibus ascendentibus descendentibusque personis utriusque naturae valere praecipimus.

CAP. VIII. Quia vero plurimas in veteribus et nostris invenimus legibus causas, ex quibus facile nuptiarum solutiones fiunt, ea causa perspeximus ex his abscindere aliquas, quae nobis indignae ad solvendas nuptias visae sunt, et eas solum nominatim praesenti inserere legi, pro quibus rationabiliter potest sive vir sive mulier repudium mittere. Nunc autem causas, ex quibus maritus repudium sine periculo mittere potest et dotem uxoris lucrari, servato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiis, non exstantibus frui etiam proprietate, has esse disponimus: §. 1. Si contra imperium cogitantibus aliquibus consentiat mulier aut etiam suo viro non indicet. Si autem vir hoc a muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri per quamcunque personam

ab ea] Sic Vind. Berol., desunt in Mon., sed a sec. manu lineae superius imposita sunt. Gr. *παρ' αὐτῆς*.
locupletes] Sic Vind. Berol., sed ultimae litterae *s* inferius punctum subiectum est. Mon. *locupletiores*. Gr. *εὐπορούντες*.
iustum] Quod Vulgo et apud Port. subiicitur *esse*, id quidem in Vind. Berol. Mon. Hamb. Trid. I. non est, nec sane Graecis firmatur.
pasci] Sic Vind. Berol. *passci* Mon., sed priori litterae *s* punctum inferius subiectum est.
definivimus indigentibus] Sic Vind. Mon. *diffinivimus indigentibus* Berol. *diffinimus indig*. I. *indigentibus definivimus* Vulgo. Gr. *διωρίσαμεν πενομένους*.
in omn.] *et in omn*. I.
NOV. CXII. CAP. VIII. PR. quia vero] Ad marginem Mon. Berol. adscriptum est *de repudiis a marito mittendis*.
nostris] Sic Vind. Berol. *in nostris* Mon. Gr. *ἡμετέροις*.
invenimus legibus] Sic Vind. Berol. Mon. *legibus invenimus* Vulgo I. Gr. *ὕρομεν νόμοις*.
fiunt] Sic Vind. Mon. *et fuit* Berol., sed priori voci *et* puncta inferius subiecta litterisque *it* circumflexus superius impositus est. Gr. *γίνονται*.
abscindere] *abscedere* Vind. Berol. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *abscindere*. I. *abscidere*. Gr. *περιελεῖν*.
indignae] Sic Vind. *indigne* Berol. *digne* Mon., sed sec. manus corr., ut in cont. Gr. *ἀνάξιαι*.
solvendas] Sic Vind. Berol. *absolvendas* Mon., sed sec. manus scripsit *ad solvendas*. Gr. *πρὸς τὸ διαλύειν*.
visae sunt] Sic Mon. Berol. Desunt in Vind., sed a sec. manu supra lineam superius posita sunt. Gr. *ἐφάνησαν*.
solum] Sic Vind. Mon. Hamb. *solas* Berol. *solummodo* I. Trid. Port., quod etiam Vulgo est.
nominatim] deest in. I.
maritus] Sic Mon. Berol. Vind., in quo litterae *u* superius lineola imposita est. Gr. *ὁ ἀνήρ*.
sine periculo mittere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *mittere sine periculo* Vulgo. Gr. *ἀκινδύνως στέλλειν*.
lucrari] Sic Mon. Berol. *luctai* Vind., sed litterae *a* circumflexus superius impositus est. Gr. *ἀποκερδαίνειν*.
ea] *eo* I.
filiis] *filia* Berol., sed sec. manus adscripsit *bus*. In Vind. Mon. Hamb. I. Vulgo est *filiabus*. Eandem, quam recepi emendationem, iam Os. proposuit. Gr. *παισὶν ἢ παίδων μὴ ὑπόντων*. Quod Vulgo subiicitur *quibus*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. I. non extat, cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.
exstantibus] *existentibus* I.
etiam] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *eum et* Os. coniicit.
proprietate] *proprietatem* I.
disponimus] Sic Vind. Mon. Hamb. *alia disponimus* Berol., sed voci *alia* iam a prima manu puncta inferius subiecta sunt. Vulgo Trid. Port. *decernimus*.
NOV. CXII. CAP. VIII. §. 1. consentiat] Sic Vind. Mon. *conscia est* Berol. Vulgo I.
suo viro] Sic Vind. Mon. *viro suo* Vulgo I. *viro* Berol. Gr. *τῷ ἰδίῳ ἀνδρί*.
non indicet] Sic Mon. Berol. *nndicet* Vind., sed ultimis duabus syllabis lineola superius imposita est; litterae autem *n* priori circumflexus superius iniectus est. Supra lineam tamen a sec. manu scriptum est *at. udicet*, sed litterae *u* circumflexus superius impositus est. Gr. *μὴ φανερώσει*.
si] Sic Vind. Berol. *sin* Mon.
tacuerit] Haec vox in Vind. bis scripta est.

hoc declarare imperio, ut vir nullam ex hac causa repudii inveniat occasionem. §. 2. Si de adulterio maritus putaverit posse suam uxorem convinci, oportet virum prius inscribere mulierem aut etiam adulterum, et si huiusmodi accusatio verax esse ostenditur, tunc repudio misso habere virum super ante nuptias donationem etiam dotem, et ad haec, si filios non habet, tantum accipere ex alia uxoris substantia, quantum dotis tertia pars esse cognoscitur, ut eius proprietati et dos et a nobis definita poena applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, iubemus et dotem secundum de hoc leges aliamque mulieris substantiam filiis conservari, et ita adulterum legitime convictum una cum uxore puniri. Et si quidem habeat uxorem adulter, accipere eam et dotem propriam et propter nuptias donationem, ut, si filios habent, solo usu mulier fruatur donationis, proprietate secundum leges filiis servanda; aliam vero mariti substantiam eius filiis ex nostra largitate donamus. Filiis autem non exsistentibus, antenuptialis quidem

quamcunque] Sic Mon. *quacunque* Berol. Vind., sed supra litteram *a* secunda manus lineolam superius imposuit. Gr. δι' οἱουδήποτε.
nullam] Sic Berol. *nulla* Vind. Mon. Gr. μηδεμίαν.
NOV. CXII. CAP. VIII. §. 2. adulterum] Sic Mon., sed sec. manus corr. *adulterium*. In Vind. Berol. est *adulterium*. Gr. τὸν μοιχόν.
accusatio] Sic Mon. Berol. *accusati* Vind.
verax] Quod Vulgo et in Trid. Port. subiicitur *esse*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. non est, ideoque delendum esse visum est, quum nec Graecis firmetur.
super] *superantem* I.
donationem] *solutionem* I.
etiam] *et* I.
haec] Sic Vind. Mon. Berol. I. *hoc* Vulgo. Gr. πρὸς τούτοις.
si] Sic Vind. Mon., deest in Berol., ubi quidem a sec. manu lineae impositum est *si*. Gr. εἰ.
habet] Sic Vind. Mon. Berol. *habec* I. *habent* Vulgo. Interpres pro ἔχοι videtur habuisse ἔχει.
tantum] Sic Vind. Mon. *to* Berol., lineola superius imposita; huic autem voci puncta inferius subiiciuntur. Gr. τοσοῦτον.
tertia] Sic Vind. Mon. *tcia* Berol., sed lineola superius imposita est.
et a nobis] Sic Vind. Berol. *a nobis* Mon., sed priori voci *a* vox *et* supra lineam a sec. manu adscripta est. Gr. καὶ τὴν παρ' ἡμῶν ὁρισθεῖσαν.
definita] Sic Vind. Mon. *diffinita* Berol. I.
applic.] *aplic.* Mon.
secundum] Quod Vulgo subiicitur *quod*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. I. non est, est autem in Port. Trid., cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.
de] Sic Vind. Berol. Trid. Port., deest in Mon. *ex hoc* Hamb. Gr. περὶ τούτου.
hoc] Quod Vulgo subiicitur *censent*, deest in Vind. Berol. Hamb. Trid. I., est autem apud Port., cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.
leges] *legem* I.
aliamque] Sic Vind. Berol. *aliamq* Mon., sed litterae *q* circumflexus superius impositus est. Secunda tamen manus scripsit *aliamq;*.
filiis] Sic Vind. Berol. *viris filiis* Mon., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. τοῖς παισί.
conservari] Sic Vind. Berol. *conservare* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. φυλάττεσθαι.
adulterum] Sic Mon. Vind. *adulterium* I. Berol., in quo litterae *i* punctum inferius subiectum est.
legitime] *legitimae* Berol. Gr. νομίμως.
convictum] *convinctum* Berol., sed litterae *n* circumflexus superius impositus est, litterae *n* autem secundae punctum inferius subiectum. Gr. ἐλεγχόμενον.
ut si] Sic Vind. Mon. *et si* Berol. I., sed in Berol. supra vocem *et* a sec. manu positum est *si*. Gr. ὥστε εἰ.
filios habent] Sic Berol. I. *filios habeant* Hamb. *habent filios* Mon. *filios habuerit* Vind. *filios habeat* Vulgo Port. Trid. Gr. παῖδας ἔχοιεν.
mulier fruatur] Sic Vind. Mon. *mulier fruitur* I. *fruatur mulier* Berol. Gr. τὴν γυναῖκα ἀπολαύειν.
servanda] Post hanc vocem in Vind. haec scripta sunt: *aliam vero mariti substantiam eis filiis servanda*, quae quidem a sec. manu deleta sunt.
eius] Sic Mon. Berol. *eis* Vind. Gr. αὐτοῦ.
ex] Sic Vind. Mon. *extra* Berol., sed syllabae *tra* a sec. manu puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἐξ.
quidem donationis] Sic Vind. Mon.

donationis proprietatem mulieri competere sancimus, aliam vero mariti omnem substantiam fisco secundum antiquas applicamus leges. §. 3. Si quolibet modo mulier vitae viri fuerit insidiata, aut aliis hoc facientibus conscia viro non indicaverit. §. 4. Si cum viris nolente marito extraneis convivit, aut cum eis lavatur. §. 5. Si nolente viro foris domum manserit, nisi forsan apud proprios parentes. §. 6. Si circensibus aut theatris aut in amphitheatris interfuerit ad spectandum, ignorante aut prohibente viro. §. 7. Si ergo contigerit aliquem citra unam praedictarum causarum suam uxorem domo propria expellere, ut illa non habens parentes, apud quos possit manere, ex necessitate foris habitet nocte, iubemus, nullam esse marito licentiam propter hanc causam repudium mittere uxori, eo quod ipse huius rei auctor exsistit.

CAP. IX. Causas autem, pro quibus rationabiliter potest viro a muliere mitti repudium, ex quibus potest et dotem accipere, et propter

donationis quidem Vulgo. Gr. τῆς μὲν προγαμιαίας δωρεᾶς.

mariti] *omnem mariti* Mon.

omnem substantiam] Sic Vind. Berol. I. *substantiam omnem* Vulgo, sed ultima vox *omnem* desideratur in Mon. Gr. πᾶσαν περιουσίαν.

antiquas] Sic Berol. *antiquam* Vind. Mon. Gr. παλαιοὺς-νόμους.

NOV. CXII. CAP. VIII. §. 3. si] *sed si* I.

viri] Sic Mon. *viro* Vind. Berol., in quo utroque sec. manus scripsit *viri*. Gr. τοῦ ἀνδρός.

conscia] Sic Vind. Mon. Ber. Hamb. Trid. I. *consentiens* Vulgo Port. Gr. συνειδυῖα.

indicaverit] Sic Vind. Mon. *iudicaverit* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. μὴ φανερώσῃ.

NOV. CXII. CAP. VIII. §. 4. cum viris] Sic Vind. Mon. Berol. I. *cum viris extraneis* Vulgo, quod Graecis non firmatur.

extraneis convivit] Sic Berol. *extraneis conviuatur* I. *et extraneis convivit* Vind. *extraneis coivit iuncta* Mon., sed litteris *oi* lineola superius imposita est; postea supra lineam a sec. manu scriptum est *u*. Vulgo *convivatur*. Gr. ἐξωτικοῖς συμποσιάζῃ.

aut] Sic Berol. *vel* Mon. In Vind. vox *aut* a sec. manu scripta est.

cum eis lavatur] Sic Mon. Vind., sed haec a sec. manu in Vind. scripta sunt. Berol. *lavatur cum eis*.

NOV. CXII. CAP. VIII. §. 5. forsan] *forsitan* I.

NOV. CXII. CAP. VIII. §. 6. aut in amphitheatris] Sic Mon., nisi quod vox *aut* omissa est. Berol. *aut emphiteatris*. Vulgo I. *aut amphith.* Desunt in Vind. Gr. θεάτροις ἢ κυνηγίοις.

interfuerit] Sic Mon. I. *interfuit* Vind. Berol. Gr. παραγίνηται.

NOV. CXII. CAP. VIII. §. 7. ergo] Sic Mon. Berol. *gno* Vind., sed litteris *no* puncta inferius subiecta supraque lineam littera o posita est. Vulgo I. *vero*. Gr. μέντοιγε.

contigerit] Sic Vind. Berol. *contig* Mon., sed litterae *g* circumflexus superius impositus est. Supra lineam tamen sec. manus scripsit *sit*. Gr. συμβῇ.

citra] Sic Vind. Berol. *circa* Mon., sed sec. manus scripsit *citra*. Gr. δίχα.

suam uxorem] Sic Vind. Mon. I. *uxorem suam* Berol. Gr. τὴν ἑαυτοῦ γαμετήν.

domo] Sic Vind. Mon. Berol. I., qui non habent, quod Vulgo antea est *a*, quod sane nec Graeca agnoscunt.

ut] Sic Vind. Hamb. I. *ut et* Trid. *aut* Mon., sed sec. manus litterae *a* punctum inferius supposuit. Vulgo Berol. Port. *et*. Gr. ὥστε.

apud] Sic Mon. Berol. *ad* Vind. Gr. πρὸς οὕς.

habitet] Sic Vind. Mon. *abitet* Berol.

nullam esse marito] Sic Vind. Berol. I. *marito nullam esse* Mon. Gr. μηδεμίαν εἶναι τῷ ἀνδρί.

hanc causam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *causam hanc* Vulgo. Gr. ταύτην τὴν αἰτίαν.

exsistit] Sic Vind. *exsistat* Mon. Berol. I. Gr. γίνεται.

NOV. CXII. CAP. IX. PR. causas] Ad marginem Mon. Berol. *de repudiis ab uxore mittendis*.

pro quibus] Sic Vind. Mon. *quibus* Berol., sed vox *pro* a secunda manu ad marginem in Berol. adscripta est. Gr. ὑπὲρ ὧν.

rat. potest] *potest rat.* I.

mitti repudium] Sic Vind. *repudium mitti* Mon. Berol. Gr. πέμπεσθαι ῥεπούδιον.

ex quibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *et ex quibus* Vulgo. Interpres καὶ illud ante ἐξ ὧν non videtur habuisse.

accipere] Sic Vind. Mon. I. *recipere* Berol. Vulgo.

et] Sic Vind. Mon. *pp* Berol., sed inferius lineola traiecta est, qua re significatur *propter*; supra lineam autem sec. manus posuit vocem *et*. Gr. καὶ τὴν διὰ τοὺς γάμους.

nuptias donationem exigere, similiter filiis servanda donationis proprietate, aut filiis non exstantibus habere etiam huius dominium, has esse solas disponimus: §. 1. Si contra imperium aut ipse cogitaverit aliquid, aut cogitantibus conscius non indicaverit imperio aut per se aut per quamcunque personam. §. 2. Si quolibet modo vir insidiatus fuerit vitae mulieris, aut aliis hoc volentibus sciens non manifestaverit uxori, et studuerit secundum leges ulcisci. §. 3. Si maritus uxoris castitati insidiatus, aliis eam adulterandam tentaverit tradere. §. 4. Si vir de adulterio inscripserit uxorem et adulterium non probaverit, licere mulieri volenti etiam pro hac causa repudium destinare viro, et recipere quidem propriam dotem, lucrari autem et antenuptialem donationem, et pro huiusmodi calumnia, si filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum secundum proprietatem accipere mulierem ex alia viri substantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit, iubemus, omnem viri substantiam filiis conservare, firmis manentibus, quae de antenuptiali donatione aliis legibus continentur, ita tamen, ut etiam propter illatam adulterii accusationem et non probatam illis quoque maritus subdatur suppliciis, quae esset passura mulier, si huiusmodi fuisset accusatio comprobata. §. 5. Si quis

exigere] Sic Vind. Mon. In Berol. subiicitur: *poῦ et dotem accipere et propter nuptias donationem*, quibus quidem verbis a secunda manu puncta inferius subiiciuntur.

servanda] Sic Vind. Mon. *servandam* Berol. Gr. φυλαχθησομένης.

proprietate] *proprietatem* Berol.

exstantibus] *existentibus* Berol.

huius] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *huiusmodi* Trid. Port. I. Gr. ταύτης.

esse solas] Sic Vind. Berol. *solas esse* Mon. Gr. εἶναι μόνας.

NOV. CXII. CAP. IX. §. 2. vir] Sic Vind. Mon. *ubi* Berol., sed litteris *bi* puncta inferius subiecta sunt, supraque lineam littera *i* posita est. Gr. ὁ ἀνήρ.

NOV. CXII. CAP. IX. §. 3. uxoris] Sic Vind. Berol. *uxores* Mon., sed secunda manus scripsit *uxoris*.

castitati] Sic Vind. Mon., in quo quidem sec. manus corr. *castitatem*. Berol. *constituti*, sed sec. manus corr. *castitati*. Gr. σωφροσύνῃ.

eam] Sic Mon. Berol. *etiam eam* Vind. I.

ad. tent.] *ad. temptaverit* Vind. Berol. I., quod etiam Graeca requirunt. *temptaverit adulterandam ee tradere* Mon., sed litteris *ee* puncta inferius subiecta sunt.

NOV. CXII. CAP. IX. §. 4. adulterio] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem litterae *erio* a sec. manu scriptae sunt. Gr. περὶ μοιχείας.

licere] Sic Vind. Mon. *licei* Berol., sed ultimis duabus litteris circumflexus superius impositus est. Sec. tamen manus scripsit *licē*.

etiam] In Vind. Berol. Vulgo non est, quod in Mon. postea est *eam*, nec sane Graecis firmatur.

recipere] Sic Vind. Berol. *i recipere* Mon., sed priori litterae *i* punctum inferius subiectum est.

ex] Sic Mon. Berol. *et ex* Vind. I. Gr. ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

tantum] Sic Mon. *tn* Vind. Berol., sed sec. manus supra has litteras lineolam posuit, qua re significatur *tamen*. Gr. τοσοῦτον.

tertia] Sic Vind. Mon. *tcia* Berol., sed litteris *tc* circumflexus superius impositus est. Gr. τὸ τρίτον μέρος.

esse] Sic Mon. Vind. *ē* Berol. Gr. εἶναι.

iubemus] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam scriptum est *iubemus*. Gr. κελεύομεν.

conservare] Sic Vind. Mon. Berol. *conservari* I. Vulgo.

firmis] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam scriptum est *firmis*.

de] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. περί.

continentur] Sic Vind. Berol. *continetur* Mon. Gr. περιεχομένων.

tamen] Sic Vind. Mon. *tantum* Berol. Gr. μέντοιγε.

adulterii] Sic Vind. Mon. *adulti* Berol., sed litterae *t* circumflexus superius impositus est.

et non probatam] Sic Vind. Mon. Desunt in Berol., sed a sec. manu supra lineam haec verba posita sunt. Gr. καὶ μὴ ἀποδειχθεῖσαν.

illis] Sic Vind. Berol. *illius* Mon. Gr. κἀκείναις.

esset] *etiam esset* I.

comprobata] Sic Vind. Mon. *approbata* Berol. Gr. ἀπεδείχθη.

in sua domo, in qua cum sua coniuge commanet, contemnens eam, cum aliis inveniatur in ea domo manens, aut in eadem civitate degens, in alia domo cum alia muliere frequenter manere convincitur, et semel et secundo culpatus aut per suos parentes aut per mulieris aut per alias aliquas fide dignas personas, huiusmodi luxuria non abstinuerit, licere mulieri pro hac causa solvere matrimonium, et recipere datam dotem et antenuptialem donationem, et pro tali iniuria tertiam partem aestimationis, quam antenuptialis facit donatio, ex eius substantia percipere, ita tamen, ut, si filios habuerit, usu solo mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali donatione et poena tertiae portionis mariti substantiae acceperit, dominio communibus filiis conservando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio, habere eam talium rerum etiam proprietatem praecipimus.

CAP. X. Quia vero et ex consensu aliqui usque ad praesens alterna matrimonia solvebant, hoc de cetero fieri nullo sinimus modo, nisi forte quidam castitatis concupiscentia hoc fecerint. Si autem huiusmodi personae filios habuerint, tam dotem quam antenuptialem donationem eorum filiis conservari disponimus. Si quis autem horum, aut maritus forsan aut uxor, postquam propter castitatem ex consensu sol-

NOV. CXII. CAP. IX. §. 5. sua] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ea* Vulgo. Gr. *μετὰ τῆς αὑτοῦ.*

commanet] Sic Mon. Berol. *manet* Vind.

contemnens] Sic Vind. Mon. *contempnens* Berol. I.

aliis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *alia* Vulgo. Pro *ἑτέρας* interpres videtur legisse *ἑτέρων*.

manens] *commanens* I.

culpatus] Sic Vind. Mon. Berol., sed sec. manus ad marginem Berol. adscripsit: *at. pulsatus.* Gr. *ἐγκληθείς.*

parentes] Sic Vind. Mon. Berol. I., deest Vulgo. Gr. *διὰ τῶν ἑαυτοῦ γονέων.*

mulieris] *mulieres* I. Quod Vulgo postea est *parentes*, in Vind. Mon. Berol. I. non est. Gr. *ἢ διὰ τῶν τῆς γυναικός.*

aut] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. *ἢ.*

alias aliquas] Sic Vind. Mon. *aliquas* Berol. Gr. *δι' ἑτέρων τινῶν.*

pro hac causa] Sic Vind. Berol. *pro hac occasione* I. *per hanc causam* Mon. Gr. *ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας.*

tertiam partem] Sic Vind. *tciam partem* Berol., sed litteris *tc* circumflexus superius impositus est. Mon. *tertia parte.* Gr. *τρίτον μέρος τῆς ἀπατιμήσεως.*

aestimationis] Sic Vind. *estimationis* Mon. Berol. *extimationis* I.

facit donatio] Sic Vind. Mon. *donatio facit* Berol. *donatio faciat* I. Gr. *ποιεῖ δωρεά.*

tamen] Sic Vind. Mon. *tantum* Berol. Gr. *μέντοιγε.*

ut si filios] Sic Berol. *ut filios* Mon., sed sec. manus supra lineam adscripsit *si*. Vind. *si filios ut.* Gr. *ὥστε εἰ παῖδας.*

poena] Sic Vind. Mon. *pea* Berol., sed supra lineam lineola superius imposita est.

tertiae] Sic Mon. *tcie* Berol., sed supra *tc* circumflexus superius positus est. Vind. *tertia.* Gr. *τοῦ τρίτου.*

dominio] Sic Vind. Mon. *dno* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. *τῆς δεσποτείας.*

conservando] Sic Mon. Berol. *conservanda* Vind. Gr. *φυλαττομένης.*

rerum] Sic Vind. Mon. *filiorum* Berol. Gr. *πραγμάτων.*

praecipimus] Sic Mon. Berol. *praecimus* Vind. Gr. *κελεύομεν.*

NOV. CXII. CAP. X. quia vero] Ad marginem Mon. Berol. a sec. manu scriptum est: *ne liceat* (*non licet* Berol.) *matrimonium solvere nisi* (*non* Mon.) *ex causa probabili.*

ex] Sic Mon. Berol. *et ex* I. *consensu* Vind., sed sec. manus supra lineam posuit vocem *et*. Hamb. Trid. *et ex*, sed prior vox *et* in Port. omissa est. Sane *et ex* praestare videtur propter Graecorum tenorem.

fieri] Sic Vind. Berol. *hoc fieri* Mon. Gr. *γίνεσθαι.*

sinimus modo] *modo sinimus* I.

quidam] Sic Vind. *quidem* Berol. I. *quid* Mon., sed sec. manus scripsit *quidam.* Gr *τυχόν τινες.*

fecerint] *fecerit* I.

habuerint] Sic Mon. Berol. *habuerit* Vind. Gr. *ἔχοιεν.*

horum] *horum etiam* I.

solvitur] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem litteris *vi* superius virgula imposita est, qua re fortasse significatur *solverit.* I. *solvit.* Vulgo *solverit.* Gr. *γάμον λυθῆναι.*

vitur matrimonium, inveniatur alias contrahens nuptias, aut luxuriose vivens, iubemus, si quidem, sicuti dictum est, filii fuerint ex memorato coniugio, super dotem et propter nuptias donationem eis tradi et proprietatem pene substantiae illius, quae convincitur deliquisse persona. Si vero filii minoris sint aetatis, gubernari eos et pasci ab illo praecipimus parente, qui nihil praesenti legi contrarium egit. Si autem ambo parentes in huiusmodi vitio incidant, tunc utriusque parentis substantiam filiis applicari, dispensatorem autem his, qui in minori aetate sunt, ordinari providentia competentis iudicis, et aliorum, quibus haec ex nostris legibus sunt commissa. Si autem filii non sint, utriusque personae substantiam fisci rationibus applicari, et eos, qui talia deliquerunt, legitimis subdi suppliciis. Aliter enim separationem matrimoniorum fieri ex consensu nulla ratione permittimus.

CAP. XI. Quod autem a nobis sancitum est de his, qui in expeditionibus sunt et in militiis constituti sive milites sint, sive foederati,

contrahens] Sic Vind. Berol. *contrahere* Mon. Gr. *συναλλάττων*.

si quidem] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu haec vox lineae superius imposita est. Gr. *εἰ μέν*.

sicuti] Sic Mon. Berol. *sicut* Vind.

pene] Sic Vind. Mon. Berol. I. *plenae* Vulgo.

substantiae] Sic Mon. *sube* Berol., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est. Vind. *ex substantia*.

convincitur] Sic Mon. Berol. *convintitur* Vind.

persona] Sic Vind. Mon. I. *person* Berol., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est, quod sane Graecis firmatur *τοῦ ταῦτα ἐλεγχομένου - προσώπου*.

vero filii] *filii vero* I.

pasci] In I. subiicitur *praecipimus*.

praecipimus parente] Sic Berol. *parente praecipimus* Mon. Vind. *parente* I. Gr. *προστάττομεν τοῦ γονέως*.

praesenti legi] Sic Mon. I. *praesente lege* Vind. *praesenti* Berol., sed secunda manus supra lineam posuit *legi*. Gr. *τῷ παρόντι νόμῳ*.

egit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *egerit* Vulgo. Gr. *ἔπραξεν*.

vitio] Sic Vind. Mon. Berol. I. *vitium* Vulgo. Gr. *πταίσματι*.

utriusque] Sic Vind. Berol. *utrisque* Mon., sed sec. manus scripsit *utriusque*. Gr. *τὴν ἑκατέρου*.

parentis substantiam] Sic Vind. Berol. *substantiam parentis* Mon. Gr. *τῶν γονέων περιουσίαν*.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eis* Vulgo.

in] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed sec. manus supra lineam hanc voculam posuit. Gr. *ἐπὶ τῆς ἀτελοῦς*.

minori] Sic Vind. Mon. I. *minore* Berol. Vulgo. Quod Vulgo postea est *sunt*, in Berol. Vind. Mon. I. non est, est autem in Hamb. Trid. Port.

sunt] Sic Vind. Mon. Hamb. I. Berol., in quo quidem voci *sunt* supra lineam impositum est *constituti*. In Trid. Port. esse videtur *sunt aetate constituti*.

ordinari] Sic Vind. Mon., in quo quidem supra litteram *r* littera *t* superius posita est. Gr. *προβληθῆναι*.

providentia] Sic Vind. Berol. *provincia* Mon., sed supra litteras *pro* secunda manus posuit vocem *de*.

rationibus] *iuribus* I.

deliquerunt] Sic Vind. Mon. *delinquuntur* Berol.

subdi] Sic Vind. Berol. *subdet* Mon. Gr. *ὑποβάλλεσθαι τιμωρίαις*.

separationem] Sic Vind. Mon. *separatione* Berol., sed sec. manus scripsit *separationes*.

NOV. CXII. CAP. XI. quod autem] Ad marg. Mon. Berol. adscriptum est: *de uxoribus militum*. Ab initio huius capitis quae leguntur, usque ad voces *sive scholares*, in Vind. tantummodo a sec. manu adscripta sunt. Erant scilicet duo versus vacui relicti, quos sec. manus explevit.

his] Sic Vind. Mon. I. *is* Berol., sed sec. manus supra lineam scripsit litteram *h*.

qui in] Sic Vind. Mon. *qui* Berol., sed posterior manus supra lineam adnotavit *in*. Gr. *ἐν ἐξπεδίτῳ*.

constituti] Sic Vind. Mon. *constitutis* Berol., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est.

sive milites] Sic Mon. Berol., deest in Vind. I.

sint] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *εἶεν*.

sive scholares, sive alii quidam sub alia quacunque militia armata constituti, melius ordinare perspeximus. Et iubemus, quantoscunque annos in expedito manserint, sustinere horum uxores, licet nec literas nec responsum aliquod a suis maritis susceperint. Si qua vero ex huiusmodi mulieribus suum maritum audierit mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias sinimus, nisi prius accesserit mulier aut per se aut per suos parentes aut per aliam quamcunque personam ad priores numeri et chartularios, in quo huius maritus militabat, et eos, seu tribunum, si tamen adest, interrogaverit, si pro veritate mortuus est eius coniux, ut illi sacris evangeliis propositis sub gestis monumentorum deponant, si pro veritate vir mortuus est. Et postquam haec gesta monumentorum confecta mulier pro suo testimonio perceperit, etiam post haec iubemus manere eam unius anni spatium, ut post hunc discursum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem praeter hanc observationem mulier praesumserit ad aliud venire matrimonium, et ipsa, et qui ducit eam uxorem, velut adulteri puniantur. Si autem, qui sub

scholares] *scolares* Vind. Mon. Berol. I.
militia] Sic Vind. Mon. *militi* Berol., sed sec. manus supra ultimam litteram scripsit litteram *a*. Gr. στρατείαν.
armata] Sic Vind. Berol. *armata ē* Mon., sed ultimae litterae *e* punctum inferius subiectum est. Gr. ἔνοπλον.
annos] Sic Vind. Berol. *anno* Mon., sed sec. manus scripsit, quod in cont.
expedito] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *expeditione*, quod sane etiam in I. est. Gr. ἐν ἐξπεδίτῳ.
sustinere] *substinere* I.
horum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eorum* Vulgo.
suum] Sic Vind. *sin* Mon. Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. τὸν ἴδιον ἄνδρα.
mortuum] Sic Berol. Vind. Mon. Quod Vulgo antea est *esse*, in Vind. Mon. I. deest, est autem in Berol.
neque] *nec* I.
eam] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. αὐτήν.
mul. aut] Sic Vind. Mon. I., deest vox *aut* in Berol.
et] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam scriptum est. Gr. καὶ τούς.
huius] Sic Vind. Mon. Berol. *huiusmodi* Vulgo I. Gr. ταύτης.
adest] Sic Vind. *adde* Mon., sed ultimae litterae lineola superius imposita est; secunda manus huic voci puncta inferius subiecit, et sic correxit, ut in contextu. In Berol. pro *adest* scriptum est *tm*, lineola superius imposita, qua re significatur *tantum*. Gr. πάρεστιν.
coniux] Sic Vind. Berol. *coniunx* Mon.
sacris] Sic Vind. Mon. *scis* Berol., sed lineola superius imposita. I. *sanctis*. Gr. τῶν ἁγίων.
monumentorum] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem sec. manus correxit *monimentorum*.
confecta] Sic Vind. Mon. Berol., in quo litterae *a* circumflexus superius impositus est, quem quidem sec. manus delevit. Gr. ἀναληφθέντα.
haec] Sic Mon. Berol. Hamb. *hoc* Vulgo Trid. Port. I. Gr. μετὰ ταῦτα.
manere eam] Sic Berol. *eam manere* Vind. Mon. Gr. μένειν αὐτήν.
unius] Sic Vind. Mon. Berol. I., qui non habent, quod Vulgo antea est *per*, quae vox nec Graecis firmatur.
ut] *ut etiam* Vind. Mon. Berol. I. Deest Vulgo. Pro ὥστε interpres videtur habuisse ὥστε καί.
discursum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *decursum* Vulgo, quod sane Graeco παραδρομὴν exigi videtur.
contrahere] Sic Vind. Mon. *ccere* Berol., sed prioribus litteris *cc* circumflexus superius impositus est.
liceat] Quod Vulgo subiicitur *tali*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, nec sane Graecis firmatur.
aliud] Sic Mon. Berol. *aliu* Vind., sed litterae *u* lineola superius imposita est. Gr. εἰς ἕτερον-γάμον.
et] Haec vox bis in Mon. posita, sed sec. vice punctis subiectis notata est.
coniungitur] Sic Vind. Berol. *coniungerit* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. συνάπτεται.
excludebatur] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb., ubi non est, quo Vulgo et in Trid. Port. I. antea scriptum est *ab hereditate*, quod nec Graecis firmatur, ideoque glossae locum obtinere videtur.
aut] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *vel* Vulgo. *et* Mon. Berol.
iura] Sic Vind. Vulgo. *iure* Mon. Berol. I. Gr. δίκαια.
succedant] Sic etiam Contius, qui ad marginem adnotavit *subingrediantur*.
nulli] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *nulle*. Gr. οὐδενί. Quod Vulgo subiicitur *enim*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.
alii] Sic Berol. *alie* Vind. *alio* Mon., sed in utroque sec. manus corr. *alii*.
personae] Sic Mon. *persone* Berol. In Vind. postea adscriptum est: *ex hoc ordine personae*, quae punctis subiectis notantur. Pro *omnino personae* I. habet *personae omnino*.
benefic.] *benefit*. Berol. I.
conferimus] Hoc et quae sequuntur usque ad vocem *propriis thiis*, in Vind. sunt, sed a sec. manu scripta. Mon. *conferrimus*, sed priori litterae *r* punctum inferius subiectum est.
quando] Sic Mon. Berol. *qn* Vind., sed superius circumflexus impositus est.
propriis] Sic Mon. Berol. *ᵱiis* Vind.
iudicantur] Sic Mon. Berol. Hamb. *iudicant tribus* Vind., sed ultimae voci *tribus* puncta a sec. manu subiecta sunt. Vulgo Trid. Port. I. *vocantur*. Gr. κρίνονται.
thiis] *tiis* I.
masculis] Sic Mon. Berol. *is masculis* Vind., sed prioribus litteris *is* puncta inferius subiecta sunt.
defuncti] Sic Mon. Berol. *defucti* Vind.
etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon.
aut] Sic Vind. Berol. *vel* Mon. I.
aut mater] *vel mater* I.
iungebatur] Sic Berol., sed priori litterae *i* et sequenti *u* circumflexi superius impositi sunt, qua re significatur *iniungebatur*. Mon. *iungebantur*, Vind. *iungebatur*, sed totum hoc a sec. manu scriptum est. Gr. συνήπτετο.

sororis filiis tale privilegium dederimus, ut in propriorum parentum succedentes locum soli in tertio constituti gradu cum his, qui in secundo gradu sunt, ad hereditatem vocentur, illud palam est, quia thiis defuncti masculis et feminis, sive a patre sive a matre, praeponuntur, si etiam illi tertium similiter cognationis obtineant gradum. §. 1. Si vero neque fratres neque filios fratrum, sicut diximus, defunctus reliquerit, omnes deinceps a latere cognatos ad hereditatem vocamus secundum uniuscuiusque gradus praerogativam, ut viciniores gradu ipsi reliquis praeponantur. Si autem plurimi eiusdem gradus inveniantur, secundum personarum numerum inter eos hereditas dividitur, quod in capita nostrae leges appellant.

CAP. IV. Nullam vero esse volumus differentiam in quacunque successione aut hereditate inter eos, qui ad hereditatem vocantur, masculos ac feminas, quos ad hereditatem communiter definivimus vocari, sive per masculi, seu per feminae personam defuncto iungebantur, sed

fratris] Quod Vulgo antea legebatur *igitur*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque omittendum esse visum est. Pro *fratris* Vind. initio habuerat *patris*, sed sec. m. corr., ut in cont. Gr. ἀδελφοῦ.

dederimus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dedimus* Vulgo.

propriorum] Sic Vind. Berol. *priorum* Vind. I.

locum soli] Sic Vind. Berol. *soli locum* Mon. Gr. τόπον μόνοι.

tertio] Sic Vind. Mon. *tcio* Berol., sed prioribus litteris *tc* circumflexus superius impositus est.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

in sec. gr. sunt] *sunt in sec. gr.* I.

thiis] *tiis* I., quod genus scripturae cum semper ubique redeat, non amplius enotabo.

defuncti] Sic Mon. *defunctus* Vind. *defunctis* Berol. I. Gr. τοῦ τελευτήσαντος.

patre] Sic Vind. Berol. *matre* Mon. Gr. πατρός.

matre] Sic Vind. Berol. *patre* Mon. Gr. μητρός.

si etiam illi] Sic Mon. Berol. I. *si illi etiam* Vind. *si etiam* Hamb. *etsi etiam illi* Vulgo. Gr. εἰ καὶ ἐκεῖνοι.

tertium] Sic Vind. Mon. *tcium* Berol., sed duabus prioribus litteris *tc* circumflexus superius impositus est.

similiter cognationis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *cognationis similiter* Vulgo. Gr. ὁμοίως συγγενείας.

NOV. CXIII. CAP. III. §. 1. si vero] Sic Mon. Berol. *sive* Vind., sed sec. manus corr. *si vero*. Gr. εἰ δέ.

fratrum] Sic Mon. Berol. *fratum* Vind.

sicut] Sic Mon. *sicuti* Vind. Berol.

defunctus] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem sec. manus scripsit *defunctis*. Gr. ὁ τελευτήσας.

ad hered. voc.] *voc. ad hered.* I.

uniusc.] *unius c.* I.

ut] Sic Vind. Mon. *nu* Berol., lineola tamen superius imposita. Litterae *n* autem puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἵνα.

si autem] In Berol. scriptum est: *si autem plurimi eiusdem gradus praerogativam sententiam aut viciniores gradu ipi reliquis praeponantur, si autem plurimi*, sed sec. manus haec, tribus ultimis verbis exceptis, delevit omnia.

dividitur] Sic Vind. Mon. *dividatur* Vulgo Berol. I. Indicativum modum vel Graeca tuentur.

capita] Sic Mon. Berol. *capiteis* Vind., sed ultimis tribus litteris puncta inferius subiecta sunt.

nostrae] Sic Vind. Mon. *nre* Berol., sed lineola superius imposita est.

leges] Sic Mon. Berol. *legis* Vind. Gr. νόμοι.

appellant] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem sec manus scripsit *appellantur*. Gr. λέγουσι.

NOV. CXIII. CAP. IV. vero] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. δέ.

esse volumus] Sic Vind. *esse volumus esse* Berol. *volumus esse* Mon. Vulgo I. Gr. εἶναι βουλόμεθα.

hereditate] Quae inde ab ultima syllaba *te* sunt usque ad vocem *personam*, in Berol. a sec. m. scripta sunt omnia.

fem.] Pro *ac fem.* I. habet *aut fem.*

definivimus] Sic Vind. *deffinivimus* Berol. *diffinivimus* Mon. *diffinimus* I. Gr. ὡρίσαμεν.

masculi] Sic Vind. *masculini* Mon. Berol., quod quidem ferri non potest.

seu] Sic Vind. Berol. *sive* Vulgo I. Mon., in quo ultimae litterae *e* sec. m. supra lineam posuit *n*.

defuncto] *defun defuncto* Berol., sed prioribus syllabis *defun* puncta inferius subiecta sunt.

in omnibus successionibus agnatorum cognatorumque differentiam vacare praecipimus, sive per femineam personam, sive per emancipationem, vel per alium quemlibet modum prioribus legibus tractabatur, et omnes sine qualibet huiusmodi differentia secundum proprium cognationis gradum ad cognatorum successionem ab intestato venire praecipimus.

CAP. V. Ex his autem, quae de hereditate diximus et disposuimus, et quae de tutela sunt, manifesta consistunt. Sancimus enim, unumquemque secundum gradum et ordinem, quo ad hereditatem vocatur aut solus aut cum aliis, et functionem tutelae suscipere, nulla neque in hac parte differentia introducenda de agnatorum seu cognatorum iure, sed omnibus similiter ad tutelam vocandis, quique ex masculorum quique ex feminarum prole descendunt minori coniuncti. Haec autem dicimus, si masculi et perfectae aetatis sint, et nulla lege prohibeantur tutelam suscipere, neque excusatione competenti sibimet utuntur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelae subire officium, nisi mater aut avia fuerit. His enim solis secundum hereditatis ordinem et tutelam subire permittimus, si inter gesta et nuptiis aliis et auxilio Velleiani senatusconsulti renuntiant. Haec enim servantes omnibus a latere cognatis ad tutelam praeponentur, testamentariis solis tutoribus praecedentibus eas; defuncti namque voluntatem et electionem praeponi volumus. Si autem plurimi eundem cognationis habentes gradum ad

cognatorumque] Sic Mon. Berol. *cognatorumquae* Vind.

vel per alium] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *sive per alium* Vulgo Port.

quemlibet] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. *οἱονδήποτε.*

proprium] *primum* I.

intestato] Sic Vind. Berol. *intesto* Mon. Gr. *ἐξ ἀδιαθέτου.*

venire praecipimus] Sic Vind. Berol. *praecipimus venire* Mon. Gr. *ἐλθεῖν κελεύομεν.*

NOV. CXIII. CAP. V. ex his] *ex hiis* I. In marg. Mon. Berol. adscriptum est: *de legitima tutela et de matre et avia tutelam amministrantibus liberorum* (*lib. aministr.* Berol.).

enim] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. *γάρ.*

quo] Sic Mon. Berol. In Vind. est siglum *q*, circumflexo inferius traiecto, qua re significatur *quod*. Gr. *καθ' ἥν.*

vocatur] *vocantur* Vind. Berol. Mon., in quo quidem litterae *n* deinde a sec. manu puncta inferius subiecta sunt. Gr. *καλεῖται.*

solus] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. *solum* Port. *soli* Mon., sed litterae *i* a sec. manu littera *u* superius imposita est. Gr. *μόνος.*

et] Sic Vind. Mon. Berol., deest in I. *etiam* Vulgo.

minori] In Mon. subiicitur littera *d*, cui quidem puncta inferius subiecta sunt. I. *minus.*

et] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. *καὶ τέλειοι.*

prohib.] *proib.* Berol.

competenti] Sic Vind. Mon. Berol. *competente* Vulgo I.

utuntur] Sic Vind. Berol. I. *unt* Mon., sed ultimis duabus litteris circumflexi superius impositi sunt. Vulgo *utantur.* Gr. *κέχρηνται.*

etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon.

tutelae subire] Sic Vind. I. *tutelae subite* Mon., sed sec. manus correxit *subire.* Berol. *subire tutele.* Gr. *τῆς ἐπιτροπῆς ὑπελθεῖν.*

aut] *au aut* Berol., sed priori voci *au* puncta inferius subiecta sunt.

fuerit] Sic Vind. Berol. *fuerint* Mon. Gr. *εἴη.*

his] *hiis* I.

si] Sic Mon. Berol. *ita si* Vind., quod quidem Graecis non firmatur.

Velleiani] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. *Βελιανείου.*

senatus] *sc.* I.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. I. Gr. *ταῦτα.*

ad] Sic Vind. Mon. Berol. *quoad* Vulgo. *qui ad* I. Gr. *εἰς.*

praeponentur] Sic Vulgo. *proponentur* Mon. *proponuntur* Vind. *praeponuntur* Berol. I. Gr. *προτιμηθήσονται.*

namque] *nanque* I.

habentes gradum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *gradum habentes* Vulgo. Gr. *ἔχοντες βαθμόν.*

tutelam vocantur, iubemus, iis communiter convenientibus apud iudicem, cui huius partis sollicitudo est, unum aut plures, quanti ad gubernationem substantiae sufficiant, ex ipsis eligi et denunciari, et eum vel eos minoris res gubernare, tutelae periculo omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur, et substantiis eorum minori tacite subiacentibus pro huiusmodi gubernatione.

CAP. VI. Haec autem omnia, quae de successionibus generis sancimus, in illis volumus obtinere, qui catholicae fidei sunt. In haereticis autem iam a nobis positas leges firmas esse praecipimus, nullam novitatem aut imminutionem ex praesenti introducentes lege. Quae igitur hanc per constitutionem in perpetuum observandam sancivit nostra tranquillitas, in illis volumus obtinere casibus, qui a principiis Iulii mensis praesentis sextae indictionis seu evenerunt, seu post haec emergunt; praecedentes namque casus, qui usque ad memoratum tempus pertransierunt, secundum veteres leges incidi praecipimus.

iis] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I. Gr. αὐτούς.

convenientibus] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem supra lineam a sec. manu adscriptum est: *nt. countas*, sed litterae *o* lineola sequentique *u* circumflexus superius impositus est. I. *venientibus*. Gr. συνελθόντας.

substantiae] *subs* Berol., sed per litteram *b* circumflexus traiectus est.

denunciari] Sic Berol. Vind. Mon. I. *denominari* Vulgo.

minoris] Sic Mon. Berol. *minores* Vind. Gr. τοῦ ἀνήβου.

gubernare] Sic Vind. Mon. *gubernari* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. διοικεῖν.

tutelam] Sic Vind. Berol. *tulam* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in contextu. Gr. τὴν ἐπιτροπήν.

minori] Quod Vulgo subiicitur *aetate*, in I. *etate*, in Vind. Mon. Berol. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum fuit; glossae enim locum manifesto obtinet.

tacite] *tacitae* Vind. Mon., sed ut in cont., Berol. Deest in Hamb. Gr. σιωπηρῶς.

gubernatione] Sic Vind. Mon. *gubernactione* Berol., sed litterae *e* sec. circumflexus superius impositus est, cui sec. manus deinde punctum subiecit.

NOV. CXIII. CAP. VI. haec] Ad marg. Mon. Berol. *de vi et* (*ac* Berol.) *potestate huius constitutionis* (Berol. *pot. constitutionibus*) *in* (*et* Berol.) *personis et temporibus*.

autem] Sic omnes mei codd., Contius, qui quidem ad marg. *vet. igitur*.

sancimus] Sic nostri codd. *sancivimus* Vulgo.

in illis vol. obt.] Sic Vind. Mon. Berol. I. *obtinere in illis volumus* Vulgo. Gr. ἐν ἐκείνοις βουλόμεθα κρατεῖν.

autem] Sic Mon. Berol. I. *aut* Vind. *enim* Vulgo, quod ex Graecis correctum.

esse praec.] *praec. esse* I.

imminutionem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *immutationem* Vulgo. Gr. ἐλάττωσιν.

praesenti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praesente* Vulgo.

hanc per] Sic Vind. Mon. *per hanc* Berol. Vulgo I.

in perp.] *imperp.* I.

qui] Sic Berol. *quia* Vind., sed sec. manus correxit *qui*. Mon. *quiu*, sed sec. manus correxit *quia*.

a princ. Iulii mensis] Haec quidem in Vind. a sec. manu scripta sunt.

indict.] *indit.* Vind. Mon. Berol.

seu evenerunt] Sic Vind. Mon. *sue vener* Berol., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est. Hamb. Trid. Port. I. *seu evenerunt*. Interpres videtur legisse ἢ συνέβη.

seu] Sic Vind. *aut* Mon. Berol. I. Hamb. Trid.

post haec] *post h* Mon. Berol. Vind., sed ultimae litterae *h* circumflexus impositus est, qua re significatur *haec*. Hamb. Trid. *post haec*. Vulgo *posthac*. I. *post hoc*. Gr. μετὰ ταῦτα.

emergunt] Sic Vind. Berol. *emergerint* Mon., sed sec. manus scripsit *emerserint*, quod etiam Vulgo est. Hamb. *emergerunt*, Trid. I. *emerserunt*, Port. *emergent*.

praecedentes] Sic Vind. Mon. *cedentes* Berol., sed priori litterae *c* a sec. manu *prae* inscriptum est. Gr. προλαβόντα.

namque] *nanque* I.

memoratum] Sic Vind. Berol. *memoratai* Mon., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est.

pertransierunt] *pertransierint* Mon.

incidi] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *decidi* Vulgo Cont., qui quidem ad marg. *al. incidi*. Manifesto interpres vocem τέμνεσθαι non intellexit,

EPILOGUS. Tua igitur gloria per praesentem legem a nobis disposita ad omnium cognitionem venire procuret, in hac enim regia civitate edictis consuete propositis, in provinciis autem praeceptis dirigendis ad clarissimos praesides earum, ut nulli nostri imperii subiectorum sit ignota nostrae circa eos mansuetudinis providentia, ita tamen, ut sine omni dispendio civium aut provincialium in omni loco praesentis legis fiat insinuatio. *Dat. III. id.* ** *CP. imp. Iustiniani anno XVI. p. c. Basilii anno II.*

[CXIV.] GLOSS.

UT SPONSALITIA LARGITAS SPECIALIS SIT CONTRACTUS, ET DE DIVERSIS CAPITULIS.

Idem Aug. Petro gloriosissimo praef. sacrorum per Orientem praetoriorum.

CAP. I. Sponsalitiam largitatem contractum specialem esse et iudicari et non aliis donationibus eam connumerari, per praesentem legem sancimus, quoniam pro ea aequalitas dotis offertur. Sive igitur

quod iam significavi in libro Neue Jenaische Litteraturzeit. Juni 1842. Num. 135. p. 563.

NOV. CXIII. EPIL. disposita] In Mon. ultimae litterae *a* circumflexus superius impositus est.

omnium] Sic Vind. Berol. *omi* Mon., sed lineola superius imposita est. Gr. ἁπάντων.

enim] Sic Vind. Mon. Berol. *quidem* I. Vulgo. Pro μὲν interpres videtur habuisse γάρ.

civitate] Sic Vind. Mon. *urbe* Berol.

propos.] Sic Berol. Vulgo. *praepos.* Vind. Mon.

dirigendis] Sic Mon. Berol. *diligendis* Vind. Gr. πεμπομένων.

clariss.] *gloriosiss.* I.

ignota] *ignorata* I.

nostrae] Sic Mon. Berol. *nostra* Vind. Gr. τῆς ἡμετέρας.

ita tamen] *tua ita tantum* Berol., sed priori voci *ita* puncta inferius subiecta sunt.

Dat.] *data* Neob. *datum* Cont. In Vind. Mon. Berol. Pist. I. nulla est subscriptio.

III. id.] Sic Neob. *VII. Kal. Aug.* Vulgo Contius, quod ita a se restitutum esse idem auctor est ad marginem ex manuscr. libro Novv. Lacunam esse facile apparet, quae quidem in Neob. enotata non est.

CP.] deest Vulgo. Reliqua Cont. sic habet: *Septimiliario in novo palatio domi. Iustin. p. p. augu. imperii eius anno XVIII. post consulatum Basilii V. C. anno tertio.*

imp.] Sic Neob. *imp. DN.* Vulgo.

Iustiniani] *Iustinianus* Neob., qui non habet, quod Vulgo subiicitur *pp. aug.*

anno] *a.* Neob.

XVI.] Sic Neob. *XVII.* Vulgo.

p. c.] *pc.* Neob. *post cons.* Vulgo.

Basilii] *bili* Neob., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. Quod Vulgo postea est *V. C.*, in Neob. non est.

NOV. CXIV. CXIV.] Deest in Vind. Mon. Berol. I. *Const. CXV.* Vulgo.

ut] *R/. ut* Mon.

sit contr.] *contr. sit* Berol. I.

diversis] Sic Mon. Berol. *ceteris* Vind.

cap.] In Berol. I. subiicitur *R/.*

Idem Aug.] Sic Vind. *idem a͞* I. *id. a.* Pist. Neob. Berol., sed litterae *a* lineola superius imposita est. Mon. ..*d. a.*, ubi prima videlicet littera miniatori depingenda relicta est. Vulgo *imp. Iustinianus aug.*

Petro] Sic Mon. Berol. I. *pet'* Neob. *pꝰ* Pist., deest in Vind.

gloriosissimo] Sic Berol. *glosissimo* Vind. Neob. *glosisimo* Mon. Deest in Pist. *glorioso* I.

praef. — praetoriorum] *pp. sacrorum per Orientem praetoriorum* Vind. Mon., in quo quidem pro *ppo* est *pp*, lineola superius imposita. Neob. *pp sacrorum periori praetoriorum* Pist. *prefecto sacrorum praetoriorum* I. *p̄. sacrorum per Orientem praetorum* Berol. *Orientalium praetoriorum praefecto* Vulgo.

NOV. CXIV. PRAEF. contr.] *et contr.* I.

specialem] Sic Vind. Berol. *spualem* Mon., sed litterae *u* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἰδικόν.

legem sancimus] Sic Mon. *sanccimus legem* Vind. Berol. *sancimus legem* Vulgo I. Gr. νόμον θεσπίζομεν.

aequalitas] *et equalitas* Vind. I., quod Graecis non firmatur.

offertur] Sic Mon. Berol. *offeratur* Vind. Gr. ἐπιδίδοται.

fiat sub gestis monumentorum eius insinuatio, sive etiam non, iubemus, eam per omnia suum robur habere tam apud mulierem, quam apud virum, sive ab ipso viro sive ab altero aliquo mulieri detur seu conscribatur, vel in viri personam donatio fiat, quatenus ipsas res in nuptialem conscribat donationem. Et haec valere praecipimus, cuiuscunque sit donatio quantitatis, vel si non, sicuti est dictum, insinuetur.

CAP. II. Et hoc quoque praesenti sancimus constitutione, ut licentia sit minoribus in ipso tempore, in quo licet eis testari de alia substantia, etiam suos servos in ultimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimento aetatis faciendo, sed vacante lege, quae hoc primitus prohibebat.

CAP. III. Et hoc insuper iubemus, ut, si quis in aliquo documento alterius faciat mentionem documenti, nullam ex hac memoria fieri exactionem, nisi et aliud documentum, cuius memoria in secundo facta est, proferatur, aut alia secundum leges probatio exhibeatur, quia et quantitas, cuius memoria facta est, pro veritate debetur; hoc enim et in veteribus legibus invenitur.

CAP. IV. Hoc quoque sancimus, ut, si quando appellatione secuta, in novissimo induciarum die aut pars utraque aut solus, qui appellatione usus est, occurrerit et suam praesentiam manifestaverit iudici

personam] Sic Vind. Mon. *persona* I. Berol. Gr. πρόσωπον. Caeterum in Berol. hoc et quae deinceps sunt usque ad voces *sicuti est*, a sec. manu scripta sunt.
conscribat donationem] Sic Vind. Mon. *donationem conscribat* Berol. Vulgo I. Gr. καταγράψαι δωρεάν.
haec] Sic Vind. Mon. *hoc* Berol. I. Vulgo. Gr. ταῦτα.
valere] Sic Vind. Berol. *habere* Mon. Gr. κρατεῖν.
sit donatio] *don. sit* I.
est dictum] Sic Vind. Mon. *est est dictum* Berol. *dictum est* Vulgo I.

NOV. CXIV. CAP. II. et hoc] Ad marginem Mon. Berol. adscriptum est: *qui servos suos manumittere possunt vel non.*
praesenti] Sic Vind. Mon. Berol. *in praesenti* I. *praesente* Vulgo.
sancimus constitutione] Sic Mon. Berol. *const. sancimus* Vulgo I. Gr. θεσπίζομεν διατάξεως.
licet] *liceat* I.
suos servos] Sic Vind. Berol. *servos suos* Mon. Gr. τοὺς ἰδίους οἰκέτας.
impedimento] *inpedimto* Berol., sed litterae *m* circumflexus superius impositus est.
quae] *qeu* I.
hoc primitus] Sic Mon. *haec primitus* Vind. *primitus hoc* Berol. Pro τοῦ πρῴην interpres videtur habuisse τοῦτο πρῴην vel ταῦτα πρῴην.
prohibebat] Sic Vind. Mon. *prohibeat* Vulgo.

NOV. CXIV. CAP. III. et hoc] Ad marginem Mon. Berol.: *si quis in aliquo instrumento alterius instrumenti mentionem fecerit* (*mentionem fec̄ alteri instrumenti* Mon.).
nullam] Sic Mon. Berol. *nulla* Vind. Gr. μηδεμίαν.
exactionem] Sic Mon. Berol. *exactione* Vind.
et aliud] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. Prior vox *et* in Trid. Port. Vulgo omissa est. Gr. καὶ τὸ ἕτερον.
cuius] Sic Vind. Mon. *c9* Berol.
memoria] In Vind. subiicitur *in cuius memoria*, quae quidem a sec. manu punctis subiectis notata sunt.
aut] Sic Vind. Mon. *ut* Berol., sed a sec. manu litterae *u* littera *a* superius imposita est. Gr. ἤ.
alia] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ἑτέρα.
probatio] Sic Vind. Mon. *probatione* Berol., sed litteris *ne* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἀπόδειξις.
cuius] *c9* Berol.
pro ver.] In Berol. antea scriptum est: *proferatur, ut alia secundum leges probatione exibeatur,* quae quidem punctis subiectis notata sunt.
et] Sic Vind. Mon. I. *etiam* Berol. Vulgo.

NOV. CXIV. CAP. IV. hoc] Sic Vind. Berol. *haec* Mon. Gr. τοῦτο. Ad marg. Berol. *de appellationibus.*
novissimo] Sic Vind. Mon. Berol. *novissima* Vulgo I.
occurrerit] Sic Vind. Mon. *occurrit* Berol., sed ultimis litteris *rit* a sec. manu circumflexus impositus est. Gr. φθάσαι.

futuro appellationis examinare iudicium aut consiliariis eius aut qui lites intromittunt, etsi iudex eum in definitis diebus suscipere differat, nullum praeiudicium partibus aut uni harum ex hoc penitus fieri, sed et post haec examinari appellationes huiusmodi et sententia legitima terminari.

CAP. V. Aliud ad haec capitulum nostra indigens providentia prospeximus emendare. Quia enim nostrae leges decernunt, si quando gloriosissimi praefecti sacrorum praetoriorum sententiam protulerint, nullam appellationem adversus eam offerri, sancimus, quoties sententia gloriosissimorum praefectorum cuiuscunque regionis proferatur, et unus forsan litigantium putaverit se gravari, habere eum licentiam petitionem offerre gloriosissimis praefectis, qui sententiam protulerunt, aut eorum consiliariis aut causas introducentibus intra decem dierum inducias post prolatam sententiam, ut hoc subsecuto non aliter exsecutioni sententia contradatur, nisi prius fideiussiones dignas praebuerit victrix pars tantae quantitatis, quantae fuerit condemnatio, ut, si post haec retractatione

consil.] *conscil.* Mon.

intromittunt] Sic Vind. *contromittunt* Mon. Berol., sed in illo priori syllabae *con* superius impositum est *in*, in hoc autem superscriptum *vel in*. Gr. τοῖς- εἰσάγουσι.

cons. eius] *eius cons.* I.

etsi] Sic Vind. Mon. Berol. I. *et* Vulgo. Pro καὶ ὁ interpres videtur legisse καὶ εἰ ὁ.

iudex] Sic Mon. Berol. Vind., sed litterae ultimae *ex* a sec. m. scriptae sunt.

definitis] Sic Vind. Mon. *diffinitis* Berol.

suscipere] Antea in Berol. scriptum est *suscipere diffinitis diebus*, quae quidem punctis subiectis deleta sunt.

differat] *differret* I.

praeiudic.] *praeiudit.* Berol.

harum] Sic Vind. Mon. Berol. *earum* Vulgo. *eorum* I. Gr. τούτων.

sed et] Sic Vind. *sed* Mon. Berol. I. Gr. ἀλλὰ καί.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* I. Vulgo. Gr. μετὰ ταῦτα.

NOV. CXIV. CAP. V. aliud] ad marg. Mon. haec adscripta sunt: *de retractationibus sententiarum praefecti.*

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. Gr. πρὸς τούτοις.

prospeximus] Sic Vind. Mon. *perspeximus* Berol. Gr. συνείδομεν.

nostrae] Sic Vind. Mon. *nre* Berol., sed lineola superius imposita est.

decernunt] Sic Berol. *decent* Vind. Mon., sed ultimae litterae *t* circumflexus superius impositus est. Gr. διορίζουσιν.

gloriosissimi] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. οἱ ἐνδοξότατοι.

protulerint] Sic Vind. Berol. *protuler* Mon., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est, qua re significatur *protulerunt.* Gr. προενέγκοιεν.

offerri] Sic Berol. Vind. *offerre* Mon. ἐπιδίδοσθαι.

sancimus] Sic Vind. *saccimus* Mon.

praefectorum] Sic Vind. Berol. *pp.* Mon., sed lineola superius imposita est. Gr. ἐπάρχων.

cuiuscunque] Sic Vind. Mon. *c9cunque* Berol.

proferatur] Sic Mon. *profertur* Vind. Berol.

protulerunt] Sic Vind. Mon. *obtulerunt* Berol. Gr. προάγουσιν.

consiliariis] Sic Vind. Berol. *conscilíarios* Mon., sed sec. manus scripsit *consciliariis.*

prolatam] Sic Vind. *probatam* Mon. Berol., sed sec. manus scripsit *prolatam.* I. *latam.* Gr. προενεχθῆναι.

subsecuto] Sic Mon. Berol. *secuto* Vind. I.

exsecutioni] Sic Vind. Mon. I. *excusationem* Berol., sed sec. manus scripsit *executioni.* Gr. ἐκβιβασμῷ.

fideiussiones] Sic Vind. Mon. *fideiussores* Berol., sed sec. manus scripsit *fideiussionis.* Gr. ἐγγύας.

pars tantae] Sic Vind. *pars tante* Berol. *corrupte* Mon., quo deleto sec. m. supra lineam posuit *pars tante.*

quantitatis] Sic Mon. Berol. *equitatis* Vind., sed sec. manus correxit *quantitatis.* Gr. ποσότητος.

quantae] Sic Mon. *quanta* Vind. Berol. I. Gr. ὅσης.

fuerit] Sic Vind. I. *fuit* Berol., sed sec. manus supra lineam circumflexum posuit, qua re significatur *fuerit.* Mon. Vulgo *fuit.* Gr. εἴη.

post haec] Sic Mon., sed sec. manus scripsit *posthac.* Vind. Berol. I. *post hanc*, quod etiam Vulgo est. Gr. μετὰ ταῦτα.

modo legitimo procedente sententia resolvatur, res ei cum augmentis legitimis restituantur. Si vero intra memoratas decem dierum inducias post prolatam sententiam non obtulerit libellum is, qui putat se laesum, iubemus, causae exsecutionem sine fideiussione procedere, retractationis iure servando illi, qui se gravatum putaverit.

CAP. VI. Ad haec quoque sancimus, ut, si contigerit minores velle se abstinere ab hereditate in se devoluta et a se suscepta, si quidem omnes creditores praesentes fuerint in illis locis, in quibus in integrum restitutio postulatur, vocentur a iudice creditores et praesentibus omnibus ab huiusmodi hereditate se minores abstineant. Si vero omnes aut aliqui creditorum absentes fuerint, iubemus, minores volentes hoc agere locorum iudicem, in quibus ipsi degunt, adire, illum vero per consuetas citationes vocare creditores, et si intra trium mensium spatium nusquam appareant creditores, licere minoribus sine periculo huiusmodi hereditate abscedere, iudice providente, apud quem agitur in integrum restitutio, ubi debeant hereditariae res mobiles et immobiles custodiri, quantitate quippe harum publica descriptione sub gestis monumentorum manifestanda.

retractatione] Sic Mon. *retractationem* Vind. Berol. I. Vulgo. Gr. ἀναψηλαφήσεως.

restituantur] Sic Vind. Mon. *restituatur* Berol. I. Vulgo. Gr. τὰ πράγματα ἀποκαθίστασθαι.

prolatam] Sic Mon. Vind. I. *probatam* Berol. Gr. προενεχθῆναι.

obtulerit] Sic Mon. Berol. Vind. *optulit* I.

is] Sic Vind. Berol. *his* Mon., sed priori litterae *h* punctum inferius subiectum est. Gr. ὁ νομίζων.

laesum] Sic Vind. *lesum* Berol., deest in Mon., sed supra voces *putat se* a sec. manu scriptum est *gravatum*. Gr. βεβλάφθαι.

fideiussione] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. I. *fideiussore* Vulgo Mon. Port. Gr. χωρὶς ἐγγύης.

NOV. CXIV. CAP. VI. ad haec] Ad marg. Berol. *si minor XXV. annis m'm' restitui velit, ut ab hereditate abstineat.* I. *ad hoc.*

quoque] *quidem* I.

si] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu in linea scriptum est. Gr. εἴπερ.

devoluta] Sic Vind. Mon. *devolutata* Berol.

fuerint] Sic Vind. Berol. *fuit* Mon., sed litteris *it* circumflexus superius impositus est. Gr. εἶεν.

aliqui] *reliqui* I.

absentes] Sic Berol. *abscentes* Mon. Vind., in quo quidem litterae *c* punctum inferius subiectum est.

loc.] *et loc.* I.

iudicem] Sic Vind. Berol. *iudices* Mon. Gr. ἄρχοντι.

degunt] Sic Vind. Berol. *degent* Mon. Gr. διάγουσι.

consuetas] Sic Vind. Mon. *suetas* Berol., sed supra priorem litteram *s* sec. manus posuit vocem *con*.

citationes] Sic Mon. Berol. *ortationes* Vind., sed priori litterae *o* sec. m. litteram *h* imposuit. Gr. κηρυγμάτων.

trium mensium spatium] Sic Vind. Berol. I. *trium mensium trium terminum mensium spatium* Mon. *spatium trium mensium* Vulgo. Gr. ἐντὸς τριῶν μηνῶν προθεσμίας.

licere] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem a sec. manu supra lineam positum est *in his*. Gr. ἐξεῖναι.

minoribus] Sic Vind. Mon. *minorebus* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont.

huiusmodi] Quod Vulgo et in I. antea est *ab*, in Vind. Mon. Berol. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.

hereditate] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem ultimae litterae circumflexus impositus est, quem sec. manus delevit.

abscedere] Sic Vind. Mon. I. *discedere* Berol.

iudice providente] Sic Vind. Mon. Berol. I. *providente iudice* Vulgo. Gr. προνοοῦντος τοῦ ἄρχοντος.

agitur] Sic Vind. Mon. *ag* Berol., sed litterae *g* littera *i* superius imposita est.

in integrum] *nm* Mon. Berol., sed utrique litterae littera *s* superius imposita est.

quantitate] *quantitatem* I.

quippe] Sic Vind. Mon. *qpe* Berol., sed priori litterae *q* lineola inferius traiecta est; litterae autem *pe* a sec. manu scriptae sunt. Gr. δηλαδή.

descriptione] Sic Vind. Berol. *discriptione* Mon.

sub gestis] Sic Vind. Mon. *subiestis* Berol.

CAP. VII. Rursus sancimus, ut, si quis mala fide possidens aut per venditionem aut per donationem aut aliter hanc rem alienet, qui vero putat, easdem res competere sibi, hoc agnoscens, intra decem annos inter praesentes et viginti inter absentes non contestatus fuerit secundum leges emtorem aut donationem accipientem aut illum, ad quem res alio quolibet modo translatae sunt, eum, qui tales res habet, firme eas habere, post decennii videlicet inter praesentes et vicennii inter absentes decursum. Si autem ignorat verus alienatarum rerum dominus, et quia res ei competunt, et quia alienatio facta est, iubemus, non aliter hunc excludi, nisi per tricennalem praescriptionem, non valente dicere eo, qui res hoc modo possidet, quia ipse bona fide possidet, quando a mala fide possidente haec accepit.

CAP. VIII. De praescriptione vero decennii hoc ordinare perspeximus, ut, si quando quispiam in praedicta decennii temporali praescriptione in quibusdam quidem annis praesens sit, in quibusdam vero

monum.] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem ultimae parti litterae *u* punctum inferius subiectum est.

NOV. CXIV. CAP. VII. rursus] ad marg. Mon. *de malae fidei possessoribus res alienantibus*; ad marg. Berol. *de male fidei p9 res alienantibus alienas.*

possidens] *posidens* Mon. Quod antea Vulgo et in I. est *rem*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. non est, ideoque omittendum fuit.

aut aliter hanc rem] *aut per conditionem aut aliter hanc* I.

absentes] *abscentes* Vind. Mon., sed in Vind. litterae *c* punctum inferius subiectum est.

leges] *legem* I.

emtorem] *exemptorem* I.

donationem] *donatorem* I.

res] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Pro *tales res* I. habet *res tales*. Gr. τὰ πράγματα.

habet] Sic Vind. Berol., in quo quidem a prima manu subiicitur *tres*, quod eadem manus punctis subiectis notavit. Mon. *habeat*.

eas habere] Quae abhinc usque ad vocem *decursum* habentur, in Vind. tantum a sec. manu adscripta sunt. Versus unus et dimidius vacui relicti erant.

videlicet] Sic Mon. Berol., deest in Vind.

praesentes] In Vind. subiicitur *videlicet*, quod in reliquis et I. hoc loco non est, nec Graecis firmatur. Gr. τῆς δεκαετίας δηλονότι ἐπὶ τῶν παρόντων.

vicennii] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem antea est *di*, quam quidem syllabam iam prima manus punctis subiectis delevit.

decursum] *discursum* Mon. Berol. I. *disc9sum* Vind. Gr. παραδρομήν.

rerum] Haec vox in Vind. bis scripta, sed sec. vice punctis subiectis deleta est.

et quia] Sic Vind. Mon. I. *ex quia* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. καὶ ὅτι.

iubemus] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I. Gr. κελεύομεν.

hunc excludi] *excludi hunc* I.

tricennalem] *tricenalem* Vind.

dicere] Sic Mon. Berol. *discere* Vind., sed litterae *s* punctum inferius subiectum est.

eo] Sic Mon. Berol. In Vind. antea est *q*, cui quidem litterae a sec. manu punctum inferius subiectum est.

qui] Sic Vind. Berol. *quod* Mon., sed sec. m. statim postea adscripsit *qui*.

quando] Sic Vind. I. *qua* Mon., sed lineola superius imposita, in quo quidem sec. manus correxit *quia*. Berol. *quia*, sed hoc a sec. manu scriptum est. Quod Vulgo subiicitur *ipse*, in Hamb. Vind. Mon. Berol. I. deest, est autem in Trid. Port., nec tamen in Graecis habet, quo firmetur.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* I. Vulgo. Gr. ταῦτα.

accepit] Sic Vind. Mon. I. *accipt* Berol., sed litterae *p* lineola inferius traiecta est; secunda tamen manus correxit *accepit*. Gr. ἐκομίσατο.

NOV. CXIV. CAP. VIII. de praescript.] *descript.* I.

ordinare] *ordine* I.

perspeximus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *prospeximus* Vulgo.

in praedicta] *praedictam* Vind. Quae abhinc usque ad verba *alios tantus* leguntur, in Vind. a sec. manu scripta sunt; etenim unus versus et dimidius vacui ab initio relicti fuerant.

temporali] *tpali* Vind., sed lineola superius imposita est.

in quib.] Sic Mon. Berol. *quib.* Vind. Gr. ἐπί τινας.

sit in] *sit* I.

absens, alios tantos ei annos super decennium adiici, quantos ex ipso decennio absens fuit. Haec autem omnia, quae de temporali praescriptione decrevimus, non in praeteritis, sed in futuris et tantum post praesentem legem negotiis atque causis valere praecipimus.

CAP. IX. Quia vero ante hoc legem protulimus, ut testator aut manu propria, aut per testes nomina heredum scribat in testamentis, agnovimus autem ex huiusmodi subtilitate plurima testamenta destructa, testatoribus non valentibus huiusmodi custodire subtilitatem, aut forsan nolentibus scire aliquos suam voluntatem, iubemus, licentiam quidem esse volentibus haec servare in propriis testamentis; si autem et haec non observent, sed secundum priscam consuetudinem testentur, etiam sic firmum esse testamentum sancimus, sive per se aliquis, sive per alterius personam nomen heredis inscripserit, si omnino reliquam legitimam observationem in testamento testator servaverit.

CAP. X. Legem vero, per quam sancivimus, non transferri ad alios res, quae ad nostram domum ex venerabili ecclesia pervenerunt, vacare sancimus tam in his, quae iam ad nostram domum legitime pervenerunt, quam quae postea pervenire futura sunt.

tantos ei] Sic Vind. *tantos* Mon. *ei tantos* Berol. Gr. τοσούτους αὐτῷ.

annos] In Mon. subiicitur hoc loco ei, quod reliquis codd. non firmatur, nec Graecis convenit.

adiici] Sic Vind. Mon. *addici* Berol. *adici* I. Gr. προστεθῆναι.

fuit] deest in I.

decrevimus] *decrenimus* I.

et tantum] Sic Vind. Hamb. I. *tantum* Trid. Port., priori voce *et* omissa. *et tn* Berol., sed lineola superius imposita est, qua re significatur *tamen*. Mon. *et tamen*, quod a sec. manu scriptum est. Gr. καὶ μόνον.

NOV. CXIV. CAP. IX. quia vero] ad marg. Mon. Berol. *de testatore non cogendo sua manu propria testium* (*vel testium* Mon.) *nomina heredum* (*vel heredum nomina* Berol.) *scribere*.

ante hoc] Sic Vind. Berol. Hamb. I. *ante* Mon., ad cuius marginem quidem a sec. manu adscriptum est *h'*. Vulgo *ante hac*. Trid. Port. *ante hanc*. Gr. πρὸ τούτου.

testator] Sic Mon. Berol. *testatur* Vind., sed sec. manus correxit in cont., ut supra. Gr. τοὺς διατιθεμένους.

testamentis] Sic Vind. Berol. Hamb. I. *testamento* Port. Trid. Gr. ταῖς διαθήκαις.

subtilitate] Sic Mon. Berol. *suptilitatem* Vind.

licentiam quidem] Sic Vind. *quidem licentiam* Mon. *quidem* Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *licentiam*. Gr. ἄδειαν μέν.

haec] Sic Vind. *hoc* Mon. Berol. I., quod etiam Vulgo est. Gr. ταῦτα.

si autem et haec] Sic Vind. Mon. *autem etiam haec* Berol. *si autem haec* Hamb., sed a sec. manu; prior enim habuit *si haec*. Trid. Port. *si enim hoc*. Vulgo *si vero et hoc*. I. *si autem haec*. Gr. εἰ δὲ καὶ ταῦτα.

observent] *servent* I.

priscam] Sic Vind. Berol. *pristinam* Mon.

consuetudinem] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem prior syllaba *con* a sec. manu deleta est. Gr. συνήθειαν.

etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon.

esse testamentum] Sic Berol. *testamentum esse* Vind. Mon. I. Gr. εἶναι τὴν διαθήκην.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

aliquis] deest in I.

servaverit] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. *servavit* I. *observaverit* Vulgo, quod sane non contemnendum foret, si codd. mss. auctoritate firmaretur.

NOV. CXIV. CAP. X. legem] ad marg. Mon. Berol. haec adscripta sunt: *de rebus immobilibus, quae ad loca venerabilia pertinent*.

sancivimus] *sanccimus* Mon. Berol., sed supra litteram *c* in Mon. a sec. manu littera *u* superius imposita est. Vind. *sanctimus*. Vulgo *sanximus*. Hamb. Trid. Port. *sancimus*. I. *sancivimus*. Gr. ἐθεσπίσαμεν.

alios] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. *alias* Berol. Port. Gr. πρὸς ἑτέρους.

ex] *a* I.

in] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ἐπὶ τοῖς.

his] Sic Vind. Mon. Berol. I. *iis* Vulgo.

quae] Sic Mon. *que* Vind. Berol.

pervenerunt] Sic Vind. Berol. *percvenerunt* Mon., sed priori litterae *p*, quae a sec. m. scripta est, eadem sec. manus lineolam superius imposuit, qua re significatur *prae*. Gr. περιελθοῦσι.

CAP. XI. Si quando autem aliquis testamentum faciat, et aliquam rem immobilem suae familiae aut alteri cuicunque personae nomine legati reliquerit et specialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienari, sed aut apud heredes aut apud successores illius, cui relicta est, permanere, in hoc legato iubemus Falcidiam legem locum penitus non habere, quoniam alienationem eius testator ipse prohibuit. Haec autem obtinere praecipimus in illis casibus, qui nondum iudiciali decreto, aut per amicalem conventum, aut quolibet legitimo modo decisi sunt.

EPILOGUS. Eminentia igitur tua, quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, edictis quidem in hac regia civitate propositis, praeceptis autem ad omnium provinciarum iudices destinatis ad omnium notitiam venire procuret.

[CXV.] GLOSS.

DE ALIENATIONE ET EMPHYTEUSI ET LOCATIONE ET HYPOTHECIS ET ALIIS DIVERSIS CONTRACTIBUS IN UNIVERSIS LOCIS RERUM SACRARUM.

Idem Aug. Petro p. p.

NOV. CXIV. CAP. XI. si quando] Ad marginem Berol. Mon. *si quis familiae vel aliis* (*aliae* Mon.) *personae legatum reliquerit et rei legatae alienationem prohibuerit.*

faciat] *faciet* I.

et] Sic Vind. Berol. *atque* Mon.

immobilem] Sic Vind. Mon. *immobile* Berol., sed sec. manus ultimae litterae *e* lineolam superius imposuit.

reliquerit] Sic Vind. Mon. *reliquerat* Berol., sed sec. manus inde effecit *reliquerit*. Gr. καταλείψῃ.

specialiter] *spitaltr* Berol., sed litteris *il* puncta inferius subiecta sunt lineolaque superius imponitur. Mon. *spualr*, sed prioribus duabus litteris *sp* lineola superius imposita et per litteram *l* circumflexus traiectus est. Gr. ἰδικῶς εἴπῃ.

nullo] Sic Mon. Berol. *in nullo* Vind., quod Graecis non firmatur.

sed aut] Sic Vind. Mon. Berol. Deest vox *aut* Vulgo et in I. Interpres videtur habuisse ἀλλ' ἢ παρὰ τοῖς.

illius] Sic Vind. Berol. *illi* Mon., sed sec. m. scripsit *illius*. Gr. ἐκείνου.

quoniam] Sic Vind. Berol. *qn* Mon., lineola quidem superius imposita, sed sec. manus scripsit *quoniam*. Gr. ἐπειδή.

ipse] Sic Vind. Berol. I., deest in Mon. Gr. αὐτός.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. Gr. ταῦτα.

nondum] Sic Vind. Mon. *non* Berol. Gr. μήπω.

amicalem] Sic Vind. Mon. *amicabilem* Berol. I. Gr. φιλικήν.

conventum] *conventionem* I.

legitimo modo] Sic Vind. Mon. Berol. *modo legitimo* Vulgo. *alio modo* I. Gr. νόμιμον τρόπον.

NOV. CXIV. EPIL. igitur tua] Sic Vind. Mon. *tua igitur* Berol. Gr. τοίνυν ἡ σή.

quae] Sic Vind. Berol. *qua* Mon., sed lineola superius imposita. Gr. ἅ.

in perp.] *imperp.* I.

valituram] Sic Berol. Vulgo. *valitura* Vind. Mon. Gr. κρατήσοντος. An vero dicendum, interpreti ob oculos fuisse κρατήσαντα?

omnium] Sic Berol. *omnia* Vind. Mon. Gr. πασῶν.

procuret] Vulgo subiicitur haec subscriptio: *Datum XIV. Kal. Febr. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XVII. post Basilii cons. anno III.*, quae in Vind. Mon. Berol. Pist. I. non est, ideoque omittenda fuit.

NOV. CXV. CXV.] Deest in Vind. Mon. Berol. I. *const. CXVI.* Vulgo.

de] *R/. de* Mon.

alienatione] *alienationibus* I.

emphyteusi] *emphiteosi* Berol. *emphiteosis* I. Vind. *enphiteoseos* Mon.

hypothecis] *ypothecis* Mon. Berol. I. *ipothecis* Vind.

aliis] Sic Mon. Berol., deest in Vind.

sacrarum] *sacr* Vind., sed litterae *r* circumflexus superius impositus est. *sacrarum R/.* Mon. Berol. *sacrarum Rubrica* I.

Idem Aug.] Sic Vind. Mon. *id. a͞* Pist. Berol. In Neob. tota subscriptio desideratur. Vulgo *imp. Iustinianus aug.* I. *idem a͞*.

p. p.] Sic Pist. Berol., sed sec. manus supra lineam circumflexum imposuit.

PRAEFATIO. Multis et diversis legibus super alienationibus et emphyteusibus et locationibus et reliquae administrationi ecclesiasticarum rerum plantantibus, praevidimus omnes praesenti comprehendere lege.

CAP. I. Sancimus igitur, nullam habere licentiam ordinatores rerum huius regiae civitatis sanctissimae maioris ecclesiae, aut orphanotrophii aut xenodochii aut ptochotrophii aut nosocomii aut aliae venerabilis domus in hac regia civitate sive in eius finibus constitutae, exceptis venerabilibus monasteriis, vendere aut donare aut commutare aut sub alterno dono dare aut quolibet alio modo alienare rem immobilem aut civilem annonam aut rusticum mancipium, nisi ad imperialem domum commutatio sola facta est. Sed neque de colonis iusto dari

Vind. Mon. *ppo*, sed lineola superius imposita est. Vulgo *gloriosissimo Orientalium Praetoriorum praefecto*. I. *preposito*.

NOV. CXV. PRAEF. multis] Sic Vind. Berol. *..ultis* Mon., sed prima littera miniatori relicta fuit, quam is postea neglexit.

emphyteusibus] *emphiteosibus* Vind. I. *enfiteosibus* Mon., quae scripturae diversitas cum ubique redeat, eam hoc loco semel adnotari sufficit.

reliquae administrationi] Sic Hamb. Vind. Mon. Berol. I. *reliquis administrationibus* Vulgo.

ecclesiasticarum] Sic Mon. *ecclesiarum* Vind. Berol. Gr. τῶν ἐκκλησιαστικῶν.

rerum] Sic Vind. Mon. *rebrum* Berol., sed litterae *b* inferius punctum subiectum est. Gr. πραγμάτων.

plantantibus] Sic etiam Contius, qui ad marg. scripsit *in orientibus*. Vind. *plantatibus*. Mon. *plantantibus*, sed sec. litterae *n* punctum inferius subiectum est. Berol. *plantibus*, sed supra priores duas litteras *pl* sec. manus vocem *de* inscripsit. Hamb. *de plantantibus*, Trid. Port. *et de plantantibus*, I. *et de plantatontibus*. Pro φοιτησάντων manifesto interpres sibi habere visus est φυτευσάντων, pro quo Contius voluit φυτησάντων.

praesenti] Sic Vind. Mon. I. *praesente* Berol. Vulgo.

comprehendere] Sic Vind. Mon. *compendere* Berol.

NOV. CXV. CAP. I. PR. sancimus] Ad marginem Mon. a sec. manu adscriptum est: *nulli licere rem ecclesiasticam vendere*.

igitur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *itaque* Vulgo.

hab. licentiam] *licentiam hab.* I.

huius regiae] Sic Vind. Mon. *h9 rei* Berol., sed litteris *rei* puncta inferius subiecta sunt. Ad marginem Berol. sec. manus scripsit *regie*. Gr. κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν.

ecclesiae] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *eccle*, sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. Gr. ἐκκλησίας.

orphanotrophii] *orfantrophii* Mon. *orphanotrofii* Vind., qualem scripturae varietatem, cum ubique redeat, semel adnotasse sufficit. Quod Vulgo postea est *aut nosocomii* et in I. *aut noxocomii*, in Vind. Mon. Berol. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.

xenodochii] *xenodochiis* Berol., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Vind. *xenodoxii*. Mon. *senodochii*.

ptochotrophii] Sic Mon. *ptotrochis* Berol. *ptocotrophii* Vind.

aut nosocomii] Sic Vind. Mon. *aut nosochomii* Berol. Deest in I. et Vulgo. Gr. ἢ νοσοκομείου.

aliae] Sic Vind. Mon. Berol. Supra hanc vocem *aliae* sec. manus in Vind. scripsit *aliis*. Vulgo I. *alterius*.

venerabilis] Sic Berol. *venerabiles* Mon. Vind. Gr. εὐαγοῦς.

domus] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem secunda manus correxit *domi*. Gr. οἴκου.

monasteriis] Sic Vind. Berol. *domibus monasteriis* Mon. Gr. μοναστηρίων.

vendere] Quod Vulgo et in Port. antea est *aut*, in Trid. Hamb. Vind. Mon. Berol. I. non est, cumque nec Graecis firmetur, omittendum esse visum est.

commutare] Sic Mon. Berol. *commutuare* Vind., sed sec. litterae *u* punctum inferius subiectum est.

alterno] *altero* I.

dono dare] Sic Mon. *dono dari* Vind. *dare dono* Berol. Gr. ἐπ' ἀντιδώρῳ διδόναι.

quolibet alio] Sic Vind. Berol. *quolibet* Mon. *alio quolibet* Vulgo I. Gr. οἱῳδήποτε ἄλλῳ.

nisi ad] Sic Vind. Berol. *nisi* Mon., sed supra lineam sec. manus adscripsit *in*. Gr. εἰ μὴ πρός.

sola] Sic Mon. Berol. *solo* Vind. Gr. μόνον.

de colonis] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. Hamb. I. *colonario* Vulgo, quod male ex Graecis correctum est.

quid concedimus. Emphyteuses vero a praedicta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis et memoratorum locorum fieri iubemus in persona eius, qui accepit, et aliis duobus deinceps heredibus, non amplius sexta parte instantis canonis dimittimus ei, qui emphyteusin iure accepit. De competentibus vero proastiis ipsi sanctissimae maiori ecclesiae et nominatis venerabilibus domibus in regia civitate aut in eius regione aut mansione constitutis iubemus, si quidem haec reditus habent, integro canone ab his ordinatoribus, qui regunt ipsa venerabilia loca, in emphyteusin haec secundum praedictum modum accipienti et aliis duabus successionibus dari, et nullam omnino relevationem, sed augmentum fieri. Si vero non habent ipsa proastia aliquos omnino reditus, licen-

iusto] Sic Vind. *iuste* Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *iure* Vulgo. Manifesto interpres vocem δικαίῳ non intellexit.

quid] Sic Vind. Hamb. Trid. *quidem* Mon. Berol. Port. Gr. τι.

emphyteuses] *emphyteosis* Vind. Berol. *emphiteosis* I. *enfiteosis* Mon.

regiae] Sic Mon. Berol. *regia* Vind., sed sec. manus scripsit *regie*. Gr. τῆς βασιλίδος.

memoratorum locorum] Sic Mon. I. Hamb. *memoratorum* Vind. Berol. *commemoratorum locorum* Trid. Port. *commemoratis venerabilibus locis* Vulgo. Interpres vocem εὐαγῶν in Graecis non videtur habuisse, genitivumque casum parum recte iam non a praepositione παρά, sed a sequenti voce ἐκκλησίας pendere credidit.

persona] Sic Hamb. Berol. *personam* Vind. Mon. Trid. Port. Gr. ἐπί τε τῷ προσώπῳ.

accepit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *accipit* Vulgo.

non] Quod Vulgo et in I. antea scriptum est *et*, in Vind. Mon. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.

sexta] *dexta* Vind., sed sec. manus corr. *sexta*. Berol. *de*; deest in Mon., ubi quidem ad marginem a sec. manu adscriptum est *sexta*. I. *de sexta*. Gr. ἕκτης. Atque *de* illud ex Vind. depravata lectione exiisse crediderim, cum nec Graecis firmetur. Caeterum in Vind. syllabae *sexta — tis ca* a sec. tantummodo manu scriptae sunt.

emphyteusin] *emphiteosin* Berol. Reliqui codd. et I. *emphiteosis*. Gr. τὴν ἐμφύτευσιν.

accepit] Sic Vind. Berol. I. *acceperit* Mon. Vulgo.

proastiis] *proaustiis* I.

ipsi] Sic Mon. Berol. *ipsis* Vind. Gr. τῇ αὐτῇ.

ecclesiae] Sic Vind. Mon. *aeccle* Berol., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus est.

regia] Sic Mon. Hamb. I. *hac regia* Vind. Berol. *regia hac* Trid. Port., quam glossam esse et Graeca significant (ἐπὶ τῆς βασιλίδος) et incerta vocis *hac* collocatio facile demonstrat.

aut mansione] Sic Vind. Mon., sed hic quidem a sec. manu. Prima enim habuit *aut mansiones*. Berol. *aut mansionis*. Vulgo uncis inclusa sunt, quia Graecis non firmantur.

haec] Quod Vulgo subiicitur *proastia*, in Vind. Mon. Berol. I. non est. Itaque interpres vocem προάστεια in Graecis non videtur habuisse.

reditus] *redditus* Vind. Mon. I.

habent] Sic Vind. I. *habet* Berol. *habeant* Mon. Vulgo. Indicativum modum etiam Graeca tuentur.

integro] Quod antea Vulgo est *sub*, in Vind. Mon. Berol. I. deest. Caeterum Os. censet legendum *in integro*, qui idem postea a Contio male distingui monet.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

in] Sic Vind., deest in Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I., sed in Mon. tamen a sec. manu adscriptum est. Gr. εἰς. Postea *emphiteosi* Berol. *emphiteosin* I.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid., deest Vulgo. *hanc* Port. *hoc* I. Gr. ταῦτα.

omnino] Sic Vind. Berol. *omino* Mon.

relevationem] *relelationem* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Vind. *revelationem*, sed sec. manus scripsit, ut in cont. In Berol. tantummodo scriptum est *tionem*, sed antea spatium vacuum relictum fuit. Caeterum in hoc ms. abhinc usque ad §i 2. voces *maiori ecclesiae* quae sunt, tantummodo a sec. m. scripta sunt. Gr. κουφισμόν.

sed] Quod Vulgo postea subiicitur *et*, in Vind. Mon. Berol. I. est. Interpres καὶ illud in Graecis non videtur habuisse.

augmentum] Sic Vind. Mon. *argumentum* Berol. Gr. προσθήκην.

habent] Sic Mon. I. *habeant* Vind. Berol. Vulgo. Indicativum modum Graeca tuentur.

proastia] Sic Mon. Berol. *probastia* Vind., quod a sec. manu scriptum est. I. *proaustia*.

tiam praebemus ordinatoribus venerabilium locorum in aliqua quantitate haec, sicut praedictum est, in emphyteusin dare. §. 1. Si vero contigerit quamlibet rem ex aliquo praedictorum venerabilium locorum emphyteutico iure dato aut in imperialem domum aut in sacrum nostrum aerarium aut in civitatem aliquam aut in curiam aut in aliam aliquam venerabilem domum pervenire, licentiam praebemus ordinatoribus venerabilium locorum, a quibus a principio emphyteusis facta est, mox ut pervenerit in unam praedictarum personarum sive ipsa emphyteusis, manifestare suam voluntatem intra biennium, et aut ab his derelinqui eandem rem, ad quos pervenit, et annuam pensionem, quae pacto continetur, inferri, aut hoc recipere, emphyteusi soluta, eo quod hoc sibi prodesse existimant. §. 2. Si vero quaedam sunt loca aut ipsi sanctissimae maiori ecclesiae aut alicui venerabilium domorum competentia, in quibus antiquae habitationes depositae sunt, et ex quibus nullus praebetur reditus, praedictae vero venerabiles domus, quibus competunt loca, haec reaedificare non possunt, licentiam damus ipsis ordinatoribus

reditus] *redditus* Mon. Berol. I.
aliqua] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ἐπί τινι.
haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* I. Gr. ταῦτα.
in] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. εἰς.
emphyteusin] Sic Mon. *emphiteosin* I. Vind., deest in Berol. Gr. εἰς ἐμφύτευσιν.

mui in quolibet loco nostrae reipublicae constitutae aut deteriorem faciat rem, quam quod aut accepit aut post haec acceperit, aut per biennium non intulerit, ab eo promissum emphyteuticum aut locationis canonem, damus licentiam venerabili domui, ex qua locatio aut emphyteusis facta est, et quae debentur solum pro praecedenti tempore, et antiquum statum locatae sive emphyteuticae rei exigi, et eiici de emphyteusi sive locatione, non valente de emponematis actionem aliquam contra venerabiles domos movere. Si vero noluerint praedicti ordinatores expellere eum, exigi quidem eum praecipimus, quae pro locatione sive emphyteusi debere cognoscitur, usque ad definitum vero tempus completum datam sibi rem tenere eum, et, quae placita sunt, dare. Si vero refugiat, licentiam praebemus praepositis eorundem venerabilium locorum

nostrae] Sic Vind. Mon. *nre* Berol., sed lineola superius imposita est.

reipublicae] *reipubli* I.

quam quod] Sic Vind. Mon. Berol. I. Ultima vox *quod* sane Vulgo non est. Gr. ὅπερ. Quod sequitur *aut*, deest in I.

post haec] Sic Vind. Berol. Hamb. *post hec* Mon. *post hoc* Trid. Port. I. Vulgo. Gr. μετὰ ταῦτα.

non] Sic Vind. Mon. I. *in* Berol., cui quidem littera *i* superius imposita est. Sane secunda manus scripsit *nisi*, sed posterior manus *non* supra lineam posuit. Gr. μή.

intulerit] *solverit* I.

ab eo promissum] Sic Vind. Mon. Berol. *qui ab eo promissus est* Vulgo. *quod ab eo promissum est* I. Gr. τὸν παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα.

emphyteuticum] Sic Vind. *emphyteoticis* Mon., sed secunda manus scripsit, quod in contextu. Berol.: *emphiteoticus*. I. *emphiteoticum*. Gr. ἐμφυτευτικόν.

canonem] Sic Vind. Mon. *canone* Berol. Gr. κανόνα.

damus] Sic Vind. Mon. *dabimus* Berol., sed litteris *bi* puncta inferius subiecta sunt. Gr. δίδομεν.

emphyteusis] *emphiteosis* Mon. Berol. I.

solum] Sic Vind. Port. *sola* Mon. *solo* I. Hamb. Trid. *illi* Vulgo.

pro] deest in I.

praecedenti] Sic Vind. Mon. *cedenti* Berol. sed sec. manus litteris *ce* praeposuit praepositionem *prae*. I. *praecedente*. Gr. τοῦ προλαβόντος.

locatae] Sic Mon. *locate* Berol. *locare* Vind. I. Gr. τοῦ μισθωθέντος.

emphyteuticae] Sic Vind. *emphiteotice* Berol. I.

rei] Sic Vind. Mon. I. deest in Berol., sed a secunda manu supra lineam adscriptum est *rei*. Gr. πράγματος.

exigi] Sic Vind. Mon. I. *egi* Berol., sed secunda manus in Berol. correxit *exigi*. Vulgo *exigere*. An pro ἀπαιτεῖν interpres habuit ἀπαιτεῖσθαι?

eiici] *eici* Vind. Mon. Berol., sed priori litterae *e* a secunda manu supra lineam adscriptum est *d*. Vulgo *eiicere* I. *deici*. Pro ἐκβάλλειν interpres videtur habuisse ἐκβάλλεσθαι.

emphyteusi] Sic Vind. Mon. *emphiteosi* Berol. I.

sive] Sic Vind. Berol. deest in Mon. I., sed supra lineam in Mon. a secunda manu scriptum est *l*, sed circumflexo per mediam literam traiecto. Vulgo *sive de*. Gr. ἤτοι μισθώσεως.

valente] Sic Vind. Mon. Berol. *valentem* Vulgo I.

emponematis] Sic Berol. I. *inponematis* Vind. *ponematis* Mon., sed supra litteras *po* secunda manus posuit litteras *em*.

actionem] Sic Vind. Mon. *accne* Berol., sed litteris *cc* circumflexus impositus est, qualis et supra littera *e* est.

venerabiles] Sic Vind. Berol. *venerabilem* Mon. Gr. κατὰ τῶν εὐαγῶν οἴκων.

domos] Sic Vind. Berol. *domum* Vulgo.

ordinatores] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem secunda manus correxit *ordinatoris*. Gr. διοικηταί.

quae] *quo* I.

sive] Sic Vind. Mon. *sue* Berol. Gr. ἤτοι.

emphyteusi] Sic Vind. Mon. *emphiteosi* Berol. I.

cognoscitur] Sic Vind. Mon. *cognoscetur* Berol., sed litterae *e* circumflexus superius impositus est, qua re significatur *cognosceretur*. Gr. γινώσκεται.

definitum] Sic Vind. Berol. *diffinitivum* Berol. Gr. τὸν ὁρισθέντα.

vero] deest in I.

datam sibi] Sic Vind. Mon. Berol. *sibi datam* Vulgo I. Gr. τὸ δεδομένον αὐτῷ.

tenere] *retinere* I.

indemnitatem venerabilibus domibus de eiusdem rebus fieri, non valente neque hic de emponematis aliquid praetendere.

CAP. IX. Sanctissimas vero ecclesias Odessae et Tomeos civitatum praecipimus alienare res immobiles pro captivorum redemtione, nisi sub hac conditione possessiones aliqui eis dederunt, ut nullo modo has alienent. Et hoc autem concedimus, ut Hierosolymorum sanctissima ecclesia licentiam habeat domos competentes ei et positas in eadem sancta civitate vendere, non in minori pretio, quam de pensionibus eius in quinquaginta annis colligitur, ut ex earum pretio reditus meliores emant. Si vero quidam cuilibet venerabili domui sive in hac regia civitate, sive in provinciis positae steriles possessiones donaverint aut vendiderint aut alio modo concesserint aut dereliquerint, iubemus pro

indemnitatem] *indemnitates* Mon. Gr. τὸ ἀζήμιον.

eiusdem] Sic Vind. Berol. *eisdem* Berol. Gr. ἐκείνου.

emponematis] Sic Mon. Berol. Cont. I. *enponematis* Vind. Ad marg. Contii *emphyteumatibus*.

NOV. CXV. CAP. IX. Odessae] *omnes seu* Mon. Trid. Port. Cont. I. *omnes seuis* Vind., sed litteris *uis* puncta inferius subiecta sunt. Hamb. *seu*. Deest in Berol. Gr. Ὀδήσσου.

et Tomeos] *oeconomos* Port. Vind. Cont., qui verba *omnes — nomos* uncis inclusit et ad marginem adscripsit *pro inclusis leg. in manuscript. Odessae et Tomeos*. Trid. *hiconomos*. Hamb. I. *yconomo9* Berol., sed puncta inferius subiecta, supraque lineam adscriptum est *et toncos*. Mon. *economos*, quod quidem sec. manus correxit *yconomos*. Gr. καὶ Τομέως.

civitatum] Hoc et quae sequuntur usque ad vocem *Hierosolymorum*, in Berol. a secunda manu scripta sunt omnia.

captivorum] Sic Vind. Mon. Deest in Berol. Gr. τῶν αἰχμαλώτων.

redemtione] *redemptionem* Mon. *ereptione* Vind. *redemptione captivorum* Berol., quod quidem Graecis repugnat.

aliqui] Sic Vind. Berol. *aliquis* Mon. Gr. τινές.

dederunt] Sic Vind. Berol. I. *dederit* Mon. Gr. ἐδόθησαν.

has] *eas* I.

et hoc] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *at hoc* Vind. *hoc* Port. Vulgo. Gr. καὶ τοῦτο.

Hierosolym.] *ierosolim*. Vind. Mon. *Gerosolim*. Berol. *iherosolim*. I.

sanctissima] Sic Mon. Berol. *sanctissime* Mon., sed secunda manus scripsit, ut in cont. Gr. ἁγιωτάτην.

ecclesia] Sic Vind. Berol. *ecclesie* Mon.

licentiam habeat] Sic Vind. Deest in Mon. Berol., sed in Mon. supra lineam adscriptum est § *licentiam habeat*. Gr. ἄδειαν ἔχειν.

domos] Sic Vind. *domus* Berol. Mon.

competentes] Sic Vind. Mon. *competens* Berol. Gr. προσήκοντας.

et] Sic tres mei codd., Hamb., Trid., deest in Port. Gr. καί.

sancta] Sic Vind. *sanctissima* Berol. *regione sanctissima* Mon. Gr. ἁγίᾳ πόλει. Pro *sancta civ.* I. habet *civ. sancta*.

in minori] Sic Vind. Mon. *minori* Berol. I. *minore* Vulgo. Gr. ἐπ' ἐλάττονι.

eius] Sic Vind. Mon. *eis* Berol. I. sed genitivum casum Graeca requirunt.

pretio] Sic Vind. Mon. *praecio* I. *pcio* Berol., sed priori litterae *p* lineola superius imposita est.

reditus meliores] *redditus meliores* Vind. Berol. I. *meliores redditus* Mon. Gr. πρόσοδον καλλίονα.

emant] Sic Vind. Mon. Berol. I. *emat* Vulgo.

si vero] ad marginem Berol. *si res sterilis aut possessio detur ecclesiis detur ecclesiis*.

cuilibet] Sic Vind. Berol. *civilibet* Mon., sed litteris *vi* puncta inferius subiecta syllabaeque *ci* a secunda manu inscriptum est *ex*. Gr. οἱφδήποτε.

positae] Sic Vind. Mon. *poite* Berol., sed supra lineam lineola posita est.

donaverint] Sic Vind. Berol. *donaverit* Mon. Gr. δωρήσωνται.

vendiderint] *vendiderit* Mon. Gr. πωλήσωσιν.

concesserint] Sic Vind. Berol. *concesserit* Mon.

dereliquerint] *derelinquerint* Vind. Mon. Berol., sed in Vind. Berol. priori litterae *n* puncta inferius subiecta sunt. In Vind. etiam sec. manus scripsit *dereliquerit*. Gr. καταλείψωσι.

talibus rebus nullam laesionem sustinere venerabilem domum, in quam huiusmodi possessiones pervenerunt, aut fiscalium nomine aut alterius cuiuslibet causae gratia praegravari, sed omne huiusmodi onus in dantes et eorum heredes recurrere, necessitatem habentibus recipere datas huiusmodi possessiones, et restituere de propria facultate venerabili domui omne damnum, ex huiusmodi occasione quod ei contigerit. Si vero et talis dolus in re subsecutus est, ut aliquae pecuniae pro hoc venerabili domui darentur, et eas iubemus in proprium lucrum venerabilem domum habere, steriles vero res ei, qui dedit, et heredibus eius omnimodo restitui. §. 1. Ad haec iubemus, ut nulla necessitas sanctissimis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis tam in regia civitate, quam in omnibus nostrae reipublicae provinciis positis inferatur possessiones steriles aut frugiferas ubilibet constitutas emere, ut non inveniantur per hanc occasionem et, quas habent, perdere aut debitis obnoxiare. Si vero quis voluerit rem immobilem nomine usus accipere ab aliqua praedictarum venerabilium domorum (secundum quod superius de vene-

sustinere] *substinere* I.

quam] Sic Berol. Vind. *qua* Mon. I. Gr. εἰς ὅν.

alterius] Sic Vind. Mon. *altius* Berol., sed supra litteras *lt* circumflexus superius impositus est. Deest in I.

cuiuslibet] Sic Vind. Mon. *cuslibet* Berol. *cuiuslibet alterius* I. Gr. οἱασδήποτε.

causae] Sic Mon. Berol. *causa* Mon. Gr. αἰτίας.

eorum] Sic Vind. Berol. *heorum* Mon., sed litterae *h* puncta inferius subiecta sunt.

recurrere] Sic Vind. Berol. *recurere* Berol.

habentibus] *habentebus* Mon., sed sec. m. scripsit, ut in cont. Berol. *abentibus*, sed priori litterae *a* secunda manus litteram *h* superius imposuit.

damnum] Quod Vulgo subiicitur *quod*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, sed a secunda manu lineae impositum est.

huiusmodi] Sic Vind. Mon. I. *husmodi* Berol.

quod ei] Sic Vind. I. *ei* Mon. *qei* Berol., sed inferius per primam litteram *q* circumflexus traiectus, aliusque accentus supra lineam impositus est, qua re significatur *quae*. Vulgo vox *quod* deest.

contigerit] Sic Mon. Berol. *continget* Vind.

si] *siu* Vind.

et] Sic Vind. Berol. *etiam* Mon. Vulgo. I.

talis dolus] *dolus talis* I.

in re] Sic Mon. *iure* Vind. I., sed secunda manus in I. correxit *in re*. Mon. *in te*. Gr. ἐν τῷ πράγματι.

est] *sit* I.

ut] Sic Vind. Berol. *aut* Mon., sed priori litterae *a* punctum inferius subiectum aliudque punctum superius impositum est.

aliquae] Sic Vind. Berol. *aliquem* Mon., sed secunda manus litteris *ali* puncta inferius subiecit supraque lineam adnotavit *et libet*. Sane *et* illud non videbitur esse reiiciendum, cum et in Graecis sit καί τινα.

ven. domui darentur] Sic Vind. Berol. *darentur ven. domui* Mon. I. Gr. τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ δοθῆναι.

venerabilem] Sic Mon. Berol. *verabilem* Mon.

steriles] Sic Mon. Berol. *steciles* Vind.

res] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. πράγματα.

heredibus] Sic Vind. Mon. *in hered.* Berol., quod Graecis non firmatur.

eius] Sic Berol. *eis* Mon. Vind. Gr. αὐτοῦ.

omnimodo] Sic. Vind. I. *omnino* Mon. Berol. Vulgo. Gr. παντὶ τρόπῳ.

NOV. CXV. CAP. IX. §. 1. haec] *hoc* I.

vel aliis] Sic Mon. Berol. *et aliis* I. deest in Vind. Gr. ἢ τοῖς ἄλλοις.

nostrae reipublicae] Sic Mon. Vind. Berol. *nostre rei. pu.* I. *reipublicae nostrae* Vulgo. Gr. τῆς ἡμετέρας πολιτείας.

inferatur] Sic Vind. Berol. *inferantur* Mon. I.

possessiones] Sic Vind. Berol. *possesiones* Mon.

frugiferas] Sic Mon. Berol. *frutiferas* Vind.

aliqua] Sic Vind. Mon. *aliquo* Berol., quod Graecorum tenori repugnat.

praedictarum] Sic Vind. Mon. Berol., in quo sec. manus correxit *praedictorum*.

rabilibus domibus, quae in regia civitate sunt positae, disposuimus), non aliter hoc accipiant, nisi aliam mox rem dominii iure praestiterit venerabili domui, a qua eandem rem accepit, tantum habentem reditum, quantum habet res, quae ei datur, et non maioribus tributis gravatam, quatenus post eius transitum aut tempus, in quo datio usus est placita, non transcendens scilicet eius, qui accepit, vitae tempus, utramque rem integro iure et secundum dominium et secundum usum in ipsam venerabilem domum pervenire. Et haec quidem de immobilibus rebus iubemus.

CAP. X. De sacris autem vasis competentibus sanctissimae maiori ecclesiae regiae civitatis aut aliis venerabilibus oratoriis domibus in qualicunque loco nostrae reipublicae positis generaliter constituimus, ut non aliter haec vendantur aut supponantur, nisi pro captivorum redemtione. Si vero sunt plura vasa in aliqua memoratarum venerabilium domorum, nullum necessarium usum facientia, et contigerit huiusmodi venerabilem locum debitis aggravari, et non sunt aliae mani-

domibus] Sic Vind. I. Mon., deest in Berol. Gr. οἴκων.

sunt positae] Sic Vind. Berol. *positae sunt* Mon. *posite sunt* I.

accipiant] Sic. Vind. Mon. Berol. *accipiat* I. Vulgo. Gr. λαμβανέτω.

mox] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I. Gr. εὐθύς.

rem] Sic Vind. Berol., deest in Mon. *rem mox* I. Gr. πρᾶγμα.

praestiterit] Sic Vind. Berol. *praestitit* Mon. Gr. παράσχοι.

accepit] Sic Vind. Berol. I. *acceperit* Mon. Indicativum modum vel Graecum λαμβάνει firmat.

tantum] Sic Vind. *tn* Mon Berol., sed lineola superius imposita est. In Mon. quidem secunda manus scripsit *tantum*. Gr. τοσαύτην.

reditum] Sic Vind. Mon. *redditum* Berol. I.

quantum] *quant* Mon., sed supra lineam a sec. manu adscriptum est *m*. Gr. ὁπόσην.

gravatam] Sic Vind. Berol. *gravatum* Mon.

quatenus] *quatinus* I.

transitum] Sic Vind. Berol. I. *obitum* Mon. Gr. τελευτήν.

in quo] Sic Vind. Mon. I. *a quo* Berol. *in quod* Vulgo. Gr. ἐφ' ὅν.

accepit] Sic Berol. *acceperit* Vind. Mon. I. Vulgo. Gr. τοῦ λαμβάνοντος.

utramque] *ut utrasque* I.

rem] res I.

integro iure] Sic Vind. Berol. *integram iure* Mon. Gr. ἐπ' ἀκεραίῳ.

dominium] Sic Mon. Berol. *dnii* Vind. Gr. κατὰ δεσποτείαν.

pervenire] Sic Vind. Mon. *perveniret* Berol., sed sec. manus scripsit *pervenire*. Gr. περιελθεῖν.

haec] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. *hoc* Berol. Port. I. Gr. ταῦτα.

quidem] *quod* I.

NOV. CXV. CAP. XI. sacris] Sic Vind. Berol. *sacrosanctis* Mon. Ad marginem Berol. *de sacris vasis cuiusvis ecclesiae vel oratorii sub certa forma alienandis.*

competentibus] Sic Vind. Berol. In Mon. haec vox bis posita est.

ecclesiae] Sic Vind. Mon. *aeccle* Berol., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

regiae] Pro *reg. civ.* I. habet *civ. regie*.

aliis] deest in I.

oratoriis domibus] Sic Vind. *oratorii domibus* Berol. *domibus oratoriis* I. Mon. Gr. εὐκτηρίοις οἴκοις.

nostrae] Sic Mon. Berol. deest in Vind., sed a sec. manu ibi supra lineam positum est *nostrae*. Gr. τῆς ἡμετέρας πολιτείας.

reipublicae] *rei p.* I.

positis] *posite* Vind. Mon. Berol., in quo quidem secunda manus scripsit *positae*. Gr. κειμένοις.

aliter] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἄλλως.

haec] Sic Mon. Berol. *hec* Vind. Pro verbis *haec vendantur* I. habet *vend. haec*.

redemtione] Sic Mon. *ereptione* Vind. Berol. Gr. ἀναῤῥύσεως.

aliqua] Sic Mon. *aliquem* Vind. *aliquo* Berol., sed secunda manus scripsit, ut in contextu. Gr. ἔν τινι.

locum] Sic Vind. Berol. I. *domum* Mon. Gr. τόπον.

aggravari] Sic Mon. Berol. Vind. *praegravari* I.

sunt] Sic Vind. Mon. Berol. *sint* Vulgo. Gr. οὐκ ἔστιν.

manifestae] Sic Mon. *manifeste* Vind.

festae res, de quibus debeant debita reddi, licentiam eis damus, gestis monumentorum, sicut superius dictum est, constitutis, supradicta superflua vasa aut aliis venerabilibus locis necessaria habentibus vendere aut conflare et similiter vendere et eorum pretium in debitum praebere, ut non immobiles res alienentur.

CAP. XI. Si vero praeter haec, quae inserta sunt praesenti legi, contractus fiat super competentibus rebus mobilibus et immobilibus uni memoratarum venerabilium domorum, reddi quidem eidem sanctissimae ecclesiae sive venerabili domui rem, super quam tale aliquid subsecutum est, cum medii temporis fructibus, maneat autem apud eam et pretium aut antidorum aut quod pro permutatione aut alia qualibet occasione ei datum est. Si vero emphyteusis agatur praeter haec, quae disposita sunt a nobis, reddi sanctissimae ecclesiae sive venerabilibus locis eandem rem iubemus, et emphyteutam, secundum quod placitum est, dare, et pactum finire secundum virtutem emphyteuticalium instrumentorum. Si vero donetur res ecclesiastica aut alterius venerabilis domus, et hanc reddi sanctissimae maiori ecclesiae aut aliis venerabilibus locis cum medii temporis fructibus et tantum aliud,

Berol. I. *mobiles* Vulgo. Pro κινητὰ interpres videtur habuisse δῆλα.

eis] Sic Vind. Hamb. Trid. *ei* Mon. Berol. Port. Gr. αὐτοῖς. An vero dicendum interpreti ob oculos fuisse αὐτῷ?

sicut] Sic Vind. Berol. I. *sicuti* Mon. Vulgo.

supradicta] Sic Vind. In Mon. Berol. I. est *praedicta*.

habentibus] Quod Vulgo et apud Contium antecedit *non*, in Vind. Mon. non est cumque nec Graecis firmetur, omittendum fuit. Contius vocem *non* uncis inclusit et ad marginem adnotavit *deest, recte, nam in Graec. est* χρείαν ἔχουσι.

ut non] Sic Vind. Mon. *ut* Berol. Gr. ὥστε μή.

NOV. CXV. CAP. XI. si vero] Ad marginem Berol. *quibus penis subiciatur qui praesentem constitutionem violaverit.*

legi] Sic Vind. Mon. *lege* Berol.

rebus] Sic Mon. Berol. deest in Vind. Gr. πράγμασι.

uni] *in* I.

quam] Sic Vind. Berol. I. *qua* Mon. Vulgo. Gr. ἐφ' ᾧ.

tale] Quae abhinc leguntur usque ad vocem *apud*, in Berol. non sunt, nisi a secunda manu adscripta.

subsecutum] Sic Vind. Berol. *subsecutu* Mon.

temporis fructibus] Sic Vind. Berol. *fructibus temporis* Mon. Gr. χρόνου καρπῶν.

autem] Sic Mon. Berol. *aut* Vind. Gr. δέ.

eam] Sic Vind. Berol., sed secunda manus correxit *eum*. Mon. *eum*. Gr. παρ' αὐτῇ.

pretium] Sic Vind. Mon. *p̄cium* Berol.

antidorum] Sic Vind. Berol. *antidotum* I. *antidorumtorum* Mon., sed prior syllaba *rum* punctis subiectis notata est.

alia] Sic Berol. I. *aliqua* Vind. Mon. Quod praecedit *aut*, in I. plane non est. Gr. ἄλλης.

ei datum est] Sic Vind. Berol. *datum est* Mon., sed secunda manus ultimae voci inscripsit voculam *ei*. I. *datum est ei*, quod etiam Vulgo legitur. Gr. αὐτῷ δεδομένον.

emphyteusis] *emphiteosis* Berol I.

locis] Sic Mon. *domibus* Vind. Berol. *domibus vel locis* I. Vulgo. Gr. τοῖς εὐαγέσι τόποις.

emphyteutam] *emphiteotam* Vind. Hamb. Trid. *emphiteoticam* Berol. *emphiteota* Mon. *emphyteuticum* Port. *emphiteotam* I. Gr. τὸν ἐμφυτευτήν.

pactum] *placitum* I.

dare] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dari* Vulgo.

finire] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. *finiri* Port. Vulgo. Gr. τελεῖν.

emphyteuticalium] *emphiteoticalium* I.

venerabilis] Sic Mon. Berol. *verabilis* Vind.

sanctissimae] Sic Mon. Berol. *sanctissima* Vind., sed supra litteram *a* sec. manus scripsit *e*. Gr. τῇ ἁγιωτάτῃ.

maiori] Deest in Mon. Berol., sed in Vind. est. Gr. μεγάλῃ.

ecclesiae] Sic Mon. Berol. *eccla* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est; caeterum ultimae litterae *a* sec. manus litteram *e* superius imposuit.

locis] Sic Vind. Mon. Berol. *domibus* I. Vulgo. Gr. τόποις.

quantum valebat ipsa res. Si vero hypothecae contra haec detur, creditor quod debetur perdat, et res venerabili loco reddatur, tabellionibus praesumentibus praeter hanc nostram legem talibus ministrare instrumentis perpetuo exsilio condemnandis. Si vero aliquid ante hanc legem secundum antiquas constitutiones factum est, iubemus hoc modis omnibus propriam habere virtutem. Omnia vero, quae contra antiquas leges facta sunt, revocari sancimus, et res, quae contra virtutem earum data est, venerabilibus domibus reddat, et de cetero secundum praesentem legem omnia fieri disponimus, vacantibus post haec omnibus aliis constitutionibus, quae super talibus casibus dudum loquebantur.

EPILOGUS. Eminentia igitur tua, quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, inconvulsa observare festinet, edicto in solennibus et legitimis locis per decem dies proposito, et nullo pro tali occasione in provinciis destinando. Nos enim providimus, quali modo sine collatorum laesione omnibus praesens nostra generalis constitutio manifesta fiat.

valebat ipsa res] Sic Vind. *val. res ipsa* Berol. I. *ipsa res valebat* Mon. Gr. ἄξιόν ἐστι τὸ αὐτὸ πρᾶγμα.

hypothecae] *ypothece* I.

detur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dentur* Vulgo. Crediderim interpreti ob oculos fuisse ὑποθήκῃ δοθείη.

quod] Sic Mon. Berol. *qd* Vind., sed per litteram *d* circumflexus superius traiectus est. Gr. τὸ ἐποφειλόμενον.

debetur] ,Quod Vulgo antea legitur *ei*, in Vind. Mon. Hamb. Berol. I. non est, nec Graecis firmatur, est autem in Trid. Port.

reddatur] Sic Vind. Berol. *reddantur* Mon. Singularem numerum et Graeca tuentur.

praesumentibus] Sic Mon. Berol. *praesentibus* Vind. Gr. θαρροῦντων.

ministrare] Sic Vind. Mon. *ministrat* Berol., sed ultimae litterae *t* circumflexus superius impositus est, quod sec. manus correxit *tur*.

hanc] Vulgo et in I. postea legitur *nostram*, quod in Vind. Mon. Berol. non est.

iubemus hoc modis omnibus] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc iub. omnibus modis* Vulgo. *hoc iub. mod. omnibus* I. Gr. κελεύομεν τοῦτο πᾶσι τρόποις.

habere virtutem] Sic Mon. *bre virtutem* Vind., sed litteris *bre* lineola superius imposita est. Berol. Vulgo I. *virtutem habere*. Gr. ἔχειν ἰσχύν.

leges] Postmodo Berol. habet *antiquas*, quod a sec. manu deletum est.

revocari] Sic Vind. Berol. *revocare* Mon. Gr. ἀνατραπῆναι.

quae] Sic Vind. Mon. *que* Berol.

virtutem] Sic Vind. Berol. *hec virtutea* Mon., sed supra ultimam litteram *e* sec. manus circumflexum superius imposuit. Gr. παρὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν.

venerabilibus] Sic Mon. Berol. *venabilibus* Vind.

reddat] Sic Vind. Mon. *reddatur* Berol. Gr. ἀναδίδοσθαι.

disponimus] Sic Vind. Berol. *disposuimus* Mon. I. Gr. διατυποῦμεν.

post haec] *praeter haec* Vind. Berol. I. *post hanc* Mon. *post hac* Vulgo. Gr. μετὰ ταῦτα.

omnibus aliis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *aliis omnibus* Vulgo. Gr. πασῶν τῶν ἄλλων.

talibus] *dotalibus* I.

casibus] Sic Mon. Vind., deest in Berol. Gr. θέμασιν.

NOV. CXV. EPIL. legem] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. διὰ τοῦ παρόντος νόμου.

in] Sic Vind. Mon. Berol. I., deest Vulgo. Gr. εἰς τὸ διηνεκές.

valituram] *valitura* I.

sanxit] *sancxit* Vind. Mon. *sancx* Berol., sed ultimis litteris *cx* lineolae superius impositae sunt.

proposito] Sic Vind. Mon. *praeposito* Berol. *posito* I. Gr. προτιθεμένων.

provinciis] Sic Vind. Berol. *provincias* Mon. Gr. ἐν ταῖς ἐπαρχίαις.

destinando] Sic Vind. Berol. *destinacndo* Mon., sed litterae *c* punctum inferius subiectum est.

enim] Sic Vind. Mon., deest in Berol.

providimus] Sic Vind. Mon. I. *praevidimus* Berol. *providemus* Vulgo. Gr. προνοοῦμεν.

laesione] Sic Vind. Mon. *lesione* Berol.

nostra] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ἡμῶν.

fiat] quod Vulgo subiicitur haec inscriptio: *dat. VII. id. Maii Constant.*

[CXVI.]

GLOSS.

UT IUDICES NON EXSPECTENT IUSSIONEM, SED, QUAE VIDENTUR EIS, DECERNANT.

Idem aug. Gabrielio p. p.

PRAEFATIO. Quoniam quidam iudicantium post multa litis certamina et plurima litigantibus facta dispendia in negotiis apud eos motis suggestionibus utuntur ad nostram tranquillitatem, praesenti generali lege hoc perspeximus emendare, ne dilationes negotiis ex hoc fiant, et aliud rursus principium examinationes accipiant.

CAP. I. Iubemus igitur, nullum iudicantium quolibet modo vel tempore pro causis apud se propositis nunciare ad nostram tranquillitatem, sed examinare perfecte causam, et quod eis iustum legitimumque videtur, decernere, et si quidem partes cessaverint in his, quae decreta sunt, exsecutioni contradi sententiam secundum legum virtutem. Si autem aliquis putaverit ex prolata novissima sententia se laesum, appellatione utatur legitima, et hoc secundum ordinem legibus definitum examinetur, et perfectum suscipiat terminum. Si autem duo vel amplius fuerint cognitores litis, et aliqua inter eos emergat disso-

imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XVIII. post Basilii V. C. cons. anno III, ea in Vind. Mon. Pist. Perol. I. non est.

NOV. CXVI. CXVI.] Deest in Vind. Mon. I., etiam in ms. sancti Laurentii Escurialis, cuius varietatem iam supra commemoravimus signo *Escur.* Vulgo *const. CXVII.* Caeterum in Mon. tota haec Novella in appendicem coniecta est, ibique tertium locum obtinet.

exspectent] quod Vulgo et in I. subiicitur *sacras,* in Vind. Escur. non est.

iussionem] Sic Vind. *iussiones* Vulgo I., qui non habent verba *sed quae—decernant.* Escur. *iussiones sacras,* qui nec sequentem vocem *sed* habet.

Idem aug.] *id. a.* Mon. Pist., sed linea superius imposita est. Vind. *id. aug.* Vulgo *imp. Iustinianus aug.* I. *idem.*

Gabrielio] Sic Vind. Pist. Escur., sed in Mon. haec vox cum reliqua inscriptione deest. Vulgo I. *Gabrieli.*

p. p.] *pp̄* Pist. *ppo* Vind., sed lineola superius imposita est. Vulgo *gloriosissimo praetoriorum praefecto.* I. *ppo.* ut et Escur.

NOV. CXVI. PRAEF. quidam] Sic Mon. I. *quidem* Vind.

iudicantium] *iudicanti* Vind. *iudicantibus* Mon. Gr. δικαστῶν.

multa] deest in I.

litigantibus] Sic Vind. Mon. *a litigantibus.* Vulgo I. Gr. τοῖς δικαζομένοις.

tranquillitatem] Sic Vind. *legem vel ad tranquillitatem* Mon. Gr. πρὸς τὴν ἡμετέραν γαληνότητα.

praesenti] Sic Vind. Mon. I. *praesente* Vulgo.

generali lege] Sic Mon. Vulgo. *lege generali* Vind. I. Gr. γενικῷ νόμῳ.

hoc] Sic Mon. *hec* Vind. Gr. τοῦτο.

examinationes] Sic Vind. Hamb. *examinationis* Trid. Port.

NOV. CXVI. CAP. I. nullum] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. *nulli* Port. Gr. μηδένα.

nunciare] Sic Mon. *nuntiare* Vind. I.

eis] Sic Vind. Mon. *ei* Hamb. Trid. I. Gr. αὐτοῖς.

legitimumque] Sic Mon. Vind., in quo vox *que* a sec. manu scripta est. Gr. καὶ νόμιμον.

his] Sic Vind. Mon. I. *iis* Vulgo.

decreta] Sic Mon. Berol. *decerta* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. τοῖς κεκριμένοις.

sunt] Sic Mon. I. Deest in Vind.

contradi] Sic Vind. Mon. Hamb. *tradi* Vulgo. Trid. Port. I.

prol. nov.] *nov. prol.* I.

appellatione] Sic Vind. Berol. *appellioe* Mon., sed ultimis tribus litteris lineola superius imposita est. Gr. ἐκκλήτῳ.

hoc] Sic. Mon. I. *haec* Vind.

legibus] deest in I.

definitum] Sic Vind. *diffinitum* Mon. *diff. legibus* I. Gr. διωρισμένην.

vel] *aut* I.

sic] Sic Vind., deest in Mon. *sicut* I. Gr. οὕτω.

nantia, etiam sic iubemus unumquemque horum secundum quod videtur ei suam dare sententiam.

EPILOGUS. Quae igitur per praesentem legem in perpetuum valituram nostra tranquillitas definivit, tam tua celsitudo, quam omnes alii iudices maiores et minores custodire festinent, ut nullus penitus ignoret, quae pro utilitate nostrorum collatorum a nobis disposita sunt, ita tamen, ut universis interdicatis propria praecepta, quatenus sine ullo iniusto dispendio nostris collatoribus insinuatio legis praesentis fiat. *Dat. XV. Kal. Ian. Constant. imp. DN. Iustiniano pp. aug. anno XVII. post cons. Basilii V. C. anno II.* (543.)

[CXVII.] GLOSS.

UT LITIGANTES IURENT, QUIA NEQUE PROMISERUNT DARE IUDICIBUS, NEQUE DABUNT; ET DE SPORTULIS;

horum] Sic Vind. Mon. I. *eorum* Vulgo.

quod] *qd* Vind., sed litterae *q* inferius lineola litteraeque *d* superius circumflexus traiectus est. Gr. κατὰ τὰ φαινόμενα.

videtur ei] *ei videtur* I.

suam dare] Sic Vind. Mon. I. *dare suam* Vulgo. Gr. τὴν ἰδίαν διδόναι.

NOV. CXVI. EPIL. def.] *diff.* I.

tam] *tn* Mon., sed lineola superius imposita est. Vind. *tc*, sed lineola superius posita. Illo signo *tamen*, hoc autem *tunc* significatur.

quam] Sic Mon. *qm* Vind., sed lineola superius imposita, qua re Vulgo significatur *quoniam*.

festinent] In Vind. Mon. I. non est, quod Vulgo postea legitur: *edictis quidem in hac regia urbe solenniter a celsitudine tua propositis, praeceptis vero ad provinciarum clarissimos iudices missis.*

utilitate] Sic Vind. *hutilitate* Mon.

sunt] Sic Vind. deest in Mon.

interdicatis] Sic Mon. Hamb. I. *interdictis* Vind. Trid.

propria praecepta] Sic Vind. Mon. Hamb. *per propria praecepta* Trid. I. *proprio praecepto* Vulgo.

quatenus] Sic Hamb. Vind. Mon. *qua* I., deest in Trid.

sine] Sic Vind. *sn* Mon., sed lineola superius imposita est.

ullo] Sic Vind. Mon. *iusto ullo* Hamb.

iniusto] Sic Vind., deest in Mon.

insinuatio] Sic Vind. Berol. *insinuato* I. Mon., in quo quidem ultimis litteris lineola superius imposita est.

Dat.] Haec subscriptio deest in Vind. Mon. Pist. I., est in Par. 4429., qui habet *data*, et in altero codice regio Berolinensi, de quo vide Bieneri hist. Novv. p. 524., quem hoc signo *Berol. A.* significabimus.

Ian.] *Ianuar.* Par.

Constant.] *Constantinopoli* Par. *Cp.* Berol. A.

imp.] *imperante* Par.

DN.] *domino* Paris., deest in Berol. A.

Iustiniano] Sic Par. *Iustiniani* Vulgo. *Iust.* Berol. A.

pp. aug.] *perpetuo augusto* Par. deest in Berol. A.

anno] *annos* Par.

XVII] XXIII. Par. *XVIII.* Berol. A. Vulgo. Quod si retineamus, postea *V. C. ann. III.* scribendum erit, quod iam Bienerus l. c. p. 524. monuit. Ego quare *annum XVII.* praetulerim, in causa est et Theodori nota [in Ἀνεκδ. ed. Zachariae p. 134.] ὑπατείᾳ Βασιλείου τὸ β'. et Athanasii [Ἀνεκδ. ed Heimbach tom. I. p. 60.] auctoritas: βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ις, quod jam non ex ις', sed ex ιζ' ortum videtur esse. Longe aliam subscriptionem exhibet Escur. *dat. VII id' mai cp. imp. n. Iust. pp. cog. ann. XIII. p̄. c̄. bas. vc. an. V.*

cons.] *consulatum* Par.

Basilii] *Basili* Par.

V. C.] *uo clarissimo* Par.

anno] Sic Par. *ann.* Berol. Vulgo.

II.] Sic Par. Berol. *III.* Vulgo., de quo supra dictum est.

NOV. CXVII. CXVII.] Deest in Vind. Mon. I. Berol. *Const. CXVIII.* Vulgo. Ad marginem Mon. adscriptum est: *const. III.* Ad marginem Vind. ab antiqua manu scriptum est: *hic debet esse ut iudices non exspectent.* Paulo infra Glossa Accursiana scripsit: § *hic debet esse, ut iudices non expectarent sacras iussiones Acc.*

iurent] Quod Vulgo postea est *in exordio litis*, in Vind. Mon. Berol. non est. I. *in exordio litis iurent.*

promiserunt] Sic Vind. Mon. *promiserint* Berol.

ET UT QUAE IUBENTUR, REFERENDARII COMPLEANT, ET NON MISCEANT SEMETIPSOS CAUSAE, ET PER SE EXSEQUANTUR.

Idem Aug. Petro p. p.

PRAEFATIO. Praesentem legem proferimus, ut et iudicum puritas appareat et non valeat litigantium suffragium circumvenire leges.

CAP. I. Iubemus igitur, quoties apud quoscunque iudicantes aut administratores lites aut appellationes examinantur, prae omnibus principales litigantium personas aut illos, ad quos in medio negotium forte migraverit, praesentia iudicum, tangentes sancta evangelia, iurare, quia nihil penitus iudicibus aut patrocinii causa ipsis, vel alii cuicunque personae pro hac causa quolibet modo dederunt aut promiserunt aut postea dabunt vel per se, vel per aliam quamcunque mediam personam, exceptis his, quae propriis advocatis pro patrocinio praestant, aliisque personis, quae nostrae leges dari disposuerunt. Hoc autem servari

et ut] *et ut non* Mon. *ut et* Vind. *ut* Berol. *et* I.
iubentur] Sic Vind. Mon., deest in Berol.
referendarii] Sic Vind. Berol. *referendorum* Mon., sed sec. manus scripsit *referendarii*.
semetipsos] Sic Vind. Berol. *se ipsus* Mon. I.
per se exsequantur] Sic Vind. Berol. *se ex persequantur R/.* Mon., sed syllabae *seq* supra lineam adscriptum est: *exe.* I. *per se exequantur Rubrica.*
Idem Aug.] Sic Vind. *id. a.* Mon. Pist. Neob. Berol., sed lineolis superius impositis. Vulgo: *imp. Iustinianus aug.* I. *idem ā.*
Petro p. p.] *petro pp̄ɐ.* Vind. *petro pp̄.* Mon. Neob. *pp̄. petro* Berol. Desunt in Pist. *Petro gloriosissimo sacrorum praetoriorum praefecto* Vulgo. *Petro pp̄o.* I.

NOV. CXVII. PRAEF. legem proferimus] Sic Vind. Berol. *ponimus legem* Mon. Gr. νόμον προφέρομεν.
et] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. καί.
iudicum] Sic Vind. Mon. *iudicium* Berol.
valeat] Sic Vind. Mon. *valeant* Berol.
suffr.] Postmodo in Vind. solo subiicitur *et puritas*, quae quidem verba reliquis libris manu scriptis non firmantur, et ex superioribus videntur esse repetita.
leges] *lege* Vind. Mon. *leges leges* Berol., sed sec. vice vox *leges* deleta est. Gr. τοὺς νόμους.

NOV. CXVII. CAP. I. quoties] *quotiens* Vind. Mon. *quociens* Berol., deest in I.
administ.] Hamb. I. *administrantes.*
lites] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem sec. manus correxit *litis.* Gr. δίκας.
quos] Sic Vind. Mon. *quoscunque iudicantes* Berol., sed litteris *cunque iudicantes* puncta inferius subiecta sunt. Gr. εἰς οὕς.
medio] Sic Mon. *medium* Vind. Berol. I. Gr. ἐν μέσῳ.
negotium] Pro verbis *forte negotium* I. habet *neg. forte.*
praes.] *praesentiam* I. Quod Vulgo antea est *in*, in Vind. Mon. Berol. deest.
evangelia] Sic Vind. Berol. *evangelica* Mon. Gr. εὐαγγελίων.
quia] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quod* Vulgo.
aut patrocinii] Sic Vind. Mon. Berol. I. Prior vox *aut* Vulgo sane non est Interpres videtur habuisse ἢ προστασίας χάριν.
alii] Sic Mon. *aliis* Vind. Berol., in quo quidem ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Gr. ἄλλῳ.
aliam] Sic Vind. Mon., deest in I. *alium* Berol., sed sec. manus scripsit *aliam.*
quamcunque mediam] Sic Berol. Vulgo. *quamc. aliam med.* I. *mediam quamcunque* Vind. Mon. Gr. οἱουδήποτε μέσου.
his] Sic Vind. Mon. Berol. *iis* Vulgo. *hiis* I.
propriis] Sic Vind. Mon. *proprius* Berol., sed. sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. τοῖς ἰδίοις.
quae] Sic Mon. Hamb. I. *que* Vind. *quibus* Vulgo., quod et in Trid. et Port. est. Deest in I.
hoc] Sic Vind. Mon. *haec* Vulgo. *hec* I. Gr. τοῦτο.
serv. praecip.] *praecip. observ.* I.

praecipimus et in sacro nostro consistorio, quando consultationes intromittuntur, ut sub praesentia sacri senatus memorata sacramenta praestentur. Si autem, ut contingit, aliqui litigantium nequeunt ad iudices advenire, tunc iubemus, praesentes quidem iurare praedictum iusiurandum, ad absentes autem dirigi ex officiis ministrantibus aliquos cum adversa parte, ut eis praesentibus memorata sacramenta similiter praebeantur; si vero mulier fuerit, quae propter honestatem vitae extraneis viris se monstrare non consuevit, tunc et absente adversario ex officio missos memorata suscipere sacramenta. Si autem abesse partes in aliis locis contingat aut unam earum, praecipimus, absentem in provincia, in qua deget, iusiurandum a nobis modo dicto sub gestis monumentorum apud iudicem provinciae aut apud locorum defensorem praebere. Illo videlicet generaliter observando, ut, si quis litigantium absens aut praesens huiusmodi iusiurandum praebere noluerit, et hoc manifestetur iudici, per sententiam eius actor quidem casum actionis, reus autem condemnationem sustineat.

CAP. II. Si quis autem ex litigatoribus dixerit, dedisse alicui aut promisisse, et personam declaraverit et hoc probaverit, ipse quidem in eventu litis veniam mereatur, qui vero accepit, aut promissio-

et in] Sic Vind. Berol. Prior vox *et* in Mon. non est. Gr. *καὶ ἐν*.

quando] Sic Vind. Mon. *qm* Berol., lineola superius imposita, sed sec. manus correxit *qn* lineola superius imposita, qua re significatur *quando*.

ut] Sic Vind. Mon. *aut* Berol., quod sec. manus correxit *ut*. Gr. *ὥστε*.

memorata] Sic Vind. Mon. Berol., in quo priori litterae *m* circumflexus superius impositus est.

ut] In Berol. *n* subiicitur, lineola superius imposita, qua re significatur *non*, quam quidem rem sec. manus delevit, nec sane Graeca agnoscunt.

contingit] Sic Vind. I. *contigeit* Mon., sed ultimis duabus syllabis circumflexus superius impositus est. Berol. *contigit*, sed litteris *it* circumflexus superius iniectus est.

aliqui] Sic Mon. Berol. I. *aliquid* Vind., sed ultima littera *i* a sec. manu scripta est. Gr. *τινές*.

advenire] Sic Mon. Berol. I. Vind., in quo quidem prioribus litteris *ad* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo *venire*. Gr. *παραγίνεσθαι*.

ad absentes] Sic Mon. Berol. *abscentes* Vind. Gr. *πρὸς τοὺς ἀπόντας*.

aliquos] Sic Vind. Berol. *aliquis* Mon., sed sec. manus scripsit *aliquos*. Gr. *τινας*.

parte] Sic Vind. Mon. *pate* Berol., sed litterae *a* circumflexus superius impositus est.

praebeantur] Sic Vind. Berol. *praebeant* Mon. Gr. *παρέχεσθαι*.

consuevit] Sic Vind. Berol. *consueverit* Mon. Gr. *εἴωθε*.

absente] Sic Mon. Berol. *abscente* Vind.

in provincia] Sic Vind. Vulgo. *in provintia* I. *provinciam* Mon. Berol. Gr. *ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ*.

in qua] Sic Vind. Berol. *qua* Mon. Gr. *ἐν ᾗ*.

deget] Sic Vind. Mon. Berol. *degit* Vulgo I. Gr. *διάγει*.

a nobis modo] Sic Mon. *modo a nobis* Vind. Berol. I. Sane Gr. *παρ' ἡμῶν τρόπον*.

locorum defensorem] Sic Vind. *locorum defensores* Mon., sed sec. manus correxit, ut in cont. Berol. *defensioe locorum*, sed litterae *i* punctum subiectum sequentibusque *oe* circumflexus superius impositus est. *defensorem locorum* I. Gr. *παρὰ τῷ τῶν τόπων ἄρχοντι*.

gen. obs.] Sic Vind. Mon. *obs. gen.* Berol. Gr. *γενικῶς παραφυλαττομένου*.

absens] Sic Mon. Berol. I. *abscens* Vind., sed sec. manus litterae *c* punctum inferius subposuit.

aut] Sic Vind. Mon. I. *vel* Berol.

huiusmodi] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. *τὸν τοιοῦτον*.

iusiurandum] Sic Mon. Berol. *iurandum* Vind., sed sec. manus supra lineam adscripsit *ius*. Gr. *ὅρκον*.

sententiam] *praesentiam* I.

NOV. CXVII. CAP. II. litigatoribus] *litigantibus* I.

dedisse] Sic Vind. Mon. Hamb., deest in Berol. *se dedisse* Trid. Port. Vulgo. *dedisse se* I. Gr. *δεδωκέναι*.

declaraverit] *declaravit* I.

in eventu] Sic Vind. Mon. *e inventu* Berol., sed litterae *e* puncta inferius subiecta sunt. *in eventum* I. Gr. *ἐπὶ τῇ τῆς δίκης ἐκβάσει*.

nem suscepit aut ei probatur, si quidem pecuniaria sit causa, quod quidem datur triplum, quod vero promittitur duplum a comite privatarum exigatur, et dignitatem seu cingulum, quod habet, in utroque casu amittat. Si autem criminalis sit accusatio, confiscationem propriae substantiae patiatur et mittatur in exsilium, qui propter acceptionem alienum crimen in se transponi festinavit. Si vero datum aut promissum litigator probare nequiverit, iuret persona, quae datum aut promissum dicitur suscepisse, quia neque per se neque per aliam personam aut accepit aliquid aut promissionem habuit, et hoc praebito sacramento ipse quidem liber sit; litigator autem, qui non potuit ostendere, in pecuniariis quidem causis aestimationem litis a comite privatarum exigatur, lite quippe eventum proprium sustinente, in criminalibus autem confiscationem suarum rerum sustineat, et causa apud competentes iudices secundum legum ordinem terminetur. Si autem a litigatore manifestatur persona, quae memoratum refutaverit iusiurandum,

suscepit aut ei probatur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *suscepisse probatur.* Vulgo.

si] Sic Vind. Mon. *et si* Berol., sed prior vox *et* punctis subiectis notata est, quae sane nec Graecis firmatur. Gr. εἰ μέν.

quod quidem] Sic Vind. Mon. Berol. *quidquid* Vulgo I. Gr. τὸ μὲν διδόμενον.

privatarum] Sic Vind. Hamb. Berol. I. Mon. in quo quidem a sec. manu adscriptum est *rerum.* Vulgo *rerum privatarum.* Gr. τῶν πριβάτων.

si autem] Sic Mon. Berol. *si vero* Vind.

propriae substantiae] Sic Vind. Mon. *proprie sube* Berol., sed per litteram *b* circumflexus superius traiectus est.

mittatur] Sic Vind. *mittant* Mon., sed sec. manus scripsit *mittatur.* Berol. *mutatur*, quod sec. manus correxit *mittatur.* Gr. πεμπέσθω.

exsilium] Sic Vind. Berol. *auxilium* Mon., sed sec. manus scripsit *exilium.* Gr. εἰς ἐξορίαν.

propter] Sic Vind. Berol. *per* Mon., sed ad marginem Mon. signum est *pp*, lineola inferius traiecta, qua re significatur *propter.*

vero] Sic Vind. Mon. Berol. *autem* Vulgo I.

probare] Sic Mon. Berol. *probaverit* Vind., sed ultimis sex litteris puncta inferius subiecta sunt, et supra litteram *b* a sec. manu littera *a* posita est. Gr. δεῖξαι.

iuret] Sic Mon. Berol. Vind., in quo ultima littera *t* a sec. manu scripta est.

persona] Sic Vind. Mon. Berol., in quo ultimae litterae *a* circumflexus superius impositus est, quem sec. manus delevit.

neque per se] Sic Vind. *nec per se* Mon., desunt in Berol. Gr. οὐδὲ δι' ἑαυτοῦ.

neque] Sic Vind. Berol. *nec per* Mon.

aliquid] Sic Berol., deest in Vind. Mon. I. Gr. ἔλαβέ τι.

ipse] *et ipse* I.

qui non] Sic Mon. Berol. *quae non* Vind. Gr. ὁ δὲ λιτιγάτωρ ὁ μή.

aestimationem] Sic Vind. *extimationem* Mon. I. *estimationem* Berol. Gr. τὴν ἀποτίμησιν.

privatarum] Sic Vind. *privatorum* Berol. *rerum privatarum* Vulgo. *privatarum rerum* Mon. I. Gr. τῶν πριβάτων.

sustinente] *sustinentes* I.

autem] Quod Vulgo postea est *causis*, in Vind. Hamb. Mon. Berol. I. desideratur, est autem in Trid. Port. Quum Graecis non firmetur, omittendum esse visum est.

sustineat] *substineat* I.

causa] Sic Vind. Berol. *causae* Vulgo. *cause* I. Gr. τὸ πρᾶγμα.

competentes iudices] Sic Vind. Berol. *competentem iudicem* Mon. Gr. παρὰ τοῖς ἁρμοδίοις δικασταῖς.

legum ordinem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ordinem legum* Vulgo. Gr. τὴν τῶν νόμων τάξιν.

terminetur] Sic Vind. Berol. *terminentur* Vulgo.

autem] Quod Vulgo subiicitur *quae*, in Vind. Mon. I. deest, nec sane Graecis firmatur.

manifestatur] Sic Vind. Mon. Berol. *manifestetur* Vulgo. I.

persona] Sic Vind. Mon. *persone* Berol., sed sec. manus correxit *persona.* Supra lineam autem a sec. manu impositum est *que.*

quae] Sic Mon. I., deest in Vind. Berol., sed in utroque supra lineam a sec. manu adscriptum est *quae.* Deest Vulgo.

tam in criminalibus, quam in pecuniariis causis memoratis subiaceat poenis. Si quis autem litigantium iuraverit non dedisse aut promisisse, intra decem vero menses post prolatam sententiam numerandos ostendatur dedisse aut promisisse, memoratae poenae et contra dantes et contra accipientes habeant locum. In causis autem, quae per tutores aut curatores aguntur, sacramenta quidem tutores aut curatores praestent. Si qua vero memoratarum poenarum locum habuerit per talia sacramenta, hanc tutores aut curatores sustineant, nullo ex hoc praeiudicio generando his, qui sub tutela aut cura esse noscuntur.

CAP. III. Et hoc quoque praecipimus ab omnibus iudicibus, tam militaribus quam civilibus, in omni loco nostrae reipublicae custodiri, ut neque magistrianis neque praefectianis neque alio cuicunque exsecutori concedant aliquid amplius a quacunque persona sportularum nomine percipere, quam nostris legibus declaratum est, nec si sacram nostrae tranquillitatis proferant iussionem. Sed si quidem invenerint

pec.] *pecc.* Berol.

memoratis] Sic Mon. Berol. *memora causi* Vind., sed sec. manus litterae *a* priori superscripsit *tum* et voci *causi* puncta inferius subiecit. Gr. ταῖς μνημονευθείσαις.

si quis autem] Sic Vind. Mon. I. *si quis* Berol., sed supra lineam a sec. manu adscriptum est *autem*. Gr. εἰ δέ τις.

promisisse] Sic Vind. Berol. *non promisisse* Mon. I. Vulgo. Gr. ἢ ἐπαγγεῖλασθαι.

decem vero] *X. decem vero* Berol. *vero X.* Vind. I. *decem et novem vero* Mon., in quo quidem sec. manus voces *et vocem* delevit.

prolatam] Sic Vind. Berol. *propalatam* Mon., sed sec. manus litteris *pa* puncta inferius subiecit.

dedisse] Quod Vulgo subiicitur *aliquid*, deest in I.

aut promisisse] desunt in Mon. Vind. I. *aut promisse intra X.* Berol., quae punctis subiectis notata sunt omnia. *aliquid aut promisisse* Vulgo. Gr. ἢ ὑποσχεθέν.

memoratae] Sic Mon. Berol. *meorate* Vind.

poenae] *pene* I.

habeant] Sic Vind. Berol. *habeat* Mon.

aguntur] Sic Mon. I. *agantur* Vind. Quae abhinc usque ad finem huius lineae sunt *curatores*, in Berol. plane desunt, sed a sec. manu supra lineam haec adscripta sunt: *aguntur sacramenta tutores quidem aut curatores.*

quidem tutores] Sic Mon. Berol. *tutores quidem* Vulgo. Gr. τοὺς μὲν ὅρκους οἱ ἐπίτροποι.

si qua] Sic Vind. Mon. Berol. I. *si quae* Vulgo.

memoratarum] Sic Vind. Mon. I. *memoratorum* Berol.

habuerit] *habuit* I.

hanc] Sic Mon. Berol. I. *hac* Vind. Gr. ταύτην.

aut] Sic Vind. Mon. *vel* Berol.

praeiudicio] Sic Vind. Mon. *praeiuditio* Berol.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *iis* Vulgo. *hiis* I.

NOV. CXII. CAP. III. et hoc] ad marginem Berol. adscriptum est: *de sportulis ab exactoribus exigendis.*

reipublicae] Sic Berol. *reipublice* Vind., sed ultimae litterae *e* littera *a* superius imposita est. Mon. *r. p.* I. *reip.*

ut neque] Sic. Mon. Berol., desunt in Vind. Gr. ἵνα μηδέ.

magistrianis] Sic Vind. Mon. I. *magistranis* Berol. *magisterianis* Vulgo. Gr. τοῖς μαγιστριανοῖς.

praefectianis] Sic Vind. Berol. *perfectianis* Mon. Gr. ἐπαρχικοῖς.

alio] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Vind. Mon. litterae *o* a sec. manu impositum est *i*. Vulgo I. *alii.*

cuicunque Sic Berol. *cunque* Mon. *quocunque* Vind., sed dativum casum Graeca tuentur.

concedant] *concedatur* I.

sportularum] Sic Berol. Mon. Vind., in quo litterae *a* a sec. manu littera *o* superius inscripta est.

quam] Sic Mon. Berol. *q̄* Vind., sed ultima littera fere media deleta est.

proferant] Sic Vind. *proferat* Berol. *profera* Mon., sed ultimae litterae *a* circumflexus superius impositus est. Sec. quidem manus ad finem huius vocis adscripsit *aut.*

quidem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quem* Vulgo. Pro εἴ τινα interpres videtur habuisse εἰ μέν.

invenerint] Sic Vind. Berol. *invenerit* Mon. Gr. εὕροιεν.

aliquid amplius exigentem, licentiam habeant et comprehendere hunc et includere et quadruplum exigere, quod plus acceperit, ut simplex quidem damnum passo reddatur, triplum vero inferatur aerario. Si autem civilis aut militaris iudex sive interpellatur, seu quolibet modo neglexerit laesum, sicut diximus, vindicare, ex sua substantia quadruplum secundum praedictum modum exigetur. Ipsam vero poenam exigi iubemus per comitem nostrarum privatarum et competentes iudices, si cognoverint aliquos ex suis officiis exsecutores sportularum nomine contra nostras leges aliquid exigere et hoc neglexerit vindicare. Damus licentiam exactis nihil amplius exigentibus, quam ex nostra constitutione definitum est, dare, et si quid amplius exigere eos voluerint, habeant licentiam eis resistendi.

CAP. IV. Quia vero lex tam piae memoriae patris nostri, quam etiam nostrae tranquillitatis disposuit, nullo modo iudices suis sententiis inscribere, tanquam ex imperiali verbo ex non scripto procedente iussum sit aliquos exhiberi aut praesentari, sed etiam spectabiles refe-

habeant] Sic Vind. Berol. *habent* Mon. Gr. ἐχέτωσαν.

acceperit] Sic Vind. Berol. *acciperit* Vind.

simplex] Sic Vind. Mon. Berol. *simplum* Vulgo I.

passo] Sic Mon. Berol. *passio* Vind. Gr. ὑπομείναντι.

aerario] Sic Vind. Mon. *errario* Berol. I.

interpellatur] Sic Vind. Mon. *interpelletur* Berol. I. *interpellatus* Vulgo.

modo] In Vind. Mon. Berol. I. non est, quod Vulgo postea scriptum est *cognoscens hoc.*

laesum] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I. Gr. τὸν βλαπτόμενον.

vindicare] Sic Vind. Mon. *lesum vindicare* Berol., qui quidem verborum ordo Graecis non firmatur.

modum exigetur] Sic Berol. I. *exigetur modum* Vulgo Vind. Mon. Gr. τρόπον εἰσπραχθήσεται.

privatarum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I., qui non habent, quod Vulgo anteponitur *rerum*, quod sane neque Graecis firmatur.

cognoverint] Sic Vind. Berol. *cognoverit* Mon. Gr. γνοῖέν τινας.

exsecutores] Sic Vind. Berol. *executores* I. *exsecutiones* Mon. Gr. ἐκβιβαστάς.

sportularum] Sic Mon. Berol. *sportulorum* Vind.

nomine] Sic Vind. Berol. *mie* Mon., quo deleto sec. manus lineae imposuit *nomine.* Gr. ὀνόματι.

nostras leges] Sic Berol. *nostram legem* Vind. Mon. An dicendum interpreti ob oculos fuisse: παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον?

neglexerit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *neglexerint* Vulgo, quod quidem Graecis videtur confirmari.

vindicare] Sic Mon. Berol. *vindicari* Vind. Gr. ἐκδικῆσαι.

damus] Quod Vulgo subiicitur *autem*, in Vind. Mon. Berol. I. non est.

exactis] Sic Mon. Berol. I. *ex hactis* Vind.

exigentibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *exsecutoribus* Vulgo.

constitutione] Sic Mon. Berol. *constitutio* Vind., in quo quidem ad finem huius vocis adscriptum est a sec. manu *ne.* Gr. παρὰ τῆς ἡμετέρας διατάξεως.

definitum] Sic Vind. Mon. *diffinitum* Berol. I.

exigere eos] *eos exigere* I.

voluerint] Sic Vind. Berol. *volunt* Mon. Gr. βουληθεῖεν.

habeant licentiam] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *lic. habeant* Trid. Port. Vulgo. Gr. ἐχέτωσαν ἄδειαν.

eis] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Hamb. Trid. Gr. αὐτοῖς.

NOV. CXVII. CAP. IV. lex] *l. et* I.

piae] Sic Vind. Mon. *pie* Berol.

disposuit] Sic Vind. Berol. *disposuimus* Mon., sed sec. manus scripsit *disposuit.*, Gr. διετύπωσε.

sententiis] Sic Vind. Mon. *sentiis* Berol.

exhiberi] Sic Mon. Hamb. Trid. I. *exiberi* Vind. Berol. *adhiberi* Vulgo. Port. Gr. διαχθῆναι.

spectabiles] Sic Mon. *expectabiles* Vind. Berol. I., sed supra litteram *p* sec. manus in Vind. Berol. posuit litteram *s.*

referendarios] *referentarios* Berol.

rendarios nostras iussiones secundum quod competit facere manifestas, easdem leges firmantes iubemus, spectabiles referendarios in causis, quas docent seu referunt ad nostram tranquillitatem, nullam habere licentiam, eos aut adiutores eorum vel per se vel per aliam quamcunque personam tenere aliquem, aut sub fideiussiones facere, aut aliquid exigere, aut cogere transactiones aut pacta quaedam cum suis adversariis exponere, aut quolibet modo in quacunque causa se permiscere. Nihil enim aliud facere eos concedimus, nisi solas nostras iussiones in quocunque negotio aut ex scripto aut ex non scripto prolatas competentibus aut deputatis iudicibus insinuare. Si quid autem praesenti legi contrarium aliquis eorum praesumserit agere, is quidem, qui damnum aliquod aut circumventionem in suis rebus pertulerit, nullum praeiudicium penitus circa ius proprium sustinebit, qui vero tale aliquid egit, ex sua substantia damnum laesae personae delatum per competentem iudicem restituere compellitur, et super haec cinguli et dignitatis sustinebit amissionem. Haec autem omnia iubemus non solum in

nostras] Sic Berol. *nostros* Vind. Mon. I.

manifestas] Sic Mon. Berol. *manifestissima* Vind.

easdem leges] Sic Vind. Mon. *leges easdem* I. Berol., quae verborum collocatio Graecis non firmatur.

spectabiles] *expectabiles* Vind. Mon. Berol. I.

adiutores] Sic Vind. *iutores* Mon. Berol., sed in Mon. sec. manus supra lineam adscripsit *ad*. Gr. *βοηθούς*.

aliam quamcunque] Sic Vind. Mon. *qnamcunque aliam* Berol. I. Gr. *ἄλλου οἱουδήποτε*.

aliquem] Sic Vind. Mon. *aliq* Berol., sed ultimae litterae *q* lineola inferius traiecta, alia etiam superius imposita est.

fideinssiones] Sic Mon. Hamb. Trid. *fideiussionibus* I. *fideiussoes* Berol., sed ultimis tribus litteris circumflexus superius impositus est, ultimaeque *s* a sec. manu punctum inferius subiectum. Vind. *fideiussores*. Vulgo *fideiussoribus*, quod et apud Port. est. Gr. *ὑπὸ ἐγγύην ποιεῖν*.

aliquid] *aliquem* I.

causa] *persona vel causa* Hamb. Trid. I., quod quidem et reliquis codd. mss. et Graecis repugnat. Codicum auctoritatem non respexeram, cum scriberem ea, quae dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung Juni 1842. No. 135. p. 562 sq.

se] Sic Hamb. Trid. I. Vind. Mon., in quo quidem ultimae litterae *e* lineola superius imposita est. Berol. *per se*.

permiscere] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. *miscere* Hamb. I. Gr. *ἐμμιγνύναι*.

ex scripto] Sic Vind. Berol. *scripto* Mon., sed sec. manus supra lineam scripsit *ex*.

ex non] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. Prior vox *ex* nec Vulgo nec apud Port. est.

deputatis] Sic Mon. Berol. *deportatis* Vind. Gr. *τοῖς ἀφωρισμένοις*.

iudicibus insinuare] Sic Mon. Berol. *insinuare iuditibus* Vind. I. Gr. *δικασταῖς ἐμφανίζειν*.

is] Sic Berol. *his* Vind. Mon. Gr. *ὁ μέν*.

aliquod] Sic Vind. Mon. *aliquid* Berol. Gr. *ζημίαν τινα*.

pertulerit] Sic Mon. Berol. *pertulerint* Vind. Gr. *ὁ ὑπομεμενηκώς*.

aliquid] *quid* I.

egit] Sic Mon. Berol. I. *ag* Vind., sed lineola superius imposita. *egerit* Vulgo. Gr. *πράξας*.

laesae personae] *laese persone* Berol.

delatum] Sic Mon. Berol. I. *delatam* Vind., sed ultimae litterae *a* punctum inferius subiectum est, supraque eam litteram a sec. manu adscriptum *u*. Vulgo *illatum*.

restituere compellitur] *restituere compellitur* Berol. I. *restitutum est compellitur* Mon., sed sec. manus ex *restitutum est* facit *restituere*. Vind. *restituare compellitur*, sed litterae *a* sec. manus punctum subiecit supraque lineam apposuit *e*. Vulgo *rest. compelletur*.

haec] Sic Berol. *hec* Vind. *hoc* Mon. I. Vulgo. Gr. *πρὸς τούτοις*.

dignitatis] Sic Vind. Berol. *dignitatem* Mon., sed sec. manus scripsit *dignitatis*. Gr. *τῆς ζώνης*.

futuris causis, sed etiam in his, quae iam inchoatae, nondum tamen sunt terminatae, servari.

EPILOGUS. Tua igitur eminentia praesentem legem in perpetuum valituram edictis solennibus in regia civitate propositis ad omnium notitiam venire procuret, ut omnes agnoscant, quae pro eorum communi beneficio a nobis disposita sunt.

[CXVIII.]

QUOMODO OPORTEAT MILITES TRANSITUM IN CIVITATIBUS FACERE, ET DE INTROITU.

Idem aug. Petro, p. p.

PRAEFATIO. Primum et maximum arbitramur statum esse nostrae reipublicae, ut et inculpabiliter noster expeditus in itineribus conversetur et innoxietas atque indemnitas nostris cultoribus custodiatur.

CAP. I. Iubemus igitur, quoties transitus fit nostrorum iudicum et exercituum, delegatores simul esse cum eis, qui curam habeant eorum alimentis, et singularum provinciarum iudices, per quos transitus fit, praeparationem facere expensarum, ut nostri exercitus in unamquamque provinciam ascendentes inculpabiliter conversentur; et uniuscuiusque numeri optiones suscipere species sine qualibet tergiversatione, et erogare magistris militum et militibus in specie ministratas

inchoatae] Sic Vind. *inchoate* Berol. *inchoare* Mon., sed supra litteram *r* sec. manus litteram *d* posuit.

tamen] Sic Vind. *tm* Berol., sed linea superius imposita est, deest in Berol. Gr. οὔπω.

terminatae] Sic Vind. Berol. *terminante* Mon., sed ultimae litterae *n* puncta inferius subiecta sunt.

NOV. CXVII. EPIL. perpetuum] Sic Mon. Berol. *perpetuam* Vulgo. Gr. εἰς τὸ διηνεκές.

solennibus] *solempnibus* Vind. Berol. I.

notitiam] *noticiam* I.

eorum communi] Sic Berol. I. *communi eorum* Vind. Mon. Gr. τῆς αὐτῶν κοινῆς.

disposita] Sic Vind. Berol. *sanccita disposita* Mon., sed priori voci *sanccita* puncta inferius subiecta sunt.

sunt] Quae postmodo Vulgo est subscriptio: *dat. XVI. Kal. Iul. post cons. Basilii V. C. ann. IV.*, ea in Vind. Mon. Berol. Pist. I., desideratur ideoque omittenda fuit.

NOV. CXVIII. CXVIII] Deest in Vind. Mon. Pist. Escur. *Const. CXIX* Vulgo. Caeterum in Mon. haec Novella quartum locum appendicis occupavit.

milites] *militem* Escur.

transitum in civitatibus] Sic Mon. *in civitatibus transitum* Berol. Caeterum in Vind. tota inscriptio non est.

introitu] Ad haec Contius in marg. *ex manuscripto Contii.*

Idem augustus] *id. aug.* Vind., sed lineolae superius impositae fuerunt. Mon. *id. a.*, sed lineola superius imposita est.

Petro] Sic Vind. Mon. *p.* Pist.

p. p.] Sic Pist. *pp⁊* Vind. *ppo⁊* Mon. *praefectorum praetorio* Vulgo.

NOV. CXVIII. PRAEF. arbitramur] Sic Mon. Pist. *arbitramus* Vind.

ut et] Sic Pist. Vind. *ut* Mon. Gr. τὸ καί.

noster] Sic Mon. Pist. *nostra* Vind.

expeditus] Sic Mon. Pist. *expeditis* Vind. *exercitus* Vulgo.

in itineribus] Sic Mon. Pist. *utmeribus* Vind. Gr. ἐν ταῖς παρόδοις.

cultoribus] Sic Vind. Mon. Pist. *collatoribus* Vulgo. Gr. ὑποτελέσι.

NOV. CXVIII. CAP. I. alimentis] Sic Vind. Mon. Pist. *alimenti* Vulgo.

quos] Vind. Mon. Pist. *quas* Vulgo. Manifesto interpres voces δι' ὧν ad superius ἄρχοντας retulit.

species] Sic Vind. *facies* Mon. Pist. Gr. τὰ εἴδη.

sine] Sic Mon. Pist. *n* Vind., sed littera *i* superius imposita, qua re significatur *nisi*. Gr. δίχα.

magistris] Sic Mon. *magistri* Vind. *magistro* Berol. Gr. τοῖς ἐξάρχοις.

specie] *spe* Vind., sed lineola superius imposita est. Mon. Pist. *speciem*. Gr. ἐν εἴδει.

ministratas] *ministratus* Mon. *ministra-*

annonas, habere autem eosdem optiones deputatam eis occasionem in emolumentis quintam decimam portionem, ex consuetudine autem et recauta fieri ab optionibus collatoribus pro his, quae ab his expenduntur, periculo eorum, qui cum eis sunt, iudicum et tribunorum et comitum et diasostarum et delegatorum et uniuscuiusque numeri primatum; et nullo modo gratis expendere milites a collatoribus aut occasione non facta forsan praeparationis, aut introitorum nomine, quorum etiam ipsum vocabulum omnino perimimus, ut undique illaesi et indemnes custodiantur nostri subiecti.

CAP. II. Species autem, quae inveniuntur in unoquoque loco, ipsos accipere milites, et non alias quaerere, quae in ipsa regione non inveniuntur, et propter hoc tergiversationem aut damnum inferri nostris collatoribus.

CAP. III. Ea vero, quae fit a nostris possessoribus expensa et declaratur per recauta, iubemus reputari eis a sede tuae celsitudinis sine qualibet tergiversatione aut damno aut inventione in collatione, quam ab eis fiscus capit pro indictione illa, in qua expensa fit. Si

tur Vind. *praebitas* Vulgo Contius, qui quidem ad marginem *alias ministrantibus.*

eosdem] Sic Pist. Vind. *easdem* Mon. Gr. τοὺς αὐτούς.

eis] Sic Vind. Mon. Pist. *ipsis* Vulgo.

occasionem] Mon. Pist. sic habent. Vind. *occasione.* Pro προφάσει interpres videtur legisse πρόφασιν.

in emolumentis] Sic Mon. Pist. *et in emolumentis* Vind. Pro παραμυθίας interpres videtur legisse ἐν παραμυθίαις.

quintam] Sic Vind. Berol. *q nram* Mon., sed ultimae voci lineola superius imposita est. Gr. πεντεκαιδεκάτην.

portionem] Sic Vind. Berol. *partem* Mon.

his] Sic Vind. Mon. *eis* Vulgo.

ab] Sic Mon. Berol. *ad* Vind.

expenduntur] Sic Vind. Berol. *expenditur* Berol.

diasostarum] Sic Vind. Berol. *diacostarum* Mon.

facta] Sic Vind. Mon. Pist. *factae* Vulgo.

introitorum] Sic Vind. *inaditorum* Pist. *anthidotorum* Mon. Gr. ἰντροΐτων.

etiam] Sic Vind. Berol. *cc* Mon., sed circumflexus superius impositus est, qua re significatur Vulgo *contra.* Gr. καὶ αὐτήν.

perimimus] Sic Mon. Berol. *pemimus* Mon., sed iam prima manus litterae *p* inferiori lineolam traiecit, qua re significatur *peremimus*, eademque manus lineolam superius imposuit, qua re significatur *prae.* Gr. ἀναιροῦμεν.

illaesi] *illesi* Pist. *inlesi* Vind.

indemnes] Sic Mon. Pist. *indemnis* Vind. Gr. ἀζημίους.

subiecti] Sic Vind. Mon. *subiectis* Pist. Gr. ὑποτελεῖς.

NOV. CXVIII. CAP. II. in] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἐν ἑκάστῳ.

ipsos] Sic Vind. Pist. *ipsos quoque* Mon. *ipsas* Vulgo. Pro αὐτὰ interpres videtur legisse αὐτούς.

milites] Sic Mon. Pist. In Vind. est lacuna, cui explendae novem fere vel decem litterae sufficere queant.

in ipsa] Sic Mon. Pist. *ipsa* Vind. Gr. ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ.

inveniuntur] Sic Mon. Pist. *invenitur* Vind.

inferri] Sic Vind. Mon. Pist. *inferre* Vulgo.

NOV. CXVIII. Cap. III. ea] Sic Vind. Mon. Pist. *eam* Vulgo.

a nostris] Sic Vind. Pist. *nostris a* Mon.

expensa] Sic Vind. Mon. Pist. *expensam* Vulgo.

per] Sic Vind. Pist. *pro* Mon.

tergiversatione] Sic Mon. Pist. *tergiversatio* Vind., sed ultimae litterae o lineola superius imposita est. Gr. διαστροφῆς.

inventione] Sic Mon. *iniunctione* Vind. Vulgo. Gr. ἐπινοίας.

collatione] Sic Mon. Pist. Vind. *collationem eam* Vulgo.

quam] Sic Pist. *eamque* Mon. *neque* Vind. Gr. τὴν συντ. την—διδομένην.

indictione] Sic Mon. Pist. *indiitione* Vind.

in qua] Sic Mon. Pist. *ex qua* Vind. Gr. καθ' ἥν.

expensa] Sic Mon. Pist. *inpensa* Vind.

fit] Sic Vind. Pist. *sit* Mon. Gr. γίνεται.

vero amplius, quam professionis sunt, ab his, qui dant species, inveniantur expensae, iubemus, ex omni corpore fiscalium eiusdem provinciae compleri eos, qui ultra suas functiones exhibuerunt. Si vero non habeat ipsa provincia fiscalia sufficientia ad expensam, quae fit, compleri eos, qui hanc expensam faciunt, ex generali mensa, quae regitur tua gloria, aut retinere haec eos ex his, quae ab iis inferenda sunt secundum sequentem indictionem, et haec reputare eis ex omni modo ab eis, qui fiscalia exigunt. His omnibus admittendis et observandis periculo et tuae gloriae et singularum provinciarum tractatorum et iudicum et obsequentium eos officiorum et susceptorum et curialium et omnium fiscalia tractantium.

CAP. IV. Hoc quoque iubemus servari, nullum iudicum aut militum occasione transitus aut a civitatibus aut a praediis in nummo aliquid accipere. Si autem inventus fuerit aliquis pro transitu in nummo accipere, iubemus, tale aliquid agentem exigi duplum totum, quod accipere pro hoc praesumserit.

CAP. V. Si quis vero nostrorum iudicum aut militum aut optionum ipsorum non recauta fecerit factae ab iis expensae, iubemus, expensas facientes collatores gesta monumentorum conficere (si quidem

professionis] Sic Vind. Mon. Pist. *professiones* Vulgo Cont. — Ad marg. Contii *al. propriae functiones.*

sunt] Sic Mon., deest in Vind.

inveniantur] Sic Vind. Pist. *inveniuntur* Mon. Gr. εὑρεθῇ.

eos] Sic Mon. Pist. *eo* Vind. Gr. πληροῦσθαι τούς. Quae autem postmodo sunt *qui ultra* usque ad voces *compleri eos*, in Vind. desiderantur.

suas functiones] Sic Pist. Mon. *functiones suas* Vulgo. Gr. ὑπὲρ τὴν ἰδίαν συντέλειαν.

quae fit] Sic Mon. *faciunt* Pist. *factam* Vulgo. Gr. τὴν γενομένην. Caeterum verba, quae inde a *compl.* usque ad *expensam faciunt* sunt, in Pist. non leguntur.

faciunt] Sic Vind. Mon. *fecerunt* Vulgo.

tua] Sic Vind. Mon. *a tua* Vulgo. Gr. παρὰ τῆς σῆς.

eos] Sic Vind. Mon. *eo* Pist. Gr. αὐτούς.

his] Sic Vind. Mon. *eis* Pist.

iis] Sic Mon. *ea* Vind.

indictionem] Sic Mon. Pist. *inditionem* Vind.

reputare] Sic Vind. Mon. Pist. *reputari* Vulgo.

eis] Sic Vind. Mon. Pist. *his* Vulgo.

fiscalia] *fiscali* Vind. Gr. τὰ δημόσια.

his] Sic Vind., deest in Mon. Pist. Gr. τούτων.

et tuae] Sic Vind. Mon. Pist. *tuae* Vulgo. Gr. τῆς τε σῆς.

eos] Sic Vind. Mon. Pist. *eis* Vulgo.

susceptorum] Sic Cont. et mei codd. Ad marg. Contii *alias acceptorum.*

et curialium] Sic Vind. Pist. *curialium* Mon.

NOV. CXVIII. CAP. IV. nullum] Sic Mon. Pist. *nulli* Vind. Gr. μηδένα.

a civitatibus] Sic Mon. Pist. *civitatibus* Vind. Gr. ἀπὸ τῶν πόλεων.

a praediis] Sic Mon. Pist. *praecediis* Vind. *praediis* Vulgo.

nummo] *minimo* Vind. Mon. Pist. Optima est emendatio, quae confirmatur Gr. ἐν ἀπαργυρισμῷ. Caeterum sciendum est, litteram *i* in codd. mss. antiquissimis punctis impositis notatam non esse.

fuerit] Sic Vind. Mon. *fuit* Pist. Gr. εὑρεθείη.

aliquis] Sic Vind. Pist. *as* Mon., sed priori litterae littera *i* superius imposita est, qua re significatur *aliquis*. Gr. τις.

nummo] Sic Mon. *nummo annonam* Pist. *numero* Pist. Gr. ἐν ἀπαργυρισμῷ.

praesumserit] Sic Pist. Vind. *acceperit praesumpserit* Mon. Gr. τολμήσει.

NOV. CXVIII. CAP. V. si quis] Sic Vind. Mon. *si* Pist. An interpres pro εἰ δέ τινες legit εἰ δέ τις?

factae] Sic Mon. Pist. *facta* Vind. Gr. τῆς γενομένης.

iis] *eis* Vind. Pist., sed ut in cont. Mon.,

expensae] Sic Mon. Pist. *expensa* Vind. Gr. δαπάνης.

iubemus] Sic Vind. Pist. *iubeat* Mon. Gr. κελεύομεν.

facientes] Sic Vind. Pist. *faciendas* Mon., sed sec. manus correxit *facientes*. Gr. τοὺς χορηγήσαντας.

conficere] Sic Pist. Mon. *confite* Vind., sed litterae *e* circumflexus superius impositus est.

si quidem] Sic Vind. Pist. *siquis* Mon. Gr. εἰ μέν.

inveniatur iudex in locis illis, apud eum et sanctissimo civitatis episcopo, si vero non inveniatur iudex in illis locis, apud sanctissimum civitatis episcopum, aut defensores locorum, sub quibus possessio iacet, ex qua facta est expensa), et per talia gesta palam facere, qui nostrorum iudicum, et cum quali exercitu transitum facientes non fecerunt recauta, et quantitatem expenderunt, et talia gesta mitti ad tuam gloriam, tuam vero celsitudinem, utpote recautis factis collatoribus quidem praebere aut etiam reputare quae ab eis facta est expensa, sicuti superius diximus, retinere autem hanc quantitatem, quae ex gestis declaratur, ex his, quae delegata sunt de fisco principibus militiae et militibus, qui expensam fecerunt.

CAP. VI. Ad haec iubemus, principes militiae nostros, sive eos, qui deducunt expeditum, et delegatores in transitos praemittere ad illum locum, in quo futurus est noster exercitus applicare, et praeparationem facere expensarum, et non mittere ad alias civitates, aut possessiones aut praedia, quasi debeat exercitus ibi manere, et ex hoc pecunias accipere de possessionibus et villis. Si autem accipere aliquid pro hoc praesumserit, iubemus, etiam sic quidem memorata gesta fieri, significantia et unde et cui datum est, et reputari damnificatis a tua gloria aut praeberi secundum praedictum modum omnia, quae ex talibus gestis significantur, principes autem militiae, et quocunque modo diasostas nostri exercitus, et delegatores in duplici quantitate dare, quae accipere praesumserunt, pro hoc autem metatores etiam supplicium et exsilium sustinere.

sanctissimo] Sic Vind. Mon. Pist. *sanctissimum* Vulgo. Manifesto interpres voces τῷ ὁσιωτάτῳ — ἐπισκόπῳ a superiori παρὰ non pendere existimavit.

episcopo] Sic Vind. Mon. Pist. *episcopum* Vulgo.

inveniatur] Sic Mon. Pist. *inveniantur* Vind. Gr. εὑρεθῇ.

in illis locis] Sic Vind. Pist. *illis in locis* Mon. *in locis illis* Vulgo.

defensores] Os. melius fore scribit *defensorem*.

possessio] Sic Mon. Pist. *pensio* Vind. Gr. ἡ κτῆσις.

recauta] Sic Mon. Pist. *recanta* Vind.

quantitatem] Sic Vind. Mon. Pist. *quantam quantitatem* Vulgo.

celsitudinem] Sic Vind. Mon. *celsitudoe* Pist., sed ultimae litterae *e* lineola superius imposita litteraeque *o* littera *i* superius iniecta est.

utpote] Sic Vind. Mon. Pist. *ut* Vulgo. Gr. ὡσανεί.

delegata] Sic Vind. Pist. *declarata* Mon. Gr. ἐκ τῶν δελεγατευομένων.

sunt] In Mon. subiiciuntur *sive delegata*, quae quidem in Vind. Pist. non sunt.

principibus] Sic Vind. Mon. Pist., quod melius fore iam Os. coniecerat. *principalibus* Vulgo.

fecerunt] Sic Mon. Pist. In Vind. haec vox bis scripta est.

NOV. CXVII. CAP. VI. expeditum] Sic Vind. Mon. Pist. *exercitum* Vulgo.

transitos] Sic Vind. Mon. Pist. *transitibus* Vulgo.

noster] Sic Pist. Mon. *nre* Vind., sed lineola superius imposita.

applicare] Sic Vind. Pist. *ibi applicare* Mon.

si] Sic Vind., deest in Mon. Pist.

aliquid] Sic Vind. Pist. *aliquis* Mon. Gr. τι.

praesumserit] Sic Vind. Mon. Pist. *praesumpserint* Vulgo.

sic] Sic Mon. Pist. *si* Vind. Gr. καὶ οὕτω.

memorata] Sic Vind. Mon. Pist., deest Vulgo. Gr. τὴν εἰρημένην.

et cui] Sic Mon. Pist. *cui* Vind. Gr. καὶ τίνι.

a tua gloria] Haec et quae postmodo leguntur usque ad vocem *significantur*, in Vind. plane non sunt.

praeberi] Sic Vind. *praebere* Mon. Pist.

quocunque] Sic Mon. Pist. *quodcunque* Vind. Gr. ὁπωσοῦν.

in duplici] Sic Mon. *et in duplici* Vind. Pist., quod quidem Graecis non firmatur.

praesumserunt] Sic Vind. Mon. Pist. *praesumserint* Vulgo.

pro hoc autem metatores] Sic Vind. Mon. Pist. *prometatores vero* Vulgo. Gr. τοὺς δὲ προμετάτωρας.

CAP. VII. Si qui vero iudicum provinciarum, colludentes forte diasostas nostri exercitus, non praeparaverint expensas, et ex hoc per diversas civitates et villas eos perducant, iubemus, eos cingulo remotos confiscationi et exsilio cum obedientibus eis officiis subdi, nostros autem collatores et ita indemnes servari ex recautorum datione aut ex gestis, quae secundum praedictum modum debent fieri.

CAP. VIII. Hoc autem ipsum servari praecipimus non solum in transitos nostrorum iudicum et militum, sed etiam aliorum, qui ex qualibet gente in auxilium nostrae reipublicae nobis mittuntur.

CAP. IX. Ut non occasione metatorum dationis iniurietur nostrorum collatorum libertas, iubemus, nulli penitus licere nostrorum militum in authenticas habitationes, in quibus domini domuum inveniuntur manentes, accipere sibi metata, sed illas quidem sine molestia reservare propriis dominis, accipere autem milites in aliis diaetis metata.

EPILOGUS. Quae igitur placuerunt nobis et per praesentem declarata sunt legem, tua gloria in regia civitate et per loca sanctissimis episcopis clarissimisque provinciarum iudicibus et omnibus nostris subiectis in unaquaque provincia et civitate palam faciat, ut sciant nostri subiecti, quae a nobis pro eorum indemnitate disposita sunt, et agnoscant, quia, si contra haec aliquid agatur, et, qui laeduntur, taciturnitate causam tradiderint, ipsi huiusmodi laesionis sibi aucto-

NOV. CXVIII. CAP. VII. diasostas] Sic Vind. Mon. Pist. *cum diasostis* Vulgo.

praeparaverint] Sic Mon. Pist. *praeparaverunt* Vind. Gr. ἑτοιμάσωσι.

perducant] Sic Mon. Pist. *producant* Vind. Gr. παραγάγωσι.

cingulo] Sic Vind. Mon. *cinglos* Pist., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus est.

datione] Sic Mon. Pist. *donatione* Vind. Gr. δόσεως.

NOV. CXVIII. CAP. VIII. hoc] Sic Vind. Mon. Pist. Pro ταῦτα interpres videtur habuisse τοῦτο.

ipsum] Sic Vind. Mon. Pist. *ipsa* Vulgo. Pro αὐτὰ interpres videtur habuisse αὐτό.

transitos] Sic Vind. Mon. Pist. *transitibus* Vulgo.

iudicum] Sic Vind. Mon. *iudicium* Pist. Gr. ἀρχόντων.

qui] Sic Mon. Pist., deest in Vind. Gr. τῶν πεμπομένων.

nobis] Sic Vind. Mon. Pist. *a nobis* Vulgo.

NOV. CXVIII. CAP. IX. ut non] Sic Vind. *ut a non* Mon., sed litterae *a* lineola superius imposita est. Vulgo *ut autem non*. Gr. ὥστε μή.

metatorum] Sic Mon. Pist. *mercatorum* Vind. Gr. τῶν μετάτων.

dationis] Sic Vind. Mon. *damnationis* Pist. Gr. δόσεως.

iubemus] Sic Vind. Mon., deest in Pist. Gr. θεσπίζομεν.]

auth.] Sic Vind. Pist. *aut.* Mon.

sibi] *sunt* Pist. *siui* Vind. Mon. Gr. ἑαυτοῖς.

quidem] Sic Mon. Pist. *quid* Vind., sed per ultimam litteram circumflexus traiectus est.

reservare] Sic Vind. Mon. Pist. *servare* Vulgo. Gr. φυλάττεσθαι.

diaetis] Sic Vind. *dietis* Mon. Pist. Gr. διαίταις.

NOV. CXVIII. EPIL. declarata sunt legem] Sic Vind. Mon. *legem declarata sunt* Pist. Gr. δηλούμενα νόμου.

et per] Sic Vind. Pist. *per* Mon. Gr. καὶ τοῖς κατά.

provinciarum] Sic Vind. Mon. Pist., deest Vulgo. Gr. τῶν ἐπαρχιῶν.

in] Sic Mon. Pist., deest in Vind.

unaquaque] Sic Mon. Pist. *unaq*ᵘ Mon., sed per litteram *q* inferiorem circumflexus inferius traiectus est.

faciat] Sic Vind. Mon. Pist. *faciet* Vulgo. Gr. καταστησάτω.

taciturnitate] Sic Vind. Pist. *taciturnitatis* Mon. *taciturnitati* Vulgo.

tradiderint] Sic Mon. Pist. *tradint* Vind., sed per litteram *d* circumflexus superius traiectus est.

huiusmodi] Sic Mon. Pist., deest in Vind. Gr. τῆς τοιαύτης.

res fient. *Dat. XVII. Kal. Oct. CP. imp. dni. nri. Iustiniani pp. aug. anno XIX. p. c. Basilii V. C. ....*

[CXIX.] GLOSS.

DE ECCLESIASTICIS TITULIS.

Idem aug. Petro p. p.

PRAEFATIO. De regulis ecclesiasticis et privilegiis aliisque capitulis ad sacrosanctas ecclesias et reliquas venerabiles domos pertinentibus praesentem proferimus legem.

CAP. I. Sancimus igitur, vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quae a sanctis quatuor conciliis expositae sunt aut firmatae, hoc est in Nicaena trecentorum decem et octo et in Constantinopolitana sanctorum centum quinquaginta patrum et in Epheso prima, in quo Nestorius est damnatus, et in Chalcedone, in quo Eu-

fient] Sic Vind. Pist. *fiant* Mon. Gr. γενήσονται.

dat.] Sic Mon. In Vind. Pist. tota subscriptio non est. Aliam longe subscriptionem habet Escur., cuius varietatem deinceps notabo.

XVII. Kal. Oct.] Sic Mon. *Kal. Mart.* Vulgo. *XVI. Kl. Ian.* Escur. Contius, qui ad marg. *sic ex variis exemplaribus et coniecturis puto restituendam hanc subscriptionem.*

CP.] Sic Escur. *Cap.* Mon., sed superius circumflexus impositus est. Vulgo *Constant.* Cont. *Constantinop.*

dni. nri. — pp.] Sic Escur. Mon., nisi quod prioribus duabus vocibus circumflexus superius impositus est. Vulgo *imper. DN. Iustiniani PP.* Cont. *DN. Iust. pp.*

aug.] Sic Vulgo Cont. *cog'* Escur. Mon., ubi in haec verba desinit oratio. Ego lacunae signa posui, cum manifestum sit, subscriptionem hoc loco imperfectam esse.

anno — V. C.] Sic Escur., sed postea signa lacunae posui, siquidem imperfectam esse subscriptionem palam est. Vulgo, Contius: *postmodo anno XVIII. post cons.* [*anno XIX. post consulatum* Cont.] *Basilii V. C. anno quarto indictione octava. Proposita in civitate Constantinopolitana.*

CXIX] deest in Vind. Mon. I. Berol. *const. CXX.* Vulgo. Ad marginem Vind. Berol. adscriptum est *const. nova*, ad marginem Mon. *const. IV.* In Vind. paullo superius adscriptum est: *hic debet esse quomodo oporteat milites Y.*

de] *R/. de* Vind. Berol.

titulis] Quod postea Vulgo est *et privilegiis aliisque capitulis*, in Vind. Mon. Berol. deest. in I. est *titulis et privilegiis.*

Idem aug.] *id. ā* Vind. Pist. Neob. Berol. *d. ā.* Mon. *Imp. Iustinianus aug.* Vulgo. *idem ā* I.

Petro] *pe* I.

p. p.] *pp.* Mon. Pist. Neob. Berol. I., sed lineola superius imposita est. Vind. *ppo*, circumflexo superius imposito.

NOV. CXIX. PRAEF. ecclesiasticis] Sic Vind. Mon. *aecclesiasticis* Berol.

ecclesias] Sic Vind. Mon. *ecclas* Berol., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus est.

pertinentibus] Sic Vind. Mon. *pernitentibus* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Gr. ὁρώντων.

NOV. CXIX. CAP. I. sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* I. Berol.;

expositae] Sic Vind. Mon. *expoite* Berol., sed lineola superius imposita est.

Nicaena] Sic Vind. Mon. *Nicea* Berol. *Nicena* I.

in Const.] Sic Vind. Mon. I. Prior vox *in* in Berol. deest.

Epheso] Sic Mon. Berol. *Effeso* Vind. *Ephesino* Vulgo. *Ephesina* I. Gr. ἐν Ἐφέσῳ.

prima] Sic Vind. Berol. I. *primi* Mon.

quo] Sic Vind. Mon. Berol. *qua* Vulgo I.

in] Sic Vind. Mon. I., deest in Berol.

Chalcedone] Sic Mon. *Calcedone* Berol. *Calcedonia* Vind. I.

quo] Sic Vind. Mon. Berol. *qua* Vulgo I.

Eutyches] Sic Vind. Berol. *Eutichii* Mon., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *al. Eutiches.* I. *Enucles* Berol. *Eutichis.*

tyches cum Nestorio anathematizatus est. Praedictarum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus et regulas sicut leges servamus.

CAP. II. Ideoque sancimus, secundum earum definitiones sanctissimum senioris Romae papam primum esse omnium sacerdotum, beatissimum autem archiepiscopum Constantinopoleos, novae Romae, secundum habere locum post sanctam apostolicam sedem senioris Romae, aliis autem omnibus sedibus praeponatur.

CAP. III. Per tempus autem beatissismum archiepiscopum primae Iustinianae, nostrae patriae, habere semper sub sua iurisdictione episcopos provinciarum Daciae mediterraneae et Daciae Ripensis et Privalis, Dardaniae, Mysiae superioris atque Pannoniae, et ab eo hos ordinari, ipsum vero a proprio ordinari concilio, et in subiectis sibi provinciis locum obtinere eum sedis apostolicae Romae secundum ea, quae definita sunt a sanctissimo papa Vigilio.

cum] Sic Vind. Berol. *s. cum* Mon., sed priori litterae *s* lineola superius imposita est.

anathematizatus est] Sic Vind. Berol. *anathematizati* Mon.

synodorum] Sic Mon. *sinodorum* Vind. Berol.

sanctas] Sic Vind. Mon. *sacras* Berol. I.

accipimus] Sic Mon. *accepimus* Vind. Berol. I. Gr. δεχόμεθα.

servamus] Sic Vind. Berol. *observamus* Vulgo I. Gr. φυλάττομεν.

NOV. CXIX. CAP. II. ideoque] ad marginem Mon. Berol., *de ordine patriarcharum.*

earum] Sic Vind. Mon. I. *eorum* Berol., sed sec. manus scripsit *earum*. Gr. αὐτῶν.

definitiones] Sic Vind. Mon. *diffinitiones* Berol. I.

Romae] *Rome* Berol.

Constantinopoleos] *Constantinopolee* I.

novae Romae] *nove Rome* Berol.

locum] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a sec. manu lineae vox *locum* superius imposita est. Gr. τάξιν.

sedem senioris Romae] Sic Vind. Berol. *senioris Rome sedem* Mon. I. Gr. θρόνον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης.

autem] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. δέ.

praeponatur] Sic Vind. Mon. I. *praeponantur* Berol. *praeponi* Vulgo. Gr. προτιμᾶσθαι.

NOV. CXIX. CAP. III. per tempus] Ad marginem Mon. Berol. *de archiepiscopo prime Iustiniane.*

archiepiscopum primae] Sic Vind. Hamb. Trid. I. *primae* Mon. Berol. Gr. ἀρχιεπίσκοπον τῆς πρώτης.

Iustinianae nostrae patriae] Sic Vind. Berol. *nostrae Iustinianae patriae* Mon. Gr. Ἰουστινιανῆς τῆς ἡμετέρας πατρίδος.

habere] Quod Vulgo et apud Port. I. antea est *archiepiscopum*, in Vind. Mon. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.

episcopos] Sic Vind. Berol. *eps* Mon., sed lineola superius imposita est; sec. manus scripsit *episcopos*. Gr. ἐπισκόπους.

provinciarum] Sic Vind. Mon. *vinciarum* Berol., sed priori litterae a sec. manu superius impositum est *pro*.

Daciae] *Datie* Mon. Berol. I.

mediterraneae] *mediterraneae* Mon. *meditaranee* Berol. *mediterranee* I.

Daciae Ripensis] Sic Vind. *Datie ripensis* Berol. *Dati responsis* Mon. *Dameripensis* Hamb. Trid. I. *Daniae ripensis* Port. Gr. Δακίας ῥιπενσίας.

Privalis] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. I., desunt in Mon. *item Tribalneae* Port. *et Privalis* Vulgo, quod Graecis non firmatur.

Dard.] *et Dard.* Berol., sed prior vox *et* in Vind. Mon. I. deest, nec sane Graecis firmatur.

Mysiae] *Missie* Berol. *Misene* Mon. *et Misie* I. Quod Vulgo et in Vind. Mon. antea est *et*, deest in Berol., sed Graecis non firmatur, ideoque omittendum esse visum est.

Pannoniae] Sic Vind. *Pantioniae* Mon. *Panonie* Berol. Gr. Παννονίας.

ordinari] Sic Vind. Mon. I., deest in Berol.

apostolicae] Sic Vind. Mon. *aplice* Berol., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

defin.] *diffin.* I.

papa] Sic Vind. Berol. *pp.* Mon., sed lineola superius imposita.

CAP. IV. Simili quoque modo ius pontificis, quod episcopo Iustinianae Carthaginis Africanae civitatis dedimus, ex quo deus hanc nobis restituit, servari iubemus. Sed et aliae civitates, et harum episcopi, quibus in diversis locis metropoliticum ius praestitum est, huiusmodi privilegio in perpetuum potiantur. Omnia privilegia et solatia, quae ex imperiali munificentia aut etiam alio quolibet modo sanctis ecclesiis aut aliis venerabilibus locis collata sunt, firme eis per omnia conserventur.

CAP. V. Ad haec sancimus, omnium sanctissimarum ecclesiarum et omnium venerabilium domuum possessiones neque sordidas functiones neque extraordinarias descriptiones sustinere; si tamen itineris sternendi aut pontium aedificii vel reparationis opus fuerit, ad instar aliorum possessorum huiusmodi opus et sanctas ecclesias et venerabiles domos complere, dum sub illa possidet civitate, sub qua tale fit opus. Si quae vero res ex curialium substantiis ad quamlibet sacrosanctam ecclesiam aut aliam venerabilem domum secundum leges ve-

NOV. CXIX. CAP. IV. quoque] Sic Vind. Mon., deest in Berol. *que* I.

modo] In Berol. subiicitur *quoque*, quod in reliquis hoc loco non est.

pontificis] Sic Vind. Berol. *pontifici* Mon. Gr. *τῆς ἀρχιερωσύνης.*

Iustinianae] *Iustiniano* I.

Carthaginis] *Chartaginis* Vind. *Cartaginis* Mon. Berol. I.

Africanae] *Affricane* Vind. Mon. Berol. I.

civitatis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dioecesis* Vulgo.

dedimus] In Berol. ultima syllaba a sec. manu scripta est. Gr. *δεδώκαμεν.*

hanc] Sic Vind. Mon. *hc* Berol., sed lineola superius imposita.

nobis restituit] *restituit nobis* I.

harum] Sic Vind. Mon. Berol. *earum* Vulgo I.

episcopi] Sic Mon. Berol. *episcopis* Vind., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Gr. *οἱ τούτων ἐπίσκοποι.*

metropoliticum] Sic Vind. Mon. *metropolicum* Berol. Gr. *μητροπολιτικόν.*

in] Sic Mon. Berol. *im* Vulgo.

potiantur] Sic Vind. Berol. *patiantur* Mon., sed priori litterae *a* sec. manus litteram *o* superius imposuit. Gr. *ἀπολαυέτωσαν.*

omnia] Quod Vulgo postea legitur *autem*, in Vind. Mon. Berol. I. non est.

et] Sic Vind. Mon. *vel* Berol. I. Gr. *καί.*

solatia] Sic Vind. Berol. *solatio* Mon. Gr. *αἱ παραμυθίαι.*

alio] Sic Mon. Berol. *alios* Vind., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Gr. *καθ' ἕτερον — τρόπον.*

sanctis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasteriis* Hamb. *sanctissimis* Port. Vulgo. Gr. *ταῖς ἁγίαις.*

locis] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I., qui non habent, quod Vulgo et apud Port. antecedit *domibus et*, quae quidem nec Graecis confirmantur.

conserventur] Sic Mon. Berol. *confirmetur* Vind. Gr. *φυλαττέσθω.*

NOV. CXIX. CAP. V. ad haec] *ad hoc* I. Ad marginem Mon. Berol. *de privilegiis possessionum ad venerabiles locos* [*domos* Berol.] *pertinentium.*

sanctissimarum] Sic Mon. Vind., deest in Berol. *sanctarum* Vulgo. Deest in I. Gr. *τῶν ἁγιωτάτων.*

ecclesiarum] Sic Vind. Mon. *ecclesanctarum* Berol. *eccl. sanctissimarum* I., quod quidem Graecis non firmatur.

domuum] Sic Vind. Mon., in quo quidem priori litterae *u* circumflexus superius impositus est, quem sec. manus delevit. Berol. Vulgo I. *domorum.* Gr. *οἴκων.*

extraordinarias] Sic Mon. Berol. I. *extraordinarios* Vind., sed ultimae litterae *o* a sec. manu littera *a* superius imposita est.

si tamen] Sic Vind. *tamen* Mon. I. *tantum* Berol. Gr. *εἰ μέντοι.*

aedificii] Sic Vind. Mon. *edifitii* Berol. I.

opus] *si opus* Mon. Berol. I., sed priorem vocem Vind. et Vulgo omittunt, quam sane nec Graeca agnoscunt.

possessorum] Sic Mon. Berol. *posserorum* Vind. Gr. *κτητόρων.*

et venerabiles] Sic Vind. Berol. *venerabiles* Mon., sed priori voce omissa. Vulgo I. *et alias venerabiles.*

possidet] Sic Vind. Mon. Berol. I. *possident* Vulgo. Pro *κέκτηνται* interpres videtur habuisse *κέκτηται.*

fit] Sic Mon. Berol. *sit* Vind. Gr. *γίνεται.*

nerunt aut postea venerint, liberas eas esse sancimus descriptione lucrativorum.

CAP. VI. Pro temporalibus autem praescriptionibus decem et viginti et triginta annorum sacrosanctis ecclesiis et aliis universis venerabilibus locis solam quadraginta annorum praescriptionem opponi praecipimus; hoc ipsum servando et in exactione legatorum et hereditatum, quae ad pias causas relictae sunt.

CAP. VII. Si quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium aut monasterium, non aliter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus episcopus orationem ibi fecerit et venerabilem fixerit crucem. Si vero semel coeperit aut novam aedificare basilicam aut veterem renovare, modis omnibus compellatur a beatissimo locorum episcopo et oeconomis eius et civili iudice eam explere, et si is distulerit, hoc moriente heredes eius opus inchoatum adimpleant.

CAP. VIII. Si quis in sua domo aut suburbano praedio ecclesiasticum ministerium ministrare praesumserit, aut aliis celebrare concesserit sine clericis sanctissimo locorum episcopo subiacentibus, iubemus, hanc domum, aut suburbanum aut praedium ubi tale aliquid de-

venerint] Sic Vind. Berol. *veniunt* Mon. Gr. περιέλθωσιν.

sancimus] Quod praecedit *esse*, deest in I.

descript.] Sic Vind. Berol. *discript.* Mon.

lucrativorum] Sic Vind. Berol. *lucratuorum* Mon., sed sec. litterae *u* a sec. manu littera *i* superius imposita est.

NOV. CXIX. CAP. VI. pro temp.] Ad marginem Mon. Berol. *de praescriptione XL annorum* [Mon. *a͞*, Berol. *a͞n*] *contra venerabiles domos competente.*

temporalibus] Sic Vind. Mon. *talibus* Berol., sed sec. manus scripsit *temporalibus*. Gr. τῶν χρονίων.

praescriptionibus] Sic Vind. Mon. *descriptionibus* Berol., sed sec. manus scripsit *praescriptionibus*. Gr. παραγραφῶν.

universis] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ἅπασι.

solam] *solum* I.

ipsum] Sic Vind. Berol. I. *ipso* Vulgo. Gr. τοῦτον αὐτοῦ.

relictae] *relicte* Vind. Mon. Berol. *relicta* Vulgo.

NOV. CXIX. CAP. VII. si quis] Ad marg. Mon. Berol. *de edificatione* [*edifficatione* Berol.] *venerabilium locorum.*

fabricare] Sic Berol. *fabicare* Vind. Mon. *edificare* I.

venerabile] Sic Vind. Mon. I. *venerabilem* Berol.

monasterium] Quod Vulgo et apud Port. postea est *praecipimus*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. non est, nec Graecis firmatur.

orationem] Sic Vind. Mon. *oroem* Berol., sed lineola superius imposita est, in quo et ultimae duae litterae a sec. manu scriptae sunt. Gr. εὐχήν.

ibi] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ἐκεῖσε.

fixerit] *fecerit* I.

coeperit] *ceperit* Vind. Berol. I. Gr. ἀπαρχόμενος.

aedif.] *edif.* Berol.

beatissimo] Sic Vind. Mon. *beatissimorum* Berol., sed ultimae syllabae *rum* puncta inferius subiecta sunt. Gr. τοῦ μακαριωτάτου.

oeconomis] *yconomis* Mon. Berol. I. Verba *et oeconomis eius* in Vind. desunt. Gr. καὶ τῶν οἰκονόμων αὐτοῦ.

eam] Sic Vind. Berol. *eum* Vulgo.

adimpleant] Sic Vind. Berol. *adimpleatur* Mon., sed sec. manus scripsit *adimpleant*. Gr. πληροῦν.

NOV. CXIX. CAP. VIII. si quis] Ad marg. Mon. Berol. I. *si quis in domo sua* [*in suo loco* Berol.] *ecclesiastica ministeria* [Sic Vind. Berol., in quo quidem antea fuit *monasteria*] *fecerit.*

suburbano] Quod Vulgo et in Trid. Port. antea est *in*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. I. non legitur, nec sane Graecis firmatur.

praedio] Sic Vind., deest in Mon. Berol. I. Gr. χωρίῳ. Quod Vulgo antea legitur *aut*, in Vind. Mon. Berol. non est.

ministerium] Sic Vind. Berol. I. *misterium* Mon. Gr. λειτουργίαν.

aut praedium] *aut praesidium* Mon., sed litteris *si* puncta inferius subiecta sunt. Vind. *praedium*, sed priori voce *aut* omissa. Gr. ἢ χωρίον.

tale aliquid] Sic Mon. Berol. *aliquid tale* Vind. Gr. τοιοῦτό τι.

linquitur, loci illius sanctissimae ecclesiae vindicari per deo amabilem episcopum et oeconomum eius et civilem iudicem locorum; si vero nesciente locorum domino eius curatores aut conductores aut emphyteutae contrarium aliquid exerceri permiserint, dominum quidem loci nullum praeiudicium aut sustinere dispendium, eos autem, qui hoc fecerunt aut fieri permiserunt, ex provincia, ubi hoc commissum est, expelli, rebus eorum loci illius sanctissimae ecclesiae vindicandis.

CAP. IX. Si quis in nomine magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi hereditatem aut legatum reliquerit, iubemus, ecclesiam loci, in quo testator domicilium habuit, accipere quod dimissum est. Si quis autem unum sanctorum heredem scripserit, aut legatum ei reliquerit et non specialiter nominaverit locum, in quo est venerabilis domus, inveniantur autem in eodem loco aut civitate plura oratoria eiusdem sancti, illi magis domui, quae pauperior est, quod relictum

vindicari] Sic Vind. Mon. *vendicari* Berol. I.

deo] Sic Vind. Mon. *dm* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. τοῦ θεοφιλεστάτου.

oeconomum] *yconomum* Berol. I. *yconum* Mon., sed supra litteras *co* sec. manus scripsit syllabam *om*. Vind. *oeconomum*, sed litteris *oe* sec. manus puncta subiecit supraque lineam adscripsit *i*. Gr. οἰκονόμου.

civilem] Sic Berol. *civili* Mon. *civile* Vind., sed supra litteram *e* sec. manus lineolam superius posuit.

iudicem] Sic Vind. Berol. *iudice* Mon.

emphyteutae] *emphiteote* Vind. Mon. Berol. I.

contrarium aliquid] Sic Mon. Berol. *qrium aliquid* Vind., sed litterae *q* priori lineola inferius traiecta, supraque lineam circumflexus superius impositus est. Gr. ἐναντίον τι.

exerceri permiserint] Sic Vind. I. *ex. permiserit* Berol. *permiserit* Mon., sed sec. manus scripsit *permiserint*. Vulgo: *fecerint aut exerceri permiserint*. Interpres verba ποιήσουσιν ἢ non videtur habuisse.

dominum] Sic Mon. Vind., in quo quidem sec. manus litteris *um* litteram *o* superius imposuit. Berol. *dn dnm*, sed lineolis superius impositis. Priores litteras *dn* punctis subiectis sec. manus notavit. Gr. τὸν μὲν δεσπότην.

sustinere dispendium] Sic Vind. Mon. Berol. *dispendium sustinere* Vulgo I.

fecerunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *fecerint* Vulgo.

fieri] Sic Mon. Berol. *feri* Vind., sed litterae *r* superiori circumflexus superius impositus est. Gr. γενέσθαι.

permiserunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *permiserint* Vulgo.

commissum] Sic Vind. Berol. *permissum* Vind. Gr. ἁμαρτηθείη.

vindicandis] Sic Vind. Mon. *vendicandis* Berol. I.

NOV. CXIX. CAP. IX. si quis] Ad marginem Mon. Berol. *si quis in nomine domini nostri* [in Berol. deest *nostri*] *Iesu Christi reliquerit hereditatem* [*Christi hereditatem* Berol.] *vel legatum* [Berol. adiicit *vel reliquerit*.]

magni dei] Sic Vind. Mon. *dei magni* Berol. I. Gr. τοῦ μεγάλου θεοῦ.

Iesu] Sic Mon. *Isu* Vind. Berol. *hesu* I.

Christi] Sic Vind. Mon. X Berol., sed littera *i* superius imposita est.

loci] Postea Vulgo apud Trid. Port. et in I. est *illius*, quod in Vind., Hamb. Mon. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.

testator] Sic Mon. Berol. I. *testor* Vind. Gr. ὁ διαθέμενος.

habuit] Sic Vind. Mon. *habuerit* Vulgo I. Gr. εἶχε.

dimissum] Sic Vind. Berol. *demissum* Mon., sed supra litteram *e* sec. manus litteram *i* posuit. Gr. καταλίποι.

si quis] Ad marginem Mon. Berol. adscriptum est: *si quis in nomine sancti martiris* [*sancte Marie* Berol.] *hereditatem* [*hr.* Berol., sed lineola superius posita] *vel legatum reliquerit*.

ei] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. αὐτῷ.

reliquerit] Sic Vind. *relinquerit* Mon. Berol., sed in Mon. litterae *n* priori puncta inferius subiecta sunt.

paup. est] Sic Vind. Mon., deest *est* in Berol., quod quidem totus sententiarum contextus desiderat.

quod] Sic Mon. Berol. I. *qd* Vind., sed per litteram *d* superiorem circumflexus superius traiectus est. Gr. τὸ καταλειφθέν.

relictum] *derelictum* I.

est praebeatur. Si autem non est in civitate basilica nominati sancti, invenitur autem in territorio eius, illi detur. Si autem neque in territorio eius reperitur huiusmodi domus, tunc ecclesiae civitatis, in qua testator domicilium habuit, quod dimissum est, praebeatur.

CAP. X. Si quis aedificationem venerabilis oratorii aut xenodochii aut ptochii aut orphanotrophii aut nosocomii aut alterius reverendae domus in novissima voluntate fieri disposuerit, oratorium quidem intra quinque annos compleri iubemus providentia locorum episcopi et civilis iudicis, xenodochium autem aut ptochium aut aliam venerabilem domum intra unum fieri annum. Si autem intra annum non fecerint heredes xenodochium aut quamlibet venerabilem domum a testatore dispositam fieri, iubemus, eos domum aut comparare aut locare, ubi possunt, quae iussa sunt, adimplere, donec huiusmodi domus venerabilis expleatur. Et si quidem ipse testator decreverit, qui debeant xenodochi fieri aut ptochotrophi aut alteri tales gubernatores, sive

nominati] Sic Vind. Mon. Berol., in quo ultimae litterae *i* circumflexus superius impositus est, quem sec. manus delevit.

invenitur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *inveniatur* Vulgo. Gr. εὑρίσκεται.

detur] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed sec. manus supra lineam posuit *detur*. Gr. διδόσθω.

si autem] Sic Mon. Berol. *neque si autem* Vind. Gr. εἰ δὲ μήτε.

eius] Sic Vind. Berol., deest in Mon.

reperitur] Sic Mon. Berol. *repperitur* Vind.

civit.] *civit. episcopo* I.

habuit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *habuerit* Vulgo.

dimissum] Sic Mon. *demissum* Vind. Berol., in quo quidem sec. manus correxit, ut in contextu. Gr. τὸ καταλειφθέν.

est] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu lineae impositum est.

NOV. CXIX. CAP. X. si quis] Ad marg. Mon. Berol.] *si quis in ultima voluntate domum religiosam* (*venerabilem domum* Berol.) *fieri disposuit* (*disposuerit* Berol.)

aedificationem] Sic Vind. Mon. *edificationem* I. *edificatione* Berol.

xenodochii] Sic Vind. Mon. *xenochii* Berol. *xenedochii* I. Gr. ξενῶνος. An interpres habuit ξενοδοχείου?

ptochii] Sic Berol. Vind. *phitochii* Mon. Voces *aut ptochii* desunt in I.

orphanotrophii] Sic Vind. Berol. *orphatrophii* Mon.

nosocomii] *nosochomii* Vind. *noxochomii* Mon. I. *nosocomia* Berol., sed sec. manus scripsit *nosocomii*.

reverendae] Sic Vind. Mon. *reuende* Berol., sed litterae *u* circumflexus superius impositus est.

quidem] *quod* I.

autem] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I. Gr. τὸν δὲ ξενῶνα.

aut ptochium] Sic Berol. *et ptochium* Vind. *et pthochium* Mon. *aut pthochium* I. Gr. ἢ πτωχεῖον.

venerabilem] Sic Vind. Berol. *venerabilem* Mon.

unum fieri annum] *annum unum fieri* I.

si autem] In Mon. subficitur *a testatore*, sed inferius puncta subiecta sunt.

non] deest in I.

fecerint] Sic Vind. Mon. *fecerit* I. *fecit* Berol., sed sec. manus supra litteram *c* circumflexum superius posuit. Gr. ποιήσουσιν.

aut quamlibet] Sic Vind. Berol. *aut aliam* I. *aut ptochium aut aliam* Mon. Gr. ἢ οἱονδήποτε.

possunt] Sic Vind. Mon. Berol. I. *possint* Vulgo. Gr. δύνανται.

iussa] Sic Vind. Mon. *visa* Berol., sed sec. manus scripsit *iussa*. Gr. τὰ κελευσθέντα.

adimplere] *adinplere* Vind. Mon. Berol. *adimpleri* Vulgo. Gr. πληρῶσαι.

xenodochi] Sic Berol. *xenodochii* I. *xenodochu* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in contextu. Vind. *scenodochi*. Gr. ξενοδόχους.

ptochotrophi] Sic Berol. *pthochii* Mon. *ptocotrophi* I. *optotrophi* Vind. Gr. ἢ πτωχοτρόφους.

alteri] Sic Mon. Berol. I. *aliter* Vind., sed sec. manus litteram *i* scripserat. Vulgo *alii*. Gr. ἢ ἄλλους τοιούτους.

gubernatores] Sic Vind. Berol. *gubernatioes* Mon., sed ultimis tribus litteris lineola superius imposita litteraeque *i* punctum inferius subiectum est. Gr. διοικητάς.

suis heredibus huiusmodi electionem commiserit, iubemus, modis omnibus heredes eius, quae ab eo definita sunt, adimplere, locorum beatissimis episcopis inspicientibus, si gubernatio recte procedit, et si invenerint non utiles exsistentes rectores, licentiam habentibus sine damno alios pro eis opportunos efficere.

CAP. XI. Si quis autem etiam pro redemtione captivorum aut alimentis pauperum hereditatem aut legatum reliquerit in rebus mobilibus aut immobilibus sive semel sive annale, et hoc modis omnibus secundum testatoris voluntatem ab his, quibus iussum est hoc facere, compleri. Si autem non specialiter dixerit, quomodo pauperibus haec reliquit, praecipimus, sanctissimum episcopum civitatis, in qua testator habuit domicilium, percipere easdem res, et eius civitatis pauperibus erogare. Si autem pro redemtione captivorum aliquid relinquitur, et non no-

huiusmodi electionem] Sic Vind. Mon. *electionem huiusmodi* Berol. I. Gr. τὴν τοιαύτην ἐπιλογήν.

commiserit] Sic Mon. Berol. *commiserint* Vind. Gr. παράσχοι.

eius] Sic Vind. Berol. *eis* Mon. Gr. κληρονόμους αὐτοῦ.

definita] Sic Vind. Mon. *diffinita* Berol. I. Gr. διατυπωθέντα.

inspic.] Sic Vind. Mon. *inspit.* Berol.

procedit] Sic Mon. Berol. *proced* Vind., sed per litteram *d* circumflexus traiectus est. Gr. προβαίνει.

invenerint] Sic Berol. Vulgo. *invenerit* Vind. Mon. An pro εὕρωσι interpres habuit εὕροι?

alios] Sic Vind. Mon. *aliis* Berol. Gr. ἄλλους.

opportunos] *oportunos* Vind. Mon. Berol.

NOV. CXIX. CAP. XI. autem etiam] Sic Vind. Berol. *autem* Mon. I. Gr. δὲ καί. Caeterum ad marginem Mon. Berol. adscriptum est: *de redemptione captivorum et de alimentis pauperum.*

aut alimentis] Sic Vind. Mon. *alimentis* Berol. Gr. ἢ ἀποτροφῆς. Haec et quae sequuntur usque ad vocem *immobilibus*, in Vind. tantummodo a sec. manu scripta sunt.

legatum] Sic Mon. Berol. *legum* Vind., sed sec. manus supra litteram *u* posuit litteram *a*. Gr. ληγάτον.

aut immobilibus] Sic Mon. *et immobilibus* Vind., deest in Berol., sed supra lineam a sec. manu adscriptum est *aut inmobilibus*. Gr. ἢ ἀκινήτοις.

sive semel] *bus sive semel* Vind., sed litterae *bus* a sec. manu punctis subiectis notatae sunt.

sive annale] Sic Mon. *seu annale* Vind. *aut annale* Berol. I. Gr. εἴτε ἐτήσιον.

testatoris] Sic Vind. I. *testatiois* Mon., sed ultimis litteris *iois* lineola superius imposita litteraeque *i* punctum inferius subiectum est. Berol. *testatorem*, sed sec. manus scripsit *testatoris*. Gr. τοῦ διαθεμένου.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *iis* Vulgo. *hiis* I.

autem non specialiter] Sic Trid. Mon. Berol. *autem non hoc specialiter* Hamb. I. *specialiter autem non* Vind. *autem specialiter non* Vulgo Port. Gr. εἰ δὲ μὴ ἰδικῶς.

dixerit] Sic Vind. Berol. I. *dixit* Mon. Gr. εἴποι.

quomodo] Sic Vind. Mon. I. Berol. *quando* Hamb. *cuius loci* Vulgo. Pro verbis ποίου τρόπου interpres videtur habuisse ποίῳ τρόπῳ.

paup.] *hoc paup.* I.

haec] Sic Vind. Berol., deest in I. *hoc* Vulgo. Gr. ταῦτα.

reliquit] Sic Berol. *reliquid* Vind. *reliquerit* Mon. Gr. παρέλιπε.

praecipimus] Sic Vind. Berol. *praecimus* Mon. Gr. κελεύομεν.

episcopum civitatis] Sic Vind. Mon. *civitatis episcopum* Berol. I. Gr. ἐπίσκοπον τῆς πόλεως.

habuit] *habuerit* I.

et eius] Sic Vind. Mon. *eius* Berol., sed supra lineam a sec. manu positum est *et*. Gr. καὶ τοῖς τῆς αὐτῆς πόλεως.

pauperibus] Sic Vind. Mon. Antea in Berol. scriptum est: *epm, in q testator habuit domicilium percipere easdem res eius civitatis.*

erogare] Sic Vind. Berol. *errogare* Mon. Gr. διανέμειν.

si autem] Ad marginem Berol. adscriptum est: *de his per quos fiat redemptio.*

redemtione] *redemptione* I. Ad marg. Contii: *sic in manuscripto sed in Graec. additur negatio: si autem specialiter non dixerit etc.*

aliquid] Sic Mon. Berol. *et aliquid* Vind. Gr. τι.

relinquitur] Sic Vind. *relinquatur* Mon. Berol. Gr. καταλέλειπται.

minatim testator dixerit, per quem oportet fieri redemtionem captivorum, etiam sic iubemus res ad hoc relictas locorum episcopum et eius oeconomum accipere et huiusmodi pium opus impleri. In omnibus enim talibus piis voluntatibus sanctissimos locorum episcopos volumus providere, ut secundum defuncti voluntatem universa procedant, licet praecipue a testatoribus aut donatoribus interdictum sit eis habere ad haec aliquod participium. Si autem qui haec facere iussi sunt, semel et secundo a beatissimo locorum episcopo aut huius oeconomis per publicas personas admoniti, distulerint, quae disposita sunt, implere, iubemus, eos omne lucrum relictum eis ab eo, qui haec praecepit, amittere, et locorum episcopos omnes res cunctis, sicuti dictum est, piis causis distributas cum fructibus et augmentis medii temporis et memorato lucro vindicare, et quae testator disposuit adimplere, scientes, quia, si neglexerint, pro his omnibus rationem deo persolvent. Si autem sanctissimus locorum episcopus reliquerit aliquid horum, quae a nobis dicta sunt, liceat et sanctissimo eius metropolitae haec omnia exigere et complere, et omni alio licentia sit huiusmodi movere quaestionem et studere, ut modis omnibus causae piae compleantur.

oportet] Sic Vind. *oporteat* Mon. Berol. I. Gr. *χρή*.

redemtionem] Quod Vulgo postea subiicitur *captivorum*, in Vind. Mon. Berol. I. deest, nec sane Graeco *ἀνάρρυσιν* confirmatur.

oeconomum] *deonomos* Berol., sed per litteram *d* circumflexus superius traiectus est. Vind. *economos*, Mon. *yconomus*, sed sec. manus correxit *yconomum*. Vulgo *oeconomos*. I. *yconomos*. Gr. *καὶ τὸν τούτου οἰκονόμον*.

impleri] Sic Vind. Mon. Berol. I. *inpleri* Mon. *implere* Vulgo.

sanctissimos] *sanctissimorum* I.

praecipue] Sic Vind. Berol. *precipue* I., deest in Mon. Gr. *τὰ μάλιστα*.

testatoribus] Sic Mon. Berol. *testatoribus* Vind., sed priori syllabae a sec. manu littera *a* superius imposita est. Gr. *παρὰ τῶν διαθεμένων*.

interdictum] Sic Vind. Berol. *praecipue interdictum* Mon., quod Graecis non firmatur.

eis] Sic Vind. Berol. *eius* Mon. Gr. *αὐτοῖς*.

ad haec] Sic Vind. Mon. *ad hoc* Berol. I. Gr. *πρὸς ταῦτα*.

si autem] Ad marg. Berol. *si heres piam dispositionem inplere noluerit.*

haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* Vulgo I. Gr. *ταῦτα*.

secundo] Sic Vind. Berol. *secundum* Mon., sed sec. manus scripsit *secundo*.

locorum episcopo] Sic Mon. Vulgo I., quod et Graecis firmatur. Vind. *episcopo locorum*, Berol. *episcoporum locorum*. Sed in priori voce sec. manus litteris *rum* puncta inferius subiecit.

huius] Sic Vind. Mon. Berol. *eius* I. Vulgo. Gr. *τούτου*.

oeconomis] Sic Vind. Mon. *yconomis* Berol. I.

admoniti] Sic Vind. *ammoniti* Mon. I. *amoniti* Berol. Gr. *ὑπομνησθέντες*.

implere] Sic Vind. Mon. *adimplere* Berol. Vulgo.

lucrum relictum] Sic Vind. Berol. *relictum lucrum* Mon. Gr. *κέρδος καταλειφθέν*.

qui haec] Sic Vind. I. *qui hoc* Berol. *qd haec* Mon., ut tamen litterae *d* circumflexus superius traiectus sit. Sec. quidem manus correxit *qui* pro *quod*. Gr. *ταῦτα*.

praecepit] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *praeceperit* Trid. Port.

omnes res] *res omnes* I.

cunctis sicuti] Sic Mon. *cuncti sicuti* Berol. *sicuti cuncti* Vind. Gr. *πάσαις ὡς εἴρηται*.

vindicare] Sic Mon. *vendicare* Vind. Berol. I.

his] *hiis* I.

persolvent] Sic Vind. Berol. *persolverint* Mon. Gr. *παρέξουσιν*.

sanctissimus] Sic Vind. Mon. *sanctissimorum* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. *ὁσιώτατος*.

reliquerit] Sic Mon. Berol. *reliquaerit* Vind.

liceat et] Sic Mon. Berol. Hamb. I. *et liceat* Vind. *liceat* Trid. Port. Vulgo. Gr. *καὶ ἐξέστω*.

alio] Sic Vind. Mon. Berol., sed sec. manus supra litteram *o* in Mon. Vind. litteram *i* posuit. *alii* Vulgo I.

huiusmodi] *huius* I.

piae] Sic Vind. Mon. *pie* Berol. Gr. *εὐσεβεῖς*.

CAP. XII. Si autem heres, quae ad pias causas relicta sunt, non impleverit, dicens, relictam sibi substantiam non sufficere ad ista, praecipimus, omni Falcidia vacante, quidquid invenitur in tali substantia, proficere provisione sanctissimi locorum episcopi ad causas, quibus relictum est. Si autem legatum ab aliquo ad pias causas relinquitur, iubemus, intra menses sex ab insinuatione testamenti numerandos hoc modis omnibus praeberi, quibus relictum est. Si autem distulerint, qui in hoc onerati sunt, huiusmodi praebere legatum et fructum et usuras et omne legitimum exigantur augmentum a tempore mortis eius, qui hoc reliquit. Si autem annale legatum cuilibet venerabili domui relinquatur, si quidem qui hoc dare iussi sunt, aut locus, ex quo iussum est hoc praeberi, in ipsa aut vicina provincia fuerit, iubemus nullo modo tale legatum alienari. Si vero loca aut personae, ex quibus hoc dari praeceptum est, longius fuerint, tunc liceat illis, quibus hoc relictum est, si aut pars obligata consentit, com-

NOV. CXIX. CAP. XII. si] *si quis* Vind., sed, ut in cont., Mon. Berol. I. Vulgo. Ad marg. Berol. haec adscripta sunt: *si heres testatoris substantiam ad pias causas non sufficere dixerit.*

Falcidia] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ex Falcidia lucro* Vulgo, quod sane ex Graecis correctum. Interpres autem legisse videtur: παντὸς τοῦ Φαλκιδίου σχολάζοντος.

quidquid] *quicquid* Vind. Mon. I. *quiquid* Berol. Gr. ὅσον δήποτε.

provisione] Sic Vind. Mon. Trid. *pro iussione* Berol. I. Hamb. Port. Gr. προνοίᾳ.

autem] Sic Vind. Berol. *aut* Mon., lineola superius imposita. Ad marg. Mon. *si intra sex menses pia voluntas non adimpleatur.*

legatum ab aliquo] Sic Mon. Berol. Vulgo. *ab aliquo legatum* Vind. Gr. ληγάτον παρά τινος.

pias] *pius* I.

causas relinquitur] *relinquitur* Vind. Berol., in quo quidem vox *causas* priori syllabae *re* superius imposita est. Mon. I. *relinquitur causas*, quod sane et Vulgo est. Gr. εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας καταλειφθείη.

menses sex] Sic Berol. I. *menses tres* Vind. *sex menses* Mon. Vulgo. Gr. εἴσω μηνῶν ἕξ.

numerandos] Sic Mon. Berol. *numerandas* Vind.

relictum] *relinquitur* Mon. Vind., sed sec. manus correxit, ut in cont. Gr. καταλέλειπται.

si autem] Ad marginem Berol. adscriptum est: *si intra sex menses pia voluntas impleta non fuerit.*

distulerint] Sic Vind. Berol. I. *distulerit* Mon., sed sec. manus correxit *distulerint*. Gr. ὑπερθῶνται.

onerati] *honerati* Vind. Berol. *honoratі* I. Mon. Gr. βεβαρημένοι.

fructum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. Pro καρποὺς interpres videtur habuisse καρπόν.

usuras] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. Berol., in quo quidem haec vox a sec. manu scripta est, cum prima haberet *usuram*. Gr. τόκους.

exigantur augmentum] Sic Vind. Berol., quod legendum esse Os. vidit. *augmentum exigatur* Mon. *exigatur augmentum* Trid. Hamb. *exigant augmentum* I. Gr. ἀπαιτηθήσονται.

reliquit] Sic Berol. *reliquid* Vind. *reliquerit* Mon.

si autem] Ad marginem Mon. Berol. *de legatis annalibus* (*analibus* Berol.) *ad religiosa loca pertinentibus.*

cuilibet] Sic Mon. Berol. *civilibet* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in cont.

relinquatur] Sic Vind. *relinqtur* Mon., sed litterae *q* lineola superius imposita est. Berol. *reliqtur*, ut tamen litterae *q* circumflexus superius impositus sit. Gr. καταλειφθῇ.

qui hoc] Sic Vind. *qui et hoc* Mon. *hoc* Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *qui*. Sane *et* illud in Graecis non habet, quo confirmetur.

iussum] *iussus* I.

tale] Sic Mon. Berol. Vind. Hamb. Trid. I., deest apud Port. *huiusmodi* Vulgo. Gr. τὸ τοιοῦτον.

personae] Sic Vind. Mon. *persoe* Berol., sed ultimis litteris *oe* lineola superius imposita est.

dari] Sic Vind. Mon. *dare* Berol.

aut] Sic Vind. I. Berol. Mon., in quo quidem lineola superius imposita est, qua re significatur *autem*. Vulgo *etiam*.

obligata] Sic Vind. Mon. *obligati* Berol. Gr. τὸ ἐνεχόμενον.

consentit] Sic Mon. Berol. *consensit* Vind. Gr. συναινεῖ.

mutare legatum, et iuxta pro eo percipere reditus idoneos, et cum augmento non minus quartae partis relictae quantitatis, et neque plurimis tributis fiscalibus praegravatos; aut si vendere voluerint huiusmodi legatum, et non minus pro pretio percipere, quam ex tali legato in triginta quinque annos colligetur, ita tamen, ut huiusmodi pretium ad utilitatem praedictae venerabilis domus, ubi relictum est, proficiat.

CAP. XIII. Interdicimus autem sanctissimis episcopis res mobiles aut immobiles seseque moventes, quaecunque post episcopatum ad eos quoquo modo pervenerint, in proprios cognatos aut alias quascunque transferre personas. In captivorum vero redemtionem et egentium pabula et alias pias causas, aut pro utilitate propriae ecclesiae ex his expendere licentiam habeant; et quidquid ex huiusmodi rebus post obitum eorum in ipsorum facultate remanserit, iubemus hoc ad proprietatem ecclesiarum, quarum sacerdotium habuerunt, competere. In illis enim solummodo rebus licentiam eis alienandi aut re-

iuxta pro eo] Sic Vind. Mon. I. Berol. Trid. Hamb. Prior vox *iuxta* deest in Port. Gr. πλησίον — ὑπὲρ τούτου.

percipere] Sic Vind. Berol. I. *recipere* Vulgo. Gr. λαμβάνειν.

reditus] *redditus* Mon. I., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *redditus*. Vind. *rediditos*, sed sec. manus correxit *redditus*.

non] Sic Berol. Mon., deest in Vind., sed supra lineam a sec. manu scriptum *no*, sed lineola superius posita, qua re significantur *vero*. Gr. οὐκ ἐλάττονος.

aut] Sic Vind. Mon. Berol. I. *si autem* Vulgo.

si] Sic Vind. Mon. Berol. *et* Vulgo. Pro *si vend.* I. *vend. si* habet. In Gr. pro εἰ δὲ καὶ, interpres videtur legisse ἢ εἰ.

et non minus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *non minus* Vulgo. Gr. καὶ μὴ ἔλαττον.

pretio] p̄cio I.

percipere] Sic Vind. Berol. *accipere* Vulgo. Gr. λαμβάνειν.

in triginta quinque] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Mon.; *intra viginti quinque* Port. Vulgo. *intra XXXVI in viginti quinque* Cont., qui quidem ad marg. *In Graeco et manuscripto triginta quinque.* Gr. ἐπὶ λέ ἐνιαυτούς.

annos] Sic Vind. Mon. *annis* Berol. *ann.* I.

colligetur] Sic Vind. Berol. *colligitur* Mon. I. Vulgo. Gr. συνάρηται.

tamen] Sic Vind. Mon. *tantum* Berol. Gr. μέντοι.

ut] Sic Vind. Berol., deest in Mon., in quo quidem sequenti syllabae *hu* superius impositum est.

pretium] Sic Vind. Mon. *pcium* Berol., sed litterae *p* lineola superius imposita.

proficiat] Sic Vind. Mon. *profitiat* Berol.

NOV. CXIX. CAP. XIII. interdicimus] Ad marg. Mon. Berol. adscriptum est: *de testamento episcopi vel alterius amministratoris* (*aministratoris* Berol.) *venerabilis loci.*

sanctissimis] Sic Vind. Berol. *sanctis* Mon. Gr. ὁσιωτάτοις.

aut immobiles] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἢ ἀκίνητα.

quoquo] *quocunque* I.

pervenerint] Sic Berol. *pereunt* Mon., sed sec. manus scripsit *pervenerint*. Vind. *pervenerunt*. Gr. περιέλθοι.

proprios] Sic Mon. Berol. *propriis* Vind.

alias] Sic Mon. I. *in alias* Vind. Berol. Vulgo, quod quidem Graecis non firmatur.

transf. pers.] *pers. transferre* I.

captivorum] Sic Vind. Mon. *capeorum* Berol., sed circumflexus supra litteram *p* positus est, secundaque manus correxit *captivorum*. Gr. αἰχμαλώτων.

pro utilitate] Sic Vind. Mon. *pro itilitate* Berol., ut litterae *p* littera *i* superius imposita sit. Caeterum loco prioris litterae *i* sec. manus scripsit *u*.

his] *hiis* I.

rebus] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. πραγμάτων.

facultate] Sic Vind. Berol. *facultatem* Mon., quod sane cum Graecis magis convenit.

proprietatem] Sic Vind. Mon. *utilitatem* Berol., sed sec. manus correxit *proprietatem*. Gr. τῇ δεσποτείᾳ. Quod Vulgo subiicitur *sanctissimarum*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque omittendum esse visum est.

habuerunt] Sic Vind. Berol. *habuerint* Mon. Gr. εἶχον.

eis alien.] *alien. eis* I.

linquendi, quibus voluerint, damus, quas ante episcopatum probantur habuisse, post episcopatum vero, quae ex genere sibi coniuncto ad eos devolutae sunt, quibus ab intestato usque ad quartum gradum succedere poterunt. Haec autem omnia, quae diximus de rebus, quae post episcopatum devolutae sunt ad sanctissimos episcopos, et in reverendissimis orphanotrophis et ptochotrophis et nosocomis et gerontocomis et xenodochis et omnibus aliis rectoribus venerabilium domuum valere sancimus, in rebus, quae in tempore propriae administrationis secundum praedictum modum ad eos pervenerunt. Si quis autem episcopus aut clericus aut cuiuslibet ecclesiastici gradus minister aut ecclesiae diaconissa moriatur sine testamentis et legitimis successoribus, horum successio ecclesiae competat, in qua constituti fuerunt.

CAP. XIV. Iubemus autem, nullum haereticum neque per conductionem neque per emphyteusin neque per emtionem aut alio quolibet modo res immobiles accipere a qualibet sancta ecclesia aut alio venerabili loco. Si quid **** quicquid pro tali causa praebuerit, amit-

quas] Sic Mon. *quae* Vind. Berol. *que* I. Gr. ἅπερ.

poterunt] Sic Berol. *potuerunt* Vind. *potuere* I. *potuerint* Mon. Gr. δύνανται.

et in] Sic Mon. Berol. *ut in* Vind. Gr. καὶ ἐπὶ τῶν.

reverendissimis] Sic Mon. *reverentissimis* Vind. Berol.

et ptochotrephis] *et totochotochis* Berol., deest in Vind. Mon. Gr. καὶ πτωχοτρόφων.

nosocomis] Sic Vind. *nosocomiis* Berol. *noxochomis* I. *noxocomis* Mon. Gr. νοσοκόμων. Quod Vulgo et in I. statim postea est *et xenodochis* in Vind. Mon. deest.

gerontocomis] Sic Berol. Vind. *gerontochomiis* Mon. *geronthocomis* I.

et xenodochis] *et xeodochiis* Vind. *et xenodochiis* Mon. Desunt in Berol. I. et Vulgo. Sed Gr. καὶ ξενοδόχων. Ad marginem Mon. hoc loco adiectum est: *de successione ab intestato veniente episcopi vel clerici vel cuiuscunque persone religiose.*

domuum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *domorum* Vulgo

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol. *sanctimus* I.

administrationis] Sic Mon. *amministrationis* Vind. *estimationis* Berol. Gr. διοικήσεως.

pervenerunt] *pervenerint* I.

aut cuiuslibet] *cuiusl.* I.

ecclesiastici] Sic Mon. Berol. *ecclesiasti* Vind. Gr. ἐκκλησιαστικοῦ.

gradus] Sic Vind. Berol. *ordigradus* Mon. Gr. βαθμοῦ.

diaconissa] Sic Vind. *diaconissae* Mon. *diaconisse* Berol. I. Gr. διακόνισσα.

moriatur] Sic Vind. Mon. Berol. *moriantur* I. Vulgo. Gr. τελευτήσοι.

et] deest in I.

successoribus] Sic Vind. Berol. *successoibus* Mon., sed litteris οι lineola superius imposita est, qua re significari potest *successionibus.*

ecclesiae] Sic Vind. Mon. *aeccle* Berol., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus est.

in qua] Sic Vind. *qua* Mon. Berol. Gr. ἐν ᾗ.

fuerunt] Sic Vind. *fuerint* Mon. Berol. I. Gr. ἔτυχον.

NOV. CXIX. CAP. XIV. iubemus] Ad marginem Mon. adscriptum est: *de contractibus eorum, qui non rectam fidem receperunt*; ad marginem Berol. *de successione ab intestato veniente episcopi vel clerici vel cuiuslibet religiose persone.*

haereticum] Sic Vind. *haereticorum* Mon. Berol. *hereticorum* I. Gr. αἱρετικόν.

emphyteusin] *emphyteosin* Vind. *emphiteosin* Berol. *enfiteosin* Mon. *emphyteosim* I.

accipere] Quae abhinc leguntur usque ad vocem *communione*, in Vind. a sec. manu scripta sunt. Sex fere et dimidius versus vacui relicti fuere.

si quid] Sic Vind. I. *si quidem* Mon. *a quo etiam si quid pro tali committuntur haereticus si quidem* Berol., sed verba *a quo etiam* et *haereticus* punctis subiectis notata sunt. Caeterum in Berol. etiam litteris *si quid*, et *si quidem quicquid* lineolae inferius suppositae sunt. Vulgo postea est *vero huiusmodi peccetur haereticus quidem*, quae in Vind. Berol. Mon. I. desunt. Ego lacunae signa posui, quia manifesto interpres verba τοιοῦτον ἁμαρτηθείη, ὁ μὲν αἱρετικὸς in Graecis non habuit.

quicquid pro] *pro* Vind., priori voce

tat, huiusmodi vero res venerabili loco, a quo etiam datae sunt, vindicentur, rector autem domus, qui ipsas res dedit haeretico, omni gubernatione removeatur et in monasterium recludatur et uno anno sancta communione segregetur, quum haereticis prodidit Christianos. Si autem orthodoxus possessionem habens, in qua sancta ecclesia est, alienaverit aut reliquerit, aut per emphyteusin aut conductionem aut quamlibet gubernationem hanc dedit Iudaeo aut Samaritano aut pagano aut Montano aut Ariano aut alio haeretico, sancta ecclesia eiusdem vici huius vindicet proprietatem alienationis. Si quis autem haereticorum, quibus etiam connumeramus Nestorianos et Acephalos et Eutychianistas, praesumserit speluncam suae incredulitatis aedificare,

quicquid omissa. *quicquid n̄o pro* Mon., sed litteris *n̄o* puncta inferius subiecta sunt. Berol. *quicquid vero*, Hamb. *quicquid pro*. Trid. Port. sec. Os. habet *si quid* (Trid. *quidem*) *vero haereticus pro*.

vero] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. δέ.

vindicentur] *vendicentur* Vind. *vendicetur* Berol. I., sed ultimae litterae *e* in Berol. supra lineam lineola superius imposita est. Mon. *vendicemus*. Gr. ἐκδικείσθω.

dedit] Sic Vind. Mon. *dederit* Berol.

omni] *etiam* I.

removeatur] Sic Berol. *removeant* Vind. *removeantur* Mon., sed litterae *n* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἀποκινείσθω.

monasterium] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasterio* Vulgo. Gr. εἰς μοναστήριον.

recludatur] Sic Mon. Berol. *recludant* Vind. Gr. ἐμβαλλέσθω.

sancta] Sic Vind. Mon. Berol. *a sancta* Vulgo I.

segregetur] Sic Berol. Vulgo I. *segregatur* Vind. Mon. Gr. χωριζέσθω.

prodidit] Sic Vind. Mon. I. *prodiderit* Vulgo. Gr. προδέδωκεν.

autem] Sic Mon. Berol. *a* Vind., sed circumflexus superius impositus est. Gr. δέ.

in qua] *quam* I.

et] Sic Mon. Berol. Trid., deest in Vind., ubi quidem sequenti syllabae a sec. manu superius impositum. I. *est*. Hamb. *in quem et*, Port. *in qua est et*. Vulgo *in qua est*. Ultimam quidem vocem *est* Accursius Os. auctore in cont. non videtur habuisse.

est alien.] Sic Vind., deest in Mon. Berol. I. prior vox *est*.

reliquerit] Sic Mon. Berol. *reliquaerit* Vind.

emphyteusin] *emphiteosin* Berol. Mon. *emphyteusim* Vind. *emphiteosim* I.

conduct.] Sic Berol. *per conduct.* Vind. Mon. I. Vulgo, quod Graecis non firmatur.

quaml.] *per quaml.* I.

dedit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dederit* Vulgo.

Iudaeo] *Iudeo* Vind. Mon. Berol. I.

Samaritano] Sic Vind. Mon. I. *Samaito* Berol., sed litteris *ai* circumflexus superius impositus est.

pagano] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. In Port. voces *aut pagano* desunt. Verba *pagano aut Montano* apud Contium desunt, qui ad marg. adscripsit: *in Graec. additur aut Graeco aut Montanistae.*

Montano] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *Montanistae* Vulgo. Caeterum verba *aut Montano* desunt apud Port.

Ariano] *Arriano* Vind. Mon. Berol. I.

alio] Sic Vind. Mon. Berol., in quo sec. manus scripsit *alii*, quod sane et in I. est. Gr. ἢ ἄλλῳ αἱρετικῷ.

huius] Sic Vind. Mon. Berol. I. *huiusmodi* Vulgo.

vind.] *vend.* Berol. I.

alienationis] Sic Vind. Mon. I. *alienationes* Berol., sed sec. manus correxit *alienationis*. Totum hoc Vulgo omissum.

si quis autem] Ad marg. Berol. *si Iudeus aut hereticus speluncam aut sinagogam edifficaverit.*

quibus] *in quibus* I.

etiam] Sic Vind. Mon. *et* Berol.

connumeramus] *commemoramus* I.

Nestorianos] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed Graecis firmatur.

Acephalos] *Accephalos* Berol. *Acefalos* Vind. Mon.

Eutychianistas] *Euticanistas* Berol. *Euthichiastas* Vind. *Eutichinanistas* Mon., sed priori litterae *n* puncta inferius subiecta sunt. I. *Eutichanistas*. Gr. Εὐτυχιανιστάς.

aedificare] Sic Mon. *edificare* Berol. *edicare* Vind.

aut Iudaei novam synagogam constituere, locorum sancta ecclesia aedificia suae proprietati defendat. Si vero quis per emphyteusin aut conductionem aut etiam aliam quamcunque gubernationem dedit possessionem huiusmodi personae, si quidem sciebat dominus possessionis quia haeretico hanc commisit, omnes reditus illius temporis, quod in contractu transit, ecclesiam civitatis, sub qua possessio constituta est, vindicari. Si vero ignorabat dominus possessionis, quia haereticus erat, cui haec commissa est, ipsum quidem dominum propter ignorantiam indemnem servari, haereticum vero in utroque casu expelli de possessionibus et substantiam eius applicari fisco.

CAP. XV. Orphanotrophi vero tutorum et curatorum fungantur officio, ita tamen, ut et sine satisdatione et conveniantur de rebus orphanotrophiis et ipsis propriis orphanis competentibus. Res autem competentes alicui orphanorum publicis praesentibus tabulariis aut sub gestis monumentorum, in hac quidem regia civitate apud magistrum census habitis, in provinciis autem apud iudices earum aut defensores

Iudaei] *Iudei* Berol. *Iudi* Vind., sed per litteram *d* superius circumflexus traiectus est. I. *videri*.

synagogam] *sinagogam* Mon. Berol. I.

constituere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *construere* Vulgo. Gr. κατασκευάσαι.

proprietati] Sic Vind. Berol. *proprietatis* Mon. Gr. τῇ ἰδίᾳ δεσποτείᾳ.

si vero quis] Sic Vind. *si vero* Berol. I. *si quis enim* Mon. Gr. εἰ δέ τις.

emphyteusin] Sic Vind. *enphiteosin* Mon. Berol. *emphiteosim* I.

cond.] Sic Vind. Berol. *per cond.* Mon. I., quod Graecis non firmatur.

etiam aliam quamcunque] Sic Berol. I. *aliam etiam quamcunque* Vind. *etiam quamcunque aliam* Mon. *etiam per quamcunque aliam* Hamb. Trid. Vulgo. Gr. ἢ ἑτέραν οἱανδήποτε.

dedit] Sic Vind. Berol. I. *dederit* Mon. Vulgo. Gr. δέδωκε.

poss.] *aliquis poss.* I.

dominus] Sic Vind. Berol. I. *dms* Mon., sed lineola superius imposita, sed sec. manus correxit *dns*, lineola superius imposita.

poss.] Quod Vulgo et in Mon. Berol. I. subiicitur *eius*, in Vind. deest, neque sane Graecis firmatur.

reditus] Sic Berol. *redditus* Mon. I. *reditos* Vind.

quod] Sic Vind. Berol. *qui* Mon. Gr. χρόνου τοῦ περιεχομένου.

contractu] *tractu* I.

transit] Sic Mon. Berol. I. *transiit* Vulgo. Sed praesens tempus Graeco περιεχομένου firmatur.

ecclesiam] Sic Vind. Berol. *ecclm* Mon., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est. I. *ecclesie*.

vindicari] Sic Vind. Mon. *vendicari* Berol. I.

quia] Sic Vind. Mon. *qui* Mon., sed sec. manus correxit *quia*. Gr. ὅτι.

quidem] Sic Mon. Berol. *quid* Vind., sed per litteram *d* circumflexus superius traiectus est.

indemnem] Sic Vind. *indempnem* Mon. Berol. I.

servari] *servare* I.

de] Sic Vind. Mon., deest in Berol.

substantiam eius] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eius substantiam* Vulgo. Gr. τὴν οὐσίαν αὐτοῦ.

applic.] Sic Mon. Berol. *adplic.* Vulgo.

NOV. CXIX. CAP. XV. orphanotrophi] Ad marg. Mon. *ut orphanotrophi tutorum fungantur officio.*

ita] Sic Vind. Mon. *ut* Berol., quo deleto sec. manus supra lineam apposuit *ita*. Gr. οὕτω μέντοι.

ut et] Sic Berol. *et ut* Vind. *ut* I. *ut etiam* Vulgo. Gr. ἵνα καί.

satisdatione] Sic Vind. Mon. I. *satisdationem* Berol., sed sec. manus litteram *m* delevit.

et conveniantur] Sic Vind. Berol. *et conveniatur* Mon. *conveniantur* Hamb. Trid. Port. I. *et conveniant et conveniantur* Vulgo. Interpres verba illa καὶ ἐνάγωσι in Graecis non videtur habuisse.

et ips. propr. orphanis] Sic Vind. Mon. *et ips. orph. propriis* I. Desunt haec in Berol., sed ad marginem Berol. adscripta sunt: *et ipsis propriis orphanis*, sed a sec. manu.

competentes] Sic Vind. Mon. *competentibus* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont.

aut] Sic Vind. Mon. Berol. I. *et* Vulgo. Pro καὶ interpres videtur habuisse ἤ.

quidem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. μέν.

earum] Sic Mon. Berol. *eorum* Vind., quod quidem Graecorum tenori repugnat.

locorum, orphanotrophos accipere et custodire, et si necessarium putaverint, etiam alienare et pretium earum orphanis conservare, aut alias res pro illis emere, non autem subiacere tutelaribus aut curatoriis rationibus. Servari autem iubemus venerabili orphanotropho huius regiae urbis et xenodochio, quod appellatur sanctae memoriae Sampso, et sub eius gubernatione constitutis oratoriis aut xenonibus aut aliis venerabilibus domibus omnia privilegia, quaecunque habet sanctissima maior ecclesia Constantinopolitana.

EPILOGUS. Quae igitur per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, tua celsitudo edictis solenniter in hac regia civitate propositis ad omnium studeat pervenire notitiam. Nos enim providebimus, quatenus sine collatorum dispendio fiat etiam in provinciis manifesta.

[CXX.] GLOSS.

UT FRATRIS FILII SUCCEDANT AD IMITATIONEM FRATRUM ET ASCENDENTIBUS EXSTANTIBUS; ET UT MU-

locorum] *eorum* I.
orphanotrophos] Sic Berol. Hamb. Trid. *orphanotrophiis* Port. Vind. Mon. Gr. τοὺς ὀρφανοτρόφους.
putaverint] Sic Vind. Berol. *putaverit* Mon. I. Gr. νομίσουσι.
etiam] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. καί.
pretium] Sic Berol. I. Hamb. *pretia* Vind. Mon. Trid. Port. Vulgo. Gr. τίμημα.
earum] Sic Vind. *eorum* Mon. Berol.
curatoriis] Sic Vind. *curatoīs* Berol., sed ultimis tribus litteris lineola superius imposita est. Mon. *curationis*. I. *curatorum*. Gr. κουρατωρικοῖς.
orphanotropho] Sic Vind. Mon. Berol. I. *orphanotrophio* Vulgo. Pro ὀρφανοτροφείῳ interpres videtur habuisse ὀρφανοτρόφῳ.
xenodochio] Sic Berol. *xenonochio* Vind. Mon. *xenodocho* I. Gr. τῷ ξενῶνι.
appellatur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *vocatur* Vulgo.
sanctae] Sic Vind. Mon. *sce* Berol., sed ultimae litterae *e* lineola inferius adiecta est, qua re significatur *ae*.
memoriae] Sic Vind. Mon. Berol. Vulgo *Mariae* I. Hamb., quod ex male intellectis siglis *S. M.* originem habuisse Os. recte visum est.
Sampso] Sic Vind. Mon. *Sanso* Berol. *Sanson* I. Gr. Σαμψών.
oratoriis] Sic Mon. Berol. *oratoois* Vind., sed ultimis litteris circumflexus superius impositus est. Verba *aut xenonibus* desunt in I.
aliis] Sic Vind., deest in Mon. Berol. I. Gr. ἢ ἄλλοις σεβασμίοις.
quaecunque] Sic Vind. Berol. *quoque* Mon., sed supra lineam a sec. manu scriptum est q̄ h. e. *que*. Gr. ἅπερ.
habet] Sic Vind. Berol. *hat* Mon., sed lineola superius imposita, deest in I. Gr. ἔχει.
sanctissima maior] Sic Berol. Vind. I. *maior sanct.* Vulgo. In Mon. vox *maior* plane non est. Gr. ἁγιωτάτη μεγάλη.
Constant.] *Constant. habet* I.

NOV. CXIX. EPIL. quae] Sic Mon. Berol. *ue* Vind.
in perpet.] *imperpet* Vind.
sanxit] *sancxit* Vind. Mon. Berol.
solenniter] *sollempniter* Vind. Mon. Berol. I.
civitate] Sic Vind. Mon. Berol. I. *urbe* Vulgo.
providebimus] Sic Mon. Berol. I. *providemus* Vind. Gr. προνοήσομεν.
coll. dispendio] *dispendio coll.* I.
etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon.
manifesta] Quae Vulgo subiicitur subscriptio *dat. XV. Kal. April. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XVIII. post Basilii V. C. cons. ann. XV.*, in Vind. Mon. Berol. Pist. I. non est, ideoque omittenda esse visa est.

NOV. CXX. CXX] deest in Vind. Mon. Berol. I. *const. CXXI.* Vulgo. Ad marg. Berol. adscriptum est: *coll. VIII. hic debet esse ut indices non expectent qm̄. coll. VIIII. m.*
fratris] Sic Vind. Mon. Berol. *fratrum* Vulgo I.
succedant] Quod Vulgo et apud Port. I. subiicitur *pariter*, in Vind. Mon. non est. Berol. *succedant paterne,* Hamb. *succ. patruo,* Trid. *succ. paternae substantiae.*
imitationem] Sic Vind. Mon. Berol. I., in quo quidem priori litterae *i* circumflexus superius impositus est.
et] Sic Vind. Berol. *etiam* Mon. I.
exstantibus] Sic Vind. *estantibus* Mon. Berol.

LIERES NON INSINUATA ANTENUPTIALI DONATIONE NON LAEDANTUR, NON INSINUANS AUTEM VIR, VEL SI COMPETAT NUPTIALE LUCRUM, EO NON FRUATUR; ET RURSUS UT MULIERES NON SECUNDO NUBENTES DOMINAE SINT PARTIS SPONSALITIAE LARGITATIS, QUANTUM PARS FACIT UNIUS FILII; ET UT SIMILES SINT POENAE UTRIUSQUE SEXUS, DUM SINE CAUSA RATIONABILI REPUDIUM MITTITUR.

Idem aug. Basso p. p.

PRAEFATIO. Nostras leges emendare nos non piget, ubique utilitatem subiectis invenire volentes. Meminimus igitur scripsisse legem, per quam iussimus, ut, si quis moriatur relinquens fratres et filios alterius praemortui fratris, ad similitudinem fratrum et praemortui fratris filii ad hereditatem vocentur, paternum adingredientes gradum, et illius ferentes portionem. Si vero moriens relinquat ascendentium aliquos, et fratres ex utrisque parentibus coniunctos sibi, et filios ex praemortuo fratre, fratres quidem iussimus per ipsam legem cum parentibus vocari, fratris vero filios exclusimus.

laedantur] Sic Vind. Mon. *ledantur* Berol.

autem] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *aut*, sed lineola superius posita.

vel] Sic Vind. Berol. *u et* Mon., sed priori litterae *u* littera *i* superius imposita est.

competat] Sic Vind. Berol. *compedat* Mon., sed supra litteram *d* a sec. manu littera *t* superius posita est.

ut] deest in I.

dominae] Sic Vind. Mon. *d* Berol., sed circumflexo superius traiecto; supra lineam quidem a sec. manu scriptum est *dne*, sed lineola superius posita. Caeterum litterae *d* in linea scriptae in Berol. sec. manus punctum subiecit.

sint] Sic Vind. Berol. *sunt* Mon.

partis] Sic Vind. Mon. I. *pats partis* Berol., sed priori litterae *s* littera *i* superius imposita est, eique voci *pats* lineola inferius subiecta est.

pars] Sic Mon. Berol. *partis* Vind., sed litterae *t* puncta inferius subiecta sunt.

sint] Sic Vind. Mon., deest in Berol.

poenae] *pene sint* Berol.

causa] Sic Mon. Berol. *ca vero* Vind., sed lineola superius imposita est, litterae *v* autem punctum inferius subiectum.

mittitur] Sic Vind. Vulgo. *mittatur* Mon. Berol. I., in quo subiicitur *Rubrica*.

Idem aug.] *id. a̅* Sic Vind. Pist. Berol. *idem a̅* I., deest in Mon. Neob.

Basso p. p.] Sic Berol. *Basso ppo* Vind., deest in Mon. Neob. — Vulgo: *Basso praefecto praetoriorum*, I. *Basso ppo.*

NOV. CXX. PRAEF. leges emendare] Sic Vind. *emendare leges* Mon. Berol. I. Gr. *νομους ἐπανορθοῦν*.

nos] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. *ἡμεῖς*.

piget] Sic Mon. Berol., *piguet* Vind.

fratres et] Sic Mon. *fratres* Berol., sed omisso *et*. Vind. *fratres filios et*. Gr. *ἀδελφοὺς καί*.

et] *aut* I.

filios alterius] Sic Mon. Hamb. I. Quae abhinc sunt usque ad vocem *hereditatem*, in Berol. omnia a sec. manu scripta sunt. Prior vox *filios* in Vind. Berol. Trid. Port. Vulgo non est. Gr. *παῖδας ἑτέρου*.

praemortui fratris] Sic Vind. Berol. I. *praemortui* Mon., sed ultima vox *fratris* omissa est. *fratris filios praemortui* Trid. Port. *fratris praemortui* Vulgo. Gr. *προτελευτήσαντος ἀδελφοῦ*. Quod Vulgo subiicitur *filios* in Vind. Mon. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.

et praem.] Quae hinc leguntur usque ad syllabas *ad here*, in Vind. a sec. tantum manu scripta sunt.

paternum] Sic Mon. Berol. *paternam* Vind.

et illius] Sic Vind. Mon. *illius* Berol., sed priori syllabae superius impositum *et*. Gr. *καὶ τὴν ἐκείνου*.

relinquat] *reliquerat* I.

utrisque] Sic Mon. Berol. *utriusque* Mon. I. Gr. *ἐξ ἑκατέρων γονέων*.

coniunctos sibi] Sic Vind. Berol. *sibi coniunctos* Mon. Gr. *συναπτομένους αὐτῷ*.

CAP. I. Hoc itaque iuste corrigentes sancimus, ut, si quis moriens relinquat ascendentium aliquem, et fratres, qui possunt cum parentibus vocari, et alterius fratris praemortui filios, cum ascendentibus et fratribus vocentur et praemortui fratris filii, et tantam accipiant portionem, quantam futurus erat eorum pater accipere, si vixisset. Haec vero sancimus de illis fratris filiis, quorum pater ex utroque parente iungebatur defuncto, et absolute dicimus, quem eis dedimus ordinem, quando cum solis vocantur fratribus, eundem eos habere iubemus, et quando cum fratribus vocantur ascendentium aliqui ad hereditatem (hoc iubentes ex Kalendis Ianuariis praesentis undecimae indictionis.)

CAP. II. Illud quoque dignum correctione aliqua esse indicantes, partem hoc praesentis facimus legis. Ex ipso enim rerum invenientes experimento, necessarium esse mulieribus actis monumentorum antenuptiales donationes insinuari, ut, vel si principalia instrumenta pere-

NOV. CXX. CAP. I. hoc] Sic Vind. Mon. Berol. I. *haec* Vulgo. Pro ταῦτα interpres videtur legise τοῦτο. Ad marg. Mon. hoc loco adscriptum est: *de successionibus, quae ab intestato deferuntur et parentibus et filiis fratrum.*

iuste] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu voci *itaque* impositum est. Gr. δικαίως.

relinquat] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. *reliquerit* Hamb. I.

possunt] Sic Vind. Mon. I. *possint* Berol. Vulgo.

fratris praemortui] Sic Vind. Mon. I. *fratris* Berol., sed sec. manus postea supra lineam apposuit *praemortui.* Vulgo *praemortui fratris.* Gr. ἀδελφοῦ προτελευτήσαντος.

et fratribus] Sic Vind. Berol. In Mon. prior vox *et* non est. Hamb. I. *fratres*, Trid. *et fratres.* Gr. καὶ τῶν ἀδελφῶν.

vocentur] Sic Vind. Berol. *succedt* Mon., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est. Gr. καλῶνται.

et] Sic Vind. Berol. I. *etiam* Mon.

praemortui fratris] Sic Mon. Berol. *premortui fratris* I. *fratribs praemortui* Vind., sed litterae *b* a sec. manu punctum subiectum ultimisque syllabis *tui* syllaba *is* superius imposita est. Gr. τοῦ προτελευτήσαντος ἀδελφοῦ.

et tantam] Sic Hamb. Mon., in quo priori voci puncta inferius subiecta sunt. Trid. Berol. I. *tantam*, Vind. *et tantum*, sed sec. manus correxit *tantam.* Gr. καὶ τοσαύτην.

futurus erat eorum] Sic Vind. Berol. Hamb. I. *futurus erat* Mon. *eorum futurus erat* Vulgo. Trid. Port. Gr. ἔμελλεν ὁ αὐτῶν.

pater] Sic Vind. Berol. *pater eorum* Mon., quod quidem Graecis non firmatur.

si vixisset] Sic Vind. Mon. Berol. Port. *si viveret* Hamb. Trid.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. *hoc* Vulgo I. Gr. ταῦτα.

illis] *illius* I.

fratris filiis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *filiis fratris* Vulgo.

pater ex utroque] Sic Vind. Mon. *ex utroque pater* Berol. Gr. πατὴρ ἐξ ἑκατέρου.

dicimus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dicere* Vulgo.

quem eis dedimus] Sic Mon. desunt in Berol. I. Vind., in quo quidem ab initio haec verba scripta fuerunt, quae quidem iam prima manus delevit. Gr. οἵαν αὐτοῖς δεδώκαμεν.

vocantur] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem sec. manus scripsit *vocatur.* Gr. καλοῦνται.

ascendentium aliqui] Sic Vind. *aliqui ascendentium* Mon. Berol. I. Gr. τῶν ἀνιόντων τινές.

Kalendis Ianuariis] Sic Mon. Berol. *Kal. Ianuariis* Vind. I. *Kal. Ian.* Vulgo.

undecimae indictionis] Sic Berol. I. *undecime inditionis* Vind. Mon. *indictionis undecimae* Vulgo.

NOV. CXX. CAP. II. illud quoque] Ad marg. Mon. *si propter nuptias donatio gestis intimata fuerit.*

facimus] Sic Mon. Berol. *sanctimus* Vulgo. Gr. ποιούμεθα.

inven. experimento] Sic Mon. *experimento invenientes* Vind. Berol., quod quidem Graecis non firmatur.

actis] Sic Mon. Berol. *hactis* Vind., sed priori litterae *h* puncta inferius subiecta sunt.

ut vel si] Sic Vind. Mon. *vel si* Berol., sed supra litteras *vel* sec. manus vocem *ut* superius posuit. I. *si vel.* Gr. ἵνα κἂν εἰ.

aut, quod facile est per monumenta eis matrimonii probatio maneat, sancimus, necessitatem habere viros ipsos, aut etiam qui pro eis ante nuptias seu propter nuptias donationes scribunt, si quingentorum solidorum transscendit quantitatem, insinuare eam in actis monumentorum, in regia quidem civitate apud magistrum census, in provinciis autem apud civitatis uniuscuiusque defensorem, aut apud quos omnino talia documenta confici possunt. Si vero non insinuent eas, quantum quidem ad partem mulieris, etiam sic eas valere iubemus, et si tempus fiat exactionis donationis et partis eius, non opponi mulieri non fuisse insinuatam donationem. Si vero dotalium pacta et horum eventus parti viri concedant actionem dotis aut etiam partis eius, nullam eum habere iubemus actionem, si non donationem insinuavit actis monumentorum, sicuti dictum est. Viris enim habentibus potestatem insinuare donationes, pro non insinuatis periculum mulieribus imminere, ineptum nobis esse videtur.

CAP. III. Quia vero mulieres ad secundas nuptias non venientes

quod facile est] Sic Vind. Mon. I. *quod si facile est* Berol., sed voci *si* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo *facilis eis*.

monumenta eis] *monumenta eius* Vind. Mon. I. Berol., sed vox *eius* Vulgo non est. Scripsi *eis* propter Gr. *αὐταῖς*.

matrimonii] Quod Vulgo subiicitur *eius*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, nec sane Graecis firmatur.

aut etiam] Sic Vind. Berol. *aut* Mon., sed lineola superius imposita est, qua re Vulgo significatur *autem*. Gr. *ἢ καί*.

ante nuptias] Sic Mon. I. *antenuptiales* Vind., quod etiam Vulgo est. Berol. *ante*. Gr. *πρὸ γάμου*.

seu propter nuptias] Sic Vind. I., desunt in Mon. Berol. I. Vulgo. Gr. *ἤτοι διὰ γάμον*.

monumentorum] Sic Vind. Berol. *monanumentorum* Mon., sed litterae *a* punctum inferius subiectum est.

civitate] Sic Mon. Berol. *civitatem* Vind.

apud] deest in I.

civtiatis uniuscuiusque] Sic Vind. Mon. Berol. *uniuscuiusque civitatis* Vulgo I. Gr. *πόλεως ἑκάστης*.

defensorem] Sic Vind. Berol. *defensores* Mon. I. Gr. *ἐκδίκῳ*.

si vero] Sic Vind. Mon. *sin vero* Berol.

eas] Sic Vind. Berol. *eam* Mon. Gr. *ταύτας*.

et partis] Sic Vind. Mon. I. *et parti* Berol., sed sec. manus ad finem huius vocis apposuit litteram *s*. Vulgo *aut partis*. Melius fore *aut etiam p.* Os. scribit, sed manifesto interpres *καὶ* illud in cont. non habuit.

opponi] Sic Mon. Berol. *oponi* Vind.

mulieri] *mulieribus* I.

fuisse insinuatam] Sic Mon. Berol. I. *fuisse e insinuatam* Vind., sed litteris *se* iam a prima manu puncta subiecta sunt.

donationem] Sic Vind. Berol. *donatione* Mon.

dotalium] *dotalia* I.

horum] *eorum* I.

concedant] Sic Vind. *concedunt* Mon. I. *concederet* Berol., sed supra litteras *et* sec. manus virgulam superius posuit. Gr. *δῶ*.

actionem] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. *exactionem* Os. scribit.

partis eius] Sic Vind. Mon. Berol. I. *eius partis* Vulgo. Gr. *μέρους αὐτῆς*.

iub.] Pro *iubemus actionem* I. habet *act. iub.*

si non] Sic Vind. *sine* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. Mon. *si ne*, sed iam prima manus litterae *n* circumflexum imposuit, secundaque litterae *e* puncta subiecit. Gr. *ἐὰν μή*.

actis] Sic Vind. *hoc est actis* Mon. Berol. *in actis* I. Vulgo.

sicuti] Sic Vind. Berol. I. *sicut* Mon.

viris] Sic Mon. Berol. *iuris* Vind. Gr. *ἀνδρῶν*.

periculum] *peric. imminere* I.

imminere] deest in I.

ineptum] Sic Berol. *ineptum* Mon. Vind., sed litterae *e* circumflexus superius impositus est. Gr. *ἄτοπον*.

nobis esse] Sic Vind. *esse nobis* Mon. Berol. I. Gr. *ἡμῖν εἶναι*.

NOV. CXX. CAP. III. quia] Ad marg. Mon. adscripta haec sunt: *de his, qui secundas nuptias non contrahunt sine causa.* Caeterum Berol. *qui*, sed supra lineam a sec. manu scriptum est *vel quia*.

vero] Quod Vulgo subiicitur *et*, in Vind. Mon. Berol. Port. I. non est, est autem in Hamb. Trid. An dicendum, interpreti *καὶ* illud in Graecis non fuisse?

mulieres] Sic Berol. Vind. Mon., in quo subiicitur *ultra eas*, quae quidem verba punctis subiectis notata sunt.

praepositione aliqua dignas ultra eas, quae secundo nubunt, esse putamus, si qua amisso viro alterius abstineat nuptiis, habere quidem eam ad usum antenuptialis donationis, sicut prius sancivimus, habere vero eam et proprietatis tantum, quantum filiorum quantitas facit, ut secundum proprietatis rationem unius et ipsa filii personam obtinere videatur. Haec vero valere non in matribus solis iubemus, sed etiam in patribus et aliis ascendentibus volumus ad secundas nuptias non venientibus.

CAP. IV. Quia vero interdiximus dudum per nostram legem et viris et mulieribus repudia mittere et transigere matrimonia, nisi tamen quaedam sit causa nostrae legi cognita, et poenas hoc facientibus et viris et mulieribus imposuimus, mutationem quandam circa poenas viri et mulieris facientes, et ad melius hoc transformantes sancimus, nullam esse differentiam, quantum ad poenas, inter virum et mulierem

praepositione] *propositione* Vind. Berol. Mon., in quo sec. manus scripsit *portione*. Vulgo I. *portione*. Correxi ex Gr. προτιμήσεως, siquidem verum est, syllabas *pro* et *prae* fere semper in codd. mss. permutari.

aliqua dignas] Sic Mon. Vind. *aliqua digna* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in cont. In Vind. post haec in linea haec scripta, sed iam a sec. manu deleta sunt: *digs* (sed ultimae litterae *s* circumflexus superius impositus est) *ultra eas, quae esse ad secundas nuptias non venientes* (supra litteras *ent* a sec. manu scripta haec sunt *an*) *propositione*.

si qua] Sic Vind. Mon. Berol. I. *si quae* Vulgo.

alterius] Sic Berol. *alteris* Vind. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *alterius*. Gr. ἑτέρων.

quidem eam] *eam quidem* I.

ad usum] Sic Mon., in quo quidem litterae *u* a sec. manu supra lineam adscriptum est *summam*. — *Ad summam* Berol. Vind., in quo quidem haec tantum a sec. manu scripta sunt. Vulgo et in I. *usum*. Sane in Graecis est χρῆσιν.

antenupt. don.] Haec duo verba in Vind. non nisi a sec. manu scripta sunt.

sancivimus] Sic I. *sanctivimus* Vind. *sanccivimus* Mon. *sancximus* Berol. *sancimus* Vulgo. Gr. ἐθεσπίσαμεν.

tantum — quantum] Haec omnia in Vind. tantummodo a sec. manu scripta sunt. Sic et Mon., nisi quod pro *tantum* prima manus habuerat *tamen*, quod quidem a sec. manu correctum. In Berol. est *tamen quantum*, sed ex priori voce *tamen* sec. manus fecit *tantum*. Gr. τοσοῦτον ὅσον ἡ πρὸς τοὺς παῖδας ἀναλογία.

facit] Sic Vind. Mon. Hamb. I. *fec.* Berol., sed lineola superius imposita, quod quidem sec. manus correxit *facit*. Vulgo, Trid. Port. *faciat*. Gr. ποιεῖ.

rationem] Sic Mon. Berol. *ratione* Vind.

et ipsa] Sic Vind. Berol. *ipsa et* Mon. Gr. καὶ αὐτή.

filii personam] Sic Berol. Vind. *personam filii* Mon. Gr. παιδὸς πρόσωπον.

videatur] Sic Vind. Mon. *videantur* Berol., sed litterae *n* puncta inferius subiecta sunt.

haec] *hoc* I.

nupt. non ven.] *non ven. nuptias* I.

NOV. CXX. CAP. IV. quia vero] Ad marg. Mon. *ut eadem pena vir et mulier divertens teneatur*.

nostram legem] Sic Vind. Berol. *nostras leges* Mon. I. Gr. δι' ἡμετέρου νόμου.

et viris] Sic Mon. Berol. *viris* Vind. Gr. τοῖς τε ἀνδράσι.

tamen] Sic Vind. Mon. *tantum* Berol. Gr. πλὴν εἰ μή.

nostrae] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ.

cognita] Sic Mon. Berol. *cognitas* Vind., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Gr. γνωριζομένη.

et viris] Sic Mon. Trid. Port. *viris* Vind. Hamb. I. *et in viris* Berol., sed voci *in* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἀνδράσι τε.

imposuimus] *inposuimus* Vind. *repudia mittere imposuimus* Mon., sed priora duo verba punctis subiectis notata sunt.

poenas] Sic Vind. Mon. *pena* Berol., sed sec. manus ad finem *s* adiicit.

viri] Sic Vind. Mon. *viris* Berol. Gr. ἀνδρός.

et] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ac* Vulgo.

quantum] Sic Mon. Berol. *quantum esse* Vind. Gr. τόγε.

poenas] Sic Vind. *poenam* Mon. *penam* Berol. I. Gr. ταῖς ποιναῖς.

hoc praesumentes; sed iisdem poenis, quae contra mulieres a nobis definitae sunt, si sine causa nostrae legi cognita matrimonia distrahant, etiam viros subdi hoc praesumentes, et similes esse poenas in viro et muliere. In delicto enim aequali proximas eis imminere poenas, iustum putavimus esse.

EPILOGUS. Praesentem igitur generalem nostram legem manifestam tua gloria faciat per edicta solennia et his, qui hanc maximam civitatem, et qui provincias habitant, ut nullus omnium, quae ad salutem communem sancita sunt, a nobis ignoret.

[CXXI.]

DE REVOCATIONE VICARII PONTICAE.

Idem aug. Eugenio p. p.

PRAEFATIO. Nos quidem sufficere civiles ordinationes circa Pon-

hoc] Sic Vind. Mon. *haec* Berol. Gr. τοῦτο.

iisdem] *hisdem* Vind. *hiisdem* I. Mon. *isndem* Berol., sed sec. manus scripsit *hisdem*.

quae] Sic Vind. Mon. *que* Berol.

a nobis definitae sunt] Sic Vind. *a nobis definite* Berol. *dispositae a nobis sunt* Berol. Gr. παρ' ἡμῶν ὁρισθείσαις.

si sine] *sine* Vind. Berol., sed supra lineam voci *si* a sec. manu adscripta est vox *si*. In Mon. haec sane omissa, sed a sec. manu ad marginem apposita sunt. I. *quae sine*. Gr. ἐπειδὰν χωρίς.

distrahant] Sic. Vind. *distrahunt* Mon. *distraunt* Berol. Gr. λύσωσι.

hoc] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. τοῦτο.

praesumentes] Sic Mon. Berol. *praesumentis* Vind. Gr. τολμῶντας. In Berol. postea haec subiiciuntur: *set ibidem penis, quae contra mulieres a nobis definite sunt sine causa nostre legi cognita matrimonia distrahunt etiam viros subdi praesumentes*. Sed his quidem a sec. manu superscriptum est *vacat*.

esse poenas] Sic Vind. Mon. Berol. I. *poenas esse* Vulgo. Gr. εἶναι τὰς ποινάς.

muliere] Sic Vind. Mon. I. Berol., in quo quidem ultimae litterae *e* circumflexus superius impositus est, quem sec. manus delevit. Gr. καὶ γυναικός.

aequali] Sic Vind. Mon. *equali* Berol.

proximas] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Berol. I. *similes* Vulgo.

eis] Sic Vind. Mon. I. *ei* Berol. Gr. αὐτοῖς.

putavimus esse] Sic Vind. Berol. I. *putamus esse* Mon. *esse putamus* Vulgo. Gr. ἐνομίσαμεν εἶναι.

NOV. CXX. EPIL. nostram legem] Sic Mon. Berol. Hamb. Vind., in quo quidem vox *nostram* a sec. manu ad marginem adscripta est. Vulgo Trid. Port. I. *legem nostram*. Gr. ἡμῶν νόμον.

faciat] Sic Vind. Mon. *fatiat* Berol.

solennia] *solempnia* Mon. I. *sollempnis* Vind. Berol.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *iis* Vulgo. *hiis* I.

provincias] *provinciis* I.

habitant] Sic Vind. Berol. *inhabitant* Mon. Gr. οἰκοῦσι.

omnium] Sic Vind. Mon. Berol. *hominum* Vulgo I. Gr. τῶν πάντων.

ignoret] In Vind. Mon. Berol. Pist. I. non est subscriptio, quae Vulgo subiicitur: *dat. Kal. Septemb. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XXI. post cons. Basilii V. C. anno VI*, quae omittenda fuit tota.

NOV. CXXI. CXXI] Deest in Vind. Pist. I. Ad marg. Pist. adscriptum est *const. VIIII*. Vulgo *const. CXXII*.

de — Ponticae] *de revocacione vicarii Pontifice R/.* Pist. Desunt in Vind. *de pontici tractus vicario* Vulgo.

idem aug.] *id. a̅* Vind. Pist.

p. p.] *pp.* Vind. Pist., sed lineola superius imposita. Vulgo *pf. p.*

NOV. CXXI. PRAEF. nos] Sic Vind. *ios* Pist., sed litterae *i* littera *n* superius imposita est. Gr. ἡμεῖς.

quidem] Sic Vind. Pist., in quo quidem litteris *em* puncta inferius subiecta sunt.

sufficere] *sufficereter* Vind., sed priori litterae *e* circumflexus a prima manu impositus est. Pist. *sufficient*, sed litteris *ent* lineola superius imposita est. *sufficientes* Vulgo, *sufficienter* Os. Gr. ἀρκεῖν.

ordinationes] *ordinacioes* Vind. Pist., sed litteris *o* et *oe* circumflexi superius impositi sunt.

ticen dioecesin provinciis constituentes, desuper per ipsa loca vicarium in medio hoc consensimus tempore, nemini eorum, quae postea facta sunt ab eis, delinquere sperantes. Sed mox ut ab ipsis cognovimus rerum, quod viri habitant provincias has latrociniis et homicidiis deditis, et viros armis utentes semper colligentes, ad adversarios invicem utentibus his, defugiunt quae pro his sunt poenas, ut provincias mutent, in quibus delinquunt, neminem provincialium iudicum traditam sibi provinciam exire praesumentes, ut multoties quidem nos viros destinemus ad provinciam et gravare expensis publicum, * vero plus nihil, non praesente ordinatione de praeparato iuvante et huiusmodi illicita auferente.**

Ponticen] *pontificem* Vind., in quo Os. scribit haberi *ponticam*. Pist. *pon-ficem*. Vulgo *Ponticam*. Gr. *Ποντικήν*.
dioecesin] *diocesim* Vind. *docesi* Pist., sed ultimae litterae *i* circumflexus superius impositus est, qua re significatur littera *m* vel *n*. Gr. *διοίκησιν*.
constituentes] Sic Vind. Pist. *existimantes* Vulgo.
desuper] Quod Vulgo subiicitur *excogitatum*, in Vind. Pist. non est, itaque eiiciendum fuit. Interpres sane vocem illam *ἐπινενοημένον* non videtur in Graecis habuisse.
per ipsa] Sic Vind. *rpa* Pist., sed lineola superius imposita est. Gr. *κατ' ἐκείνους*.
consensimus] Vind. sic habet. Pist. *concessimus*. Vulgo *contemsimus*.
tempore] *tpr* Vind. Pist., sed lineola superius imposita est.
nemini] Sic Vind. Pist. *nihil* Vulgo. Pro *οὐδὲν* interpres manifesto habuit *οὐδενί*.
quae] Sic Vind. *q* Pist., sed una linea inferius traiecta est, alia superius imposita.
ab eis] *ab eius* Pist., desunt in Vind. Gr. *παρ' αὐτῶν*.
delinquere] *derelinquere* Vind. *delinque* Pist., sed litterae *d* circumflexus traiectus ultimaeque litterae *e* alius circumflexus superius impositus est. Vulgo *delinqui*. Gr. *ἁμαρτηθήσεσθαι*.
sperantes] Sic Vind. *sperare* Pist. Gr. *προσδοκήσαντες*.
ab ipsis] *ab ipsi* Vind. Pist. Gr. *ἐξ αὐτῶν*.
rerum] Sic Vind. Pist. *rebus* Vulgo. Interpres voces *τῶν πραγμάτων* non cum verbis *ἐξ αὐτῶν* coniunxit.
has] Sic Pist. *a* Vind. Gr. *ταύτας*.
homicid.] Sic Vind. *domicid*. Pist.
ad adversarios] Sic Vind. *et adversario* Pist. Gr. *κατ' ἀλλήλων*.
utentibus] Sic Vind. Pist. *utentes* Vulgo. Pro *χρώμενοι* interpres videtur habuisse *χρωμένοις*.
defugiunt] Sic Pist. *diffugiunt* Vind. *defugiuntque* Vulgo. Os. scribit, in Vind. iam non vocem *que*, sed sequentem *quae* omissum esse.
sunt] Sic Vind. *ut* Pist.
mutent] Sic Pist. *mittent* Vind. Gr. *ἀμείβειν*.
delinquunt] Sic Vind. Pist. *delinquent* Vulgo.
neminem] Sic Vind. Pist. *nemine* Vulgo. Pro *οὐδενὸς* interpres videtur legisse *οὐδένα*.
iudicum] Sic Vind., deest in Pist. Gr. *ἀρχόντων*.
traditam] Sic Vind. *tradita* Pist.
provinciam] Sic Vind. *provincias* Pist. Gr. *χώραν*.
exire] Sic Vind. *exigere* Pist. Gr. *ἐκβαίνειν*.
praesumentes] Sic Vind. Pist. *praesumente* Vulgo. Pro *τολμῶντος* interpres videtur habuisse *τολμῶντες*.
multoties] *multotiens* Vind. *multociens* Pist.
quidem] *qd* Vind., sed per ultimam litteram *d* circumflexus traiectus est, qua re significari solet *quidem*. Os. quidem in Vind. se invenisse scribit *quod*. Pist. *d*. Gr. *μὲν ἡμᾶς*.
ad provinciam] *provinciam* Pist. *a provinciis* Vind. Gr. *κατὰ τὴν χώραν*.
gravare] Sic Vind. Pist. *gravaremur* Vulgo. Gr. *βαρῦναι*, quod quidem interpres non crediderat ab eo quod antecedit *ὡς* pendere.
publicum] Quod Vulgo subiicitur *efficeremus*, in Vind. Pist. non est. Ego lacunae signa ponere malui, quia aut interpres *πρᾶξαι* illud vel non habuit, vel non habere sibi visus est.
vero] Sic Vind. Pist. In Vind. quidem haberi *viro* Os. scripsit. Gr. *δέ*.
praesente] Sic Vind. *praesumente* Pist. Gr. *παρούσης*.
ordinatione] Sic Vind. Pist. *iurisdictione* Vulgo.
praeparato] Sic Vind. *pparante* Pist., sed litteris *pp* lineola inferius traiecta, alia autem linea supra has litteras posita est. Caeterum ultimae litterae *e* sec. manus punctum subiecit lineaeque imposuit litteram *o*. Gr. *ἐξ ἑτοίμου*.
iuvante] Sic Vind. *iuvantem* Pist.
illicita] *inlicita* Vind. *indita* Pist.
auferente] Sic Vind. *aufente* Pist., sed

CAP. I. Praevidimus revocare vicarii iterum dignitatem, et eum quidem, qui primae Galatiae princeps est, nihil aliud, nisi civilem tantummodo iudicem esse, secundum quod pridem erat, priusquam nos vicarii auferremus administrationem, dignam et annonis plurimis ille, qui primae Galatiae honoratus est iudex, vicarium vero iterum instituere omnibus Ponticae dioeceseos provinciis, ut ipsum locum *** non praefecturae solius, sed etiam gloriosissimi magistri sacrorum nostrorum officiorum, sed et gloriosissimorum magistrorum militum, adhuc verum etiam *** insuper domesticis et protectoribus praesunt, ac talem habere licentiam et potestatem, et qualem ipsos iudices per se factos in locis habere contigerit, ut neque dignitas neque sacerdotium neque cingulum neque militia neque cuidam ex omnibus alteri iuris-

litteris *en* circumflexus superius impositus est.

NOV. CXXI. CAP. I. vicarii] Sic Vind. *incai* Pist., sed ultimis duabus litteris circumflexus superius impositus est. Gr. τοῦ βικαρίου.

iterum] Sic Vind. *tm* Pist., sed lineola superius imposita est.

dignitatem] Sic Vind. *digtatem* Pist., sed litterae *g* littera *i* superius imposita est.

primae Galatiae] *prime calatie* Vind. *prime Galatie* Pist.

vicarii] Sic Vind. *vicari* Pist. Gr. τοῦ βικαρίου.

auferremus] Sic Vulgo. *auferemus* Vind. Pist. Gr. περιελόντες.

administrationem] *aut ministrationem* Vind., sed priori litterae *u* puncta inferius subiecta sunt. Pist. *aummistionem*, sed litterae *u* punctum superius impositum litterisque *st* circumflexus iniectus est. Gr. ἀρχήν.

dignam et] Sic Vind. Pist. *dignitate vero et* Vulgo. Pro ἀξίᾳ τε interpres manifesto legit ἀξίαν, quod ad praecedentem vocem ἀρχήν retulit.

ille] Sic Vind. *illos* Pist. Manifesto interpres hoc pendere credidit a superiori ἢ πολιτικὸν ἄρχοντα.

primae Galatiae] *prime Galatie* Vind. *me Galaciam* Berol.

honoratus] Sic Vind. *honorat* Pist.

iterum] Sic Vind. *um* Pist., sed litterae *u* circumflexus superius impositus est.

Ponticae] *pontificis* Vind. *ponficis* Pist., sed priori litterae *p* lineola superius imposita est, qua re significatur *prae*. Interpres videtur scripsisse *Pontices*.

dioeceseos] *dioceseos* Vind. Pist.

ipsum] Sic Vind. Pist. *ipse* Vulgo. Gr. αὐτόν. Quod Vulgo subiicitur *impleat*, in Vind. Pist. non est. Ego lacunae signum ponere malui, quia interpres vocem πληρῶσαι vel non habuit vel non habere sibi visus est.

praefecturae] *prefecture* Vind. *perfecte* Pist. Gr. τῆς ἐπαρχότητος.

sed] *si* Vind. Pist.

officiorum] Sic Vind. *possoe* Pist., sed priori litterae *p* punctum subiectum ultimaeque litterae supra lineam circumflexus superscriptus est. Gr. ὀφφικίων.

sed etiam] Sic Vind., desunt in Pist. *insuper et* Vulgo.

adhuc] Sic Vind. *ad hc* Pist., sed litteris *hc* lineola superius imposita est. Caeterum vox antecedens *gloriosissimorum* in Vind. est, deest autem in Pist.

etiam] Post hanc vocem Vulgo est *magnificentissimorum iudicum*, *qui divino nostro patrimonio et tamiaco*, quae quidem in Vind. Pist non sunt. Sane interpres verba τῶν μεγαλοπρεπεστάτων — τῷ ταμιείῳ in Graecis non videtur habuisse, quae quidem propter similium vocum repetitionem videntur excidisse.

protectoribus] Sic Vind. *ptectom* Pist., sed litteris *o* et *u* circumflexi superius impositi sunt. Gr. προτίκτωρσιν.

ac] *nec* Pist. *h* Vind., sed circumflexo superius imposito, qua re significatur *haec*. Vulgo *et*. Scripsi *ac* propter Graecum καί.

et qualem] Sic Pist. *et equaliter* Vind. Gr. ὁποίαν.

ipsos] Sic Vind. *et apos* Pist., sed litterae *p* lineola superius imposita est, qua re significatur *prae*. Gr. αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας.

noctes eis eandem habeant, quam dies observationem. Non enim dormiunt omnes semper, sed palam est, quia alii quidem in somno sunt, alii vero vigilant, et omnino sunt quidam dormientes inspicientes. Si autem aliqua habitacula sunt in quolibet monasterio sub tua constitutorum sanctitate, sive in hac magna civitate, sive in eius per circuitum habitaculis, sive a nobis ipsis aedificatis, sive ab aliis seorsum habitanda aliquorum monachorum, haec omnibus modis depones aperiesque eis alterutra, ubi celebrentur. Quid enim formidabunt hoc agentes, semet ipsos dicantes deo, et abrenunciantes publicae comessationi? Et hoc quidem ita valere nunc et in futurum omne volumus tempus nullo, sicut dictum est, habente habitaculum seorsum, sed congregandis omnibus et inspicientibus, quae ab alterutris aguntur. Certum enim est, quia talia studebunt ii constituere, qualia omnino inculpabilia manent.

eis eandem] Sic Mon. Pist. *eadem* Par. Gr. *αὐτοῖς τὴν αὐτήν*.

omnes] Sic Mon. 2. Pist. *eos* Par. Gr. *ἅπαντες*.

alii vero] Sic 2. Pist. Par. *alii* Mon., sed sec. manus supra lineam vocem *vero* posuit. Gr. *οἱ δέ*.

vigilant] Sic Pist. Par. 2. *invigilant* Mon.

et omnino] Sic 2. Mon. Pist. *omnino* Par., sed priori voce *et* omissa. Gr. *καὶ πάντως*.

sunt] Sic Pist. Par. Mon. 2. *erunt* Vulgo.

quidam] Sic Mon. Par. Pist. *q* 2., sed superius accentulus appositus, inferius autem circumflexus traiectus est, qua re Vulgo significatur *quidem*. Gr. *τινές*.

dormientes] Sic 2. Par. Pist. *dormopntes* Mon., sed sec. manus correxit *dormientes*. Gr. *τοὺς καθεύδοντας*.

si] Sic 2., deest in Par. Pist. Mon., in quo quidem supra vocem sequentem haec eadem vox *si* superius a sec. manu posita est. Gr. *εἰ δέ τινα*.

aliqua] Sic Pist. Par. 2. *aliquam* Mon. Gr. *τινά*.

sunt] Sic Mon. *sint* 2. Par. Pist. Gr. *ἐστίν*.

monasterio] Sic Mon. Par. Pist. 2. *monasteriorum* Vulgo. In 2. antea est *testimoniorum*, quod quidem sec. manus delevit. Gr. *ἐν οἱῳδήποτε μοναστηρίῳ*.

magna] *mag* 2., sed lineola superius imposita est.

per circuitum habitaculis] Sic Mon. 2. *habitaculis per circuitum* Pist. *circuitu habitaculis* Par.

aedificatis] Sic Mon. *hedificatis* Mon. 2. Pist. *aedificata* Vulgo.

ab aliis] Sic Mon. 2. Par. *ad aliis* Pist. Gr. *εἴτε παρ' ἑτέρων*.

habitanda] Sic Pist. *habitantia* Mon. 2. *habitanti* Par. *habitata* Vulgo. Caeterum voces *seorsum habitata* Vulgo uncis inclusa sunt, quoniam in Graeco contextu nihil habent, quo firmentur.

aliquorum monachorum] Sic Mon. 2. Par. Pist., deest Vulgo, nec sane in Graecis habet, quo confirmetur.

depones] Sic Par. Pist. *deponens* Mon. 2. Gr. *καθαιρήσεις*.

alterutra ubi celebrentur] Sic Par. Pist. Mon. 2. *mutuam inspectionem et videbunt omnes ab alterutris celebrata* Vulgo.

quid] Sic Par. *quih* Mon., sed sec. manus correxit *quid*. In 2. Pist. est *qui*. Gr. *τί*.

enim] Sic Pist. 2. Par., deest in Mon., sed a sec. manu supra lineam positum est *enim*. Gr. *γάρ*.

hoc] Sic Mon. 2. Pist. *hec* Par. Gr. *τοῦτο*.

dicantes] Sic Mon. 2. Pist. *dıcetes* Par. Gr. *ἀναθέντες*.

comessationi] Sic Mon. Par. Pist. 2. Vulgo *conservationi*. Gr. *δίαιταν*.

nunc et] Sic Mon. Par. Pist. *nunc* 2, sed supra vocem *nunc* vox *et* superius posita est. Gr. *νῦν τε καί*.

in futurum] Sic Pist. Mon. 2. *futurum* Par. Gr. *εἰς τὸν ἑξῆς*.

omne] Sic Pist. Par. 2. *ee* Mon., sed lineola superius imposita est, qua re significatur *esse*. Gr. *πάντα*.

sicut] Sic Pist. Par. Mon. 2. *ut* Vulgo.

habitaculum] Sic 2. *habitaculo* Pist. Par. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *habitaculum*. Gr. *οἴκησιν*.

ab] Sic 2., deest in Par. Pist. Mon. Gr. *παρ' ἀλλήλων*.

enim est] Sic 2. Par. *est hoc* Mon. *est enim* Pist., quod et Vulgo est.

studebunt] Sic Mon. Pist. Par. *studebant* 2. Gr. *σπεύσουσιν*.

ii] Sic Par. Pist. *ea* Mon. 2. Gr. *αὐτοί*.

constituere] Sic Par. Pist. 2. *constitutum est* Mon., sed sec. manus scripsit *constituere*. Gr. *καθιστάναι*.

inculpabilia] Sic Pist. Mon. 2. *inculpabile* Par. Gr. *ἀνεπίληπτα*.

manent] Sic Pist. *maneant* Par. Mon.

Si quis autem apparuerit tantum impudens, ut audeat tentare praevaricari quod sancitum est, monasterii praesul haec examinet. Volumus enim vehementiorem, quam nunc est, fieri observationem, et primum quidem non plurimos fuisse in monasterium ingressos, sed unum aut secundum forte et adstare ianuae viros senes et castos et testimonii boni ex omnibus, qui quidem reverendissimis monachis concedant sine abbatis voluntate segere monasterium, sed intus eos detineant, quae dei sunt zelantes nec semet ipsos lacerantes, nec actus nec studia nec alios quosdam introire in monasterium noctibus et diebus sinant, qui non recte manere procurent venerabilium voluntatem. Sitque cautissima maceria munitum monasterium, ut nullus exitus aliunde, nisi per ianuas sit.

CAP. II. Deinde vel si nulla ecclesia in monasterio sit, neque

2., sed indicativum modum vel Graecum *μένει* tuetur.

autem] Sic Pist., deest in Par. Mon. 2. Gr. *δέ*.

ut audeat] Sic Mon. 2. *aut audeat* Pist. *audeat* Par. Gr. *ὥστε τολμᾶν*.

monasterii praesul] Sic Mon. 2. Par. *praesul monasterii* Pist. Gr. *ὁ τῆς μονῆς ἡγούμενος*.

haec] Sic Mon. 2. Pist. *hoc* Par. Gr. *ταῦτα*.

enim] Sic 2. Par. Pist., deest in Mon. Gr. *γάρ*.

vehementiorem] Sic Par. Pist. 2. *hoc vehementiorem* Mon., quod quidem Graecis non firmatur.

primum quidem] Sic Pist. Par. *quidem primum* Mon. Gr. *πρῶτον μέν*.

non] Sic Pist. Par. 2. in Mon. Gr. *μή*.

fuisse] Sic Mon. 2. Par. Pist. *esse* Vulgo.

ingressos] Sic Pist. Par. Mon. 2. *ingressus* Vulgo. Interpres vocem *ingressus* videtur ad secundam declinationem declinasse.

adstare] Sic Pist. Mon. *astare* 2. Par. Gr. *ἐφεστάναι*.

ianuae viros] Sic Pist. Mon. 2. *viros ianuae* Par. Gr. *τῇ πυλίδι ἄνδρας*.

et castos] Sic Mon. Par. Pist., deest in 2. Gr. *καὶ σώφρονας*.

testimonii boni] Sic Par. Pist. *testimoni* Mon. 2.

qui quidem] Sic 2. Vulgo. *quinque* Mon. Par. Pist. Gr. *οἵπερ*. Quod Vulgo subiicitur *neque*, in Mon. 2. Par. Pist. est.

reverendissimis] *reverentissimis* Mon. 2. Par.

concedant] Sic 2. *concedat* Mon. Pist. *concedebant* Par. Gr. *συγχωρήσουσι*.

segere] Sic Par., atque Pist. 2., in quibus duobus quidem litterae *r* circumflexus superius impositus est. Mon. *sereye*, sed supra litteras *rey* a sec. manu circumflexus superius positus est. Vulgo *exire*. Num interpres voluit *secedere?*

monasterium] Sic Pist. 2. *in monasterium* Par. Mon.

intus] Sic Par. 2. *inter* Mon. Pist. Gr. *εἴσω*. Posse legi et *intra* Os. existimat.

zelantes] Sic Pist. Mon. 2. *zenantes* Par. Gr. *ζητοῦντας*.

actus] Sic Pist. Mon. 2. *cauptus* Par. Gr. *τὰς πράξεις*.

studia] Sic Mon. Pist. Par. *custodia* 2. Gr. *τὰς ἐπιτηδεύσεις*.

in mon.] Sic Par. 2., deest in Pist. Mon. Gr. *κατὰ τὸ μον*.

noctibus] Sic Pist. 2. *noctis* Mon. Pist., sed in Mon. sec. manus correxit *noctibus*. Gr. *νύκτωρ*.

sinant] Sic Pist. Par. 2. *sin autem quod* Mon. Gr. *ἐάσουσιν*.

qui] Sic Pist. Mon. *quod* Par. 2. Gr. *οἵπερ*.

recte] Sic Mon. 2. Par. Pist. *rectam* Vulgo.

procurent] Sic Pist. *procuret* Mon. 2. *procurvet* Par. Gr. *παρασκευάσουσι*.

venerabilium] Sic Pist. Par. Mon. *verabilium* 2. Gr. *τῶν εὐλαβεστάτων*. Quod Vulgo subiicitur *monachorum*, in Mon. 2. Pist. Par. non est, itaque interpres vocem *μοναχῶν* non videtur in Graecis habuisse.

voluntatem] Sic Pist. Par. 2. *voluntate* Mon. Gr. *δόξαν*.

maceria] Sic Mon. Par. Pist. *materia* 2. Gr. *θριγκίῳ*.

nullus] Sic Pist. Mon. 2. *nullius* Par. Gr. *μηδεμίαν*.

aliunde] Sic Pist. Par. Mon. *alii* 2. Gr. *ἀλλαχόθεν*.

ianuas] Sic Pist. 2. *ianuam* Mon. Par. Gr. *πυλίδων*.

NOV. CXXXI. CAP. II. nulla] Sic Mon. 2. Pist. Par. *ulla* Vulgo. Manifesto interpres in Graecis habuit *κἂν εἴ μήτις*.

sic occasione ecclesiarum egredi, deambulationes illicite illic facere, et confabulari cum quibus non convenit, sed venire quidem tempore sacri ministerii cum abbate suisque prioribus et senibus, sacrificioque completo omnes monachi rursus ad coenobium revertantur, ibique sedeant magnumque deum honorent et sacris scripturis incumbant. Plurimus itaque est talium librorum chorus, et possibile est unicuique animam corrigere atque rigare sacris scripturis quae si frequenter legerit, nunquam decipitur, nec ad humanas descendet sollicitudines. Quatuor autem vel quinque seniores ex ipso monasterio esse in monasterii constituta ecclesia, quibus iam omnis exercitatio est expleta in continentia et qui ordinationem habere meruerunt in clero presbyterorum forsan aut diaconorum aut deinceps habentium schema. Dicti namque et supervenientibus alloquuntur et de divinis eloquiis disputabunt et putari om-

sic] Sic Pist. Mon. 2. *sit* Par. Gr. μηδὲ οὕτως.

occasione] Sic Mon. 2. *occasionem* Pist. Par. Gr. προφάσει.

egredi] Sic Mon. 2. Par. Pist. *ingredi* Vulgo. Gr. ἐκφοιτᾶν. Quod Vulgo subiicitur *et*, in dictis quattuor codd. non est, ideoque omittendum fuit.

deambulationes] Sic Pist. 2. *deambulatione* Mon. *deambulationis* Par. Gr. περιπάτους.

illicite] Sic Pist. 2. Par. *s. illicite* Mon., sed litterae *s* punctum inferius subiectum est. Vulgo *licite*.

quibus] In 2. signum est, quo tale quid videtur significari, sed ut in contextu, Par. Pist. Mon.

tempore] Sic Pist. Mon. 2. *utere* Par. Gr. ἐν τῷ καιρῷ.

ministerii] Sic Pist. 2. *misterii* Mon. *monasterii* Par. Gr. λειτουργίας.

cum abbate] Sic Mon. Vulgo. *abba* Pist. *abbate* Par. *ab abbate* 2. Gr. ἅμα τῷ ἡγουμένῳ.

suisque] Sic Pist. 2. Mon. *suis* Par. Interpres videtur legisse καὶ τοῖς αὐτοῦ.

senibus] *senioribus* Pist. Gr. γεγηρακόσι.

sacrificioque] Sic Mon. 2. Pist. *sacrificio* Par. Pro τῆς δὲ interpres videtur legisse τῆς τε.

omnes] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. ἅπαν.

ibique] Sic Pist. 2. *ubique* Par. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *ibique*. Gr. κἀκεῖσε.

sedeant] *sedant* Mon., sed per litteram *d* superiorem circumflexus traiectus est.

honorent] Sic Mon. Pist. Par. 2. Legendum Os. coniicit *orent*.

incumbant] Sic Mon. Pist. 2. *incumbent* Par.

plurimus] Sic Mon. Pist. *plurimusque* 2. *pluribus* Par. Gr. πολύς.

itaque] Sic Mon. 2. Par. Pist. *etenim* Vulgo.

talium] Sic Mon. 2. Pist. Par. *horum* Vulgo. Gr. τῶν τοιούτων.

chorus] *quorum* Mon. 2. Par. Pist. Sane optima emendatio est. Gr. χορός.

rigare] Sic Par. Mon. 2. *irrigare* Pist.

scripturis] Sic Par., deest in Pist. Mon. 2. Gr. λογίος.

quae] Sic Mon. Par. *que* Pist., deest in Mon. Gr. ἅπερ.

frequenter] *frequentur* Par.

legerit] Sic Pist. *lege* Mon. *legitur* 2. *legunt* Vulgo.

decipitur] Sic Pist. Par. 2. *dicetur decipitur* Mon., sed voci *dicetur* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo *decipientur*.

descendet] Sic Pist. 2. *descendent* Par. Mon.

esse] Sic Pist. Par. 2. In Mon. subiicitur *monasterii*, quod quidem reliquis codd. non firmatur.

in monasterii] Sic Pist. Par. 2., deest in Mon. Gr. ἐν τῷ μοναστηρίῳ.

constituta ecclesia] Sic Mon. 2. Par. Pist. *constitutam ecclesiam* Vulgo.

presbyterorum] *presbiterorum* Mon.

namque] Sic Pist. Par. Mon. 2. *enim* Vulgo.

supervenientibus] Sic Pist. Par. Mon. 2. *supervenientes* Vulgo. Gr. τοῖς ἀφικνουμένοις.

alloquuntur] Sic Pist. 2. *allocuntur* Mon. *aloquuntur* Pist.

et putari] *et portuarii* Mon. Pist. *et portavit* Par. *portunais* 2. Gr. καὶ νομίζεσθαι.

omnes esse tales] Sic Mon. Pist. Par. *tales esse omnes* 2. Gr. πάντας εἶναι τοιούτους.

nes esse tales procurabunt, et custodient domum sacram, iuventutem exardescentem et suos terminos exire volentem continentia detinebunt.

CAP. III. Non ingrediantur autem neque mulier penitus in virile monasterium, neque vir in femineum occasione mortui et ibi sepulti memoriae, vel per aliam causam et maxime si qui fratrem forte vel sororem aut aliquem ex genere habere in monasterio dicat. Cognatio namque monachis in terra non est, caelestem zelantibus vitam. Quid enim volentes tales ingressus faciant, nisi volunt agere aliquid interdictorum? quum liceat et viris competentia in virilibus monasteriis celebrare ***, nullo permixto alteri neque si quis forte frater dicatur esse aut soror aut cognatus alter. Non enim per hanc occasionem

et cust.] Sic Mon. 2. Pist. *cust.* Par., sed priori voce *et* omissa. Gr. καὶ φυλάξαιεν.

domum sacram] Sic Mon. 2., desunt in Par. Pist. *sacram domum* Vulgo.

iuventutem] Quod Vulgo subiicitur *autem*, in Mon. Pist. 2. non est.

et suos] Sic Pist. Mon. 2. *suos* Par. Gr. καὶ τῶν οἰκείων.

terminos] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. ὅρων.

exire] Sic Mon. Par. 2. *exigre* Pist., sed litterae *g* punctum inferius subiectum est. Vulgo *exilire*. Gr. ἐξιέναι.

volentem] Sic 2. Pist. Par. *volentes* Mon. Gr. βουλομένην.

continentia] Sic Pist. Par. Mon. 2. *in continentia* Vulgo.

NOV. CXXXI. CAP. III. ingredientur] Sic Pist. Mon. 2. *ingredietur* Par.

autem] Sic 2. Par. Pist. *aut* Mon. Gr. δέ.

mulier] Sic Mon. Par. Pist. 2. *mulieres* Vulgo. Gr. γυνή.

penitus] Sic Mon. 2. Par., deest in Pist. Vulgo. Gr. παντελῶς.

vir] Sic Mon. Par. Pist. *viri* 2. Vulgo. Gr. ἀνήρ.

et] Sic Par. Pist. 2. *ei* Mon. Gr. κἀκεῖσε.

sepulti] Sic Pist. 2. Mon. *sepultura* Par. Gr. κειμένου.

memoriae] Sic Mon. 2. Par. *memoria* Pist. Gr. μνήμης.

vel per] Sic Mon. Pist. *et per* Par., deest in 2. Gr. ἢ κατ' ἄλλην.

si qui] Sic Mon. 2. Pist. Par. *si quis* Vulgo.

vel sororem] Sic 2. Pist. Par. *sorem* Mon., sed sec. manus supra lineam posuit *id*.

ex genere] Sic Mon. 2. Pist. *genere* Par. Gr. ἐκ τοῦ γένους.

cognatio] Sic Par. 2. *congregatio* Pist. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *cognatio*. Gr. συγγένεια.

namque] Sic Mon. 2. Pist. Par. *enim* Vulgo.

zelantibus vitam] Sic Par. Mon. 2. *vitam caelantibus* Pist. Gr. ζηλώσασι βίον.

quid] Sic Par. *quod* 2. *qui* Mon. Pist. Gr. τί.

faciant] Sic Pist. Mon. 2. *fuerant* Par. Gr. ποιήσοιντο.

volunt] Sic Par. 2. *voluerit* Mon. *voluerint* Vulgo. Gr. βούλονται.

agere aliquid] Sic Mon. 2. Pist. Par. *aliquid agere* Vulgo.

viris] Sic Par. *vir* Pist. 2. Mon., in quo quidem sec. manus correxit *viris*. Gr. ἀνδράσι.

competentia] Sic Par. *ex competentia* Mon. 2. Pist. *convenientia* Vulgo. Gr. πρέποντα.

virilibus monasteriis] Sic Mon. 2. Par. Pist. *monasteriis virilibus* Vulgo. Gr. τοῖς ἀνδρικοῖς μοναστηρίοις.

celebrare] Quae Vulgo subiiciuntur: *et mulieribus similiter distributa in muliebribus monasteriis facere mulieres,* in Mon. 2. Par. Pist. non sunt, ideoque omittenda esse visa sunt. Ego lacunae signa posui, quia manifesto interpres in Graecis non habuit verba illa: καὶ τὰ γυναιξὶν — πράττειν γυναῖκας.

nullo] *nllo* Pist., sed per litteras *ll* circumflexus traiectus est.

alteri] Sic Mon. 2. Par. Pist. *alterutri* Vulgo. Pro θατέρων interpres videtur habuisse θατέρῳ.

neque] Sic Par. Pist. *nec* 2. *ne* Mon. Gr. οὐδέ.

si quis forte] Sic 2. Par. *si forte* Pist. Mon. Gr. εἴ τις τυχόν.

frater] Sic Pist. Mon. *super* 2. Par. Gr. ἀδελφός.

dicatur esse] Sic Mon. 2. Pist. Mon. *esse dicatur* Vulgo.

cognatus] *cognatos* Mon. Pist. Par., sed in Mon. supra litteram o littera *u* superius posita est. Gr. συγγενής.

non] Sic Mon. 2. Pist. Par. *neque* Vulgo. An pro οὐδὲ interpres habuit οὐ?

ingredi sinimus alicui. Si enim ipsa principia abscidamus et per ipsum adspectum insertam animabus dilectionem et ex hoc lapsum prohibeamus, erit multo possibilis ac facilior sacris decertatoribus melioris vitae status. Omnes igitur huic legi obediant, et neque viri recondant in muliebri monasterio sepulcra, neque mulieres in virilibus asceteriis fodiant. Nec viros enim mulierum studia decent, nec rursus virorum muliebribus collegiis, nec ex hoc propter defunctos viventibus turpis et mali principii tales permixtiones agi, ut non iter ex hoc fiat naturae apud se inhoneste grassari, et ludere et suas confundere causas, et pietatis quasi velamine cognationis schemate haec agere, quae

sinimus] Sic Pist. *sinemus* Par. Mon. 2. Vulgo. Gr. *συγχωροῦμεν*.

alicui] Sic Mon. Pist. Par. *aliquem* Vulgo. Pro *τισὶ* interpres videtur habuisse *τινί*.

abscidamus] Sic Mon. 2. *abscindamus* Par. Pist. Gr. *ἐκκόψομεν*.

adspectum] Sic Mon. Pist. Par. *spacium* 2. Gr. *ὁράσεως*.

insertam] Sic Mon. 2. Pist. Par. *insitam* Vulgo. Gr. *εἰσκρινομένην*.

animabus] Sic Pist. Par. *animalibus* Mon. 2. Gr. *ταῖς ψυχαῖς*.

dilectionem] Sic Mon. 2. Pist. Par. *delinitionem* Vulgo.

erit] Sic Mon. 2. Pist. *et erit* Par. Gr. *ἔσται*.

ac] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. *καὶ εὐκολώτερα*.

decertatoribus] Sic 2. Pist. *decernatoribus* Par. *detctoribus* Mon., sed supra litteras *ct* circumflexus superius positus est. Gr. *ἀγωνισταῖς*.

melioris] Sic Pist. Mon. 2. *meliores* Par. Gr. *κρείττονος*.

vitae status] Sic 2. Pist. *intestatus* Mon. Par. Gr. *βίου κατόρθωσις*.

omnes] Sic Pist. Mon. 2. *hoc omnes* Par., sed litteris *hos* puncta inferius subiecta sunt, quae syllaba sane nec Graecis firmatur.

igitur] Sic Mon. 2. Par. *ergo* Pist. Gr. *τοίνυν*.

huic] Sic Mon. 2. Pist., deest in Par. Gr. *τῷδε τῷ νόμῳ*.

muliebri] Sic Pist. Mon. 2. *mulieri* Par. Gr. *γυναικείων*.

sepulcra] Sic Pist. Par. *sepulchra* 2. *sepulcha* Mon., sed litteris *ch* circumflexus superius impositus est; litteris autem ultimis *ha* puncta inferius subiecta sunt.

virilibus] Sic Pist. Par. 2. *viribus* Mon., sed sec. manus supra lineam scripsit syllabam *li*. Gr. *ἀνδρικοῖς*.

asceteriis] *assistiis* Pist. *asisteriis* Mon. 2.

nec] Sic Mon. 2. Pist. Par. *neque* Vulgo. Quod Vulgo subiicitur *enim*, in Mon. Par. Pist. non est.

enim] Sic Mon. 2. *nec* Par., deest Vulgo.

decent] Sic Pist. 2. *docent* Par. *decet* Mon. Gr. *πρέπουσιν*.

nec] Sic Mon. 2. Par. *neque* Pist. Vulgo.

virorum] Sic Mon. 2. Par. Pist. *virilia* Vulgo. Pro *ἀνδρῶνες* interpres videtur habuisse *ἀνδρῶν*.

muliebribus] Sic Mon. *mulieribus* 2. Pist. Par. *mulierum* Vulgo.

collegiis] Quod Vulgo subiicitur *conveniunt*, in Mon. Pist. Par. 2. deest, nec sane Graecis firmatur.

nec] Sic Mon. Par. *neque* Pist. 2.

viventibus] Sic Mon. Par. *unicntibus* Pist., deest Vulgo. Gr. *τοῖς περιοῦσι*.

turpis] Sic Mon. Par. Pist. 2. *turpes* Vulgo.

tales] Sic Pist. Mon. 2. *alex* Par.

agi] Quod Vulgo subiicitur *volumus*, in Mon. 2. Pist. Par. non est.

non] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. *μή*.

iter] Sic Mon. 2. *iterum* Pist., deest in Par. Sane interpres vim vocis *πάροδος* non cepit.

fiat] Sic Mon. 2. Pist. *faciant* Par. Gr. *γένοιτο*.

grassari] Sic Pist. Mon. 2. *cgnsat* Par., sed litterae priori *a* et ultimae litterae *i* circumflexus superius impositus est. Ad marginem Contii adscriptum est. Gr. *τρυφᾶν*.

et ludere] Sic Pist. Mon. 2. *ludere* Par. Gr. *τρυφᾶν τε*.

suas] Sic Mon. 2. Pist. Par. *divinas* Vulgo.

velamine] Sic 2. Pist. Par. *velemine* Mon., sed sec. manus scripsit *velamine*. Quod Vulgo subiicitur *et*, in Mon. 2. Pist. Par. non est, ideoque omittendum esse visum est.

cognationis] Sic Mon. Par. Pist. *cogtionis* 2., sed supra litteram *g* littera *i* superius posita est, qua re potest significari vel *cognitionis* vel *cogitationis*. Ego nihil ex Graeco *ὁσίας* extricare possum; itaque plurium codicum vestigia legere non dubitavi.

haec] Sic Pist. Mon. *hoc* 2. Par. Gr. *ταῦτα*.

neque dicere, neque cogitare singularem vitam eligentibus est bonum. Illo exsistente manifesto, quia necessarium est sepulturae ministrantes, et maxime lectis ferentes non ingredi monasterio. Sed in virilibus quidem monasteriis causa facilis est, in muliebribus autem non ita, propter memoratam interdictionem. §. 1. Sancimus igitur, si quando aliquid futurum sit tale fieri, et sepeliri mulier in muliebri monasterio (virum namque non sinimus), reverendissimas quidem feminas in suo manere habitaculo, solam vero ostiariam aut ostiarias et abbatissam, quos forte ipsa voluerit, interesse his, quae aguntur et ipsos illa agentes, quae circa funus sollennia sunt, et sepulchrum fodientes, et corpus obvelantes repente discedere, neque videntes aliquas reverentissimarum neque ab aliqua earum visi. Sed neque aliam excogitent occasionem aut viri ad muliebria monasteria ingrediendi, aut mulieres viris depu-

manifesto] Sic Par. 2. Mon. *manifestos* Pist. Gr. φανεροῦ.

et maxime] Sic Pist. Mon. 2. *maxime* Par. Gr. καὶ μάλιστα.

lectis] Sic Mon. 2. Par. Pist. *lectos* Vulgo.

ferentes] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. φέροντας. Quod Vulgo subiicitur *et fodientes*, in Pist. Par. Mon. 2. non est.

non] Sic Mon. 2. Pist. Par., deest Vulgo.

monasterio] Sic Mon. 2. Pist. Par. *monasteria* Vulgo.

virilibus] Sic Pist. Mon. 2. *viribus* Par. Gr. ἀνδρικοῖς.

monasteriis] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par.

facilis est] Sic Pist. Mon. 2. *facilem* Par. Gr. εὔκολόν ἐστιν.

muliebribus] Sic Vulgo. *mulieribus* Mon. Pist. Par. *melioribus* 2. Gr. γυναικείοις.

autem] Sic Par., deest in Mon. 2. Pist.

interdictionem] Sic 2. Pist. Par. *inditionem* Mon. Gr. ἀπαγόρευσιν.

NOV. CXXXI. CAP. III. §. 1. sit] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. μέλλοι.

mulier] Sic Pist. Par. 2. *mulierem* Mon.

virum] Sic Mon. 2. Pist. *utrum* Par. Gr. ἄνδρα.

reverend.] *reverent.* Mon. 2.

quidem] Sic Mon. 2. Par. Pist. *quidam* Vulgo.

ost. aut ostiarias] *hostiarias* Pist. 2. *non hostiarias* Mon., sed priori voci *non* puncta inferius subiecta sunt. Par. *ostiariam vel hostiarias.* Vulgo *ostiariam.* Gr. τὴν θυρωρὸν ἢ τὰς θυρωρούς.

abbatissam] Sic Mon. Pist. Par. *abbatissas* 2. Gr. τὴν ἡγουμένην.

quos forte] Sic Mon. Pist. Par. *quas forte* 2. *forte* Vulgo.

ipsa] Sic Mon. 2. Par. *ipsam* Vulgo. Quod Vulgo subiicitur *si*, id in Mon. Par. 2. Pist. non est. Interpres videtur legisse οὓς ἴσως αὐτὴ βουληθείη.

et ipsos] Sic Pist. Mon. 2. *ipsos* Par. Gr. καὶ αὐτούς. Quod Vulgo subiicitur *celerius*, in Pist. Par. Mon. 2. non est.

illa] Sic Vulgo. *ille* Mon. 2. Pist., deest in Par. Gr. τὰ περὶ τήν.

sollennia] *sollempnia* Mon. 2. *sollepnia* Pist. *et solemnia* Par., quod quidem Graecis nulla ex parte confirmatur.

sepulchrum] Sic Par. 2. *sepulcrum* Pist. *sepulchr.* Mon., sed per litteram *h* lineola superius traiecta est.

obvelantes] Sic Pist. 2. *oblevantem* Par. *abvelantes* Pist., sed sec. manus scripsit *obvelantes.* Gr. καλύψαντας.

repente] Sic 2. Pist. *repetentis* Par. *repente* Mon., sed ad ultimam litteram *e* superius littera *s* apposita est. Gr. εὐθύς.

discedere] Sic Pist. Mon. 2. *credere* Par., sed litteris *ere* lineola superius imposita est. Gr. ἀποχωρεῖν.

neque] Sic Par. Mon. 2. *ne* Pist. Gr. μήτε.

reverent.] Quod Vulgo subiicitur *mulierum*, in Mon. Pist. Par. 2. non est ideoque omittendum fuit.

visi] Sic Mon. Pist. Par. 2. *vissi sunt* Par. *visos* Vulgo. Pro θεαθέντας interpres videtur habuisse θεαθέντες.

sed] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. ἀλλά.

aliam] Sic Mon. 2. *aliquam* Pist. *neque ab aliqua earum uiss neque aliam* Par., sed supra litteras *ss* prima manus litteras *set* superius posuit. Gr. ἄλλην.

ad] Sic Par. Pist. *aut* Mon. 2. Gr. εἰς γυναικεῖα.

ingrediendi] Sic Pist. Mon. 2. *ingredi* Par.

viris] Sic 2. Par. Pist. *viri* Mon. Gr. ἀνδράσιν.

tata, occasione horum, quae circa funus aguntur, quas utique memorias vocant, in tertiam et nonam convenientes diem, aut dum quadraginta complentur aut etiam annus, quum liceat, si quidem muliebre sit monasterium, mulieres omnia agere, si vero virorum, ipsos similiter, et non occasione talium observationum inhonestatem venerabilibus monasteriis imponere.

CAP. IV. Quia vero nihil, quod sancitur, nisi custodiam habeant competentem poterit servari decenter, sancimus per tempus uniuscuiusque monasterii praesulem frequenter inspicere et perscrutari uniuscuiusque conversationem et disciplinam, et sicubi aliquid parvum fiat contra quam decet, hoc repente corrigere, et non sinere maius fieri lapsum et perire animam ad salutem conversationis confugientem. Monaste-

deputata] Sic Par. *deputate* Pist. 2. *deputati* Mon.

occasione] Sic Mon. 2. *occasionem* Pist. *occasione* Par. Gr. προφάσει.

horum] Sic Mon. 2. Pist., deest in Par. Gr. τῶν περί.

memorias] Sic Mon. Pist. Par. *memoriam* 2. Gr. μνήμας.

convenientes] Sic Pist. Par. 2. Mon., in quo quidem litterae *en* a sec. manu scriptae sunt.

diem] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. ἡμέραν.

quadraginta] Sic Mon. Pist. Par. *luna* 2. Gr. τεσσαράκοντα.

compleatur] Sic Mon. *completur* 2. Par. Pist. *compleantur* Vulgo.

annus] Sic 2. Par. Pist. *minus* Mon. Gr. ἐνιαυτός.

quum] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par.

sit] Sic Pist. Par. *sit in* 2. *siti n*, Mon., circumflexo litterae *n* superius imposito, in quo quidem his vocibus puncta inferius subiecta sunt; sec. quidem manus supra lineam adscripsit *sin viris in*, sed priori litterae *n* circumflexus superius impositus est.

monast.] In Pist. antea adscriptum est *non*, quod quidem Graecis non firmatur.

mulieres omnia] Sic Par. *oms* Mon., sed lineola superius imposita, qua re significatur *omnes*. Pist. *omnes mulieres*, 2 *mulieres oms*, sed ultimae voci lineola superius imposita est. Gr. γυναῖκας ἅπαντα.

ipsos similiter] Sic Mon. 2. Pist. Par. *viros* Vulgo.

occasione] Sic Pist. Par. 2. Mon., in quo quidem ultimae litterae *e* circumflexus superius impositus est, qua re significatur *occasionem*. Gr. προφάσει.

inhonestatem] Sic Par. 2. *inhonestate* Pist. *inhonestarum* 2., sed sec. manus correxit *inhonestatem*. Gr. ἀδοξίαν. Quod autem Vulgo subiicitur *quandam*, in Mon. 2. Par. Pist. non est. Itaque interpres in Graecis τινὰ non videtur habuisse.

NOV. CXXXI. CAP. IV. custodiam] Sic Pist. 2. Mon. *custodiat* Par. Gr. φυλακήν.

habeant] Sic Pist. Par. *hat* 2., sed lineola superius imposita est. Mon. *hac*, sed lineola superius iniecta, qua re potest significari *hanc*. Gr. ἔχοι.

poterit] Sic Pist. 2. Mon. *potitur* Par. Gr. δύναται.

servari] Sic Pist. 2. *servare* Mon. Par. Gr. τηρεῖσθαι.

decenter] *dicenter* Par. Gr. προσηκόντως.

uniuscuiusque] Sic Pist. 2. *uniusc9que* Mon. *unius cuiuscunque* Par. Gr. ἑκάστου. Verba sequentia *monasterii praesulem — perscrutari uniuscuiusque* in 2. non est.

praesulem] *praesunlem* Pist., sed litterae *n* puncta inferius subiecta sunt.

conversationem] Sic Pist. Mon. 2. *conservationem* Par. Gr. πολιτείαν.

parvum] Sic Pist. Par. *parum* Mon. 2. Gr. τὶ βραχύ.

decet] Sic Par. Mon. 2. In Pist. antea est *fiat*, quae quidem vox punctis subiectis notata est, nec Graecis firmatur, videturque ex superioribus male adhaesisse.

repente] Sic 2. Par. Pist. *repetente* Mon., sed litteris *ete* puncta inferius subiecta sunt.

sinere] Sic 2. Par. Pist. *sin* Mon., sed circumflexo superius imposito, ubi quidem sec. manus scripsit *sinere*. Gr. συγχωρεῖν.

fieri] Sic Pist. Mon. 2. *fiat* Par. Gr. γίνεσθαι.

lapsum] Sic Mon., in quo quidem sec. manus correxit *lapso*. 2. Par. Pist. habent *lapso*. Gr. τὸν ὄλισθον.

confugientem] Sic 2. Par. Pist. *fugientem* Mon.

monasteriorum] Sic Pist. Mon. 2. *monasterio* Par. Gr. τῶν μοναστηρίων.

riorum autem exarchus, si quis fuerit per loca, sicut in hac felicissima civitate, haec ***** eos, qui appellantur responsarii eius per monasteria et requirat etiam vicinos, ne forte aliquid nequam in aliquo monasteriorum proximo fit, et haec universa castiget et competenti digna faciat providentia. Sed etiam uniuscuiusque civitatis episcopus huius providentiam habeat, sive patriarcha sive metropolita sive singuli sint episcoporum et reverentissimos defensores ecclesiae mittat haec requirentes et servantes et non sinentes quicquam fieri, extra quam decet, sed et si quid fiat, velociter hoc emendare. Sanctissimus autem patriarcha felicissimae huius urbis de monasteriis hic positis similiter examinet, et custodes rei deo amabiles ecclesiae defensores sanctissimae maioris ecclesiae, et quos putaverit perfectos et honestissimos esse, constituat, ut, per plures custodia facta, adhuc amplius observatio et super peccatis vindicta fiat.

CAP. V. Oportet autem unumquodque monasterium sub abbate constitutum sicut, praediximus, habere eos, qui vocantur responsarii, vi-

exarchus] Sic Par. *exarcuschus* 2. Pist. Mon., in quo quidem ultimae syllabae *chus* puncta inferius subiecta sunt.

fuerit] Sic Mon. 2. Par. *fuiit* Pist., sed litteris *ui* a prima manu circumflexus impositus, ultimae autem litterae *i* punctum inferius subiectum est. Gr. εἴη.

haec] Quod postea lacunae signum apposui, facit codd. mss. consensus, qui non habent ad unum omnes, quod Vulgo postea legitur: *sollicite curet et mittat.* Itaque interpres haec ταῦτα περιεργαζέσθω καὶ στελλέτω in Graecis non videtur habuisse.

monasteria] Sic 2. Pist. Par. *monasterio* Vulgo.

fit] Sic Mon. 2. Par. Pist. *fiat* Vulgo. Correctio facilis est ex Graeco γίνεται.

haec] Sic Pist. Mon. 2. *in haec* Par., quod quidem Vulgo non est.

competenti] Sic Mon. 2. *competente* Par. Pist.

huius] Sic Par. Mon. 2. *h9* Pist. Gr. τούτου. Quod Vulgo subiicitur *rei*, in Mon. 2. Par. Pist. non est, nec sane in Graecis habet, quo confirmetur.

providentiam] Sic 2. Par. Pist. *providentia* Mon. Gr. πρόνοιαν.

singuli] Sic Pist. Mon. *cinguli* Par. *singulis* 2.

sint] Sic Mon. 2. Pist., deest in Par. *sunt* Vulgo.

episcoporum] Sic Pist. Mon. 2. *episcopos* Par.

et reverentissimos] Sic 2. Pist. Par. Prius *et* deest in Mon. Gr. καί.

ecclesiae mittat] *ecclesie committat* Pist. *et committat* Par. *et committant* Mon. 2. Gr. τῆς ἐκκλησίας τῆς ταύτης στελλέτω.

quicquam] Sic Mon. 2. *quidquam* Par. Pist. Vulgo.

quam decet] Sic Pist. Mon. 2. *qua docet* Par. Gr. ἔξω τοῦ προσήκοντος.

sed et] Sic Mon. Pist. Par. *sed* 2. Gr. ἀλλὰ καὶ εἰ.

fiat] Sic Mon. Pist. 2. *faciat* Par. Gr. γένοιτο.

sanctissimus] Sic Mon. 2. *sanccimus* Pist. *sanctissima* Par. Gr. ἁγιώτατος.

autem patriacha] Sic Mon. 2. Pist. *civitate* Par. Gr. πατριάρχης.

huius urbis] Sic Mon. Pist. Par. *urbis huius* 2. Gr. ταύτης τῆς πόλεως.

de mon.] Sic Pist. Mon. 2. *mon.* Par., sed priori voce *de* omissa. Gr. περὶ τῶν ἐνταῦθα μοναστηρίων.

hic] Sic Par. *his* Mon. 2. Pist. Gr. ἐνταῦθα.

et custodes] Sic Mon. 2. In Pist. Par., prior vox *et* omissa est. Gr. καὶ φύλακας.

quos] Sic Mon. Par. Pist. *ts* 2., sed supra litteram *t* a sec. manu littera *s* superius posita est. Gr. καὶ οὕς.

putaverit] Sic Mon. Par. Pist. *putaverint* 2.

amplius] Sic Mon. 2. Par. Pist. *amplior* Vulgo. Pro μείζων interpres videtur habuisse μεῖζον.

vindicta] Sic Pist. Mon. 2. *vindictam* Par. Gr. ἐκδίκησις.

NOV. CXXXI. CAP. V. oportet] Sic Mon. Pist. Par. *op* 2., sed litterae *p* inferius lineola traiecta superiusque autem littera *t* imposita est.

constitutum] Sic Par. Pist. 2. *constitum* Mon. Gr. τελοῦν.

sicut praediximus habere] Sic Pist. Par. 2. *sicut supra diximus habere* Mon. *habere sicut praediximus* Vulgo, qui quidem verborum ordo Graecis non firmatur.

ros senes et monachicum certamen superantes, et non facile corporales violentias passuros, qui rebus et eorum occupentur utilitatibus. Et non solum si virorum sit monasterium, sed si etiam mulierum contingat, esse duos aliquos aut tres viros, aut eunuchos, si possibile est, aut senes et castitatis testimonium habentes, qui causas agant, et ineffabilem eis praebeant communionem, quum huius tempus fuerit. Si vero de aliqua monasterii utilitate aut ad unam reverentissimarum ascetriarum pertinente dicere aliquid necessariorum voluerint, loquentur abbatissae, et alteri penitus nulli feminarum, quae in monasterio sunt, hoc per reverentissimas ostiarias agentes. Oportet enim tales aliquas ad ianuas ordinari, quae similiter ingressos et egressos in monasterium inspiciant, et egressus prohibeant, et inaccessibiles viros ingressibus,

senes et] Sic Pist. Mon. 2. *senex etiam* Par. Gr. ἄνδρας γεγηρακότας καί.

monachicum] Sic Pist. Mon. *monachichum* 2. *monacum* Par. Gr. τὸ μοναχικόν.

et] Sic Par. Pist. 2. *etiam* Mon., quod quidem Graecis facile refutatur.

non] In Pist. Mon. 2. est, deest in Par. Gr. οὐ ῥᾳδίως.

violentias] Sic Mon. 2. Pist. Par. *iniurias* Vulgo. Etiam Contius in marg. *al. violentias.*

rebus] In Mon. 2. Pist. antea est *eorum*, quod quidem in Par. non est, nec sane Graecis firmatur; potest autem ex inferioribus huc esse male translatum.

utilitatibus] *hereditatibus hutilitatibus* 2., sed priori voci *hereditatibus* puncta inferius subiecta sunt, quae vox nec sane Graecis firmatur.

et non] Sic Pist. Mon. Berol. *non* Par., sed priori voce *et* omissa. Gr. καὶ οὐ.

si] Sic Mon. 2. Pist., deest autem in Par. Gr. εἴπερ.

sit] Sic Par. Pist. 2., deest in Mon. Gr. εἴη.

si etiam] Sic 2. Pist. *etiam si* Mon. Par. Vulgo. Gr. ἀλλ' εἰ καί.

mulierum] Sic Pist. Mon. 2. *mulier* Par. Gr. τῶν γυναικῶν.

contingat] Sic Mon. Pist. 2. Par., quod melius fore et Os. vidit. *contingant* Vulgo. Pro τυχὸν interpres videtur legisse τύχοι.

duos aliquos] Sic Mon. Pist. Par. *duos as* 2., sed litterae *s* littera *o* superius imposita est. Vulgo *duos*. Gr. δύο τινάς.

eunuchos] Sic Pist. 2. *emichos* Par. *l eunuchos* Mon., sed priori litterae *l* circumflexus traiectus atque a priori manu punctum inferius subiectum est.

aut senes] Sic 2. Par. Pist. *aut senex* Mon. *vel senes* Vulgo.

eis] Sic 2. *ei9* Pist. *et* Par. *ei* Mon. Gr. αὐταῖς.

aliqua] Sic Pist. Par. *alia* Mon. 2. Gr. περί τινος.

monast. ut.] Sic Mon. 2. *utilitate monasterii* Pist. *monasteria utilitatem* Par. Gr. τοῦ μοναστηρίου χρείας.

aut ad unam] Sic Par. Pist. 2. *ad unam aut* Mon. Gr. ἢ εἰς μίαν.

reverentissimarum] Sic 2. Mon. *reverentissimam* Par. Pist. Gr. τῶν εὐλαβεστάτων.

ascetriarum] *assistarum* Pist. *assistiam* 2. *assistiarum* Mon., sed litteris *ia* circumflexus superius impositus est. Gr. ἀσκητριῶν.

pertinente] Sic Par. *pertinenti* 2. *pertinet* Mon. Gr. ἀναφερομένης.

voluerint] Sic Pist. 2. *voluerit* Mon., deest in Par. Gr. βουληθεῖεν.

loquentur] Sic Mon. Pist. *loquantur* Par. *loquebantur* 2. Gr. ἐντεύξονται.

hoc] Sic Mon. Pist. 2., deest in Par. *haec* Vulgo. Gr. εἰς το μοναστήριον τοῦτο.

reverentissimas] Sic Mon. Par. Pist. *reverentissimarum* 2.

ostiarias] *hostiarias* Mon. *ostiariam* 2. Gr. θυρωρῶν.

oportet] Sic 2. *oporteat* Mon., in quo quidem litterae *a* punctum inferius a prima manu subiectum est. Pist. Par. *oporteat*. Gr. δεῖ γάρ.

ingressos] Sic Mon. 2. Pist. *ingressus* Vulgo.

et egressos] Sic Pist. 2., deest in Par. Mon., quod propter homoeoteleuton excidisse videtur. Vulgo *et egressus*. Gr. καὶ ἐξόδους.

inspiciant] Sic Mon. 2. Par. *inspiciat* Pist.

egressus] Sic Mon. Par. Pist. *egressum* 2. Gr. ἐξόδους.

prohibeant] Sic Mon. 2. Par. *prohibeat* Pist.

inaccessibiles] Sic Mon. 2. *inaccasabiles* Pist. *in hac cessitudinis* Par. Gr. ἀβάτους.

viros] Sic Mon. 2. Par. Pist. *viris* Vulgo. Pro ἀνδράσι interpres videtur habuisse ἄνδρας.

ingressibus] Sic Mon. 2. Par. Pist. Pro τὰς εἰσόδους interpres videtur habuisse ταῖς εἰσόδοις.

praeter apocrisiarios constituunt. Illi vero ad ostiarias loquentur, et dicent suum adventum, abbatissae vero per eas agnoscentes et descendentes his loquentur, et illi referent ad illas de earum gubernatione aut utilitate, pro qua venerunt, et ita et, quae humana sunt, aguntur bene, et castitas permanet undique a nullo tentata malo. Si quis autem deliquerit (nam multa sunt humana et nullus poterit naturam sic retinere, ut non peccet nihil; hoc enim proprium est solum dei), hunc si quidem mediocre peccatum est, et monere et suspendere et poenitentiae ei dare tempus, ut meliorem ordinem sumens mox revertatur ad semet ipsum et non, quos iam posuit, amittat labores. Si vero maioris culpae sit modus, secundum commissum et medelam correctionis esse, et rursus admonitionem vehementiorem et poenitentiam fortem exigere. Et si quidem valuerit istis modis amovere lapsum suscipien-

praeter] Sic Mon. 2. Pist. Par. *praeterquam* Vulgo.
apocrisiarios] Sic Mon. 2. Pist. *apocrisarios* Par. *apocrisiariis* Vulgo. Gr. πλὴν τῶν ἀποκρισιαρίων.
constituunt] Sic Mon. 2. Pist. *constituit* Par., sed supra litteras *ui* a sec. manu circumflexus positus est. Vulgo *constituunt*. Sed indicativum modum Graeca praeferunt.
vero] Sic Pist. Par. 2., deest in Mon. Gr. δέ.
ostiarias] *hostiarias* Mon. 2. *ostiarios* Pist. *ostiariam* Par. Vulgo. Gr. ταῖς θυρωροῖς.
descendentes] Sic Par. *discendentes* Mon. 2. Pist. Gr. κατιοῦσα.
loquentur] Sic Mon. Pist. Par. *loquentes* 2., sed sec. manus litteras *es* delevit lineaeque superius circumflexum imposuit, ut sit *loquentur*. Tempus futurum indicativi modi vel Graeca tuentur.
referent] Sic Pist. Mon. 2. *referunt* Par. Gr. ἀνοίσουσιν.
illas] Sic Pist. 2. *eas* Mon. *alias* Par. Gr. ἐκείνην.
venerunt] Sic 2. Mon. Par. *venerint* Pist. Vulgo. Gr. παραγεγόνασι.
et quae] Sic Mon. 2. *quae* Pist. Par., voce *et* omissa. Gr. καὶ τὰ ἀνθρώπινα.
humana] *umana* Par.
aguntur] *agutur* Pist., sed lineola superius imposita est. Par. Mon. 2. *aguntur*.
permanet] Sic Mon. 2. Par. Pist. *permanebit* Vulgo.
tentata] Sic 2. Par. *temptata* Pist. Mon.
autem] Sic Mon. Par. Pist. *a* 2., sed lineola superius imposita est, qua re vel id, quod in contextu posui, vel *aut* significatur. Gr. δέ τις.
poterit] Sic Mon. Par. *patit* Pist., sed litteris *it* circumflexus superius impositus est. 2. *potitur*, Vulgo *potest*. Gr. δύναιτο.
naturam] *natura* Mon., sed ut in contextu, Pist. habet. 2. *dampnare naturam*, sed sec. manus vocem *dampnare* delevit. Par. *sic retinere naturam*. Gr. τὴν φύσιν οὕτως ἐπισχεῖν.
sic retinere] Desunt in Par., sed in Pist. Mon. 2. sunt.
peccet] Sic Pist. Par. *peccetur* Mon. 2. Gr. ἁμαρτάνειν.
hoc enim] Sic Par. Mon. Pist. *enim hoc* 2. Gr. τοῦτο γάρ.
solum dei] Sic Mon. 2. Pist. *solvendi* Par. Gr. μόνου θεοῦ.
peccatum] *pecatum* Mon.
est] Sic Pist. Par. 2., deest in Mon. Gr. ὄντος.
poenitentiae] Sic Par. Mon. 2. *tpis penitentie* Pist., sed supra litteras *tpis* lineola superius posita est. Gr. καὶ μετανοίας.
tempus] Sic Mon. 2. Par., deest in Pist. Gr. καιρόν.
sumens] Sic Pist. Mon. 2. *sumere* Par. Gr. λαβών.
quos] Sic Pist. Mon. 2. *quas* Par., quod quidem nec voci *labores* convenit, nec sane Graecis confirmatur.
amittat] Sic Pist. Par. 2. *ammittat* Mon.
maioris] Sic Mon. Pist. Par. *maiores* 2. *maior* Vulgo. Pro μείζων ὁ interpres videtur ante oculos habuisse μείζονος.
culpae] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. τοῦ πταίσματος.
medelam] Sic 2. Pist. Par. *medele* Mon. Gr. τὴν ἐπιμέλειαν.
esse] Sic Pist. Mon. 2. *et esse* Par., quod quidem Graecis non firmatur.
valuerit] Sic Pist. Mon. 2. *valuit* Par. Gr. ἰσχύσειε.
amovere] Sic Mon. Pist. *amonire* Par. *admovere* 2. Gr. σῶσαι.
suscipiendus] Sic Mon. 2. Par. Pist. *et corrumpi coeptum* Vulgo.

dus (hoc autem et in mulieribus conversis et in viris dicimus), grates agere magno deo, quum et in caelo fiat gaudium angelicis virtutibus, quando aliquis salvus fit peccatorum. Si vero potiora ultra medicinam causae fiant, tunc etiam expelli eum monasterio, quatenus dans semet ipsum ex melioribus ad peiora, ipse suis malis potiatur solus, et non per eius malum etiam alii violentur, sicuti morbosorum et inexcusabiliter languentium iumentorum. Non enim imperium despiciet hos negligi, neque retinebit indignationem adversus abbatem, neque contra locorum episcopum et sub eo positos defensores ecclesiae, si non haec observaverint, tanquam necessaria sit etiam imperio rei diligentia. Si enim illi puris manibus et nudis animabus pro republica supplicent **** habebit bene et civitates bene disponent. Deo quoque placito

in viris] Sic 2. Pist. Mon. *unris* Par. *viris* Vulgo.

magno deo] Sic Pist. Par. 2. *deo magno* Mon. Gr. τῷ μεγάλῳ θεῷ.

caelo] *celo* Pist.

fiat] Quod Vulgo subiicitur *magnum*, in Mon. 2. Pist. Par. non est, nec sane in Graecis quicquam est, quo firmatur.

salvus] Sic Mon. Pist. Par. *salis* 2., sed litterae *a* punctum inferius subiectum est. Gr. σωθείη.

potiora] Sic Pist. Par. *praeciosa* 2. *praeotiosa* Mon. *patiores* Vulgo. Pro κρεῖττον interpres videtur habuisse κρείττονα.

medicinam] Sic 2. Pist. Par. *medicine* Mon., sed sec. manus correxit, ut in contextu. Gr. ἢ κατὰ θεραπείαν.

causae] Sic Pist. Par. 2. *causam* Mon., sed sec. manus correxit *causam*. Gr. τὸ πρᾶγμα.

fiant] Sic Par. Mon. 2. *fiat* Pist. Gr. γένηται.

tunc] Sic Pist. Par. 2. *utc* Mon., sed supra lineam virgula superius posita est. Gr. τηνικαῦτα.

etiam] Sic Mon. 2. Par. *enim* Pist. Gr. καί.

eum] Quod Vulgo subiicitur *a*, in Mon. 2. Pist. Par. non est, ideoque omittendum esse visum est, cum nec Graecis firmetur.

dans] Sic Par. Mon. *das* Pist. *dat* 2., sed supra lineam circumflexus positus est, qua re significatur *dari*. Gr. ἐκδούς.

potiatur] Sic Mon. Pist. Par. *pociatur* 2.

sicuti] Sic Mon. 2. Par. *sicut* Pist.

morbosorum] *morbos horum* Mon. 2. Pist. *morbos eius* Par. Gr. τῶν λοιμωττόντων.

inexcusabiliter] Sic Pist. 2. *inexcusabitur* Par. *inexcusabiliter* Mon., sed supra litteram *c* a sec. manu littera *r* posita est. Gr. ἀθεράπευτα.

non] Sic 2. Pist. Par. *neque* Vulgo. Pro οὐδὲ interpres videtur habuisse οὐ.

hos] Sic Mon. Pist. Par. *ho* 2., sed litterae *o* circumflexus superius impositus est. Gr. τούτων.

negligi] Sic Par. 2. *negiligi* Mon. *neglegi* 2.

retinebit] Sic Mon. Pist. Par. *retinebis* 2. Gr. ἀφέξεται.

abbatem] Sic 2. Pist. Par. *abbam* Vulgo.

contra] Sic Pist. *citra* 2. Par. Mon., in quo quidem supra hanc vocem a sec. manu adscriptum est *circa*. Gr. κατὰ τοῦ.

locorum] Sic Mon. Par. 2. Pist. *loci* Vulgo. Gr. τῶν τόπων.

episcopum] *epm* Mon. Par., sed lineola superius imposita est. 2. Pist. *episcoporum*. Gr. ἐπισκόπου.

imperio] Sic Pist. Par. 2., deest in Mon. Gr. καὶ τῇ βασιλείᾳ.

diligentia] Sic Pist. Mon. Berol. *diligentiam* Par.

supplicent] Sic Pist. Mon. *supplicere* Par. *suppleat* 2., sed ultimae syllabae supra lineam virgula imposita est. Gr. προσάγοιεν. Quod Vulgo subiicitur *deo manifestum, quod et exercitus*, in Mon. 2. Par. Pist. non sunt, ideoque omittenda fuerunt. Ego lacunae signa posui; nam interpres manifeste unum versum τῷ θεῷ πρόδηλον, ὡς καὶ τὰ στρατεύματα in Graecis non habuit.

habebit] Sic Mon. Pist. Par. 2. *habebunt* Vulgo. Interpres manifesto vocem ἕξει ad verbum transtulit, cum sententiam totius loci ob Graecorum defectum non cepisset.

et civ.] Sic Pist. Par. 2. *civ.* Mon. Gr. καὶ αἱ πόλεις.

disponent] Sic Mon. 2. Pist. *disponet* Par. *disponentur* Vulgo. Gr. εὐσταθήσουσι.

deo] Sic Pist. Mon. 2. *de* Par. Gr. θεοῦ.

placito] Sic Pist. Par. *placita* 2. *bene placito* Mon. *placato* Vulgo. Gr. ἵλεω.

et propitio exsistente, quomodo non erunt universa plena totius pacis et devotionis? Terraque nobis offeret fructus, et mare, quae sua sunt, dabit, illorum oratione propitiationem dei ad omnem rempublicam deducente. Sed et ipsum commune schema hominum reverentius erit, et vivet melius, illorum erubescens perdurationem. Ideoque una pariter conspiratio erit, omnium simulque **** malitia omni et melioribus et sanctioribus studiis introductis et decentibus rerum. Quod nos requirentes causam agimus et putamus utilem.

CAP. VI. Illud quoque omnibus servari volumus modis, si visus fuerit aliquis reverentissimorum monachorum in aliqua tabernarum conversari, hunc repente dari locorum defensoribus, aut hic gloriosissimis

exsistente] Sic Pist. Par. *existente* Mon. 2.

quomodo] Sic Mon. *quo* Pist., sed lineola superius imposita est, qua re significatur *quando.* Par. *quando.* Gr. πῶς.

erunt] Sic Pist. Par., deest in Mon. 2. Gr. ἔσται.

terraque] Sic Par. *terra quae* Pist. Mon. 2. *terra* Vulgo. Gr. ἡ γῆ τε. Quod Vulgo antea est *sed et*, in Mon. 2. Par. Pist. non est, ideoque omittendum esse visum est.

offeret] Sic Mon. Pist. *auferet* 2. *offerret* Par. *feret* Vulgo.

mare] Sic Pist. Mon. 2. *manere* Par. Gr. θάλαττα.

quae sua] Sic Par. Mon. 2. *et quae sua* Pist. Gr. τὰ οἰκεῖα.

oratione] Sic 2. *orationem* Mon. *ratione* Pist. *rationem* Par. Gr. εὐχῆς.

propitiationem] Sic Pist. Mon. *propositionem* Par. *proatioe* 2., sed litterae *p* superius littera *i*, et syllabae *oe* lineola superius impositae. Gr. εὐμενείᾳ.

ad omnem] Sic Pist. Mon. 2. *et omnem* Par. Gr. πρὸς ἅπασαν.

deducente] Sic Pist. Mon. *deducentes* 2. Par.

schema] Sic Par. Mon. 2. *scema* Pist.

reverentius] Sic Pist. 2. *reverentis* Mon. Par., sed in Mon. sec. manus correxit *reverentius.* Gr. αἰδεσιμώτερον.

vivet] Sic Pist. Mon. 2. *vivi* Par. Gr. ζήσει.

perdurationem] Contius ad marg. *puritatem aut perpurgationem*, quod quidem contra omnium codd. consensum foret.

una] Sic Par., deest in Mon. 2. Pist. Gr. μία.

conspiratio] Sic Pist. Par. *conspirationem* Mon. *conspiratc* 2., sed litteris *ra* et *c* lineolae iam a prima manu superius impositae sunt. Gr. σύμπνοια.

omnium] Sic Mon. *om* Pist., sed lineola superius imposita. Deest in Vind. *omnibus* Vulgo, quod quidem recipere non dubitavi, cum interpres vim et potestatem vocis πάντων non videatur percepisse.

simulque] Sic quattuor mei codd., nisi quod in Mon. haec vox punctis subiectis notata est, et in 2. Par. antea imponitur *omni.* Vulgo *simul.* Quod vero Vulgo subiicitur: *ad hoc concurrentibus et in exsilium missa quantum possibile est*, id in Mon. 2. Par. Pist. non est, ideoque delendum esse visum est. Ego lacunae signum posui; etenim interpres non videtur in Graecis habuisse: πρὸς τοῦτο συντρεχόντων καὶ ἐξοριζομένης καθ' ὅσον οἷόν τέ ἐστι.

malitia] Sic 2. Par. Pist. Mon., in quo quidem huic voci a prima manu puncta inferius subiecta sunt. Gr. κακίας.

omni] Sic Pist. *omnium* Par. 2. *om* Mon., sed lineola superius imposita est. Gr. πάσης.

melioribus] Sic Mon. *omnium melioribus* Pist. 2. Par. Sed in 2. Par. deest, quod antea Vulgo legitur *et.* Gr. καὶ καλλιόνων.

sanctioribus] Sic Mon. 2. Par. *sacerdotibus* Pist. Gr. ὁσιωτέρων.

decentibus] Sic Par. *de contractibus* 2. *de cctibus* Pist., sed supra litteras *cc* circumflexus positus est, qua re significari solet *contractibus.* Mon. *contractibus.* Gr. ἐμπρεπόντων. Vulgo *rebus ipsis decentibus.*

rerum] Sic Mon. 2. Pist. Par., deest Vulgo. Gr. τοῖς πράγμασι.

quod nos] Sic Pist. Mon. 2. *qui vos* Par. Gr. ὅπερ ἡμεῖς.

NOV. CXXXI. CAP. VI. illud] Sic Par. *illum* Pist. Mon. 2. Gr. κἀκεῖνόγε.

in aliqua] Sic Mon. Pist. Par. In 2. antea est *sit,* quod quidem a reliquis codd. abest, nec sane Graecis firmatur.

aliqua] Sic Pist. Par. 2. *aliquam* Mon.

conversari] Sic Pist. Mon. 2. *servare* Par. Gr. ἀναστρεφόμενος.

hunc] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. τοῦτον.

dari] Sic Pist. Mon. 2. *dare* Par. Gr. παραδίδοσθαι.

locorum defensoribus] Sic Mon. Par. Pist. *defensoribus locorum* 2. Gr. τοῖς

praefectis sacrorum praetoriorum, et castigari convictum et nunciari hoc abbae, quatenus eum expellat monasterio, qui talia deliquit, utpote in confusionem vitae angelicam hanc conversationem mutantem. Oportet enim duplex hoc opus monachis esse, aut divinis vacare scripturis, aut quae monachos deceant (quae vocant manuum opera) meditari et operari. Mens frustra vacans nihil bonorum parit. Pro his hanc ponimus legem, et in hac regia civitate valentem, et in gentibus omnibus. Utique enim ad singulos patriarcharum dirigemus eam ad cautelam observationemque competentem; illi vero sub se constitutis metropolitis mittent. Illi vero aliis omnibus innotescent episcopis, et per episcopos omnia haec reverentissimis monachis et abbatibus eorum fient manifesta. Damus autem causae observationem non solum abbatibus monasteriorum singulorum, nec solum deo amabilibus episcopis, neque sanctissi-

τῶν πόλεων ἐκδίκοις, pro quibus interpres videtur habuisse τοῖς τῶν τόπων ἐκδίκοις.

aut hic] Sic 2. *vel hic* Mon. *ut hic* Par. Pist. Gr. ἢ ἐνταῦθα.

abbae] Sic Pist. Mon. *abbatisse* 2. *ambe* Par. Gr. τῷ ἡγουμένῳ.

monasterio] Sic Mon. Pist. Par. *a monasterio* 2., quod quidem Graecis non firmatur.

deliquit] Sic Par. Mon. 2. *diliquit* Pist.

vitae] Sic Par. Mon. 2. *suae* Pist. Pro βίον interpres videtur habuisse βίου.

mutantem] Sic Pist. Par. Mon. 2., in quo quidem a sec. manu litterae *m* circumflexus superius impositus est, qua re significari potest *immutantem*. Gr. ἀλλαξάμενον.

oportet] Sic Par. Mon. 2. *oporte et* Pist. Gr. δεῖ.

esse] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. καθεστάναι.

aut quae] Sic Par. Mon. 2. *aut* Pist., sed vox *aut* a sec. manu omissa est. Gr. ἢ τὰ μοναχοῖς πρέποντα.

monachos] Sic Mon. *monachicos* 2. Pist. *monaci eos* Par. Gr. μοναχοῖς.

deceant] Sic Mon. 2. Pist. *dicant* Par. *decent* Vulgo.

opera] Sic Pist. Mon. 2., deest in Par. Gr. ἐργόχειρα.

enim] Sic Pist. Par. 2. *hoc* Mon., sed litterae *o* iam a prima manu punctum superius impositum est; quod quidem videtur esse delentis signum. Supra lineam sec. manus in eodem ms. scripsit *enim*. Gr. διάνοια γάρ.

vacans] *vaccans* 2.

hanc] Sic Pist. Par. 2. *namque hanc* Mon., quod quidem Graecis non firmatur.

ponimus] Sic Pist. 2. Mon. *posuimus* Par. Gr. τίθεμεν.

gentibus omnibus] Sic Par. Mon. 2. *omnibus gentibus* Pist. Gr. τῶν ἐθνῶν ἁπάντων.

enim] Sic Pist. Par., deest in Mon. 2. Gr. γάρ.

eam] Sic Par. *eum* 2. Pist. Mon., in quo quidem sec. manus correxit *eam*.

cautelam] Sic Pist. Par. 2. *cautele* Mon.

observationemque] Sic 2. Pist. Par. Mon., in quo quidem syllaba *que* non nisi a sec. manu scripta est. Gr. καὶ φυλακῇ.

competentem] Sic Pist. Par. 2. *competentemque* Mon., quod quidem Graecis non firmatur.

constitutis] Sic Mon. 2. *constitutis eum* Pist. *constitutus eum* Par. Gr. τεταγμένους.

metrop.] Sic Pist. Par. 2. *omnibus eum metrop.* Mon., quod quidem Graecis non firmatur.

mittent] Sic Pist. Mon. 2. *mitteretur* Par. Gr. ἐκπέμψουσιν.

vero] Sic 2. *quoque* Pist. Par. Mon. Gr. δέ.

aliis omnibus] Sic Pist. Par. *omnibus aliis* Mon. *vel quoque aliis omnibus* 2. Gr. τοῖς ἄλλοις ἅπασι.

omnia haec] Sic 2. Pist. Par. Vox *haec* deest in Mon. Gr. ταῦτα.

eorum] Sic Par. 2., deest in Pist. Mon. Gr. αὐτῶν.

fient] Sic 2. *fient eorum* Mon. Pist. *etiam* Par. Gr. γενήσεται.

observationem] Sic Pist. Par. 2. *observationes* Mon. Gr. παρατήρησιν.

monasteriorum] Sic Mon. Pist. Par. *in monasteriorum* 2., quod quidem Graecis non firmatur.

episcopis] Quod Vulgo postea legitur *nec sanctissimis metropolitanis*, in Mon. 2. Par. Pist. deest. Itaque interpres verba οὐδὲ τοῖς ὁσιωτάτοις μητροπολίταις non videtur in contextu habuisse.

neque] Sic Mon. 2. Pist. *nec* Par.

ab eo] Sic Vind. Berol. Mon., sed a sec. manu, in quo quidem antea vox *pro* adiecta est.
differente] Sic Vind. Trid. Hamb. I. *diffente* Berol., sed supra syllabam *en* circumflexus superius impositus est. Mon. *diffnte*, sed litterae *n* circumflexus impositus est. Port. *deficiente*. Gr. ἀναβαλλομένου.
examinari] Sic Vind. Mon. Berol. I. *examinetur* Vulgo. Gr. ἐξεταζέτω.
accusatori] Sic Berol. *accusatio* Vind. *accusator* Mon. Caeterum Hamb. *accusator eum*. Gr. τῇ κατηγορίᾳ. Hinc legendum *eum accusationi* Os. coniecit.
prohibeatur] Sic Vind. Mon. *proibeatur* Berol. Gr. κωλυέσθω.
non ostendatur] Haec et quae sequuntur usque ad vocem *impediatur*, in Mon. desunt, sed a sec. manu in linea scripta sunt. I. *non inveniatur*.
probavit] Sic Mon. Berol. Vind. *probaverit* Vulgo I. Gr. ἀπέδειξεν.
fugit] Sic Vind. Mon. Berol. I. Port.

git propositam a se accusationem, provincia, in qua habitat, abiiciatur. Si quis autem ante examinationem accusatum ordinaverit, ordinatus quidem sacerdotio repellatur; qui vero talem ordinare festinavit, superius dictae subiaceat poenae, tam in annali prohibitione sacri ministerii quam etiam ut omnes eius res ecclesiae vindicentur. §. 1. Prae omnibus autem illud servari sancimus, ut nullus per suffragium auri aut aliarum rerum episcopus ordinetur. Si quid autem tale committatur, ipsi semet ipsos et dantes et accipientes et mediatores eorum secundum sacras scripturas et sacras regulas damnationi subiiciunt, et propterea et qui dat, et qui accipit et mediator eius factus sacerdotii aut clerici honore removeatur; quod autem pro hac causa datum est, eccle-

effugit Trid. Hamb. *fugerit* Vulgo. Melius fore *effugerit* Os. scripsit. Gr. ἀπέφυγεν.

accusationem] Sic Vind. Mon. *act9 accoe* Berol., sed litteris *o* et *e* circumflexus superius impositus est. Gr. κατηγορίαν.

prov.] Quod Vulgo antea est *a*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, nec sane Graecis firmatur.

in qua] Sic Vind. Berol. *quam* Mon., sed supra hanc vocem a sec. manu scriptum est *quam*. Gr. ἐν ᾗ.

habitat] Sic Vind. Berol. *habitiatur* Mon. *abiciatur* I. Gr. οἰκεῖ.

examinationem] Sic Vind. Mon. *examinacionem* Berol.

sacerdotio] Sic Vind. Mon. Berol. I. *a sacerdotio* Vulgo.

festinavit] Sic Vind. Mon. Berol. I. *festinaverit* Vulgo.

in annali] Sic Berol. Hamb. Trid. *anuali* Vind. Port. *manuali* I. *innali* Mon., sed sec. manus correxit *annali*. Gr. ἐπὶ τῇ ἐνιαυσιαίᾳ.

prohibitione] Sic Vind. Hamb. Trid. Port. I. *proibitioe* Berol., sed ultimis duabus litteris lineola superius imposita est. Mon. *prohibitioni*.

ministerii] Sic Vind. Berol. *misterii* Mon. I. Gr. λειτουργίας.

eius res] Sic Vind. Berol. *res eius* Mon. Gr. αὐτοῦ τὰ πράγματα.

vindicentur] Sic Mon. *iudicentur* Berol. *vendicentur* Mon. I. Gr. ἐνδικηθῆναι.

NOV. CXXXIV. CAP. II. §. 1. autem] Sic Vind. Mon., deest in Berol. I. Gr. δέ.

servari] Sic Vind. Berol. *observari* Mon.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

per] Sic Mon. Berol., deest in Mon. Gr. διὰ δόσεως.

ordinetur] Sic Vind. Mon. *ordinentur* Berol., sed ultimae litterae *n* puncta inferius subiecta sunt.

quid] Sic Vind. Berol. *qui* Mon., sed sec. manus litteram *d* ad finem huius vocis adscripsit. Gr. τι.

autem] Sic Vind. Mon. *aut* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. δέ. Pro *autem tale* I. habet *tale autem*.

ipsi] Sic Vind. Berol. *ip* Mon., sed sec. manus correxit *ipsi*. Gr. αὐτοί.

et dantes] Sic Vind. Berol. Mon. Port. *dantes* Hamb. Trid., sed voce *et* omissa. Interpres videtur legisse καὶ οἱ διδόντες. Caeterum haec, et quae sequuntur usque ad voces *pro hac causa da*, in Mon. nisi a sec. manu scripta non sunt.

sacras] Sic Vind. *scas* Mon. Berol., sed lineola superius imposita est, qua re potest et *sanctas* significari. Graeca nihil sane decidunt. Caeterum I. *scripturas sacras*.

sacras] Sic Vind. Mon. *sanctas* I. *sacs* Berol., sed litteris *cs* circumflexus superius impositus est.

damnationi] Sic Mon. *dampnationi* Berol. I. *donationem* Vind., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *dampnationi*. Gr. κατακρίσει.

subiiciunt] *subiciunt* Vind. Mon. I. *subiciut* Berol., sed supra litteras *ut* circumflexus superius impositus est. In Vind. a sec. manu adscriptum *vel subiiciuntur*. Gr. ὑποβάλλουσι.

propterea et] Sic Mon. Berol. *propterea* Vind. I. Vulgo. Gr. διὰ τοῦτο καί.

eius] *eorum* I.

aut] Sic Vind. Mon. *et* Berol. Gr. ἢ τῆς.

clerici] Sic Vind. Berol. *clericatu* Mon. *cinguli* I. Potest interpres legisse τοῦ κληρικοῦ.

honore] In I. subiicitur *clerici*.

removeatur] Sic Vind. *removeantur* Berol. I. *remoutur* Mon., sed supra litteram *u* lineola superius posita est. Gr. ἀποκινείσθω.

siae illi vindicetur, cuius voluit sacerdotium comparare. Si vero laicus forte pro hac causa aliquid accipiat, aut mediator rerum factus est, datas res in duplum eum exigi iubemus ecclesiae vindicandas. Non solum autem, quae secundum hunc modum dantur, vindicari praecipimus, sed etiam omnem cautionem pro hoc quolibet modo expositam et pignorum vel fideiussorum dationem et omnem aliam quamlibet cautionem vacare sancimus. Et super haec qui promissionem accepit, non solum professionem reddat, sed etiam aliud tantum, quantum professio continet, exigatur, quod debet ecclesiae dari.

CAP. III. Si quis autem episcoporum sive ante suam ordinationem, sive post ordinationem voluerit proprias res aut partem earum

illi] Sic Mon. I. *illius* Vind. Berol. Gr. ἐκείνῃ.

vindicetur] Sic Mon. *vendicetur* Vind. Berol. I.

voluit] sacerdotium] *sacerdocium voluerit* I.

est] Deest in Vind., sed in Mon. Berol. est.

datas res] Sic Vind. *datams res* Mon., in quo quidem sec. manus ex *res* fecit *rem.* Berol. *datam res*, quod sec. manus correxit *datam rem.* Gr. τὰ δοθέντα πράγματα.

eum exigi] *exigi eum* I.

vindicandas] Sic Vind. *vendicandam* Mon., sed sec. manus scripsit *vendicandas.* Berol. *vendicandam*, sed ex ultimis litteris *am* sec. manus facit *q*, qua re significatur *vindicandus.* Gr. ἐκδικηθησόμενα.

vindicari] Sic Vind. Mon. *vendicari* Berol.

sed] Sic Mon. Berol. *se* Vind. Gr. ἀλλὰ καί.

omnem] Sic Vind. Mon. *oe* Berol., circumflexo quidem superius imposito; sec. autem manus litterae *e* punctum inferius supposuit.

cautionem] Sic Vind. Mon. *cautoe* Berol., sed ultimis tribus litteris circumflexi superius impositi sunt. Gr. ἀσφάλειαν.

fideiussorum] *fideiiussorum* Vind. *fideiussionum* Mon., sed sec. manus correxit *fideiussorum.* Berol. *fidiiussorum*, sed sec. litterae *i* circumflexus superius impositus est.

dationem] Sic Vind. Trid. *deminutionem* Mon., sed sec. manus scripsit *dationem*, ibique supra lineam posuit *vel oblationem.* Berol. *dacoe*, sed litteris *oe* circumflexi superius impositi sunt, sed sec. manus supra lineam adscripsit *vel obliga.* Hamb. *dationem vel obligationem donationem*, Port. *dationem vel oblationem.* I. *vel dationem vel obligationem donationem.* Vulgo *obligationem*, quod si maiore codicum auctoritate firmaretur, in contextum reciperem propter Graecum ἐνοχήν.

aliam quamlibet] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quamlibet aliam* Vulgo. Gr. ἄλλην οἱανδήποτε.

cautionem] Sic Vind. Mon. Berol. I. *actionem* Vulgo.. Pro ἀγωγὴν interpres videtur legisse ἀσφάλειαν.

vacare] Sic Mon. Berol. *vocare* Vind. Gr. ἀργεῖν.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

super haec] Sic Mon. *super hoc* I. Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. Gr. πρὸς τούτοις. Quod autem Vulgo antea est *qui*, in Vind. Mon. Hamb. I. non est; est autem in reliquis.

qui] Sic Vind. I. Mon., in quo a sec. manu scriptum, Hamb. I., deest in Berol. Trid. Port. Vulgo. Verum Graecis manifesto firmatur.

promissionem] Sic Vind. Berol. *promission* Mon., sed supra litteram *n* a sec. manu circumflexus superius impositus est.

professionem] Sic Mon. Berol. *promissionem* I. *professioe* Vind., sed a sec. manu ultimae syllabae lineola superius imposita est.

aliud] Sic Vind. Mon. *aliu* Berol., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est. Gr. ἄλλο τοσοῦτον.

NOV. CXXXIV. CAP. III. si quis] Ad marginem Mon. a sec. manu scriptum est: *si episcopus res suas ecclesiae dederit ante consecutionem* [leg. *consecrationem*] *vel post.*

ordinationem] *suam ordinationem* Mon. Berol. *ordinationem sive post ordinationem* Vind., sed quod sec. vice scriptum fuerat, in Vind. deletum est. Caeterum *ordinationem* in Hamb. Trid. I. plane deest.

partem] Sic Mon. Berol. Vind., in quo ad finem huius vocis littera *s* adscripta est, cui iam a prima manu punctum inferius subiectum est. Gr. ἢ μέρος.

earum] Sic Mon. Vind. *eorum* Berol., quod cum superioribus parum conveniret.

ecclesiae offerre, cuius sacerdotium accepit, non prohibemus et omni condemnatione et poena praesentis legis liberum (eum sancimus, sed etiam omni laude dignum iudicamus, quoniam hoc non est emtio, sed oblatio. Pro consuetudinibus illa sola permittimus praeberi ab ordinatis episcopis, quae subsequenter praesenti legi inserta sunt. Iubemus igitur beatissimos quidem achiepiscopos et patriarchas, hoc est senioris Romae et Constantinopoleos et Alexandriae et Hierosolymorum, si quidem consuetudo habet episcopis aut clericis in eorum ordinatione minus, quam viginti libras auri dari, ipsa solummodo praeberi, quae consuetudo recognoscit, plus autem ab hac quantitate nihil supra vi-

ecclesiae] *dum partem earum ecclesiae* Berol., sed priora tria verba punctis subiectis deleta sunt.

ecclesiae offerre] *ecclesiae auferre* Vind., sed sec. manus correxit, ut in contextu. Berol. *ecclesiae oferre aecclesiae*, sed ultimae voci puncta inferius subiecta sunt.

accepit] Quod Vulgo postea est *non solum*, in Vind. Mon. Berol. I. deest, ideoque plane omittendum fuit.

prohibemus] Sic Vind. Mon. I. *proibemus* Berol.

omni] Sic Vind. *omnino* Berol., deest in Mon., sed a sec. manu supra lineam superius adscriptum est *omni*. Gr. πάσης.

eum] Quod Vulgo et in I. postea est *esse*, in Mon. Berol. deest, sed in Mon. a sec. manu supra lineam scriptum est *esse*, quod sane nec Graecis firmatur.

sancimus] *sanctimus* Vind.

iudicamus] Sic Mon. Berol. *iudicavimus* Vind. I. Gr. κρίνομεν.

hoc] Sic Vind. Mon. *non hoc* Berol., sed priori voci *non* puncta inferius subiecta sunt, quae sane vox nec Graecis firmatur.

est] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. οὐκ ἔστιν.

pro] Sic Vind. Berol. *et pro* Mon., quod Graecis non firmatur.

illa] Quod Vulgo et in I. antea est *autem*, in Vind. Mon. Berol. non est. Caeterum *illa* Vind. Berol. *illam* Mon. Gr. ἐκεῖνα.

sola] Sic Vind. Berol. *solam* Mon. Gr. μόνα.

praeberi] Sic Vind. Berol. *pbri* Mon., sed litterae *p* lineola imposita, litteraeque *r* superius inscriptum est *e*. Gr. παρέχεσθαι.

episcopis] Sic Mon. Berol. *epis* Vind., sed lineola superius imposita litteraeque *i* punctum inferius subiectum est.

subsequenter] Sic Mon. Berol. *subsequuntur* Vind., sed sec. manus correxit, ut in contextu. Gr. ἐφεξῆς.

legi] *lege* I.

igitur] Sic Mon. Berol. *ergo* Vind. Quod in Berol. postea statim interponitur *consuetudo*, iam prima manus punctis subiectis notavit.

quidem] Sic Mon. Berol. Hamb. I., deest in Vind. Trid. Port. Vulgo. Gr. τοὺς μὲν μακαρ.

senioris] Sic Mon. *seniori* Berol. *seniores* Vind., sed supra ultimam litteram *e* sec. manus imposuit litteram *i*. Gr. τῆς πρεσβυτέρας.

Romae] *Rome* Vind. Mon.

et Const.] Sic Vind. Berol., deest in Mon. *et*, sed a sec. quidem manu adscriptum est. Gr. καὶ Κωνστ.

et Alexandriae] Deest in Vind. Berol. Mon., in quo supra lineam a sec. manu adscriptum est *et Alexandriae*.

et Hierosolymorum] *et Ierosolimorum* Vind. Mon. Berol. I. Quod Vulgo antea est *et Theopoleos*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque etsi Graecis firmatur, omittendum esse visum est.

aut clericis] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *et clericis* Vulgo Pist. Trid. Gr. ἢ κληρικοῖς.

in eorum] Sic Vind. Mon. *eorum* Berol., sed sec. manus supra lineam adscripsit *in*. Gr. ἐν τῇ αὐτῶν.

ordinatione] Sic Mon. *ordinationem* Vind. Berol. Gr. χειροτονίᾳ.

minus] Sic Mon. *aut minus* I. *manus* Vind. *nus* Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *mi*. Gr. ἔλαττον. In Hamb. videtur esse *non minus*, quod Graecis non firmatur. Vide Os.

libras auri] Sic Vind. Mon. Berol. I. *auri libras* Vulgo.

ipsa] Sic Vind. Berol. *ipsas* Mon. Gr. ταῦτα μόνα.

praeberi] Sic Vind. Berol. *pbri* Mon., sed sec. manus scripsit *praeberi*. I. *preberi*. Vulgo *praebere*.

recognoscit] Sic Mon. Berol. *recognoscat* Vind. Gr. γινώσκει.

plus — quantitate] Sic Vind. Mon. Berol. I. *si autem plus ante hanc legem dabatur* Vulgo.

supra] Sic Vind. Mon. *s* Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *supra*. I. *super*. Gr. ὑπὲρ τὰς κ΄.

ginti auri libras praeberi. Metropolitas autem a propria synodo aut a beatissimis patriachis ordinatos, et alios omnes episcopos, qui aut patriarchis aut metropolitis ordinantur ****, dare pro inthronisticis quidem solidos centum, notariis autem ordinantis et aliis ministrantibus ei et solenniter accipientibus solidos trecentos. Si vero ecclesiae reditus minus quidem, quam triginta auri libras per annum reddant, non minus autem decem, dare pro inthronisticis **** solidos CC. Si vero minus quidem, quam decem, non minus autem quinque auri libras ecclesiae reditus esse contigerit, pro inthronisticis quidem dari solidos

viginti] *XV.* I.

praeberi] Sic Vind. Berol. *pbi* Mon., sed lineola superius imposita est; sec. manus scripsit *praeberi*. Gr. δίδοσθαι.

propria] Sic Mon. Berol. *proprio* Vind., quod quidem Graecis non firmatur.

synodo] *sinodo* Vind. Mon. Berol. I.

a beatissimis] Sic Vind. *beat.* Berol. Mon. I., sed praep. *a* omissa. Gr. ὑπό.

patriarchis] Sic Vind. Berol. *patriarchas* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in contextu.

ordinatos] Sic Vind. Berol. *ordinatis* Mon., sed sec. manus supra ultimam syllabam *is* imposuit syllábam *os*. Gr. χειροτονουμένους.

omnes episc.] *episc. omnes* I.

patriarchis] Sic Vind. Mon. Berol. *a patriarchis* Vulgo I.

metropol.] Sic Vind. Mon. Berol. *a metrop.* Vulgo I.

ordinantur] Sic Mon. Berol. *ordinanter* Vind. Gr. χειροτονουμένους. Quod Vulgo postea est: *si quidem non minorem triginta auri librarum reditum habet ecclesia ordinati*, in Vind. Mon. Berol. I. plane non est. Sane interpres verba εἰ μὲν μὴ—χειροτονουμένου in Graecis non habuit, cum scilicet ob homoeoteleuton excidissent. Itaque lacunae signa ponere satius duxi.

inthronisticis] *antronisticis* Vind. *intronisticis* Mon. Berol. *intromisticis* I.

solidos] Sic Vind. Mon. *s* Berol.

ordinantis] Sic Vind. Berol. *ordinatis* Mon., sed sec. manus scripsit *ordinantis*. Gr. τοῦ χειροτονοῦντος.

aliis] Sic Vind. Mon. Berol., in quo sec. manus scripsit *alios*. Gr. τοῖς ἄλλοις.

solenniter] *sollempniter* Mon. Vind. Berol. I.

reditus] *redditus* Vind. I. *redditos* Mon. Berol., in quibus quidem sec. manus correxit *redditus*.

triginta] *XXV.* I.

auri libras] *libras auri* I.

non] Sic Mon. Berol. Vind., in quo a sec. manu supra lineam adscriptum est *si*. Caeterum hoc verbum et quae deinceps usque ad *tres habeat* leguntur, in Berol. non nisi a sec. manu scripta sunt. Gr. οὐχ ἧττον.

decem] Quod Vulgo antea est *quam*, in Mon. Berol. I. non est; in Vind. quidem est *aut*, cui quidem voci iam a prima manu puncta inferius subiecta sunt. Caeterum in Vind. huic voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. δέκα.

dare] Sic Vind. Berol. *dari* I. Vulgo. Deest in Mon., ubi quidem sequenti voci supra lineam a sec. manu inscriptum est *dari*. Gr. διδόναι.

inthronisticis] *intronisticis* Mon. *intromesticis* Berol. *intronicestis* Vind. *intromisticis* I. Quod Vulgo postea subiicitur: *solidos centum, aliis antem omnibus, qui ex more capiunt*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. deest, ideoque a me omissum est. Ego lacunae signum posui. Etenim manifesto interpres verba νομισμ. ρ' — ἐκ συνηθείας λαμβάνουσι in Graecis non habuit.

solidos] In Vind. post haec sic est: *si autem minus quidem quam decem, non minus V. auri libras ecclesie redditus esse contigerit*, quibus quidem omnibus postea puncta inferius subiecta sunt. Deinde idem codex sic pergit: *pro intronisticis quidem dari solidos ul* [sed supra lineam scriptum est *XVIII.*] *omnibus autem aliis ex consuetudine.* Quae quidem omnia ex superioribus male repetita videntur esse.

quidem] Sic Mon. Berol. *qm* Vind., sed supra lineam a sec. manu circumflexus superius impositus est.

quinque] *X pro intronisticis sol. X. 7. VIII.* Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est: *V. libras auri ecclesie reditus esse contigerit, pro introincestis quidem dari solidos L omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus sol. CC. sin autem minus quidem quinque non minus autem III. auri libras ecclesia redditūC habeat.*

libras] Sic Mon. Vind. Berol. In Mon. sec. manus correxit *libris*. Pro *auri libras* I. habet *libras auri*.

reditus] *redditus* Vind. Mon. I.

inthronisticis] Sic Vind. Berol. *thronisticis* Mon. *intronisticis* I.

quinquaginta, omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus solidos ducentos. Si autem minus quam quinque, non minus autem tres auri libras ecclesiae reditus habeat, praebere pro inthronisticis solidos decem et octo, omnibus autem ex consuetudine percipientibus solidos XXIV. Si autem minus tres, non autem minus, duas auri libras quantitas redituum ecclesiae comperiatur, dare pro inthronisticis quidem solidos duodecim pro omni vero alia consuetudine solidos sex. Episcopum enim ecclesiae minus duas auri libras reditus habentem neque pro inthronisticis, neque pro alia qualibet consuetudine dare aliquid permittimus. Haec autem quae praebere disposuimus, primus presbyter ordinantis episcopi et archidiaconus suscipientes ex consuetudine percipientibus dividant. Haec igitur iubemus omnibus modis observari, ut non ex talibus occasionibus ecclesiae debitis praegraventur et sacerdotia venalia fiant. Si quis autem ultra quantitatem a nobis definitam

omnibus] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. πᾶσι.
ex consuet.] Sic Vind. Berol. *pro consuet.* Mon.
ducentos] *XXIIII.* I. Quae postea leguntur usque ad *solidos XXIV.*, desunt in I.
si autem] Haec et quae sequuntur usque ad *percipientibus*, in Vind. plane desunt.
tres auri libras] Sic Mon. Berol. *tribus auri libris* Hamb. *quam tres auri libras* Trid. *duas auri libras* Port.
ecclesiae] Sic Mon. Berol. Hamb. Port. *ecclesia* Trid.
reditus] *redditus* Mon.
habent] *habet* Mon.
praebere] *pbe* Mon., sed per litteram *b* lineola superius traiecta est, deest in Berol. Gr. παρέχειν.
inthronisticis] *intronisticis* Mon. Berol.
decem et acto] Sic Berol. *XVIII.* Mon.
autem] Quod Vulgo postea est *aliis*, in Mon. Berol. Hamb. Trid. non est.
ex] Sic Berol. *pro* Mon.
percipientibus] Sic Mon. *praecipientibus* Berol. Postea in Hamb. adscriptum est: *sol. XVIII. omnibus autem ex consuetudine percipientibus*, quae ex superioribus male repetita sunt.
XXIV.] Sic Trid. Vind. Berol. *XVIIII.* Mon. *XXIII.* Hamb.
duas] Quod Vulgo et in Trid. Port. I. antea est *quam*, nec in Vind. Mon. Berol. nec in Hamb. est.
auri libras] *libras auri* I.
redituum] *reddituum* Mon. Berol. I. *redditurum* Vind. Gr. τῶν προσόδων.
ecclesiae] Sic Vind. *eccle* Mon. Berol., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus est.
dare] Sic Vind. Mon. I. Berol. *dari* Vulgo. Gr. διδόναι.
inthronisticis] *intronisticis* Berol. Mon. *intromesticis* Vind. *intromisticis* I.
sex] Sic Vind. Mon. Berol. *V.* Hamb. Gr. ϛ'.
ecclesiae] Sic Mon. Berol. *cedere* Vind., sed sec. manus supra lineam imposuit *eccle*, circumflexo per litteram *l* traiecto. Gr. ἐκκλησίας.
reditus] *redditus* Vind. Mon. Berol. I.
inthronisticis] Sic Mon. *intronisticis* Berol. *intromesticis* Vind. *intromisticis* I.
qualibet] Sic Mon. Berol. *quamlibet* Vind., deest in I.
cons.] *cons. quolibet* I.
praebere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *praeberi* Vulgo.
primus] Sic Mon. Berol. I., deest in Vind. Gr. ὁ πρῶτος.
presbyter] *presbiter* I.
episcopi] Sic Mon. *eps* Vind., in quo litterae *s* punctum subiectum et supra lineam littera *i* imposita est. Berol. *epis*, sed sec. manus scripsit *epus*. Gr. ἐπισκόπου.
archidiaconus] Sic Vind. Berol. *archidiaconos* Mon.
percipientibus] Sic Vind. Mon. *praecipientibus* Berol., sed sec. manus correxit *percipientibus*.
dividant] Sic Vind. *dividat* Mon. *dividatur* Berol., sed hic a sec. manu lineola superius imposita est.
haec] Sic Vind. Mon. I., sed est in Berol. Hamb. Trid. In Port. haec vox est, sed ad superiorem enunciationem trahitur hoc modo *dividant haec. Igitur et caet.*
iubemus] In I. subiicitur *quidem*, quod in reliquis et Vulgo deest.
omnibus] Sic Berol. Trid. Hamb. *haec omnibus* Vind. Mon. Port. Pro *omn. modis* I. habet *modis omnibus*.
ecclesiae debitis] Sic Vind. Berol. *debitis ecclesiae* Mon. Gr. αἱ ἐκκλησίαι χρέουσι.
sacerdotia] *sacerdotalia* I.
definitam] Sic Vind. *diffinitam* Mon. Berol. I.

pro inthronisticis aut consuetudinibus quolibet modo praesumat accipere iubemus, quidquid plus acceperit, triplum ex rebus suis vindicari ecclesiae dantis. Sed haec quidem pro episcoporum ordinatione dicta sunt.

CAP. IV. Post ordinationem vero servili et inscriptitia fortuna episcopos liberos esse praecipimus, nisi curialis aut officialis citra praedictam observationem ordinetur. Tales enim episcopatu remotos curiae aut officio restitui iubemus, ut non ex tali fortuna sacerdotio fiat iniuria. Illos autem, qui ante hanc nostram legem ex curiali fortuna inveniuntur episcopi ordinati, huiusmodi quidem fortuna liberos esse, legitimam vero partem ex propriis rebus curiae et fisco dare, sic tamen, ut nullam imminutionem ecclesiastica iura sustineant in rebus, quas in episcopatu acquisitas ecclesiae eorum competere disposuimus. Si vero

inthronisticis] *intronisticis* Vind. Berol. *introniasticis* Mon., sed litterae *a* punctum inferius subiectum est. I. *intromisticis.*

aut] Sic Vind. Berol. *a* Mon., sed sec. manus scripsit *aut.* Gr. ἤ.

quidquid] Sic Vind. Mon. *quicquid* Berol. I.

suis] Sic Mon. *eius* Berol. Vulgo I., deest in Vind. Gr. αὐτοῦ.

vindicari] Sic Mon. *vendicari* Vind. Berol. I.

ecclesiae] Sic Mon. Berol. *ecclesie* Vind., deest in I.

dantis] Sic Vind. Mon., in quo litterae *n* puncta inferius subiecta sunt. Berol. *dantis esse praecipimus*, sed ultimis duabus vocibus *esse pr.* puncta inferius subiecta sunt. Gr. τοῦ δεδωκότος.

sed] Sic Mon. Berol. Vind. I. *et* Vulgo. Pro καὶ interpres videtur habuisse ἀλλά.

haec] Sic Mon. Berol. *hoc* Vind. Pro ταῦτα interpres videtur habuisse τοῦτο.

dicta] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. εἴρηται.

sunt] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. Port I., deest in Berol. *sint* Vulgo. Indicativum modum et Graecum εἴρηται confirmat.

NOV. CXXXIV. CAP. IV. post ord.] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est: *post ordinationem.* Ad marginem Mon. adscriptum est: *de servis vel ascriptitiis et taxiotis et cualibet* [sed supra litteram *a* sec. manus circumflexum posuit] *ad episcopatum pervenientibus.*

inscriptitia] Sic Vind. Mon. I. *inscripti* Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *tia.* Gr. ἐναπογράφου.

episcopos] *ipsos* I.

curialis] Sic Mon. Berol. *urialis* Vind., sed sec. manus supra litteram *u* imposuit litteram *c.*

observationem] Sic Vind. Berol. *ordinat* Mon., sed litteris *at* lineola superius imposita est. Gr. παρατήρησιν.

ordinetur] Sic Vind. Mon. *ordinentur* I. Vulgo. *ordietur* Berol., sed litteris *ie* circumflexus superius impositus est. Gr. χειροτονηθείη.

ut] Sic Vind. Berol. *au* Mon., sed ultimae litterae *u* punctum superius iniectum est, sed iam prima manus primum *a* puncto inferius subiecto delevit. Gr. ἵνα.

iniuria] Sic Vind. Berol. *iniusta* Mon., sed sec. manus scripsit *iniuria.* Gr. ὕβρις.

autem] deest in I.

ordinati] Sic Vind. Mon. *ordinanti* Berol. Gr. χειροτονηθέντες.

quidem] Sic Mon. Berol. *qdi* Vind., sed priori litterae *q* littera *i* superius imposita; per litteram *d* autem circumflexus traiectus est; sec. quidem manus ultimae litterae *i* punctum inferius subiecit. Gr. τῆς μὲν τοιαύτης.

fortuna] In Vind. antea quidem est *de*, quod quidem in Mon. Berol. non est.

esse] Sic Vind. Berol. *eo* Mon., sed lineola superius imposita, cui voci deinde a sec. manu puncta supposita sunt et supra lineam adscriptum est *esse.* Gr. εἶναι. Caeterum I. habet *esse libros.* Quod Vulgo subiicitur *sancimus*, in Vind. Mon. Berol. I. non est.

imminutionem] Sic Mon. Berol. *inminutionem* Berol.

sustineant] Sic Vind. Berol. *suscipiant* Mon. Gr. ὑπομεῖναι.

quas] Sic Vind. Berol. *qs* Mon., sed sec. manus exinde fecit *quas.* Gr. ἅπερ.

episcopatu] Sic Berol. *episcopatum* Vind. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *episcopatu.*

ecclesiae] Sic Vind. Mon. *aecele* Berol., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus est.

competere] Sic Vind. Mon. Berol., in quo subiicitur *eorum*, quod a sec. manu punctis subiectis notatum est.

disposuimus] *disponimus* I.

contigerit ordinatum episcopum sub proprii parentis potestate esse, ex ipsa ordinatione suae potestatis sit.

CAP. V. Deo autem amabiles episcopos et monachos ex nulla lege tutores aut curatores cuiuscunque personae fieri permittimus; presbyteris autem et diaconis et subdiaconis iure et lege cognationis tutelam aut curam suscipere hereditatis permittimus proprie et solo gradu cognationis ad tutelam et curam vocatis huiusmodi administrationem permittimus, si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud competentem iudicem scripto declarent talem administrationem propria voluntate suscepisse, et si quis eorum forsan hoc fecerit, nullum ex hoc in alia tutela aut cura praeiudicium patiatur.

CAP. VI. Alium autem fieri susceptorem aut exactorem fiscalium functionum, aut conductorem publicarum aut alienarum possessionum, aut curatorem domus aut procuratorem litis, aut fideiussorem pro tali-

ex] Sic Mon. Berol. *et ex* Vind., quod quidem Graecis non firmatur.

suae] Sic Vind. Mon. *sue* Berol.

NOV. CXXIV. CAP. V. deo] *dos* Berol., sed lineola superius imposita est. Ad marginem Mon. adscriptum est: *de presbiteris, diaconis et subdiaconis iure cognationis ad tutelam vocatis.*

antem amabiles] Sic Mon. Berol. *amab. autem* Vulgo.

cuiuscunque] Sic Vind. Mon. *cuiusque* Berol. Gr. οἱουδήποτε.

personae] Sic Vind. Mon. *persoe* Berol., sed supra litteras *oe* lineola superius posita est.

presbyteris] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. *presbiteris* I. *presbyteros* Mon. Vulgo Port.

diaconis] Sic Vind. Hamb. Trid. I. *diaconibus* Berol., sed ultimis litteris *bus* puncta inferius subiecta sunt. Mon. Port. Vulgo. *diaconos*, sed sec. manus scripsit *diacones*.

subdiaconis] Sic Vind. Trid. Hamb. I. *subdiac* Berol., sed ultimis litteris *iac* lineola superius imposita est. Port. Mon. *subdiaconos*.

iure et lege cogn.] Sic Mon. Trid. Port. *iure cogn. et lege* Vind. *iure cogn.* Berol. *iure cogn.* I. Desunt in Hamb. Manifesto interpres legit δικαίῳ καὶ νόμῳ pro verbis δικαίῳ καὶ μόνῳ. Cum Graecis magis convenire *subd. iure et solo cogn.* Os. scripsit.

tut.] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *ad tutelam* Vulgo.

aut] Sic Berol. Trid. Port. *et* Vind. Mon. Hamb. I. Gr. ἢ.

curam] Quae Vulgo subiiciuntur *vocatos huiusmodi*, in Vind. Mon. Berol. Trid. Hamb. Port. I. plane non sunt.

hereditatis — huiusmodi] Sic Vind. Mon. Berol., nisi quod habet *huiusmodo*, Hamb. Trid., nisi quod *hereditatis* ibi non est, Port. Sic et I., nisi quod vocem *hereditatis* omittit et ad finem enuntiationis habet *et huiusmodi*. Desunt Vulgo. Manifesto interpres uno versu transposito sic legit: τῆς συγγενείας τὴν ἐπιτροπὴν ἢ κουρ. κληρονομίας ὑποδέχεσθαι συγχωροῦμεν ἰδικῶς καὶ μόνῳ βαθμῷ τῆς συγγενείας εἰς ἐπιτροπὴν καὶ κουρατωρείαν καλουμένοις.

permitt.] *suscipere permitt.* I.

tamen] Sic Mon. Berol. *tantum* Vind. Gr. μέντοιγε.

scripto declarent] Sic Mon. Berol. *declaret scripto* Vind., sed litterae *decla* a sec. manu scriptae sunt. Gr. ἐγγράφως φανερώσουσι. Ad marginem Mon. adscriptum est: *de clericis ut exceptores vel exactores publicorum tributionum aut conductores vectigalium aut aliorum vel curatores litis vel fideiussores in talibus causis non fiant.*

propria] Sic Mon. Berol. *pro* Vind. Gr. οἰκεία.

eorum forsan] *forsan eorum* I.

praeiudicium] Sic Mon. *praeiudititium* Berol. *praeiudicium* Vind.

patiatur] *pariatur* I.

NOV. CXXXIV. CAP. VI. alium autem] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *alium* Mon., sed sec. manus supra lineam inscripsit voculam *autem*. Pro ἀλλ' οὐδὲ interpres legit ἄλλον δέ. Vulgo *sed neque*.

exactorem] Sic Vind. Berol. *exauctorem* Mon. Gr. ἀπαιτητήν.

publicarum] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Hamb. Port. *publicorum* Beckius recte scripsit ex Graeco τελῶν.

aut alien.] Sic Vind. Mon. *alien* Berol., sed supra litteras *ali* a sec. manu scriptum est *aut*. Gr. ἢ ἀλλοτρίων.

possessionum] Sic Mon. Berol. Vind., sed in hoc quidem a sec. manu. Supra lineam quidem sec. manus scripsit *cum*. Gr. κτήσεων.

fideiussorem] Sic Mon. *fideiussorem* Vind. *fidiiussorem* Berol., sed supra sec.

bus causis episcopum aut oeconomum aut alium clericum cuiuslibet gradus aut monachum proprio nomine aut ecclesiae aut monasterii subire non sinimus, ut non per hanc occasionem et sanctis domibus damnum fiat, et sacra mysteria impediantur. Si autem ecclesiis aut monasteriis possessiones quaedam adiacentes inveniantur, et voluerint dispensatores ipsarum venerabilium domuum in conductionem aut emphyteusin has accipere, tunc omnibus clericis et monachis pro his causis in ipso instrumento sub gestis monumentorum consentientibus et manifestantibus, pro utilitate venerabilium domuum hoc fieri, talem conductionem et emphyteusin procedere sinimus. Sed etiam ipsis sanctissimis ecclesiis et aliis venerabilibus domibus damus licentiam conductiones et emphyteuses facere ad invicem et clericis similiter propriarum ecclesiarum possessiones conducere et gubernare, cum voluntate tamen episcopi et oeconomi permittimus, exceptis personis, quas per aliam legem hoc facere prohibuimus. Si quis autem contra ea, quae dicta sunt, aliquid fecerit, si quidem episcopus fuerit, omnes eius

litteram *i* circumflexus superius impositus est. Gr. ἢ ἐγγυητήν.

aut] Vulgo ex errore typogr. *sut* I. *autem aut.*

oeconomum] *yconomos* Vind. *yconium* Mon. *yconomum* I. Berol., in quo supra priorem litteram *m* alia littera *m* superius imposita est.

proprio nomine] Sic Mon. Berol. *nomine proprio* Vind. Gr. ἰδίῳ ὀνόματι. Caeterum I. *proprio nom. monachum.*

subire non] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I., deest Vulgo.

ut] Sic Vind. Mon. *au* Berol., sed lineola superius imposita est; priori autem litterae *a* punctum inferius subiectum est. Gr. ἵνα μή.

damnum] Sic Vind. Mon. Berol. Pro *damnum fiat* I. habet *fiat dampnum.*

mysteria] Sic Vind. Mon. Berol. *ministeria* Vulgo I.

impediantur] Sic Vind. *inpediantur* Mon. *impediant* Berol. Gr. ἐμποδίζωνται.

si autem] *si autem aut* I.

aut] Sic Mon. Berol. *aut aut* Vind., sed priori voci *aut* puncta inferius subiecta sunt.

voluerint] Sic Vind. Berol. *noluerint* I. *voluerit* Mon., sed supra litteram *i* a sec. manu littera *n* superius imposita est. Gr. βουληθεῖεν.

domuum] Sic Vind. Mon. Berol. *domorum* Vulgo I.

conductionem] Sic Mon. Berol. *conductione* Vind. I. Gr. μίσθωσιν.

emphyteusin] *emphiteosin* Mon. Berol. *emphiteosi* I. *emphiteosim* Vind.

pro his causis] Sic Vind. Mon. Berol. *propriis* Hamb. *propriis causis* Trid. *pro causis* Port.

gestis] Sic Mon. Berol. *iestis* Vind.

consent.] Sic Vind. Berol. *a consent.* Mon., quod Graecis non firmatur.

domuum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *domorum* Vulgo.

conductionem] Sic Vind. Berol., sed litterae *condu* a sec. manu scriptae sunt. Mon. *conductonem*, sed sec. manus scripsit *conductionem*. Gr. μίσθωσιν.

emphyteusin] *emphiteosin* Mon. Berol. I. *emphyteosim* Vind.

sinimus] Sic Mon. *simimus* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in contextu. Mon. *sinimus ecclesiis*, sed ultimae voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. συγχωροῦμεν.

sanctissimis] Sic Mon. Berol. *sanctis* Vind. *sacratissimis* I. Gr. ταῖς ἁγιωτάταις.

conductiones] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam haec vox scripta est. Gr. μισθώσεις.

emphyteuses] *emphiteosis* Vind. *emphiteoseos* I. *emphiteosin* Mon. Berol. Gr. ἐμφυτεύσεις.

clericis] Sic Vind. *clerici* Mon. Berol. Gr. τοῖς κληρικοῖς.

propriarum ecclesiarum] Sic Vind. Mon. Berol. Port. *rerum ecclesiasticarum* Hamb. Trid. Gr. τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν.

conducere] Sic Vind. Berol. *conduci* Mon., sed sec. manus scripsit *conducere*. Gr. μισθοῦσθαι.

tamen] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. μέντοι.

oeconomi] Sic Vind. *yconomi* Berol. I. *yconii* Mon., sed ex priori littera *i* sec. manus facit *omi*.

hoc] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu lineae impositum est. Gr. τοῦτο.

fuerit] Sic Vind. Mon. *fecit* Berol., sed litteris *it* circumflexus superius impositus est. Gr. εἴη.

omnes] Sic Vind. Berol. *omnis* Mon., sed sec. manus scripsit *omnes*. Gr. πάντα.

res ex qualibet causa vel persona, sive ante episcopatum sive post haec fuerint ad eum venientes, eius ecclesiae vindicari sancimus. Si autem oeconomi aut clerici alii fuerint hoc delinquentes, poenam eos pecuniariam qualem episcopus eorum probaverit exigi, ecclesiae vindicandam, cum etiam conductionem teloniorum aut cuiuslibet possessionis aut publicarum collationum perceptionem aut exactionum aut sollicitudinem domus haec credentes aut fideiussores eos pro memoratis causis suscipientes nullam contra ecclesiam aut monasterium aut res eius aut gubernantium, aut contra illas personas, quibus crediderint, aut contra facultates aut fideiussores eorum habeant actionem. Illi vero, qui publicarum collationum aut tributorum susceptionem aut conductionem aut exactionem memoratis personis crediderint, aut fideiussores eos acce-

res] Sic Mon. Berol. Vind., in quo adiicitur *qi*, sed circumflexo superius imposito, qua re significatur vel *quasi* vel *quia*, cui tamen siglo iam prima manus puncta inferius subiecit.

qualibet] Sic Vind. Berol. *equalibet* Mon., sed priori litterae *e* punctum inferius subiectum est. Gr. ἐξ οἱαςδήποτε.

post haec] Sic Mon. Berol. Vind. *post hoc* Port. I. *posthac* Vulgo. Gr. μετὰ ταῦτα.

fuerint] Sic Vind. Mon. Port., deest in Berol. Trid. Vulgo.

eius] Sic Berol. Mon. *huius* Vind., sed priori litterae *u* littera *e* superius imposita est. Gr. αὐτοῦ.

vindicari] Sic Mon. *vendicari* Vind. Berol. I.

oeconomi] *yconomi* Vind. Berol. I. *yconici* Mon., sed sec. manus litteras *ni* punctis subiectis delevit, superque lineam apposuit *om*.

clerici alii] Sic Vind. Mon. Berol. I. *alii clerici* Vulgo.

delinquentes] Sic Mon. Berol. *delinquaentes* Berol.

poenam eos pecuniariam] Sic Mon. Berol. I. *pena eos pecuniariam* Vind. *pecuniariam eos poenam* Vulgo. Gr. ποινὴν αὐτοὺς χρηματικήν.

episc. eorum] *eorum episc.* I.

ecclesiae] Sic Vind. Mon. *aeccle* Berol., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus est.

vindicandam] Sic Vind. Mon. *vendicandam* Berol. I.

cum] Sic Berol. *eum* Vind. *ut* Mon., sed sec. manus scripsit *cum*. Gr. ὁπότε καί.

etiam] *etiam qui* I.

conductionem] Sic Berol. *conduction* Mon., sed ultimae litterae *n* circumflexus superius impositus est. Vind. *qui conductionem*. An fortasse vox οἱ ab interprete expressa est?

teloniorum] Sic Berol. *teloneorum* Vind. I. *telonicorum* Mon., in quo sec. manus supra lineam apposuit *a* ✝ *teloneorum*.

possessionis] Sic Mon. Berol. *possessoes* Vind., sed ultimae syllabae *oes* lineola superius imposita est. Gr. κτήσεως.

aut publ.] Sic Vind. Mon. *publ.* Berol., sed priore voce *aut* omissa. Gr. ἢ δημοσίων.

collationum] Sic Mon. Berol. Vind., sed supra ultimam litteram *u* a sec. manu littera *e* superius imposita est. Gr. φόρων.

perceptionem] Sic Mon. Vulgo. *preceptionem* I. *perceptionum* Vind. Berol. Gr. ἔκληψιν.

exactionum] Sic Vind. Mon. Berol. *exactionem* I. Vulgo. Pro ἀπαίτησιν interpres videtur habuisse ἀπαιτήσεων.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. *eis* Vulgo. *omnes* I. Pro αὐτοῖς interpres videtur habuisse ταῦτα.

credentes] Sic Vind. Mon. *cocedentes* Berol., sed supra priores litteras *cc* lineola imposita est. Gr. πιστεύσαντες.

crediderint] *crediderunt* I.

fideiussores] Sic Vind. *fiduussores* Berol., sed per litteram *d* superiorem circumflexus traiectus est. Mon. *fideiussioes*, sed lineola ultimae syllabae superius imposita, litteraeque ultimae *i* punctum inferius subiectum est. Gr. ἐγγυητάς.

habeant] Sic Vind. Berol. *habent* Mon. I. Gr. ἐχέτωσαν.

actionem] Sic Mon. *actiones* Vind. Berol. I. Gr. ἀγωγήν.

publicarum] Sic Vind. Mon. *publicorum* Berol., sed sec. manus scripsit *publicarum*. Gr. δημοσίων συντελειῶν.

susceptionem] Sic Mon. Berol. *suspectionem* Vind., sed sec. manus correxit *susceptionem*. Gr. ἔκληψιν.

aut exactionem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἢ ἀπαίτησιν.

eos] Sic Vind. Berol. *eorum* Mon., sed sec. manus scripsit *eos*. Gr. αὐτούς.

perint, si quod publico damnum contingat, hoc ex propria facultate restituere compelluntur.

CAP. VII. Nulli vero iudicum licebit deo amabiles episcopos cogere ad iudicium advenire pro exhibendo testimonio, sed iudex mittat ad eum quosdam ex personis ministrantium sibi ut propositis sanctis evangeliis, secundum quod decet sacerdotes dicant quae noverunt.

CAP. VIII. Sed neque pro qualibet pecuniaria causa vel criminali episcopum ad iudicem civilem aut militarem invitum producere aut exhibere citra imperialem iussionem permittimus, sed iudicem, qui tale aliquid sive ex scripto sive ex non scripto praesumserit imperare, post cinguli privationem viginti auri librarum poenam persolvere iubemus

acceperint] Sic Berol. *acciperint* Vind. *acceperit* Berol., sed sec. manus supra ultimam litteram *i* imposuit litteram *n*. Gr. δέξοιντο.

quod] Sic Vind. Berol. *quid* I. *quidem* Mon. Gr. εἴτις—ζημία.

publico] Sic Vind. Mon. *publicum* Berol., sed sec. manus correxit *publico*. Gr. τῷ δημοσίῳ. Caeterum I. *dampnum publico*.

damnum] Sic Mon. *damno* Vind. *dun* Berol., sed supra litteram *u* circumflexus superius impositus est; sec. manus autem correxit *dan*, sed litterae *a* circumflexus, litterae *n* autem littera *o* imposita est. Gr. ζημία.

hoc ex] Sic Mon. Berol. *haec* Vind. Gr ταύτην ἐκ τῆς.

compelluntur] Sic Berol. Vind. Mon. *compellentur* Vulgo.

NOV. CXXXIV. CAP. VII. nulli] *non nulli* Berol., sed priori voci *non* puncta inferius subiecta sunt. Gr. οὐδενί.

vero] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. δέ. Ad marginem Mon. hoc loco adscripta haec sunt: *de episcopis in iudicium testimonii causa vocatis*.

iudicium] Sic Vind. Berol. I· *iudici* I. *iuditium* Mon., sed supra litteras *ti* a sec. manu littera *c* scripta est. Gr. τῶν ἀρχόντων.

iuditium] *iudicium* I.

advenire] Sic Vind. *venire* Mon. Berol. I. Vulgo. Gr. παραγενέσθαι.

exhibendo] *exibendo* Vind. Mon. Berol. I.

eum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *eos* Vulgo. Pro αὐτοὺς interpres videtur habuisse αὐτόν.

quosdam] Sic Vind. *quos dai* Berol., sed ex ultimo *i* sec. manus facit *m*. Mon. *quos dari*, sed sec. manus supra lineam ultimae syllabae lineolam imposuit; eademque manus ultimas litteras *ri* delevit. Gr. τινάς.

ministrantium] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Port. *ministrantibus* Hamb.

propositis] Sic Vind. Mon. *positis* Berol. Gr. προκειμένων.

sanctis evang.] Vind. Mon. Berol. habent *evangeliis*, priori voce *sanctis* omissa; sed sec. manus in Vind. vocem *sanctis* superius imposuit. Gr. τῶν ἁγίων εὐαγγελίων.

secundum quod] Sic Vind. Mon. *secundum pro quod* Berol. Gr. κατὰ τὸ πρέπον.

noverunt] Sic Vind. Mon. Berol. *noverint* Vulgo I. Gr. γινώσκουσιν.

NOV. CXXXIV. CAP. VIII. sed neque] Ad marginem Mon. *de episcopis in iudicium non vocandis*.

pecun.] *peccun*. Mon. Berol.

causa] Sic Mon. Trid. Port. Berol., deest in I. *causa vel crimina* Vind., sed sec. manus voces *vel crimina* delevit. Deest autem in Hamb.

criminali] In Hamb. I. subiicitur *causa*, quod in reliquis codd. mss. non est.

iud. civil.] *civil. iud.* I.

invitum] Sic Vind. Mon. *intm* Berol., sed prioribus litteris *in* et ultimis circumflexi superius impositi sunt. Gr. ἄκοντα.

producere] Sic Vind. Mon. Berol. Port. *produci* Hamb. Trid.

aut] Sic Mon. *ut* Vind. *vel* Berol. I.

exhibere] *exibere* Vind. Mon. Berol. Port. *exhiberi* Trid. Hamb.

citra] Inde a syllaba *tra* usque ad *patriarche aut* in Berol. omnia a sec. manu scripta sunt.

tale] Sic Vind. Berol. *talem* Mon. Gr. τὸν τοῦτο.

imperare] *inperare* Mon. Berol., quae quidem omnia a sec. manu scripta, sicut et ea quae sequuntur *post cinguli*. I. *impetrare*.

auri librarum] Sic Vind. *librarum auri* Mon. Berol. I. Vulgo. Gr. χρυσίου λιτρῶν.

persolvere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *exsolvere* Vulgo.

ecclesiae, cuius episcopus produci aut exhiberi iussus est, exsecutorem similiter post cinguli privationem et verberibus subdendum, et in exsilium deportandum.

CAP. IX. Interdicimus autem deo amabilibus episcopis proprias relinquere ecclesias et ad alias regiones venire. Si vero necessitas faciendi contigerit, hoc non aliter, nisi cum litteris beatissimorum patriarchae aut metropolitae aut per imperialem videlicet iussionem hoc faciant, ita tamen ut nec illis episcopis, qui sub beatissimo archiepiscopo Constantinopoleos et patriarcha fuerint, liceat citra permissionem eius aut nostrae iussionis ad regiam civitatem venire. Si vero etiam secundum hunc modum episcopus cuiuscunque loci profectus fuerit, non amplius uno anno suam relinquat ecclesiam. Episcopos autem in regiam civitatem, sicut dictum est, venientes, cuiuslibet fuerit dioecesis, prae omnibus ire ad beatissimum archiepiscopum Constantinopoleos et patriarcham, et ita per eum ad nostram introire tranquillitatem. Citra autem hanc nostram dispositionem aut proficiscentibus, aut ultra defini-

produci] Sic Vind. Berol. *producti* Mon., in quo quidem ultimae syllabae *ti* puncta inferius subiecta; supra lineam autem litterae *c* inscriptum est *i*.
aut exhiberi] Sic Mon. *aut exiberi* Berol. *aut exhiberii* I. Desunt autem in Vind. Gr. ἢ παραστῆναι.
privationem] Sic Vind. Berol. *privatione* Mon., sed litterae *e* circumflexus superius impositus est. Gr. ἀφαίρεσιν.
exsilium] Sic Vind. Berol. *exiliis* Mon. Gr. ἐν ἐξορίᾳ.
deportandum] Sic Mon. Berol. *deputandum* Vind.

NOV. CXXXIV. CAP. IX. interdicimus] Ad marginem Mon. adscriptum est *de episcoporum perfectione*.
autem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. δέ.
faciendi] Postmodo Vulgo et in I. est *hoc*, quod quidem in Vind. Mon. Berol. non est.
contigerit] Sic Vind. Berol. Mon., in quo supra litteras *ti* a sec. manu circumflexus impositus est. Gr. συμβῇ.
hoc] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Vulgo I. Interpres videtur habuisse τοῦτο μὴ ἄλλως.
beatissimorum] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *beatissimi eorum* Vulgo, quod sane Graeco τοῦ μακαριωτάτου αὐτῶν conveniret; nisi forte dicendum interpreti ob oculos fuisse τοῦ μακαριωτάτου αὐτῶν.
metropolitae] Sic Vind. Mon. *metropoli metropolitae* Berol., sed priori voci *metropoli* puncta inferius subiecta sunt.
beatissimo archiepiscopo] Sic Mon. Berol. *beatissimum archiepiscopum* Vind., sed sec. manus scripsit, ut in contextu.
patriarcha] Sic Berol. *patriarchas* Vind., in quo quidem ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Mon. *patriarcha*, ut quidem supra ultimam litteram *a* sec. manus litteram *s* imposuerit.
fuerint] Sic Vind. Berol. *fuerit* Mon. Sane pluralem numerum et Graeca firmant.
permissionem] Sic Vind. Berol. *promissione* Mon., sed sec. manus scripsit *permissione*. Gr. δίχα ἐπιτροπῆς.
nostrae] Sic Vind. Mon. *nre* Berol., sed lineola superius imposita est.
etiam] Sic Vind. *haec et* Mon. Berol., in quo quidem utrique voci puncta inferius subiecta sunt. Sane vox *haec* in Graecis non habet, quo confirmetur.
loci] Sic Vind. Mon. *loco* Berol., sed sec. manus correxit *loci*. Gr. τόπου.
relinquat] Sic Vind. *relinqueret* Berol. *relinq.* Mon., sed ultimae litterae *q* lineola superius imposita est; correxit enim sec. manus *relinquat*. Gr. καταλιμπανέτω.
ecclesiam] Sic Vind. Berol. *ret ecclesiam* Mon., sed litteris *ret* puncta inferius subiecta sunt.
autem] Sic Mon. Berol. *aut* Vind., sed a sec. manu lineola superius imposita est, qua re significatur *autem*. Gr. τοὺς δὲ ἐπισκόπους.
fuerit] Sic Vind. Mon. Berol. *fuerint* I. Vulgo.
dioecesis] *diocesis* Vind. Mon. Berol. I.
et] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu vocula *et* lineae superius imposita est. Vulgo I. *et ad*. Gr. καὶ πατριάρχην.
circa] *citra* I.
autem] Sic Vind. Berol. deest autem in Mon. Gr. τοῖς δὲ παρά.
definitum] Sic Mon. Berol. *diffinitum* Vind. I.

tum unius anni tempus extra suam ecclesiam facientibus, primum quidem non ministrari ab oeconomis propriae ecclesiae expensas, deinde admonere eos per litteras sacerdotum, sub quibus agunt, ut revertantur ad suas ecclesias, differentes autem reverti secundum sanctas revocari regulas, et nisi intra definitum a sacris canonibus tempus revertantur ad suas ecclesias, ipsos quidem episcopatu expelli, alios autem pro eis meliores ordinari secundum praesentis legis virtutem. Hoc ipsum et super clericis valiturum, cuiuscunque ordinis fuerint aut ministerii.

CAP. X. Ut autem omnis ecclesiasticus status et sacrae regulae diligenter custodiantur, iubemus, unumquemque beatum archiepiscopum, et patriarcham et metropolitam sanctissimos episcopos sub se constitutos in eadem provincia semel aut secundo per singulos annos ad se convocare, et omnes causas subtiliter examinare, quas episcopi aut clerici aut monachi ad invicem habent, easque disponere et insuper haec

facientibus] Quod Vulgo postea legitur *moram*, in I. *moris*, deest in Vind. Mon. Berol., ideoque a me omissum est. Interpres vocem διατριβὴν non videtur in contextu habuisse.

oeconomis] *yconomis* Vind. Berol. I. *yconiis* Mon., sed supra litteras *ni* a sec. manu litterae *om* superius impositae sunt.

ecclesiae] Sic Vind. Mon. *eccle* Berol., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus est.

admonere] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *admoneri* Vulgo.

sub] Sic Vind. Berol. *pro* Mon., sed sec. manus correxit *sub*. Gr. ὑφ' οὓς.

reverti] Sic Mon. Berol. *secundum reverti* Vind., quod Graecis non firmatur.

revocari] Sic Mon. Berol. *evocari* Vind. Gr. καλεῖσθαι.

intra] Sic Vind. Berol. *inter* Mon., sed sec. manus scripsit *intra*. Gr. ἐντὸς τοῦ.

definitum] *diffinitum* Vind. Mon. Berol. I.

a sacris] Sic Mon. Berol. *ad sacris* Vind. Gr. παρὰ τῶν ἱερέων.

tempus revertantur] *revert. tempus* I.

episcopatu] Sic Vind. Berol. I. *episcopatum* Mon. *ab episcopatu* Vulgo, quod quidem Graecis non firmatur. *ab episcop.* I. Gr. τῆς ἐπισκοπῆς.

expelli] Sic Vind. Berol. *depelli* Mon. Gr. ἐξωθεῖσθαι.

alios] *eos* I.

pro eis meliores] Sic Vind. Berol. *meliores pro eis* Mon. Gr. ἀντ' αὐτῶν καλλίονας.

ipsum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ipso* Vulgo.

valiturum] Sic Vind. Berol. I. *valituturum* Mon., sed priori syllabae *tu* puncta inferius subiecta sunt.

cuiuscunque] Sic Vind. Mon. *cuiusque* Berol. Gr. οἱουδήποτε.

ministerii] In Mon. subiicitur *fuerint*, quod in Vind. Berol. reliquis non est, nec sane Graecis firmatur.

NOV. CXXXIV. CAP. X. ut] Ad marginem Mon. a sec. manu adscriptum est: *de episcoporum conciliis per singulos annos faciendis.*

sacrae] Sic Vind. Mon. *sac* Berol., sed ultimae litterae *c* littera *o* superius imposita est, qua re significatur *sacro*. Gr. οἱ θεῖοι κανόνες.

custodiantur] Sic Mon. Berol. Vind., in quo litterae *n* puncta inferius subiecta sunt.

metropolitam] *metropolitas* I.

semel] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem a sec. manu scriptum est *simul*. Gr. ἅπαξ.

ad invicem] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. πρὸς ἀλλήλους.

habent] Sic Vind. Mon. I. *habeant* Vulgo. In Mon. supra lineam a sec. manu adscriptum est *ad invicem*. Gr. ἔχουσι.

easque] Sic Vind. *eosque* Mon. Berol. I. Gr. καὶ ταύτας.

disponere] Quod Vulgo subiicitur *secundum sanctas regulas*, in Vind. Mon. Berol. I. deest, itaque a me quidem omissum est, quod et Os. fecit. Itaque interpres verba κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας non videtur in Graecis habuisse.

et insuper] Sic Vind. *et super* I. Vulgo. *super* Mon. Berol., in quo quidem supra priorem syllabam *su* a sec. manu scriptum est *et*. Gr. καὶ πρὸς τούτοις.

haec] Sic Mon. *hoc* Vind. I. Berol. Vulgo, quod Graecis non firmatur. Gr. πρὸς τούτοις.

quidquid extra regulas a quacunque persona delinquitur, emendari. Interdicimus autem sanctissimis episcopis et presbyteris et diaconibus et subdiaconibus et lectoribus et omni alii cuiuslibet venerandi collegii aut schematis constitutis ad tabulam ludere, aut aliis ludentibus participes aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire. Si quis autem ex eis hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis venerabili ministerio prohiberi et monasterio redigi. Si autem in medio tempore ostenderit dignam sui vitii poenitentiam, liceat sacerdoti, sub quo constitutus est, minuere tempus et hunc rursus reddere proprio ministerio, scientibus quoque sanctissimis episcopis debentibus haec vindicare, quia si tale aliquid agnoscentes non vindica-

quidquid] Sic Mon. *quicquid* Vind. Berol.

extra] *citra* I.

emendari] Sic Berol. *emendare* Mon. I. *cemendare* Vind., sed priori litterae c punctum inferius subiectum est. Gr. διορθοῦσθαι.

sanctissimis] Sic Mon. Vulgo. *sanctis* Vind. Berol. I. Gr. τοῖς ὁσιωτάτοις.

et presb.] Prior vox *et* in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. est, deest apud Portam. Gr. καὶ πρεσβ.

diaconibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *diaconis* Vulgo.

et subdiaconibus] Sic Mon. Berol. *ac subdiaconibus* Vind. I. *et subdiaconis* Vulgo.

et lect.] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. *lect.* Mon. Port., sed priori voce *et* omissa. Gr. καὶ ἀναγνώσταις.

omni alii] Sic Vind. Mon. Berol. *omnibus aliis* Vulgo I. Gr. παντὶ ἄλλῳ.

schematis] *scematis* Mon. I. *chematis* Vind. Berol.

tabulam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *tabulas* Vulgo.

aliis ludentibus] Sic Mon. Berol. I. *ludentibus aliis* Vind. *talia ludentibus* Vulgo.

participes] Postea in Mon. scriptum est *fieri*, quod quidem in Vind. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.

inspectores] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. Port. I. *spectoes* Berol., sed litteris *oe* circumflexus superius impositus est. Vulgo *spectatores*. Gr. θεωρητάς. Quod Vulgo subiicitur *fieri*, in omnibus quos dixi, est; deest autem in Mon., quod quidem Graecis repugnabit.

ad quodlibet] Sic Mon. Berol. *a quolibet* Mon. Gr. εἰς οἱανδήποτε.

spectaculorum] Sic Vind. Mon. Berol. *spectaculum* Vulgo. *spectaculum clericos* I.

eis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *his* Vulgo.

in tribus] *tribus* I.

venerabili] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Mon. sec. manus scripsit *venerando*. Quod Vulgo antea est *a*, in Vind. Mon. Berol. I. non est. Caeterum I. *ministerio venerabili*.

ministerio] Sic Mon., sed sec. manus correxit *misterio*. — *misterio* Vind. *misto* Berol., sed supra litteram *o* circumflexus superius impositus est. Gr. ὑπηρεσίας.

prohiberi] Sic Vind. Mon. *proiberi* Berol.

monasterio] Sic Vind. Mon. Berol. I. *in monasterium* Vulgo. Gr. μοναστηρίῳ ἐμβάλλεσθαι.

ostenderit] Sic Vind. *ostendat* Mon. *ostendatur* Berol. Pro δείξει interpres legisse videtur δείξῃ.

sui] Sic Vind. Mon. *si* Berol., sed supra litteram *i* sec. manus litteram *u* imposuit. Gr. τοῦ ἰδίου πταίσματος.

poenitentiam] *penitentiam* Berol. *penitentie* Vind., in quo ad finem sec. manus syllabam *as* opposuit; quamquam alia manus correxit *poenitentiam*. Gr. μετάνοιαν.

liceat] *liceat ei* I.

sacerdoti] Sic Vind. *sacerdotii* Mon., in quo ultimae litterae *i* punctum inferius subiectum est. Berol. *et sacerdoti*, sed prior vox *et* Graecis sane non firmatur.

minuere] Sic Vind. Mon. Berol. I. *et minuere* Vulgo.

et hunc] Sic Vind. Mon. *et hunc rursus minuere tempus et hunc* Berol., sed prioribus quinque verbis puncta inferius subiecta sunt.

reddere proprio] Sic Vind. Mon. *proprio reddere* Berol. Vulgo I.

ministerio] Sic Vind. Mon. *mistio* Berol., sed supra syllabas *co* circumflexus impositus est. Gr. ὑπηρεσίᾳ.

haec] Sic Mon. Berol. *hec* Vind. *hoc* Vulgo I. Gr. ταῦτα.

vindicaverint] *iudicaverint* Vind. Mon. Berol., sed in Mon. sec. manus scripsit *vindicaverint*. Gr. ἐκδικήσουσι.

verint, ipsi rationem deo pro tali causa persolvent. Nullum autem episcopum invitum cogi quemlibet clericum sub se constitutum de proprio clero dimittere.

CAP. XI. Omnibus autem episcopis et presbyteris interdicimus segregare aliquem a sacra communione, antequam causa monstretur, propter quam sanctae regulae haec fieri iubent. Si quis autem praeter hoc a sancta communione quemquam segregaverit, ille quidem, qui iniuste a communione segregatus est, soluta excommunicatione a maiore sacerdote, sanctam mereatur communionem; qui vero aliquem sancta

ipsi] Sic Vind. Berol. *ipi* Mon., sed supra lineam lineola a sec. manu imposita est. Gr. αὐτοί.

persolvent] *persolvant* I.

nullum — episcopum] Sic Vind. Mon. *nullus* — *episcopus* Berol. Gr. οὐδένα δὲ ἐπίσκοπον.

invitum] Sic Vind. Mon. *invitium* Berol., sed ultimae litterae *i* punctum inferius subiectum est. Gr. ἄκοντα.

quemlibet] Sic Vind. Mon. *qlibet* Berol., sed per litteram *q* lineola inferius traiecta supraque lineam autem circumflexus impositus est. Gr. οἱονδήποτε.

constitutum] Sic Vind. Berol. *constitum* Mon. Gr. ὄντα.

clero] Sic Vind. Mon. *clic* Berol., sed litterae *l* ab initio circumflexus traiectus fuit.

dimittere] Sic Vind. Mon., sed in Vind. ad marginem adscriptum est *et aliis dare*, quae quidem in I. post vocem *dimittere* sunt; in Mon. postea adiicitur *clo alii dare*, sed per primam litteram *l* circumflexus traiectus est; porro et voci *alii* superscriptum est *et*. Berol. Trid. Port. *et alii dare*. Hamb. *et alium dare*. Gr. ἀπολύειν. Ad marginem Vind. adscripta haec sunt: *ut nullus episcopus cogatur subiectum sibi clericum de suo clero dimittere.*

NOV. CXXXIV. CAP. XI. omnibus] Ad marginem Mon.: *de his, qui si causa communicant.*

segregare] Sic Vind. Mon. *seggare* Berol., sed supra primam litteram *g* circumflexus superius positus est, et ex littera *i* sec. manus fecit *r*.

aliquem] Sic Mon. *aliquam* Vind., sed sec. manus correxit *aliquem*. Berol. *aliqm*, sed litteris *qm* circumflexus superius impositus est. Gr. τινά.

sacra] Sic Berol. *sacram* Mon. Vind., sed in Mon. litterae *m* puncta inferius subiecta sunt. I. *sancta*.

communione] Sic Vind. Berol. *communionem* Mon.

causa] Sic Vind. Berol. Mon., in quo supra lineam adscriptum est *aliqua*, sed a sec. manu. Gr. ἡ αἰτία.

propter] Sic Vind. Mon. *proprie* Berol., sed sec. manus scripsit *pp*, lineola inferius traiecta, qua re significatur *propter*. Gr. δι' ἥν.

sanctae] Sic Mon. *sce* Vind., sed lineola superius imposita est. Berol. I. *sacre*.

regulae] Sic Vind. Mon. *reglae* Berol., sed per litteram *l* circumflexus traiectus est.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. I. *hoc* Vulgo. Pro τοῦτο interpres videtur legisse ταῦτα.

hoc] *haec* I.

a sancta] Sic Mon. Berol. *sancta* Vind.

quemquam] Sic Mon. *qmqm* Vind. Berol., sed litteris *qm* ex utraque parte tam in Vind., quam in Mon. circumflexus impositus est. Gr. τινά.

qui] Sic Mon., sed sec. manus correxit *quam*. Berol. *q* habet, sed circumflexo inferius traiecto, qua re significatur *quod*. In Vind. deest *qui*, sed tantummodo a sec. manu supra lineam positum est *iniuste*.

a] Sic Vind., deest in Berol. Mon., in quo quidem sequenti voci a sec. manu haec littera superius imposita est. Pro *a communione segr. est* I. habet *segr. est communione*.

communione] Sic Vind. Mon. *accoe* Berol., sed ultimis litteris *oe* circumflexi superius impositi sunt. Gr. κοινωνίας.

est] Sic Vind. Berol., deest in Mon., ubi quidem a sec. manu lineae haec vox superius imposita est. Gr. ἐχωρίσθη.

soluta] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. I. *solutus* Mon. Port. Gr. λυομένου τοῦ χωρισμοῦ.

sanctam] Sic Mon. Berol. *sca* Vind., sed lineola superius imposita est. Gr. τῆς ἁγίας.

aliquem] Sic Mon. *aliquam* Vind. Berol.

sancta] Sic Vind. Berol. Mon. *a sancta* Vulgo I.

communione segregare praesumserit, omnibus modis a sacerdote, sub quo constitutus est, separabitur communione, quanto tempore ille perspexerit, ut quod iniuste fecit, iuste sentiat. Sed neque propriis manibus licere episcopum aliquem percutere; hoc enim extraneum est sacerdoti. Si quis autem episcopus secundum ecclesiasticas regulas sacerdotio pulsus praesumserit ingredi civitatem, ex qua pulsus est, relinquens locum, in quo iussus est degere iubemus, hunc monasterio in alia regione constituto tradi, ut quae in sacerdotio deliquit, degens in monasterio corrigat.

CAP. XII. Clericos autem non aliter ordinari permittimus, nisi litteras sciant, et rectam fidem vitamque habent, et neque concubinam aut naturales habuerunt aut habeant filios, sed caste viventes aut uxorem legitimam et ipsam unam et primam habentes neque viduam ne-

omnibus modis] Sic Mon. *modis omnibus* Vind. Berol. Vulgo. Gr. πάσι τρόποις.

est] Deest in I.

communione] Sic Vind. *coione* Mon. Berol., sed superius lineola imposita est. Vulgo *a comm.* Caeterum I. *a comm. separabitur.* Gr. τῆς κοινωνίας.

fecit] Sic Mon. Berol. *fecerit* Vind. Gr. ἐποίησε.

iuste] Sic Berol. Vulgo, deest in Vind. Mon., in quo quidem a sec. manu lineae impositum est *iuste.* Gr. δικαίως.

sentiat] Sic Vind. Mon. Berol. *sustineat* Vulgo I.

sed neque] Ad marginem Mon. *de episcopis manu sua cedentibus* Mon. I. In I. subiicitur *liceat episcopum.*

licere] Sic Vind. Mon. Berol. *liceat* Vulgo. Verba *licere episcop.* desunt in I. Pro ἔξεστιν interpres legisse videtur ἐξεῖναι.

aliquem] Sic Mon. Berol. *aliqm* Vind., sed supra ultimas duas litteras a sec. manu circumflexus impositus est. Gr. τινά. Caeterum I. *percut. aliquem.*

extraneum] Sic Mon. Berol. *contrarium* Vind. Gr. ἀλλότριον.

est sacerdoti] Sic Mon. I. *sacerdoti* Vind. Berol., in quo quidem sec. manus supra lineam adscripsit *est.* Vulgo *sacerdoti est.* Gr. ἐστὶν ἱερέων.

autem] Sic Mon. Berol. *at* Vind., sed lineola superius imposita est. Gr. δέ.

pulsus] *expulsus* I.

civitatem] *civitates* I.

locum] Sic Mon. Berol. *locus* Vind., sed litterae *s* punctum inferius subiectum, lineae autem lineola superius imposita est. Gr. τὸν τόπον. Ad marginem Mon. adscriptum est: *episcopus si deiciatur de episcopatu, in monasterio sit.*

in quo] Sic Vind. Berol. *quo* Mon., sed sec. manus supra lineam imposuit praepositionem *in.* Gr. ἐν ᾧ.

monasterio] in monasterio I.

iussus est] Sic Mon. Berol. *est iussus* Vind. *missus est* I.

in alia] Sic Vind. Mon. *alia* Berol. Gr. ἐν ἄλλῃ.

regione] Sic Vind. Berol. *religione* Mon., sed litteris *li* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἐπαρχίᾳ.

tradi] Sic Mon. *traditum* Vind. Berol., in quo litteris *tum* puncta inferius subiecta sunt. Gr. παραδίδοσθαι.

quae] Sic Vind. Hamb. Trid. *q*, Berol. *q* Mon., sed lineola superius imposita. Vulgo Port. *quod.* I. *qui.* Gr. ἅπερ.

deliquit] *deliquid* Vind. Berol. *deliquerit* Mon. Gr. ἥμαρτε.

corrigat] Sic Vind. Mon. *corigat* Berol., sed litterae r circumflexus superius impositus est. Gr. διορθώσηται.

NOV. CXXXIV. CAP. XII. clericos] Ad marg. Mon. adscriptum est: *quales clerici fieri debeant.*

non] Sic Mon. Berol. *nos* Vind., sed sec. manus supra lineam imposuit vocem *non.*

permittimus] Sic Mon. Berol. *praecipimus* Vind. Gr. συγχωροῦμεν.

rectam] *recte* I.

habent] Sic Mon. *habeant* Vind. Berol. Vulgo I. Gr. ἔχουσι. Quod Vulgo subiicitur *honestam*, in Vind. Mon. Berol. I. deest, nec Graecis firmatur.

et] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. καί.

habuerunt] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Vind. sec. manus correxit *habuerint*, quod sane Vulgo et in I. est. Gr. ἔσχον.

habeant] Sic Mon. Berol. *habent* I. *et utoque aut habeant* Vind. Gr. ἔχουσι.

legitimam] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu scriptum est. Gr. νόμιμον.

viduam] Sic Vind. Berol. *viduam n*

que separatam a viro neque aliter legibus aut sacris canonibus interdictam.

CAP. XIII. Presbyterum autem minorem triginta quinque annorum fieri non permittimus, sed neque diaconum aut subdiaconum minorem viginti quinque, neque lectorem minorem decem et octo annorum diaconissam vero in sanctam ecclesiam non ordinari, quae minor est quadraginta annorum aut ad secundas venit nuptias.

CAP. XIV. Si autem tempore ordinationis clerici cuiuscunque collegii aut ordinis accusator aliquis apparuerit, dicens eum indignum esse ordinatione, differatur ordinatio, et universa procedant tam pro examinatione quam pro mulctis, quas in episcoporum ordinationibus superius sanximus. Si vero futurus ordinari diaconus non habuerit

Mon., sed ultimae litterae *n* circumflexus superius impositus est, cui litterae quidem sec. manus puncta inferius subiecit. Verba *neque viduam* desunt in I.

neque separ.] Sic Vind. Mon. *sep.* Berol., sed supra litteras *se* a sec. manu scriptum est *neque*. Gr. μηδὲ διαζευχθεῖσαν.

a viro] Sic Mon. Berol. *viro* Vind.

aut sacris] Sic Mon. Berol. *neque* Vind. In I. subiicitur *neque viduam*.

interdictam] Sic Vind. Mon. *interdictum* Berol., sed sec. manus correxit *interdictam*. Gr. ἀπηγορευμένην.

NOV. CXXXIV. CAP. XIII. annorum] *an*. I.

diaconum] Sic Vind. Berol. *diaconem* Mon. Ad marg. Mon. adscriptum est: *cuius etatis presbiteri, diaconi, subdiaconi, item diaconisse fieri debeant.*

subdiaconum] Sic Vind. Berol. *subdianum* Mon. Gr. ὑποδιάκονον.

viginti quinque] Sic Vind. *XXV*. Berol. Mon., in quo secundum *X*. a sec. manu scriptum est.

lectorem minorem] Sic Vind. Hamb. I. *lectorem minus* Berol. *minus lecto* Mon., sed ultimae litterae *o* circumflexus superius impositus est, in quo sec. manus correxit *minores lectores*. Trid. Port. Vulgo *minorem lectorem*. Gr. ἀναγνώστην ἐλάττονα.

decem et octo] Sic Vind. *XVIII*. Mon. Berol., verum in Berol. supra *V* a sec. manu vox *et* superius imposita est.

in sanctam ecclesiam non ordinari] Sic Vind. Berol. I. *in sancta ecclesia ordinari* Hamb. *ordinari in sancta ecclesia* Mon. *non ord. in sancta ecclesia* Trid. Port. Vulgo, quem verborum ordinem Graeca non firmant.

quae] Sic Vind. Mon. *q* Berol., sed circumflexus superius impositus est. Gr. ἥτις.

quadrag. annorum] Sic Mon. Berol. *annorum quadrag*. Vulgo Vind. *annis quadraginta* I. Gr. τῶν μ'. ἐνιαυτῶν.

venit] Sic Vind. Mon. I. *ven* Berol., sed lineola superius imposita est, qua re significari *venit*. Vulgo *venerit*. Gr. ἦλθε.

NOV. CXXXIV. CAP. XIV. si autem] Ad marginem Mon. *de accusationibus episcoporum.*

tempore] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a sec. manu haec eadem vox lineae superius imposita est. Gr. καιρῷ.

cuiuscunque] Sic Mon. *cuiusque* Vind. Berol. Gr. οἱουδήποτε.

aliquis] Sic Vind. Mon. *aliquid* Berol., sed ex littera *d* sec. manus facit *s*. Gr. τις.

esse ordinatione] Sic Vind. Mon. Berol. *ordinatione esse* Vulgo I. Gr. εἶναι τῆς χειροτονίας.

universa] Sic Vind. Mon. *universas* Berol., sed ultimam litteram *s* sec. manus delevit. Gr. πάντα.

quam] *quas* Berol., sed sec. manus correxit, ut in cont. est.

mulctis] *multis* Vind. Hamb. I. Berol., sed in Berol. sec. manus scripsit, ut in contextu est. *mudis* Mon., sed ultimae syllabae *dis* puncta inferius subiecta sunt. In Mon. sec. manus scripsit *mulctis*. Sic, ut in cont., Trid. habet, sed Port. *multis causis*. Gr. ἐπιτιμίων.

quas] Sic Vind. Mon. Hamb. Port. *que* I. *tam qs* Berol., sed priori syllabae *tam* puncta inferius subiecta sunt. *quae* Trid. Vulgo. Gr. ἅς.

superius] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. *srius* Berol., lineola quidem imposita; deest Vulgo Port. Gr. ἀνωτέρω.

sanximus] Sic Vind. *sancivimus* Mon. Vulgo. *sancimus* I. *sanccimus* Berol., sed supra litteras *ci* a sec. manu scriptum est *vi*. Gr. ἐθεσπίσαμεν.

futurus] Sic Vind. Mon. *futus* Berol., sed supra litteram *t* a sec. manu circumflexus impositus est. Gr. ὁ μέλλων.

ordinari] Sic Vind. Mon., in quo quidem a sec. manu punctis subiectis notatum est. Pro verbis *diaconus ordinari* I. habet *ordinari diaconus*. Berol. *ordina-*

uxorem, sicut superius dictum est, iunctam sibi, non aliter ordinetur, nisi prius ab ordinante eum interrogatus promiserit posse post ordinationem et sine legitima uxore honeste vivere, non valente eo, qui ordinat, in tempore ordinationis permittere diaconum aut subdiaconum post ordinationem uxorem accipere. Is autem qui permittiit episcopus, expellatur ab episcopatu. Si vero post ordinationem presbyter aut diaconus, aut subdiaconus uxorem duxerit, expellatur a clero et curiae civitatis illius, in qua clericus erat, cum propriis rebus tradatur. Si vero lector secundam ducat uxorem, aut primam quidem viduam aut separatam a viro aut legibus aut sacris canonibus interdictam, nequaquam ad alium ecclesiasticum ordinem provehatur; sed si quolibet modo ad maiorem ordinem perducatur, expellatur eo et priori restituatur.

CAP. XV. Sed neque curialem aut officialem clericum fieri, ut non ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si vero tales personae in clero constituantur, tanquam nec ad ordinationem perductae propriae fortunae restituantur, nisi forsan monachicam vitam aliquis eorum non mi-

rius, sed sec. manus syllabae *us* lineolam interiecit. Gr. *χειροτονεῖσθαι*.

non] Sic Vind., deest in Mon. Berol., in quo a sec. manu supra lineam adscriptum est *non*. Gr. *μὴ ἔχοι*.

superius] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. *srius* Berol., sed lineola superius imposita est. Vulgo Port. *prius*. Gr. *ἀνωτέρω*.

iunctam] Sic Vind. Mon. Berol. *coniunctam* I. Vulgo. Gr. *ζευχθεῖσαν*.

et sine] Sic Berol. *sine* Vind. *uxorem a et sine* Mon., sed prioribus litteris *uxorem a* puncta inferius subiecta sunt. Gr. *καὶ χωρίς*.

honeste] Sic Vind. Mon. Berol., sed ultimae litterae *e* circumflexus superius impositus est. Gr. *σεμνῶς*. Caeterum I. *vivere honeste*.

eo] Sic Mon. *eum* Vind. Berol.

in tempore] Sic Vind. Berol. *tpr* Mon. Gr. *ἐν τῷ καιρῷ*.

diaconum aut subdiaconum] *diacono aut subdiacono* I.

ordinationem] Sic Mon. Berol. *ordinatione* Vind. Gr. *μετὰ τὴν χειροτονίαν*.

expellatur] Sic Vind. Berol. *expellat* Mon., sed sec. manus scripsit *expellatur*. Gr. *ἐκβαλλέσθω*.

curiae] *curia* I.

propriis] Sic Mon. Berol. *propriis erat* Berol., sed his verbis puncta inferius subiecta sunt. Gr. *μετὰ τῶν ἰδίων*.

ducat] *inducat* I.

viduam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sed viduam* Vulgo. Interpres *δὲ* illud, quod post *χήραν* est, non videtur in Graecis habuisse.

a viro] Sic Berol. I. *viro* Vind. Mon., in quo quidem vox *a* a sec. manu lineae imposita est. Gr. *ἢ διαζευχθεῖσαν ἀνδρός*.

aut sacris] Sic Mon. Berol. I. *vel sacris* Vind.

ecclesiasticum] Inde ab ultima syllaba *cum*, quae leguntur usque ad *ut* capitis XV. in Berol. a sec. manu scripta sunt.

provehatur] Sic Vulgo. In Mon. Berol. Vind. scriptum est *proveatur*.

sed si] Sic Mon. Berol. Trid. *sed et si* Vulgo Port. *sed etiam si* I. Gr. *εἰ δέ*. Caeterum quae inde a voce *provehatur* usque ad vocem *ordinem* sunt, in Hamb. desunt.

NOV. CXXXIV. CAP. XV. sed neque] Sic Vind. Berol. Mon., ad cuius marginem haec adscripta sunt: *de curialibus et taxeatis ad clericatus honorem venientibus*.

fieri] Sic Vind. Mon. Berol., sed litterae *e* circumflexus superius impositus est, quae sec. manus delevit. Quod Vulgo I. subiicitur *permittimus*, in Vind. Mon. Berol. non est.

tales] *in clero tales* I.

personae] Sic Vind. Mon. *persoe* Berol., sed litteris *oe* lineola superius imposita est. Deest in I., ut et sequentia *in clero*. Gr. *πρόσωπα*.

constit.] In I. subiicitur *personae*.

ordinationem] Sic Vind. Mon. Trid. *ordinatorem* Berol., sed exinde sec. manus fecit *ordinationem*. Vulgo Hamb. Port. *ordinem*. Gr. *τῆς χειροτονίας*.

perductae] *perducte* Berol. Vind. Hamb. Trid. *producte* Mon. *perducti* Vulgo Port. *producti* I.

propriae] *pe* Berol., sed supra priorem litteram *p* a sec. manu littera *i* imposita est.

forsan] Sic Mon. Berol. *forte* Vind.

monachicam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasticam* Vulgo.

aliquis eorum non] Sic Vind. *n ali-*

nus quindecim annos implevit. Tales enim ordinari praecipimus, legitima videlicet parte curiae et fisco danda a curiali, si in clero constituti monacho condecentem vitam impleverint. Si enim post clericatus honorem uxorem aliquis eorum duxerit aut concubinam habuerit, curiae et officio, cuius subiacebat fortunae, reddatur, si etiam maxime tali ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis constitutus non prohibetur sacris canonibus et legibus uxorem accipere. Haec autem et super aliis omnibus monachis tenere sancimus, qui de monasteriis ad quemlibet

quis eorum non Berol., sed priori *n* circumflexus impositus, a sec. autem manu punctum inferius subiectum est. Mon. *non eorum aliquis*, sed vox *non* a sec. manu scripta est.

annos] Sic Vind. Berol., in quo quidem sec. manus correxit *annis*, quod et in Mon. I. et Vulgo legitur.

implevit] Sic Vind. Berol. *impleu* Mon., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est.

enim] Sic Mon. Deest in Vind. Berol., in quo quidem supra lineam a sec. manu scriptum est *enim*. Gr. γάρ.

ordinari] Sic Vind. Mon. *ordinare* Berol., sed sec. manus correxit *ordinari*. Pro *ord. praec.* I. habet *praecip. ord.* Gr. χειροτονεῖσθαι.

legitima] Sic Vind. Mon. *legitimae* Berol., sed sec. manus scripsit *legitima*. I. *legitimam*. Gr. τῆς νομίμης.

parte] Sic Vind. Mon. *partem* I. Berol., in quo sec. manus correxit, ut in cont. Gr. μοίρας. Quod Vulgo subiicitur *a curiali*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque a me quidem emissum.

curiae] Sic Mon. Berol. *curialie* Vind., sed litteris *ali* puncta inferius subiecta sunt. Gr. τῇ βουλῇ.

et fisco] Sic Mon. *ei fisco* Vind. *fisco* Berol., sed supra litteras *fi* sec. manus vocem *et* posuit. Gr. καὶ τῷ δημοσίῳ.

danda] *dandam* I. Voces *et curiali* desunt in I.

si] Sic Vind. Mon. Trid. Port. *sed* Berol., ubi sec. manus correxit *si*. Hamb. *et si*, I. *et hoc si*. Vulgo *sed si*. Itaque interpres pro ἀλλὰ καὶ legisse videtur εἰ.

constituti] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. *constituto* Mon. Gr. καταλεγόμενοι.

monacho] Sic Vind. Mon. Berol. Port. *monachi* Hamb. *monasticam* Trid. *monacho et* I. Gr. μοναχῷ.

condecentem] Sic Vind. Mon. Hamb. Berol. Trid. Port. *decentem* I.

impleverint] Sic Vind. I. *impleverit* Mon. Berol. Trid. Port. *impleverunt* Hamb. *impleant* Vulgo. Ad marginem Mon. haec adscripta sunt: *si monachus clericatus honorem meruerit*.

enim] Sic Vind. Mon. Berol., quamquam apud Os. est γάρ.

uxorem aliquis eorum] Sic Vind. Berol. *uxorem* Mon. *aliquis eorum uxorem* Vulgo I. Gr. γυναῖκά τις ἐξ αὐτῶν.

duxerit] Sic Mon. Berol. *duxerit aliquis eorum* Mon., quod Graecis non firmatur.

habuerit] Sic Mon. Berol. *duxerit* Vind., quod Graeco σχοίη non firmatur.

officio] *offitio civitatum* I.

cuius] Sic Vind. c9 Berol. cu9 Mon., sed supra litteram *i* littera *u* superius posita est.

subiacebat fortunae] Sic Vind. Mon. Berol. *fortunae subiacebat* Vulgo I. Interpres in Graecis habuit ἧς ὑπέκειτο τῇ τύχῃ pro verbis ἢ τῇ τύχῃ ᾗ ὑπέκειτο.

reddatur] Sic Vind. Berol., sed supra litteram *a* circumflexus superius impositus est, quem sec. manus delevit. Mon. *credatur*, sed sec. manus scripsit *reddatur*. Gr. ἀποδιδόσθω.

si etiam] Sic Vind. *sed etiam* Mon. Berol., in quo quidem sec. manus scripsit *si etiam*. Vulgo *sed etiam*. I. *etiam si*. Gr. εἰ καὶ τὰ μάλιστα.

tenebatur] Sic Vind. *tenebat* Mon. Berol., in utroque autem a sec. manu scriptum est *tenebatur*. Gr. ἐγκαταλεγῇ.

prohibetur] Sic Vind. Mon. *proibetur* Berol.

et legibus] Sic Vind. Berol. *legibus* Mon., sed priori voce *et* omissa. Gr. καὶ τῶν νόμων.

accipere] Sic Vind. Berol. *capere* Mon.

haec] Sic Vind. Berol. Trid. Hamb. *hec* Mon. *hoc* Port. I. Vulgo. Gr. ταῦτα.

omnibus] Sic Vind. Berol. *omnibus et* Mon., in quo quidem syllabae *et* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἅπασι.

quemlibet] Sic Vind. Mon. *qlibet* Berol., sed litterae *q* lineola inferius traiecta, superius autem circumflexus impositus est. Gr. οἱονδήποτε.

ecclesiasticum gradum transferuntur, etsi nullae fortunae subiecti fuerint. Et generaliter sancimus, nulli licere in quolibet ecclesiastico gradu constituto discedere ab eo et saecularem fieri, scientibus tale aliquid facientibus, quia etiam quasi apposito sibi cingulo aut dignitate aut militia nudabuntur, et curiali fortunae propriae civitatis tradentur; qui autem ante nostram legem clerici ordinati sunt ex curiali fortuna, per substitutas personas pecuniaria munera complere, a corporalibus autem liberos servari.

CAP. XVI. Sed neque clericum cuiuscunque gradus dare aliquid ei, a quo ordinatur, aut alii cuilibet personae permittimus, solas autem praebere eum consuetudines his, qui ordinantium ministrantes, ex consuetudine accipientibus, unius anni emolumenta non transcendentes. In

ecclesiasticum gradum] Sic Vind. Berol. I. *gradum ecclesiasticum* Mon. Gr. ἐκκλησιαστικὸν βαθμόν.

transferuntur] Sic Vind. Mon. I. *transferetur* Berol., sed supra ultimam litteram *e* sec. manus scripsit *u*, lineola tamen superius imposita. Vind. *transferatur*. Gr. μεταφερομένοις. Quod autem Vulgo subiicitur *gradum*, in Vind. Mon. Berol. non est.

et si] Sic Vind. Mon. Berol. I. *etiam si* Vulgo.

nullae] *nulle* Vind. *nule* Berol., unde sec. manus fecit *nuli*. Mon. I. *nulli*. Gr. μηδενί.

constituto] Sic Mon. *constitutos* Vind., sed litterae *s* punctum inferius subiectum est. Berol. *constitutus*, quod sec. manus correxit *constituto*. Gr. καθεστῶτι.

scientibus] Sic Vind. Mon. Berol., sed sec. manus huic voci superius imposuit vocem *etiam*.

tale] Sic Vind. Mon. *et tale* Berol., quod Graecis non firmatur.

quia etiam] Sic Vind. *quia* I. *et quia* Mon., sed litterae *a* a sec. manu impositum est *et*. Berol. *quia et*. Gr. ὅτι καί.

apposito] *apoito* Vind. Berol., sed sec. manus lineolam superius imposuit. Mon. *a proposito*. Gr. ἐπικειμένης.

aut dignitate] Sic Vind. *aut dignitatem* Berol., sed sec. manus litteram *m* delevit. *aut a dignitate* Mon. Gr. ἢ ἀξίας.

militia] Sic Vind. Mon. In Berol. circumflexus superius impositus est, quem sec. manus delevit.

propriae] *proprie* Berol.

qui autem] Sic Vind. Mon. *quia autem* Berol., sed priori litterae *a* a sec. manu punctum inferius subiectum est. Ad marg. Mon. *de his*, *qui au. ipa constitutionis clerici facti sunt.*

ante] *antequam* I.

per] Sic Vind. Mon., deest in Berol., in quo quidem a sec. manu supra lineam scriptum est. Gr. διὰ ὑποκαταστάντων.

pecuniaria] Sic Vind. Mon. *peccuia* Berol., sed supra litteras *m* circumflexus superius positus est.

munera complere] Sic Mon. *complere munia* Vind. *complere* Berol., sed supra syllabam *com* a sec. manu scriptum est *munia*. Gr. λειτουργίας πληροῦν.

autem] *aut* I.

NOV. CXXXIV. CAP. XVI. sed neque] Ad marg. Mon. adscripta haec sunt: *ut clerici sine pecu fiant*, sed litteris *pecu* lineola superius imposita est.

clericum] Sic Vind., sed sec. manus scripsit *clericus*. Mon. Berol. *clericus*. Gr. κληρικόν.

cuiuscunque] Sic Mon. *cuiusque* Vind. Berol. Gr. οἱουδήποτε.

ei] Sic Vind., deest in Mon. Berol. Gr. ἐκείνῳ.

alii] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ἄλλῳ.

personae] Sic Vind. Mon. *persoe* Berol., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est. Deest in I.

permittimus] Sic Vind. Mon. *perm. personae* I. *committimus* Berol., sed sec. manus scripsit, ut in contextu. Gr. συγχωροῦμεν.

his] Sic Vind. Mon. *hiis* I., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam scriptum est *his*. Vulgo *iis*.

ministr.] *sunt ministr.* I.

ex] Quod Vulgo antea est *sunt*, in Vind. Mon. Berol. I. non est.

consuetudine] Sic Vind. Mon. Berol., in quo supra ultimam litteram circumflexus superius positus est, quem sec. manus delevit.

anni] Sic Mon. Berol. *honi* Vind., sed sec. manus correxit, ut in contextu est. Gr. ἐνιαυτοῦ.

transscendentes] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. *transscendentem* Port. Gr. ὑπερβαινούσας.

sancta vero ecclesia, in qua constituitur, sacrum complere ministerium nulla penitus propriis conclericis dare pro sua insinuatione, neque ob hanc causam propriis emolumentis aut aliis portionibus hunc privari. Sed neque xenodochum aut nosocomum aut ptochotrophum aut alium quemlibet venerabilis domus gubernatorem aut quamcunque ecclesiasticam sollicitudinem agentem dare aliquid illi, a quo constituitur aut alii cuicunque personae pro commissa sibi gubernatione. Qui vero praeter haec, quae disposuimus, aut dat aut accipit aut mediator fit, sacerdotio aut huiusmodi clero commissae sibi cuiuscunque gubernationis nudabitur, his, quae accipiuntur, vindicandis venerabili loco, cuius talis persona ordinationem aut sollicitudinem aut gubernationem accepit. Si autem saecularis sit, qui accepit aut mediator factus est, quod datum est, duplum repetitur et venerabili loco, in quo talis persona gubernationem aut ordinationem aut sollicitudinem suscepit, praebeatur. Si quis autem clericus cuiuslibet gradus sive gubernator cuiuslibet ve-

constituitur] Sic Mon. Berol. *constituuntur* Vind. I. Gr. κατατάττεται.
nulla] Sic Vind. Mon. Berol. *et nulla* I. *et nihil* Vulgo.
propriis] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. τοῖς ἰδίοις.
conclericis] Sic Mon. Berol. Vind. *cum clericis* I. *clericis* Vulgo. Gr. συγκληρικοῖς.
neque] Sic Vind. Berol. I. *nec* Mon. Vulgo.
sed neque] Ad marginem Mon. *ut locorum venerabilium administratores sine pecunia fiant.*
xenodochum] Sic Vind. *xenodochium* Mon. Berol. I. Gr. ξενοδόχον.
nosocomum] Sic Vind. *noxochomium* I. *nosocomium* Mon. Berol. Gr. νοσοκόμον.
ptochotrophum] Sic Vind. *ptocotrophium* Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *ptochotrophium*. Berol. *ptocotrophum*.
alium] Sic Mon., deest in Vind. Berol. Pro ἄλλου οἱουδήποτε interpres legisse videtur ἄλλον οἱονδήποτε.
gubernatorem] Sic Vind. Berol. *gubernatonem* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in contextu. Gr. διοικητήν.
quamcunque] Sic Vind. Berol. *quicunque* Mon., *quamcunque aliam* I. Gr. οἱονδήποτε.
ecclesiasticam] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ἐκκλησιαστικόν.
sollic.] *solic.* Vind. Mon.
illi] Sic Vind. Mon. *ill.* Berol., in quo sec. manus correxit, ut in contextu. Gr. ἐκείνῳ.
alii cuicunque] Sic Vind. Mon. *alicuicunque* Berol. Gr. ἄλλῳ οἱῳδήποτε.
commissa] Sic Mon. *comissa* Vind. *compromissa* Berol. Gr. ἐμπιστευθείσης.
gubernatione] Sic Berol. *gubernationem* Vind. Mon.
fit] Sic Vind. Mon. I., deest in Berol., sed supra lineam quidem a sec. manu scriptum est *fit*. Gr. μεσίτης γινόμενος.
aut huiusmodi clero] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. *aut huiusmodi se clero* I. *aut clero aut huiusmodi* Vulgo. Interpres videtur in Graecis habuisse ἢ τῆς τῷ τοιούτῳ κλήρῳ κτλ.
commissae] Sic Vind. Mon. *comisse* Berol., sed litteris *co* lineola superius imposita est. Gr. ἐμπιστευθείσης.
cuiuscunque] Sic Mon. *cuiusque* Vind. *c9que* Berol. Gr. οἱασδήποτε.
nudabitur] *nudatur* I.
his] Sic Vind. Mon. *hiis* I. *is* Berol., sed supra litteram *i* a sec. manu littera *h* superius posita est. Vulgo *iis*.
vindicandis] Sic Vind. Mon. *vendicandis* Berol.
ordinationem — gubernationem] Sic Vind. Berol. *aut gubernationem ordinationem aut sollicitudinem* Berol., quod Graecis non firmatur: χειροτονίαν ἢ φρόντισμα ἢ διοίκησιν.
accepit] Sic Vind. Mon. I. *accep.* Berol., sed lineola superius imposita est. Vulgo I. *accipit*. Gr. ἔλαβεν.
aut med.] Sic Vind. Mon. *ut med.* Berol. Gr. ἢ μεσίτης.
duplum] *in duplum* I.
repetitur] Sic Mon. I. *repitur* Berol., sed supra litteras *pi* a sec. manu litterae *et* superius impositae sunt. Vind. *repetit*. Vulgo *repetetur*.
gubernat. aut ordin.] Sic Vind. Berol. *ordin. aut gubern.* Mon. Vulgo I. Gr. τὴν διοίκησιν ἢ τὴν χειροτονίαν.
sollicit.] Sic Berol. *solicit.* Vind. Mon. I.
suscepit] Sic Vind. Hamb. Trid. I. *susceperit* Vulgo Port. Berol. Mon. Gr. ἔλαβε.
si quis] Ad marginem Mon. adscri-

nerabilis domus aut ante ordinationem commissam sibi cuiuscunque gubernationis aut sollicitudinis, postea aliquid voluerit suarum rerum offerre ecclesiae, in qua ordinatur, aut loco, cuius gubernationem aut sollicitudinem suscepit, non solum non prohibemus hoc fieri, sed etiam magis invitamus eos talia pro salute animae suae facere. Nos enim illa solum dari prohibemus, quae propriis personis quibusdam praebentur, non quae sanctis ecclesiis aut aliis venerabilibus locis offeruntur.

CAP. XVII. Si servus sciente et non contradicente domino in clero ordinatus fuerit, ex hoc ipso, quod constitutus est, liber et ingenuus erit. Si vero ignorante domino ordinatio fiat, licet domino intra

ptum est: *de administratoribus venerabilium locorum suas res offerentibus.*

ordinationem] Quod Vulgo subiicitur *aut*, in Vind. Mon. Berol. I. non est. Itaque interpres vocem ἢ ante verba τῆς ἐμπιστευθείσης non videtur in Graecis habuisse.

commissam] Sic Vind. Mon. *commissa* Berol., sed litterae *a* sec. manus virgulam superius imposuit, ut significetur, quod in contextu est.

cuiuscunque gubernationis aut sollicit.] Sic Vind. Mon. Berol. I. *qualemcunque gubernationem aut sollicitudinem* Vulgo. Manifesto interpres verba τῆς ἐμπιστευθείσης ad superius χειροτονίας traxit, ab iisque verba οἱασδήποτε διοικήσεως ἢ φροντίδος regi male credidit.

postea] Sic Vind. Berol. *post* Mon., sed supra lineam adiectum est a sec. manu *ea*. Quod Vulgo et in I. antea est *aut*, in Vind. Mon. Berol. deest, nisi quod haec vox a sec. m. lineae adscripta est. An interpres vocem ἢ ante verba μετὰ ταῦτα non habuisse censendus est?

suarum rerum] Sic Mon. Berol. *suarum* Vind. Gr. τῶν ἰδίων πραγμάτων.

offerre ecclesiae] Sic Vind. Berol. *ecclesie offerre* Mon. Gr. προσαγαγεῖν τῇ ἐκκλησίᾳ.

ordinatur] Sic Vind. Berol. *ordinatus* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in contextu est. Gr. χειροτονεῖται.

non solum] Sic Vind. Mon. *et non solum* Berol., sed priori voci *et* puncta inferius subiecta sunt, quae vox sane Graecis non firmatur.

non] Sic Mon., deest in Vind. Berol., sed in utroque a sec. manu supra lineam adscriptum est *non*. Gr. οὐ.

prohibemus] Sic Vind. Mon. *proibemus* Berol.

facere] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *facere*. Gr. ποιεῖν.

nos] Sic Mon. Berol. *non* Vind., sed sec. manus supra lineam vocem *nos* imposuit. Gr. ἡμεῖς.

enim] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. γάρ.

illa solum] Sic Mon. Berol. *solum illa* Vind. I. Gr. ἐκεῖνα μόνον.

prohibemus] Sic Vind. Mon. *proibmus* Berol., sed per litteram *b* circumflexus superius traiectus est.

propriis] *pro hiis* I.

praebentur] *et praebentur* I.

aliis] Sic Vulgo. *in aliis* Mon., sed priori voci *in* puncta inferius subiecta sunt. Gr. τοῖς ἄλλοις. Pro *aut aliis* I. habet *et aliis*.

venerabilibus] Sic Vind. Mon. *venerabilioibus* Berol., sed litteris *oi* circumflexus superius impositus est. Gr. εὐαγέσιν.

offeruntur] *offentur* Vind. Mon. Berol., sed litterae *n* circumflexus superius impositus est; sed sec. manus supra litteram *n* scripsit *u*, lineola quidem superius imposita. Gr. προσφερόμενα.

NOV. CXXXIV. CAP. XVII. si servus] Ad marginem Mon. scriptum est: *si servus clericus fiat.*

contradicente] Sic Vind. Mon. *condicente* Berol. Gr. ἀντιλέγοντος.

fuerit] Sic Vind. Vulgo. *est* Mon. *fiat* Berol. Gr. καταλεγῇ.

hoc ipso] Sic Vind. Berol. *ipso* Mon., in quo quidem sec. manus supra lineam posuit *hoc*.

quod] Sic Vind. Berol. *q* Mon., sed inferius lineola traiecta, superius autem circumflexus impositus est.

constitutus] Sic Vind. Berol. *constitus* Mon., sed supra lineam a sec. manu *tu* impositum est.

erit] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed sec. manus correxit *est*. An interpres pro ἔστω legit ἔσται?

ignorante domino] Sic Vind. Mon. In Berol. haec tantum a sec. manu scripta sunt. Gr. ἀγνοοῦντος τοῦ δεσπότου.

intra] Sic Mon. Berol. *inter* Vind., sed sec. manus scripsit *intra*. Gr. εἴσω.

spatium unius anni et servilem fortunam probare et suum servum accipere. Si vero servus sciente domino, sive nesciente sicuti diximus eo, quod in clero constitutus est, liber factus ecclesiasticum ministerium reliquerit, et ad saecularem transierit vitam, suo domino ad servitium contradatur. Adscripticios autem in ipsis possessionibus, quarum sunt inscripticii, clericos et praeter voluntatem dominorum fieri permittimus, ita tamen ut clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant.

CAP. XVIII. Si quis oratorium fabricaverit et voluerit in eo clericos ordinare aut ipse aut eius heredes, si expensas ipsi clericis ministrant et dignos denominant, denominatos ordinari. Si vero, qui ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent sacrae regulae ordinari, tunc

spatium] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Mon., in linea antea scriptum est *i*, circumflexo quidem superius imposito, quamquam sec. manus huic voci puncta inferius subiecit.

et serv.] Sic Vind. Berol. *serv.* I. Mon., priori voce *et* omissa. Pro καὶ μόνου interpres videtur habuisse καὶ δούλου.

accipere] Sic Berol. Vind. Mon. *recipere* Vulgo I.

servus] Sic Vind. Mon. *servo* Berol., sed supra litteram *u* a sec. manu scriptum est *q*, qua re Vulgo significatur *us*.

sciente] Quod Vulgo antea est *sive*, in Vind. Mon. Berol. I. non est. Interpres igitur εἴτε illud, quod ante εἰδότας est, non videtur habuisse.

sive] *aut* I.

nesciente] Sic Vind. Mon. Berol. I. *insciente* Vulgo.

sicuti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sicut* Vulgo.

constitutus] Sic Vind. Berol. *constitus* Mon., sed sec. manus supra lineam apposuit *tu*.

est] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu scriptum *est*.

ministerium] *misterium* Vind. Mon. Berol., sed facilis est correctio vulgaris ex Graeco ὑπηρεσίαν. Etenim utrumque et *ministerium* et *mysterium* eodem siglo significari solet.

saecularem] Sic Mon. Berol. *scolare* Vind., sed per litteram *l* circumflexus traiectus litteraeque *e* lineola superius imposita est.

contradatur] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *tradatur* Vulgo Port.

adscripticios] Sic Vind. *asscripticios* I. *inscriptios* Berol. *anscripta* [sed sec. manus litteram *i* apposuit et litteris *an* puncta inferius subiecit] *tio* [sed sec. manus litteram *s* apposuit] *nes* Mon., sed ultimis tribus litteris puncta inferius subiecta sunt. Ad marginem Mon. adscriptum est: *si adscripticius clericus fiat.*

ipsis] Sic Mon. Berol. *illis* Vind. Gr. αὐταῖς.

inscripticii] Sic I. Mon., in quo litteris *ticii* puncta inferius subiecta sunt. Vind. Berol. Hamb. Trid. *inscripti.* Vulgo *adscriptitii.*

et] Sic Vind. Berol. I. *etiam* Mon.

imp.] Sic Vind. Berol. *inp.* Mon. Caeterum I. *agricult. sibi impos.*

NOV. CXXXIV. CAP. XVIII. si quis] Ad marginem Mon. adscriptum est: *de clericis eligendis ab edificatoribus venerabilium locorum et heredibus eorum.*

oratorium] Sic Mon. Berol. Vind. *oratoriam domum* Vulgo. *oratorii domum* I.

fabricaverit] Sic Vind. Mon. *fabricaverint* Berol. Gr. κατασκευάσει.

voluerit] Sic Vind. Mon. *voluit* Berol., sed supra litteras *it* circumflexus superius impositus est.

eo] Sic Mon. *ea* Berol. Vind. Vulgo. Gr. ἐν αὐτῷ.

ordinare] Sic Vind. Berol. *ordinaverit* Mon., sed sec. manus scripsit *ordinare*. Gr. προβάλλεσθαι.

ipse] Sic Vind. Berol. *ipsi* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in contextu est. Gr. ἢ αὐτός.

eius heredes] Sic Vind., sed totum hoc a sec. manu scriptum. Mon. I. *heredes eius*, Berol. *heredes*, sed postea a sec. manu scriptum est *eius*. Gr. οἱ τούτου κληρονόμοι.

ipsi] Sic Vind. Mon. *ipi* Berol., sed supra lineam a sec. manu lineola superius posita est; caeterum sec. manus litterae *p* litteram *s* superius imposuit. I. *ipsis*. Gr. αὐτοί.

ministrant] Sic Vind. *ministrait* Mon. Berol., sed litterae *i* circumflexus superius impositus est.

denominant] Sic Mon. *denominat* Vind. Berol.

ab eis] Sic Mon. Berol. *abis* Vind., sed litterae *b* circumflexus superius traiectus est. Gr. παρ' αὐτῶν.

prohibent] Sic Vind. Mon. *proibent* Berol.

tunc] *tunc decet* Berol., sed ultimae voci puncta inferius subiecta sunt. Vind. *tandem*. Deest in Mon. Gr. τηνικαῦτα.

locorum sanctissimus episcopus, quoscunque putaverit meliores, ordinari procuret. Sancimus autem reverendissimos clericos suis ecclesiis observare, et omne eis competens ecclesiasticum ministerium adimplere, hoc requirente uniuscuiusque civitatis sanctissimo episcopo et uniuscuiusque ordinis ecclesiastici primatibus eos, qui haec non custodierint, regulari mulctae subdentibus.

CAP. XIX. Presbyteros autem et diaconos et subdiaconos et lectores et cantores, quos omnes clericos appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere sub sua potestate praecipimus ad similitudinem castrensium peculiorum, et donare secundum leges, et in his testari, licet sub parentum sint potestate sic tamen, ut horum filii, aut his non extantibus, parentes eorum legitimam partem ferant.

CAP. XX. Reverendissimis autem presbyteris et diaconibus etiam,

locorum] Sic Hamb. Trid. I., deest in Port. Vind. Mon. Berol. Vulgo. Retinui quidem ob Graecum ὁ τῶν τόπων.

meliores ordin.] Sic Mon. *meliores ordinari* Berol., sed sec. manus correxit *meliores*. Vind. *ordinari meliores*. Gr. καλλίονας προβάλλεσθαι.

sancimus] Ad marginem Mon. *de clericis ministerium di non implentibus*. Voci *di* superius circumflexus traiectus est.

reverendissimos] Sic Vind. Mon. *reverentissimos* Berol.

observare] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *obsecundare* Vulgo Port.

omne eis] Sic Vind. Mon. *oe eis* Berol., sed priori voci circumflexi superius impositi sunt, quorum secundum sec. manus delevit.

competens] Sic Mon. *competentes* Vind., in quo quidem ultimae litterae *s* punctum suppositum supraque lineam adscriptum est *i* a sec. manu. Berol. *competens*. Gr. ἁρμόζουσαν.

uniuscuiusque] Sic Vind. I. Vulgo. *uniusc9que* Berol. *cuiuscunque* Mon.

sanctissimo] Sic Vind. Berol. *sanctissimos* Mon. Gr. ὁσιωτάτου.

uniuscuiusque] Sic Vind. Hamb. Trid. *uniusc9que* Berol. *cuiuscunque* Vulgo Port.

ordinis ecclesiastici] *ord. ecclesiasticis* Vind. I. *ecclesiastici ordinis* Mon. *ecclesiasticis ordinis* Berol. Gr. βαθμῷ ἐκκλησιαστικῷ.

haec] Sic Mon. Berol. *hec* Vind. *hoc* Vulgo. *hec* I. Gr. ταῦτα.

custodierint] Sic Vind. Mon. Berol. I. *custodiunt* Vulgo.

regulari] Sic Vind. *gulari* Mon., sed a sec. m. supra syllabam *gu* adscriptum est *re*. Deest in Berol., ubi pro his scriptum est: *quos omnes clericos appellamus*, quibus verbis puncta inferius subiecta sunt.

mulctae] *mulcte* Mon. *multe* Berol., sed supra litteram *t* a sec. manu scriptum est *c*.

NOV. CXXXIV. CAP. XIX. presbyteros] *presbiteros* I. Ad marginem Mon. adscriptum est: *de peculio quasi castrensi clericorum e* [leg. videtur *et*] *de significatione clericatus*.

et subdiaconos] Sic Vind. Berol., deest in I. Mon., in quo a sec. manu in linea positum est. Gr. καὶ ὑποδιακόνους.

et] Sic Vind. Hamb. Mon. Berol., deest in Trid. Port. Gr. καί.

lectores et cantores] Sic Vind. Mon. *lectores eos qui haec non custodierint* Berol., sed ultimis quinque vocibus puncta inferius subiecta sunt. Vulgo *cantores et lectores*. Gr. ἀναγνώστας καὶ ψάλτας. Pro *et subd. — cantores* I. habet *et cantores et subd. et lectores*.

omnes] deest in I.

dominium] Sic Vind. Berol. *doiu* Mon., sed his litteris circumflexi superius impositi sunt.

et donare] Sic Vind. Berol. *donare* Mon., sed supra litteras *do* a sec. manu vox *et* imposita est. Gr. καὶ δωρεῖσθαι.

his] *hiis* I.

filii] Sic Vind. Berol. *filium* Mon. Gr. παῖδας.

his] *hiis* I.

extantibus] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. *existentibus* Port. Vulgo.

eorum] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu in linea adscriptum est. Gr. αὐτῶν.

legitimam] *legittimam* I.

NOV. CXXXIV. CAP. XX. reverendissimis] Sic Vind. Mon. I. *reverentissimis* Berol.

presbyteris] *presbiteris* I.

et diaconibus] Sic Mon. *aut diaconibus* Vind. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *et diaconis* Vulgo. Gr. καὶ διακόνοις

etiam si] *et si* I.

si inventi fuerint pro pecuniaria causa falsum testimonium perhibuisse, sufficiat pro verberibus in tribus annis separari sacro ministerio et monasteriis tradi. Pro criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint, clero nudatos legitimis subdi poenis praecipimus, reliquos autem omnes in aliis ecclesiasticis ordinibus constitutos, si falsum testimonium cuiuslibet causae sive pecuniariae sive criminalis dixisse convincantur non solum ecclesiastico officio expelli, sed etiam verberibus subdi.

CAP. XXI. Si quis contra aliquem clericum aut monachum aut diaconissam aut monastriam aut ascetriam habet aliquam actionem, doceat prius sanctissimum episcopum, cui horum unusquisque subiacet, ille vero causam inter eos iudicet. Et si quidem utraque pars his,

fuerint] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *fuerint*.

pecuniaria] *peccuniaria* Berol.

perhibuisse testimonium] Sic Vind. *test. peribuisse* Berol. *test. prohibuisse* Mon., sed sec. manus correxit, ut in contextu est. *perhibuisse testimonium* Vulgo, *testimonium praebuisse* I.

in tribus] Sic Vind. Berol. I. Mon., in quo quidem priori voci *in* puncta inferius subiecta sunt, porro Hamb. Trid. *tribus* Vulgo Port., voce *in* omissa. Gr. ἐπὶ τρεῖς.

sacro] Sic Vind. Berol. I. *a sacro* Mon.

ministerio] Sic Vulgo. *misterio* Vind. Mon. Berol., sed correctio facilis est ex Graeco ὑπηρεσίας.

dixerint] Sic Mon. *dixerit* I. *dixit* Berol., sed litteris *xit* circumflexus superius impositus est. Vind. *duxerint*. Gr. εἴποιεν.

nudatos] Sic Vind. *nudatus* Mon. Berol. *nudatum* I. Gr. γυμνουμένους.

legitimis subdi] Sic Berol. Vulgo. *legitimos subdi* Vind., sed sec. manus scripsit *legitimis*. Mon. *subdi legitimis*. Gr. τοῖς νομίμοις ὑποβάλλεσθαι.

in aliis] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam scriptum est *in aliis*. Trid. Port. *in aliis etiam*. Gr. ἐν ταῖς ἄλλαις.

cuiuslibet] Sic Vind. I. *cuilibet* Mon. *civilibet* Berol., sed priori litterae *i* punctum inferius subiectum est.

pecuniariae] Sic Vind. Mon. *peccuniarie* Berol.

criminalis] Sic Vind. Mon. *criminali* Berol.

convincantur] Sic Vind. Mon. *cocantur* Berol., sed litterae *i* punctum subiectum superque litteram *a* lineola imposita est. Caeterum litterae *i* sec. manus imposuit syllabam *vin*.

expelli] Sic Mon. *repelli* Vind. Berol. Vulgo I. Gr. ἐκβάλλεσθαι.

sed — subdi] Sic Vind. Mon., non tamen leguntur in Berol., ubi quidem ad marginem adscriptum est *sed etiam verberibus subdi*. Caeterum vox *etiam* in Mon. a sec. tantum manu ad marginem adscripta est. Gr. ἀλλὰ καί.

NOV. XXXIV. CAP. XXI. si quis] Ad marg. Mon.: *de clericis, monachis, diaconissis, assisteriis conveniendis in civili vel criminali causa.*

aliquem] Sic Mon. *aliq* Vind. Berol., in quo utroque quidem litterae *q* lineola inferius traiecta est, sed in Vind. quidem circumflexus superius iniectus et in Berol. lineola imposita est.

monastriam] Sic Mon. *monastia* Vind., sed ultimis duabus litteris circumflexus superius impositus est. Berol. *monastia*, sed litterae *i* punctum inferius subiectum supraque lineam a sec. manu adscriptum est *i*. Gr. ἢ μοναστρίας.

ascetriam] *assistiam* Mon. Vind., sed litteris *ia* circumflexus superius impositus est. Berol. *assista*, sed litterae *a* ultimae circumflexus superius impositus, aliaque littera *i* inscripta est. I. *assistriam*. Caeterum litteris *as* a sec. manu impositum est *aut*. Gr. ἀσκητρίας.

habet] Sic Vind. Mon. Berol. *habeat* Vulgo I. Pro ἔχοι interpres videtur habuisse ἔχει.

actionem] Sic Vind. Mon. *acone* Berol., sed litteris *co* et *e* circumflexi superius impositi sunt.

doceat] Sic Vind. Mon. Berol. I. *adeat* Vulgo. Gr. διδασκέτω.

subiacet] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *subiaceat* Vulgo Port. Gr. ὑπόκειται.

iudicet] *causam iudicet* I.

et si] Sic Vind. Prior vox *et* deest in Mon. Berol., sed in Berol. supra lineam a sec. manu adscripta est. Gr. καὶ εἰ.

his] Sic Mon. Berol. *is* Vind. *hiis* I.

quae iudicata sunt, acquieverit, iubemus, per loci iudicem haec executioni perfectae contradi. Si quis autem litigantium intra decem dies contradicat his, quae iudicata sunt, tunc locorum iudex causam examinet. Et si invenerit iudicium recte factum, etiam per sententiam propriam hoc confirmet et exsecutioni propriae tradat, quae iudicata sunt, et non liceat secundo in tali causa victo appellare. Si vero iudicis sententia contraria fuerit his, quae a deo amabili episcopo iudicata sunt, tunc locum habere appellationem contra sententiam iudicis, et hanc secundum legum ordinem referri et exerceri. Si tamen ex imperiali iussione aut iudiciali praecepto episcopus iudicat inter quascunque personas, appellatio ad imperium aut ad eum, qui transmisit negotium, referatur. §. 1. Si vero crimen fuerit, quod adversus quamlibet memoratarum reverendissimarum personarum inferatur, si quidem apud episcopum aliquis accusatur, et ipse veritatem invenire potuerit, ab honore aut gradu hunc secundum ecclesiasticas regulas eiiciat, et tunc

quae] Sic Mon. Berol. *qs* Vind., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Gr. τοῖς κρινομένοις.

indicata] Sic Vind. Berol. *dicta* Mon., sed sec. manus scripsit *iudicata*. Gr. τοῖς κρινομένοις.

loci iudicem] Sic Vind. Berol. *iudicem loci* Mon. Gr. τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἄρχοντος.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. Gr. ταῦτα.

exsecutioni] Sic Vind. Mon. *executioe* Berol., sed litteris *oe* circumflexus superius impositus est; litterae *e* autem punctum inferius subiectum. Gr. ἐκβιβασμῷ—παραδίδοσθαι.

perfectae] Sic Vind. Mon. *perfecte* Berol.

decem dies] Sic Mon. Berol. *dies decem* Vind. Verum a voce *dies* quae leguntur usque ad vocem *sunt*, in Berol. a sec. manu scripta sunt omnia. Gr. δέκα ἡμερῶν.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

quae] Sic Vind. *que* Mon. Berol.

etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon., sed sec. manus scripsit *etiam*.

sententiam] Sic Vind. Berol. *sentiam* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in contextu est. Gr. ψήφου ἰδίας.

et exsecutioni] Sic Mon. Berol. Vox *et* deest in Vind. Gr. καὶ ἐκβιβασμῷ.

secundo] Sic Vind. Mon. *scdo* Berol., sed ad litteram *d* superius circumflexus appositus est. Caeterum litterae *cd* a sec. manu scriptae sunt.

contraria] Sic Vind. Mon. *ecrea* Berol., sed prioribus litteris et ultimae circumflexi impositi sunt, quorum ultimum sec. manus delevit. Gr. ἐναντία.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *iis* Vulgo.

a deo] Sic Mon. Berol. *deo* Vind. Gr. παρὰ τοῦ θεοφιλ.

episcopo] Sic Vind. Mon. In Berol. subiicitur *tunc*, sed huic voci a sec. manu puncta inferius subiecta sunt.

habere] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ἔχειν.

appellationem] Sic Berol. *appellatione* Vind. *apellationem accipere* Mon., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *al. habere*.

inter] Sic Mon. Berol. *int* Vind., sed ad litteram *t* circumflexus superius appositus est.

appell.] *apell. autem* I.

ad eum] Sic Vind. Berol. *eum* Mon., sed sec. manus superius adscripsit *ad*. Gr. ἐπὶ τὸν παραπ.

referatur] Sic Mon. Berol. *transferatur* Vind. In tribus his et I. postea adiicitur: *et quando licet appellari* [*episcopali app.* I. Vind. *episcopali appellationi* Berol.] *sententie* [Berol. *sententiae*.]

NOV. CXXXIV. CAP. XXI. §. 1. vero] Deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam superius adscriptum est.

memoratarum] Sic Vind. Berol. *rememoratorum* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in contextu est. Gr. τῶν μνημονευθέντων.

reverendissimarum] Sic Vind. *reverentissimarum* Berol., deest in Mon., sed a sec. manu lineae superius impositum est.

accusatur] *accusetur* I.

ab honore] Sic Vind. Mon. *id honore* Berol., sed iam prima manus correxit, ut in contextu est. Gr. ἀπὸ τῆς τιμῆς.

eiiciat] Sic Vind. Mon. Berol. *deiiciat* Vulgo. *deiciat* I. Gr. ἐκβαλλέτω.

competens iudex hunc comprehendat, et secundum leges litem examinans finem imponat. Si vero prius civilem iudicem adeat accusator et crimen per legitimam examinationem potuerit approbari, tunc episcopo locorum gesta monumentorum palam faciat, et si ex his cognoscatur, proposita crimina commisisse eum, tunc ipse episcopus hunc secundum regulas ab honore seu gradu, quem habet, separet, iudex autem ultionem ei inferat legibus congruentem. Si vero putaverit episcopus gesta non iuste confecta, tunc liceat ei differre nudare honore seu gradu accusatam personam ita tamen, ut huiusmodi persona sub legitima cautela fiat, et ita ad nos negotium tam ab episcopo quam a iudice referatur, ut nos hoc cognoscentes, quae videntur nobis iubeamus. §. 2. Si quis autem pro pecuniaria causa contra aliquam memo-

comprehendat] Sic Vind. Mon. *compraeendatur* Berol., sed litteris *ur* puncta inferius subiecta sunt.

et secundum] Sic Vind. Berol. *secundum* Mon., sed huic voci vox *et* superius imposita est. Gr. καὶ κατὰ τοὺς νόμους.

leges] Sic Mon. Berol. *legem* Vind. Gr. νόμους.

finem] Quod antea Vulgo est *causae*, in Vind. Mon. Berol. non est. I. *finem causae*.

examinationem] Sic Vind. Mon. *examinacm* Berol., sed ultimis litteris *cm* circumflexus superius impositus est. Gr. ἐξετάσεως.

approbari] Sic Berol., sed sec. manus correxit *approbare*. I. *approbare*. Mon. *aprobare*, Vind. *appai*, sed ultimis litteris circumflexus superius impositus secundaeque litterae *p* littera *i* superius inscripta est. Gr. ἀποδειχθῆναι.

his] Sic Mon. Vind. *hiis* I. *eis* Berol.

cognoscatur] Sic Vind. Mon. *agnoscatur* Berol. Vulgo. *agnoscat* I.

commisisse] Sic Vind. Berol. *commisisse* Mon.

secundum] Sic Vind. Berol. *per* Mon., sed supra sequentem vocem postea inscriptum est *hc secundum*. Gr. κατὰ τούς.

honore] Sic Vind. Mon. *honoe* Berol., sed ultimis litteris circumflexi superius impositi sunt, quorum primum iam sec. manus delevit.

seu] Sic Vind. Berol. I. *sive* Vulgo Mon.

quem] Sic Vind. Mon. *q* Berol., sed huic litterae lineola inferius traiecta aliaque lineola superius imposita est.

separet] Sic Vind. Berol. *separan* Mon., sed litterae *n* punctum superius impositum est. Gr. χωριζέτω.

ultionem ei] Sic Vind. *ulcm ei* Berol., sed lineola litteris *cm* superius imposita est. In Mon. est *ei ulcm*, ut scilicet litteris *cm* circumflexus superius impositus sit; secundaque manus correxit *ione*. Gr. ἐκδίκησιν αὐτῷ.

putaverit episcopus] Sic Hamb. I. *disputaverit ep.* Vind. Mon. Berol. *episcopus putaverit* Vulgo Trid. Port. Gr. νομίσοι ὁ ἐπίσκοπος.

liceat ei] Sic Vind. Berol. *liceat* Mon., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *ei*. Gr. ἐξέσται αὐτῷ.

differre] Sic Vind. Mon. *diffe* Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *erre*. Gr. ὑπερθέσθαι.

nudare] Sic Vind. Mon. Berol. *et nudare* I. *id nud.* Vulgo. Gr. τὸ γυμνῶσαι.

honore] Sic Mon. Vind. *honores* Berol. Gr. τῆς τιμῆς.

ut] Sic Mon. Berol. *hu* Vind., sed sec. manus correxit *ut*. Gr. ἵνα.

hoc] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Pro τὸ τοιοῦτον interpres videtur habuisse τὸ τοιοῦτον.

quae] Sic Vind. Mon. *qu* Berol., circumflexo quidem superius imposito, sed litterae *u* sec. manus puncta inferius supposuit, quod est delentis signum.

videntur nobis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *nobis videntur* Vulgo. Gr. τὰ φαινόμενα ἡμῖν.

iubeamus] Sic Vind. Mon. *iubeant* Berol., sed sec. manus scripsit *iubeamus*. Gr. κελεύσωμεν.

NOV. CXXXIV. CAP. XXI. §. 2. pecuniaria] *peciuia* Berol., sed ultimae syllabae circumflexus superius impositus est. Vind. Mon. *peccuniaria*.

contra] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum *cc*, et circumflexus superius impositus est, qua re significatur *contra*.

aliquam] Sic Mon. Berol. *aliquem* Mon.

memoratarum omnium] Sic Vind. Mon. *omnium memoratarum* Vulgo Berol. I.

ratarum omnium personarum actionem habuerit aliquam, et episcopus distulerit inter eos iudicare, licentiam habeat actor civilem iudicem adire, ita tamen ut accusata persona nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed solam cautionem sine iureiurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Si vero pro criminali causa accusatio contra aliquam memoratarum personarum proponatur, sub legitima cautela accusata fiat persona. Si autem ecclesiastica causa est, nullam communionem habeant civiles iudices circa talem examinationem, sed sanctus episcopus secundum sacras regulas causae finem imponat.

CAP. XXII. Si qui vero sanctissimorum episcoporum eiusdem synodi dubitationem aliquam ad invicem habeant sive pro ecclesiastico iure, sive pro aliis quibusdam rebus, prius metropolita eorum cum aliis de sua synodo episcopis causam iudicet, et si non ratum habuerit utraque pars, quae iudicata sunt, tunc beatissimus patriarcha illius dioeceseos

personarum] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *personarum*. Gr. προσώπων.
actionem habuerit] Sic Vind. Mon. *acm habuerit* Berol., sed priori voci circumflexus superius impositus est. Vulgo *habuerit actionem*. Caeterum I. *hab. aliq. actionem*. Gr. ἐναγωγὴν ἔχοι.
eos] Sic Vind. Mon. Berol. *eas* I. Vulgo.
actor] Sic Berol. *auctor* Mon. Vind. Gr. ὁ ἐνάγων.
ut accusata] Sic Mon. Berol. *accusata ut* Vind. Gr. ἵνα τὸ αἰτιαθέν.
fideiussorem] *fideiiussorem* Vind. Mon. *fidiiussorem* Berol., sed secundo *i* circumflexus superius impositus est.
solam cautionem] Sic Vind. Mon. *sola cautioe* Berol., sed ultimis litteris *oe* lineola superius imposita est. Gr. μόνον ὁμολογίαν.
hypotheca] Sic Vind. Mon. *ypotheca* Berol. I.
suarum rerum] Sic Vind. Mon. *suarum* Berol., sed sec. manus supra lineam adscripsit *rerum*. I. *rerum suarum*. Gr. τῶν ἰδίων — πραγμάτων.
si autem] Ad marginem Mon. adscriptum est: *de hisdem personis procanic ca conveniendis*, sed litteris ultimis *ca* lineola superius imposita est.
ecclesiastica] *aecclastca* Berol., sed per litteram *l* superius lineola traiecta est.
civiles iudices] Sic Mon. *iudices civiles* Vind. Berol. Vulgo. Gr. οἱ πολιτικοὶ ἄρχοντες.
sanctus] Sic Vind. Mon. *scmus* Berol., sed lineola superius imposita est. Vulgo I. *sanctissimus*.
episcopus] Sic Vind. Mon. *epm* Berol., circumflexo quidem superius imposito. Sec. manus correxit *episcopus*.
causae] *cause* Mon. Berol., sed in Mon. quidem non nisi a sec. manu scriptum est. Gr. τῷ πράγματι.
NOV. CXXXIV. CAP. XXII. qui] Sic Vind. *quis* Mon. I. Berol. Hamb. Trid. Port. Gr. τινές. Ad marginem Mon. scriptum est: *de rebus dubiis in episcoporum consiliis emergentibus*.
synodi] *sinodi* Vind. Mon. *sino* Berol., sed supra litteram *o* a sec. manu scriptum est *di*.
dubitationem] Sic Vind. Mon. *dubitatioe* Berol., sed ultimis litteris lineola superius imposita est, secundaque manus litterae *e* aliam etiam virgulam superius inscripsit.
habeant] Sic Berol. Vind. *habeat* Mon. Hamb. Trid. Port. I. Gr. ἔχοιεν.
eorum] In Mon. supra hanc vocem a sec. manu inscriptum est *una*, quod quidem in reliquis codd. non est, nec Graecis firmatur.
cum] Hoc verbum quaeque deinceps sunt usque ad *iudicet*, in Berol. tantummodo a sec. manu scripta sunt.
aliis] Quod Vulgo subiicitur *duobus*, in Vind. Mon. Berol. I. non est. Interpres vocem δύο non videtur in Graecis habuisse.
sua synodo] Sic Berol. Vind. In Mon. desunt, sed a sec. manu ad marginem adscripta sunt.
iudicet] Quod antea Vulgo est *examinet et*, aut in I. *examinet vel*, in Vind. Mon. Berol. non est, quae sane nec Graecis firmantur.
et si] Sic Vind. Mon. *et* Berol., sed supra hanc vocem a sec. manu scriptum est *si*. Gr. καὶ εἰ.
ratum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *rata* Vulgo.
illius dioeceseos] *illius dioceos* Mon., in quo quidem supra litteras *ce* a sec. manu scriptum est *se*. Vind. Berol. *dioceseos illius*, Vulgo I. *dioeceseos illius*. Gr. ἐκείνης τῆς διοικήσεως.

inter eos audiat, et illa determinet, quae ecclesiasticis canonibus et legibus consonant, nulla parte sententiae eius contradicere valente. Si autem a clero aut alio quocunque aditio contra episcopum fiat propter quamlibet causam, apud sanctissimum eius metropolitam secundum sacras regulas et nostras leges causa iudicetur, et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum et patriarcham dioeceseos illius referatur causa, et ille secundum canones et leges hic praebeat finem. Si vero contra metropolitam talis aditio fiat ab episcopo aut clerico aut alia quacunque persona, dioeceseos illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. Pro omnibus autem causis apud proprium metropolitam aut patriarcham, sive apud alios quoscunque iudices episcopi conveniantur, nullam fideiussionem aut cautionem pro lite exigantur, sic tamen, ut ipsi studeant illatis sibi causis semet ipsos absolvere.

CAP. XXIII. Oeconomos autem et xenodochos et nosocomos et

illa] Sic Vind. Berol. *illa inter eos* Mon. Gr. κἀκεῖνα.

ecclesiasticis] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς.

nulla parte] *nullam partem* I.

sententiae eius] Sic Vind. Mon. I. *sententia e* Berol., sed sec. manus ad finem apposuit *eius*. Vulgo *eius sententiae*. Gr. κατὰ τῆς ψήφου αὐτοῦ.

valente] *valentem* I.

si] *sin* I.

a] Sic Vind. Mon. *et a* I. Berol., quod quidem Graecis non firmatur.

clero] Sic Vind. Mon. Berol. I. *clerico* Vulgo. Pro κληρικοῦ interpres videtur habuisse κλήρου.

aut alio] Sic Vind. Berol. *et alio* Mon., sed supra litteras *et* a sec. manu inscriptum est *aut*. Gr. ἢ ἄλλου.

quocunque] Sic Mon. Vind. *quo* Berol., sed supra hanc vocem a sec. manu scriptum est *cum*. Gr. ἄλλου οἱουδήποτε.

quamlibet] Sic Vind. Berol. *aliquam* Mon. Gr. οἱανδήποτε.

sacras] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *sacras*. Gr. τοὺς ἁγίους.

contradixerit] Sic Vind. Mon. *cum dixerit* Mon., sed sec. manus scripsit *contradixerit*. Gr. ἀντείποι.

dioeceseos] *dioceseos* Mon. Vind. Berol. I.

illius] Sic Mon. Berol. I. *illis* Vind. Gr. ἐκείνης.

hic] Mon. Vind. Berol. habent litteram *h*, cui littera *i* superius imposita est, qua re significatur *hic*; sed haec quidem littera *i* a sec. manu scripta est. Vulgo I. *huic*.

si vero] Ad marginem Mon. adscriptum est: *si quis contra metropolitam adire potestatem maluerit*. Gr. εἰ δέ.

clerico] Sic Vulgo Berol. *clero* Mon. Vind. Gr. κληρικοῦ.

dioeceseos] Sic Mon. *dioceseos* Berol. Vind. I.

causam iudicet] *causam indicet* Vind. *camdet* Berol., sed priori syllabae *ca* lineola superius imposita est, litterae *d* autem superius a sec. manu inscriptum *ic*. Mon. *iudicet causam*, in quo quidem ultima vox *causa* a sec. manu scripta est. Gr. τὸ πρᾶγμα κρινέτω.

pro omnibus] Ad marginem Mon.: *de episcopis adeundis, convocandis et si fideiussores vel cautiones non praestent.*

causis] Quod Vulgo I. subiicitur *pro quibus*, in Vind. Mon. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.

aut pat.] *sive apud pat.* I.

sive apud] Sic Berol. Hamb. *apud* Mon. *aut* Vind. Trid. Port. Vulgo. Gr. εἴτε παρὰ πατριάρχῃ.

fideiuss.] Sic Vind. Berol. *fideiuss.* Mon., sed litterae *e* lineola superius imposita est.

lite] Sic Mon. Vind. *litae* Berol. Gr. ὑπὲρ τῆς δίκης.

ipsi] Sic Berol., sed ultimae litterae a sec. manu scriptae sunt. Mon. Vind. *isti*, I. *ipsi*. Gr. καὶ αὐτοί.

NOV. CXXXIV. CAP. XXIII. oeconomos] Ad marg. Mon. *de amministratoribus venerabilium locorum propter administrationem* (ultimae syllabae *om* lineola superius imposita est) *in iudicium vocatis*. Caeterum Mon. habet *iconos*, sed ultimae syllabae litterae *mo* superius impositae sunt. Vind. *iconomo*, Berol. I. *yconomos*.

et xenod.] Sic Vind. Berol. Hamb. *aut xenod.* Mon. καὶ ξενοδόχους.

et noso.] Sic Vind. Berol. *nosochomos* Mon. *nosomos* Hamb. Port. In I. vox *et* omissa est. Gr. καὶ νοσοκόμους.

et ptochotrophos] *et ptochotrochos* Be-

ratarum omnium personarum actionem habuerit aliquam, et episcopus distulerit inter eos iudicare, licentiam habeat actor civilem iudicem adire, ita tamen ut accusata persona nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed solam cautionem siue iureiurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Si vero pro criminali causa accusatio contra aliquam memoratarum personarum proponatur, sub legitima cautela accusata fiat persona. Si autem ecclesiastica causa est, nullam communionem habeant civiles iudices circa talem examinationem, sed sanctus episcopus secundum sacras regulas causae finem imponat.

CAP. XXII. Si qui vero sanctissimorum episcoporum eiusdem synodi dubitationem aliquam ad invicem habeant sive pro ecclesiastico iure, sive pro aliis quibusdam rebus, prius metropolita eorum cum aliis de sua synodo episcopis causam iudicet, et si non ratum habuerit utraque pars, quae iudicata sunt, tunc beatissimus patriarcha illius dioeceseos

personarum] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *personarum*. Gr. προσώπων.

actionem habuerit] Sic Vind. Mon. *acm habuerit* Berol., sed priori voci circumflexus superius impositus est. Vulgo *habuerit actionem*. Caeterum I. *hab. aliq. actionem*. Gr. εἰσαγωγὴν ἔχοι.

eos] Sic Vind. Mon. Berol. *eas* I. Vulgo.

actor] Sic Berol. *auctor* Mon. Vind. Gr. ὁ ἐνάγων.

ut accusata] Sic Mon. Berol. *accusata ut* Vind. Gr. ἵνα τὸ αἰτιαθέν.

fideiussorem] *fideiiussorem* Vind. Mon. *fidiiussorem* Berol., sed secundo *i* circumflexus superius impositus est.

solam cautionem] Sic Vind. Mon. *sola cautioe* Berol., sed ultimis litteris *oe* lineola superius imposita est. Gr. μόνον ὁμολογίαν.

hypotheca] Sic Vind. Mon. *ypotheca* Berol. I.

suarum rerum] Sic Vind. Mon. *suarum* Berol., sed sec. manus supra lineam adscripsit *rerum*. I. *rerum suarum*. Gr. τῶν ἰδίων — πραγμάτων.

si autem] Ad marginem Mon. adscriptum est: *de hisdem personis procanic ca conveniendis*, sed litteris ultimis *ca* lineola superius imposita est.

ecclesiastica] *aecclastca* Berol., sed per litteram *l* superius lineola traiecta est.

civiles iudices] Sic Mon. *iudices civiles* Vind. Berol. Vulgo. Gr. οἱ πολιτικοὶ ἄρχοντες.

sanctus] Sic Vind. Mon. *scmus* Berol., sed lineola superius imposita est. Vulgo I. *sanctissimus*.

episcopus] Sic Vind. Mon. *epm* Berol., circumflexo quidem superius imposito. Sec. manus correxit *episcopus*.

causae] *cause* Mon. Berol., sed in Mon. quidem non nisi a sec. manu scriptum est. Gr. τῷ πράγματι.

NOV. CXXXIV. CAP. XXII. qui] Sic Vind. *quis* Mon. I. Berol. Hamb. Trid. Port. Gr. τινές. Ad marginem Mon. scriptum est: *de rebus dubiis in episcoporum consiliis emergentibus*.

synodi] *sinodi* Vind. Mon. *sino* Berol., sed supra litteram *o* a sec. manu scriptum est *di*.

dubitationem] Sic Vind. Mon. *dubitatioe* Berol., sed ultimis litteris lineola superius imposita est, secundaque manus litterae *e* aliam etiam virgulam superius inscripsit.

habeant] Sic Berol. Vind. *habeat* Mon. Hamb. Trid. Port. I. Gr. ἔχοιεν.

eorum] In Mon. supra hanc vocem a sec. manu inscriptum est *una*, quod quidem in reliquis codd. non est, nec Graecis firmatur.

cum] Hoc verbum quaeque deinceps sunt usque ad *iudicet*, in Berol. tantummodo a sec. manu scripta sunt.

aliis] Quod Vulgo subiicitur *duobus*, in Vind. Mon. Berol. I. non est. Interpres vocem δύο non videtur in Graecis habuisse.

sua synodo] Sic Berol. Vind. In Mon. desunt, sed a sec. manu ad marginem adscripta sunt.

iudicet] Quod antea Vulgo est *examinet et*, aut in I. *examinet vel*, in Vind. Mon. Berol. non est, quae sane nec Graecis firmantur.

et si] Sic Vind. Mon. *et* Berol., sed supra hanc vocem a sec. manu scriptum est *si*. Gr. καὶ εἰ.

ratum] Sic Vind. Mon. Berol. I. *rata* Vulgo.

illius dioeceseos] *illius dioceos* Mon., in quo quidem supra litteras *ce* a sec. manu scriptum est *se*. Vind. Berol. *dioceseos illius*, Vulgo I. *dioeceseos illius*. Gr. ἐκείνης τῆς διοικήσεως.

inter eos audiat, et illa determinet, quae ecclesiasticis canonibus et legibus consonant, nulla parte sententiae eius contradicere valente. Si autem a clero aut alio quocunque aditio contra episcopum fiat propter quamlibet causam, apud sanctissimum eius metropolitam secundum sacras regulas et nostras leges causa iudicetur, et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum et patriarcham dioeceseos illius referatur causa, et ille secundum canones et leges hic praebeat finem. Si vero contra metropolitam talis aditio fiat ab episcopo aut clerico aut alia quacunque persona, dioeceseos illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. Pro omnibus autem causis apud proprium metropolitam aut patriarcham, sive apud alios quoscunque iudices episcopi conveniantur, nullam fideiussionem aut cautionem pro lite exigantur, sic tamen, ut ipsi studeant illatis sibi causis semet ipsos absolvere.

CAP. XXIII. Oeconomos autem et xenodochos et nosocomos et

illa] Sic Vind. Berol. *illa inter eos* Mon. Gr. κἀκεῖνα.

ecclesiasticis] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς.

nulla parte] *nullam partem* I.

sententiae eius] Sic Vind. Mon. I. *sententia e* Berol., sed sec. manus ad finem apposuit *eius*. Vulgo *eius sententiae*. Gr. κατὰ τῆς ψήφου αὐτοῦ.

valente] *valentem* I.

si] *sin* I.

a] Sic Vind. Mon. *et a* I. Berol., quod quidem Graecis non firmatur.

clero] Sic Vind. Mon. Berol. I. *clerico* Vulgo. Pro κληρικοῦ interpres videtur habuisse κλήρου.

aut alio] Sic Vind. Berol. *et alio* Mon., sed supra litteras *et* a sec. manu inscriptum est *aut*. Gr. ἢ ἄλλου.

quocunque] Sic Mon. Vind. *quo* Berol., sed supra hanc vocem a sec. manu scriptum est *cum*. Gr. ἄλλου οἱουδήποτε.

quamlibet] Sic Vind. Berol. *aliquam* Mon. Gr. οἱανδήποτε.

sacras] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *sacras*. Gr. τοὺς ἁγίους.

contradixerit] Sic Vind. Mon. *cum dixerit* Mon., sed sec. manus scripsit *contradixerit*. Gr. ἀντείποι.

dioeceseos] *dioceseos* Mon. Vind. Berol. I.

illius] Sic Mon. Berol. I. *illis* Vind. Gr. ἐκείνης.

hic] Mon. Vind. Berol. habent litteram *h*, cui littera *i* superius imposita est, qua re significatur *hic*; sed haec quidem littera *i* a sec. manu scripta est. Vulgo I. *huic*.

si vero] Ad marginem Mon. adscriptum est: *si quis contra metropolitam adire potestatem maluerit*. Gr. εἰ δέ.

clerico] Sic Vulgo Berol. *clero* Mon. Vind. Gr. κληρικοῦ.

dioeceseos] Sic Mon. *dioceseos* Berol. Vind. I.

causam iudicet] *causam indicet* Vind. *camdet* Berol., sed priori syllabae *ca* lineola superius imposita est, litterae *d* autem superius a sec. manu inscriptum *ic*. Mon. *iudicet causam*, in quo quidem ultima vox *causa* a sec. manu scripta est. Gr. τὸ πρᾶγμα κρινέτω.

pro omnibus] Ad marginem Mon.: *de episcopis adeundis, convocandis et si fideiussores vel cautiones non praestent*.

causis] Quod Vulgo I. subiicitur *pro quibus*, in Vind. Mon. Berol. non est, nec sane Graecis firmatur.

aut pat.] *sive apud pat.* I.

sive apud] Sic Berol. Hamb. *apud* Mon. *aut* Vind. Trid. Port. Vulgo. Gr. εἴτε παρὰ πατριάρχῃ.

fideiuss.] Sic Vind. Berol. *fideiuss.* Mon., sed litterae *e* lineola superius imposita est.

lite] Sic Mon. Vind. *litae* Berol. Gr. ὑπὲρ τῆς δίκης.

ipsi] Sic Berol., sed ultimae litterae a sec. manu scriptae sunt. Mon. Vind. *isti*, I. *ipsi*. Gr. καὶ αὐτοί.

NOV. CXXXIV. CAP. XXIII. oeconomos] Ad marg. Mon. *de amministratoribus venerabilium locorum propter administratiom* (ultimae syllabae *om* lineola superius imposita est) *in iudicium vocatis*. Caeterum Mon. habet *iconos*, sed ultimae syllabae litterae *mo* superius impositae sunt. Vind. *iconomo*, Berol. I. *yconomos*.

et xenod.] Sic Vind. Berol. Hamb. *aut xenod.* Mon. καὶ ξενοδόχους.

et noso.] Sic Vind. Berol. *nosochomos* Mon. *nosomos* Hamb. Port. In I. vox *et* omissa est. Gr. καὶ νοσοκόμους.

et ptochotrophos] *et ptochotrochos* Be-

ptochotrophos et aliorum venerabilium locorum gubernatores et alios omnes clericos iubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium episcopum, cui subiacent, conveniri et rationem suae gubernationis facere et exigi, quod et ipsi debentes ostendantur, illi venerabili reddendum domui, ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si vero putaverint se gravari, post repetitionem metropolita causam examinet. Si vero metropolita fuerit contra quamquam praedictarum personarum huiusmodi causas examinatus et debitum exegerit et exactus putaverit se gravatum, dioeceseos illius beatus patriarcha causam determinet; non enim concedimus praedictis personis pro memoratis causis ante examinationem et exactionem debiti proprios episcopos declinare et ad alia venire iudicia. Si quis autem ex ecclesiasticis, cui aliqua talis dispensatio credita est, ante rationum expositionem et debitorum solutionem moriatur, iubemus eius heredes simili modo et rationibus et exactionibus subiacere.

CAP. XXIV. Si quis episcopus aut clericus ex quacunque provincia in Constantinopoli reperiatur et voluerit aliquis adversus eum

rol. *et ptocotrophos* Vind., sed, ut in cont., Mon. Hamb. Trid. habent. — *ptochotrophos* Port., sed voce *et* omissa.
venerabilium loc.] *loc. venerab.* I.
subiacent] Sic Mon. *subiacet* Berol. *subiacent* Mon. Gr. ὑπόκεινται.
conveniri] Sic Vind. Berol. *convene* Mon., sed ad finem huius vocis adscriptum est a sec. manu *iri*.
rationem suae gub.] Sic Vind. Berol. *gubernationis suae rationem* Mon. Gr. λογισμοὺς τῆς ἰδίας διοικήσεως.
et ipsi] Sic Vind. Mon. Berol. *ex ipsis* I. Vulgo. Pro ἐξ αὐτῶν interpres videtur habuisse καὶ αὐτοί.
ostendantur] Sic Mon. *ostenditur* Berol., sed sec. manus scripsit *ostenduntur*. Vind. I. *ostenduntur*. Gr. ἀποδειχθεῖησαν.
illi] Sic Vind. Mon. Vulgo, deest in Berol. Gr. ἐκείνῳ.
reddendum domui] Sic Vind. Berol. *et domui reddendum* Mon., sed litteris *et* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἀποδοθησόμενον οἴκῳ.
apparuerit] Sic Mon. Berol. *appauruerit* Vind.
putaverint] Sic Vind. *putaverit* Mon. Berol., in quo quidem littera *p* a sec. manu scripta est. Gr. νομίσοιεν.
quamquam] Sic Vind. Mon. Berol. *quemquam* I. *quampiam* Vulgo.
examinatus] Sic Vind. Mon. Berol. *examinaturus* I. *examinans* Vulgo. Gr. ἐξετάσαι.
exegerit] Sic Berol. *exigerit* Vind. Mon., in quo a sec. manu scriptum est *exegerit*. Gr. εἰσπρᾶξαι.
dioeceseos] Sic Mon. *dioceseos* Vind. Berol.
beatus] Sic Vind. Mon. Berol. *beatissimus* Vulgo I. Gr. μακαριώτατος.
personis] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *personis*. Gr. προσώποις.
et exactionem] Sic Mon. *et exacconem* Berol., sed litteris *acco* lineola superius imposita est. Deest in Vind. Gr. καὶ τῆς ἀπαιτήσεως.
debiti] Sic Vind. Berol. *deberi* Mon., sed sec. manus scripsit *debiti*. Gr. τοῦ χρέους.
episcopos] Sic Vind. Mon. *debitos* Berol., sed sec. manus ad marginem adscripsit *episcopos*. Gr. ἐπισκόπους.
ex] Sic Vind., deest in Mon. Berol., in quo quidem a sec. manu supra lineam adscriptum est. Gr. ἐκ τῶν.
ecclesiasticis] Sic Vind. Berol. *ecclesiasticus* Mon. Gr. ἐκκλησιαστικῶν.
ante rationum] Sic Vind. Mon. *ante omnium rationum* I. *aurorum* Berol., sed supra litteras *au* lineola superius imposita est. Gr. πρὸ τῆς τῶν λογισμῶν.
credita] Sic Mon. Berol. *codita* Vind., sed litterae *o* punctum inferius subiectum et supra lineam circumflexus impositus est. Gr. ἐμπιστευθείς.
expositionem] Sic Vind. Mon. *expositionum* Berol. Gr. παραθέσεως.
debitorum] Sic Vind. *debitarum* Mon. Berol., in quo sec. manus correxit, ut in cont. est. Gr. τῶν ἐποφειλομένων.
eius] Sic Vind. Mon. *eos* Berol. Gr. τοὺς αὐτοῦ.
heredes] Sic Mon., deest in Vind. Berol., sed supra praecedentem vocem in Vind. scriptum est *heredis*. Gr. κληρονόμους.

NOV. CXXXIV. CAP. XXIV. in Const.] Sic Vind. Berol. *Constantinopoli* Mon., sed a sec. manu supra litteras *Con* scriptum est *in*. Gr. ἐν Κωνστ.
voluerit] Sic Mon. Berol. *voluerint* Vind. Gr. βουληθῇ.

actionem proponere, si quidem litis contestatio in provincia pro ipso negotio facta est, ibi litem compleri; si vero nondum inchoata est, apud gloriosissimum praefectum Orientis praetoriorum aut apud eos, qui a nobis fuerint deputati iudices, convenientibus eum respondere.

CAP. XXV. Reverendissimi vero apocrisiarii cuiuscunque sanctissimae ecclesiae, qui in regia civitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas aut metropolitas a suis destinati episcopis neque pro suis episcopis neque pro causa ecclesiae aut debito publico aut privato aliquam conventionem sustineant, nisi mandatum habuerint a suis episcopis aut oeconomis, ut aliquos conveniant. Tunc enim solis illis, qui ab eis conveniuntur, damus licentiam, si quam obligationem habent contra ecclesiam aut contra episcopos eorum proponere. Si vero et in quibusdam causis vel actionibus semet ipsos obligatos fecerint in tempore, in quo responsa faciunt, et pro his conventiones suscipiunt.

actionem] Sic Vind. Mon. *accm* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. ἐναγωγήν.

gloriosissimum] Sic Vind. Berol. *gloriosisimum* Mon.

praefectum] Sic Mon. Berol. *praefectis* Vind., sed ultimae syllabae *is* lineola superius imposita est.

fuerint] Sic Vind. *fuerit* Mon. Berol. Gr. τοῖς παρ' ἡμῶν ἀφοριζομένοις.

respondere] Sic Vind. Mon. *redd* Berol., sed per ultimam litteram circumflexus traiectus est. Gr. ἀποκρίνεσθαι.

NOV. CXXXIV. CAP. XXV. reverendissimi] *reverentissimi* Mon. Berol. *reverentissimis* Vind. Gr. εὐλαβέστατοι.

apocrisiarii] *apocrisarii* Berol. I. *apocrisiariis* Vind., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Mon. *aposiarii*, sed sec. manus litterae priori *i* punctum inferius supposuit, et supra lineam adscripsit *criph.* Gr. ἀποκρισιάριοι.

sanctissimae] Sic Vind. Mon. *scissime* Berol., sed litteris *ssi* circumflexus superius impositus est.

metrop.] Sic Vind. Mon. Berol., qui non habent, quod Vulgo antea est *ad.* I. Vulgo *ad metrop.* Gr. παρὰ τοὺς μακαριωτάτους.

destinati episcopis] Sic Vind. *episcopis destinati* Hamb. Trid. I., in quo quidem subiicitur *vel ordinati.* Mon. *episcopis ordinati.* Berol. *episcopis ordinai*, sed ultimis litteris *ai* circumflexus impositus est. Vulgo Port. *episcopis ordinati et destinati*, quod duarum lectionum continet confusionem. Gr. ἐπισκόπων στελλόμενοι.

ecclesiae] Quod Vulgo antea est *suae*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, nec sane Graecis firmatur. Caeterum *causa ecclesiae* Vind. Berol. *ecclesiae causa* Mon., quod Graecis non firmatur.

debito] Sic Vind. Mon. I. *pro debito* Berol., quod quidem Graecis non firmatur.

aut priv.] Sic Vind. Mon. *a priv.* Berol. Gr. ἢ ἰδιωτικοῦ.

conventionem] Sic Vind. Mon. *convencm* Berol., sed ultimis duabus litteris circumflexus superius impositus est. Gr. ἐναγωγήν. Quod Vulgo subiicitur *aut exactionem*, in Vind. Mon. Berol. I. non est; itaque interpres in Graecis non videtur habuisse verba: ἢ ἀπαίτησιν.

habuerint] Sic Mon. Berol. *habuerit* Vind. Gr. ἔχοιεν.

episcopis] Sic Mon. Berol. *eipis* Vind., sed lineola superius imposita est. Gr. ἐπισκόπων.

oeconomis] *yconomo* Vind. Berol. *yconomo* I. *yconomis* Mon., sed priori litterae *y* punctum inferius subiectum superque lineam adscriptum est *y*.

ut] Sic Vind. Berol. *aut* I. Mon., in quo quidem priori litterae *a* punctum inferius subiectum est. Gr. ὥστε.

aliquos] Sic Vind. Mon. *aliq'* Berol., sed per litteram *q* lineola inferius traiecta est. Gr. τισίν.

conveniant] Sic Vind. Mon. *conveniat* Berol.

illis] *vel* I.

conveniuntur] Sic Vind. Berol. *convenientur* I. *conveniunt* Mon., sed sec. manus ad finem huius vocis adscripsit *ur.* Gr. τοὺς — ἐναγομένους.

si vero et] Sic Mon. Berol. *si vero* Vind. Gr. εἰ δὲ καί.

quibusdam] Sic Vind. Mon. *qdam* Berol., sed per litteram *q* lineola inferius traiecta est. Gr. ἐπί τισι.

actionibus] Sic Vind. Mon. *acconibus* Berol., sed supra litteras *cc* circumflexus superius impositus est.

fecerint] Sic Vind. Mon. *fecerit* Berol. Gr. ποιήσουσιν, pro quo interpres videtur legisse ποιήσωσιν.

et pro his] Sic Vind. Mon. Berol. *et pro hiis* I. *pro his* Vulgo. Gr. καὶ τὰς ὑπὲρ τούτων.

suscipiunt] Sic Mon. Berol. *susci-*

CAP. XXVI. Si vero et episcopi vel clerici pro civitate aut pro suis ecclesiis propter legationem vel ordinationem episcopi ad regiam civitatem vel ad alium quemlibet locum proficiscuntur iubemus, eos nullam molestiam aut importunitatem a qualibet persona sustinere, licentia exsistente his, qui obligatos eos putant se habere, postquam ad provinciam revertuntur, convenire eos, nullo in his, qui se putant habere, eis faciendo praeiudicio de temporalibus praescriptionibus propter tempus, quod in tali causa protraxerant.

CAP. XXVII. Si quando autem causa emerserit, ut admonitio et executio inferatur pro qualibet pecuniaria causa sive publica sive privata clerico aut monacho aut monastriae aut cuicunque monasterio maxime feminarum, iubemus sine iniuria et cum competente honore

piant Vind. *suscipiant* Vulgo I. Sane praesens tempus et Graeco ὑποδέχεσθαι significatur.

NOV. CXXXIV. CAP. XXVI. et episcopi] Sic Vind. Mon. *episc.* Berol. I. Vulgo, voce *et* omissa. Gr. καὶ ἐπίσκοποι.

propter] Sic Vind. Mon. *p* Berol., lineola quidem inferius traiecta; sec. manus autem scripsit, ut in contextu est.

legationem] Sic Vind. Mon. *suam legationem* I. *legnem* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. πρεσβείαν. Quod Vulgo antea est *suam*, in Vind. Mon. Berol. non est, sed in Berol. a sec. manu post vocem *legnem* superius impositum est, unde facile de glossae origine constat, quae sane nec Graecis firmatur.

vel] Sic Vind. Mon. *aut* Berol. I.

his] Sic Vind. Mon. *hiis* I., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam adscriptum est *his*. Vulgo *iis*.

eos putant] Sic Vind. Mon. *putant* Berol., sed priore voce *eos* omissa. Gr. αὐτούς.

provinciam] Sic Berol. *sententiam* Vind. Mon. Gr. ἐπαρχίαν.

nullo] *in illo et* I.

in his] Sic Vind. Mon. Trid. *in illis* Hamb. I. *in iis* Port. *eos in his* Berol., sed voci *eos* puncta inferius subiecta sunt.

qui] Sic Mon. Berol. Hamb. Trid. *quae* Port. *que* I. *q* Vind., sed lineola inferius traiecta est; sed sec. manus supra hanc vocem adscripsit *e*.

se putant] *computant se* I.

eis] Sic Mon. Berol. Port. Hamb. I. *eas* Vind. *ab eis* Trid. *eos* Vulgo.

faciendo] Sic Vind. Mon. I., deest in Berol. *obligatos fac.* Vulgo. Interpres vocem ὑπευθύνους non videtur in Graecis habuisse.

praeiudicio] Sic Vind. Mon. I. Berol., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *faciendo*, quod sane et Graeco γινομένου firmatur. Interpres sic legisse videtur ἔχειν αὐτοῖς γινομένου προκρίματος.

protraxerant] Sic Vind. *protraxerint* Mon. Berol. I. Vulgo. Gr. παρείλκυσαν.

NOV. CXXXIV. CAP. XXVII. ut] Sic Vind. Mon. *tc* Berol., sed supra lineam a sec. manu lineola superius imposita est.

et] Sic Vind. Mon. Berol. *aut* Vulgo. Interpres videtur legisse καὶ ἐκβιβασμὸν pro verbis ἢ ἐκβιβασμόν.

exsecutio] Sic Vind. Mon. *excusatio* Berol. Gr. ἐκβιβασμόν.

inferatur] Sic Berol. *inferatur tunc a* Mon. *tunc ad* Vind. Gr. προσενεχθῆναι.

pecuniaria] Sic Vind. Mon. *peccuniaria* Berol.

monastriae] Sic Vind. Berol. *monasterio* Mon., sed supra lineam a sec. manu scriptum est *cuique*, quod quidem a sec. manu deletum est. Caeterum voces *monastria aut cuicunque* desunt in Hamb. I. Trid., quare ab Os. uncis inclusa sunt. Sane si Graecis obsequendum esset, idem scribit legendum fore: *monacho aut monastriae aut ascetriae cuiuscumque monasterii.* Quod non probo.

cuicunque] Sic Vind. Mon. *cuique* Berol. Interpres videtur in Graecis habuisse: ἢ οἱῳδήποτε μοναστηρίῳ.

monasterio] In I. subiicitur *cuilibet.*

maxime] Quod Vulgo antea est *et*, in Vind. Mon. Berol. I. non est. *cumque maxime* I.

feminarum] *femarum* Berol.

sine] Sic Mon. Berol. *si n* Vind., sed ultimae litterae circumflexus superius impositus est. Gr. ὕβρεως χωρίς.

competente] *competenti* I.

honore] Sic Vind. Mon. *hoie* Berol., sed circumflexus superius impositus est, qua re significari videtur *homine*. Gr. τιμῆς.

monitionem fieri, non tamen monastriam aut ascetriam monasterio abstrahi, sed procuratorem ab his ordinari, qui pro causa respondeat. Monachis autem liceat sive per se, sive per procuratorem monasterii causas agere, sciente, qui hoc praevaricatur, iudice vel exsecutore, quia et cingulo spoliabitur, et poenam quinque librarum auri exigitur per magnificentissimum comitem privatarum rerum; exsecutore videlicet super haec verberando et in exsilium dirigendo; locorum sanctissimis episcopis provisuris, ut nihil his contrarium fiat, aut, si aliquid commit-

monitionem] Sic Vind. Mon. *adhomonitioe* Berol., sed ultimis syllabis circumflexi superius impositi; litteris autem *ho* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo I. *admonitionem*.

monastriam aut ascetriam] *monastia aut assistia* Berol., sed ultimis syllabis *ia* circumflexi superius impositi sunt. Vind. *ascetriam aut monastriam*, I. *monasteriam aut assistriam*. Mon. *monastriam aut assistiam*, in quo quidem ultimae litterae *i* superscriptum est *r*. Gr. μονάστριαν ἢ ἀσκήτριαν.

procuratorem] Sic Vind. Mon. *procuratioe* Berol., sed litterae *i* punctum inferius subiectum et super lineam circumflexus positus est; sed supra litteram *o* sec. manus litteram *r* addidit. Gr. ἐντολέα.

his] Sic Vind. Mon. Berol. *hiis* I. *eis* Vulgo. Gr. ἐξ αὐτῶν.

qui] Sic Vind. Mon. *q* Berol., sed circumflexus inferius traiectus est, qua re significatur *quod*. Gr. τὸν — ἀποκρινόμενον.

pro causa] Sic Mon. Berol. *causa* Vind. Gr. ὑπὲρ τοῦ πράγματος.

sive] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. εἴτε δι' ἑαυτῶν.

per procuratorem] *procatorem* Berol., sed priori syllabae *proc* lineola superius imposita est. Interpres videtur in Graecis habuisse εἴτε δι' ἐντολέως.

monasterii] Sic Vind. Mon. *monasteriis* Berol., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum est. Quod Vulgo antea legitur *suas aut*, deest in I. Interpres voces ἢ ἰδίας ἢ non videtur in Graecis habuisse.

sciente] Sic Vind. Mon. I. *scienti* Berol., sed ex ultima littera *i* sec. manus facit *e*. Gr. εἰδότος.

praevaricatur] Sic Vind. Mon. I. *ptuaricatur* Berol., sed litteris *pt* lineola superius imposita est.

iudice] Sic Vind. *a iudice* Mon., sed litterae *a* punctum inferius subiectum est. Berol. *iudice*, sed circumflexo litterae *e* imposito, quem deinde sec. manus delevit. Gr. δικαστοῦ.

exsecutore] Sic Vind. *executione* Mon., sed sec. manus scripsit, ut in contextu est. In Berol. ab initio est *executorem*, sed sec. manus scripsit, ut in contextu est.

quia] Sic Vind. Berol. *qua* Mon., sed lineola superius imposita est, qua re significatur *quam*. Gr. ὡς.

et cingulo] Sic Vind. Berol. *cingulo* I. *in cingulos* Mon., sed priori voci *in* puncta inferius subiecta superque lineam adscriptum est *et*. Gr. καὶ τῆς ζώνης.

spoliabitur] Sic Mon. Berol. I. *expoliabitur* Vind. Gr. γυμνωθήσεται.

quinque] Sic Mon. Berol. X Vind. I. Gr. ε'.

exigitur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *exigetur* Vulgo.

rerum] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam scriptum *est rerum*. Crediderim melius abfore, cum in Graecis nihil sit, quo firmetur.

exsecutore] Sic Berol., sed litterae *ore* a sec. manu scriptae sunt. Vind. Mon. *exsecutorem*. I. *et executorem*.

haec] Sic Mon. Berol. *hec* Vind. *hoc* I. Gr. πρὸς τούτοις.

verberando] Sic Vind. *etiam verb.* I. *et verberamdo* Berol., in quo quidem litterae *mdo* a sec. manu scriptae sunt. Mon. *verberamto*, sed supra litteram *m* circumflexus superius positus est.

et in exsilium] Sic Mon. *etiam in exil.* I. *tam in exilium* Berol., sed priori voci *tam* puncta inferius subiecta sunt. Vind. *et libas* [sed litterae *a* circumflexus impositus] *sui* [superius lineola imposita est, sed ex littera *i* sec. manus fecit *p*] *ta inepta et in exilium* Vind.

dirigendo] *dirigendis* Vind. *dirigendum* Berol., sed sec. manus scripsit *dirigendo*. Mon. *degend'*, ex quo sec. manus effecit *dirigendum*.

sanctissimis] Sic Vind. Berol. *sanctis* Mon. Gr. ὁσιωτάτων.

his] *hiis* I.

contrarium fiat] Sic Vind. Mon. *cc fiat contrarium* Berol., sed prioribus duabus litteris circumflexus superius impositus est. Gr. ἐναντίον γένηται.

aut si] Sic Vind. *ut si* Mon. I. *usi* Berol., sed litterae *u* lineola superius imposita est; secundaque manus correxit *aut si*. Gr. ἢ εἴπερ.

tatur, memorata ultio procedat, iudice vero vindictam differente imponere, ad nostram scientiam episcopus referat.

CAP. XXVIII. Sportularum vero nomine omnem personam in quocunque ecclesiastico officio constitutam, et ad haec diaconissam et monachum aut ascetriam aut monastriam pro omni criminali et pecuniaria, cuiuscunque sit quantitatis (sive a clerico, sive a quolibet in militia constituto admonitionem suscipiant aut in regia civitate aut in provinciis quibus degunt), ne amplius quatuor siliquas dare permittimus. Si vero ex nostra iussione aut ad iudicem aut ad beatissimam ascetriam missus executor in aliam provinciam admonitionem offerat alicui

aliquid] Sic Vind. Mon. *aliq* Berol., sed per litteram *q* circumflexus inferius traiectus est. Gr. τι.

iudice] Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *iudicem*, sed in Vind. correctum a prima manu *iudice*. Gr. τοῦ δὲ ἄρχοντος.

vindictam] In Vind. antea scriptum est *per*, quod quidem sec. manus delevit, nec Graecis firmatur.

differente] Sic Vind. Hamb. Trid. *differentem* I. *inferre differentem* Mon., sed sec. manus ultimae voci imposuit *al. imponere.* Berol. *diffente*, sed supra primam litteram *e* circumflexus a sec. manu superius impositus est. Port. *differentem*.

imponere] Sic Berol., deest in Mon., *inter* Vind., sed lineola superius imposita est.

nostram scientiam] Sic Vind. Mon. Berol. *scientiam nostram* Vulgo I. Gr. εἰς ἡμετέραν εἴδησιν.

referat] Sic Mon. Berol. *referatur* Vind. Gr. ἀναφερέτω.

NOV. CXXXIV. CAP. XXVIII. sport.] Sic Vind. Mon. In Berol. antea est *d*, cui superius lineola traiecta, inferius autem punctum suppositum est.

personam] Sic Mon. Berol., deest in Vind., sed a sec. manu supra lineam impositum est. Gr. πᾶν πρόσωπον.

ecclesiastico] Sic Vind. *aecclesiastico* Berol., deest in Mon., sed a sec. manu ad marginem adscriptum est, quod in contextu est. Gr. ἐκκλησιαστικῇ.

ad haec] Sic Vind. Berol. *ad hoc* Mon. I.

monachum] Sic Hamb. *monacham* Port. Trid. Gr. μοναχόν.

aut ascetriam] Sic Vind. *aut assistriam* I. *aut sistiam* Berol. *et aut assistiam* Mon., sed supra litteram *i* sec. manus litteram *r* imposuit. Gr. καὶ ἀσκητρίαν, pro quo interpres videtur habuisse ἢ ἀσκ.

aut monastriam] Sic Vind. *aut monastia* Mon., sed ultimis litteris circumflexus impositus est, quamvis sec. manus correxerit, ut in contextu est. In Berol. desunt. Gr. καὶ μονάστριαν.

pecuniaria] Sic Mon. *peccuniaa* Berol., sed litteris *i* circumflexi superius impositi sunt. Vind. *pecunia*. Gr. χρηματικῆς. Quod Vulgo subiicitur *causa*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque omittendum esse visum est.

sit quant.] Sic Vind. Mon. Berol. I *quant. sit* Vulgo. Gr. εἴη ποσότητος.

sive] Sic Vind. Mon. *siu* Berol., sed supra lineam lineola a sec. manu scripta est.

quibus] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I., qui non habent, quod Vulgo antea scriptum est *in*.

degunt] Sic Vind. Berol. I. *deget* Mon., sed sec. manus scripsit *degunt*. Gr. διάγουσιν.

ne] Sic Vind. Mon. Berol., in quo litterae *e* punctum superius impositum est. Vulgo *non*, I. *nec*.

siliquas] Sic Vind. I. *siquas* Mon., sed supra litteram *q* a sec. manu scriptum est *li*. Berol. *filiiqs*, sed sec. manus ultimae litterae *i* punctum inferius subiecit, et per litteram *q* lineolam inferius traiecit. Vulgo *siliquis*. Gr. κερατίων.

ex nostra] Sic Mon. Berol. *nostra ex* Vind. Gr. ἐξ ἡμετέρας.

ad iudicem] *iudice* I.

ad] deest in I.

beatissimam] Sic Vind. Mon., sed ultima littera *m* a sec. manu scripta est. Berol. *beatissima*, sed supra ultimam litteram *a* lineola superius imposita est. Vulgo *beatissimum*, I. *beatissimo*.

ascetriam missus] *asistiam rea* Vind. *sistia reamissus* Mon., sed litterae *a* ultimae punctum inferius subiectum est. *sistia rea missus* Berol., sed verbo *rea* puncta inferius subiecta sunt, priorique litterae *a* circumflexus impositus est. Vulgo *patriarcham missus*, I. *patriarcha missus*. Manifesto interpres in Graecis sic legit ἢ τῆς μακαριωτάτης ἀσκητρίας σταλείς.

aliam] Sic Vind. Mon. Berol. *alias* Vulgo I.

provinciam] Sic Vind. Mon. Berol.

memoratarum personarum, non ultra unum solidum accipiat. Si vero pro una eademque causa multas ex memoratis personis admoneri contingat, unam et solam personam pro omnibus sportulas dare sancimus. Episcopus enim pro rebus suae ecclesiae nullam exactionem molestiamque sustineat, sportulas vero si pro talibus causis admoveatur exactor, actiones videlicet contra ecclesiam propositas oeconomis suscipientibus aut aliis, qui in ea causa ordinati sunt. Qui vero contra haec exigere sportulas praesumserit, in duplum quod accepit exactae personae red-

provincias I. Vulgo. Pro verbis εἰς ἄλλας ἐπαρχίας interpres videtur habuisse εἰς ἄλλην ἐπαρχίαν.
memoratarum] Sic Mon. Berol. *moratarum* Vind. Gr. τῶν μνημονευθέντων.
unum solidum] Sic Vind. *solidum* Mon., sed sec. manus superius adscripsit *unum*. Berol. *sol.*, sed per litteram *l* circumflexus traiectus est, supraque lineam a sec. manu scriptum *unum*. Gr. ἑνὸς νομίσματος.
pro una] Sic Vind. Mon. *una pro* Berol. Gr. ὑπὲρ μιᾶς.
multas] Sic Vind. *multis* Mon. Berol., sed sec. manus in Berol. correxit *multas*. Gr. πολλούς.
personis] Sic Vind. Mon. I. *causis personis* Berol., sed priori voci puncta inferius subiecta sunt, quae vox sane nec Graecis firmatur.
admoneri] *ammoneri* Vind. *an mori* Mon. *an moi* Berol., in quo quidem utrique voci lineolae superius impositae sunt. I. *admonere*. Gr. ὑπομνησθῆναι.
contingat] *contigerit* I.
unam — personam] Sic Vind. Mon. Berol. *unius solius personae* Vulgo. *unam et solam* I. Pro ἑνὸς καὶ μόνου προσώπου interpres videtur habuisse ἓν καὶ μόνον πρόσωπον.
pro] Sic Mon. Berol. *prae* Vind. Gr. ὑπὲρ παντός.
sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.
dare] Sic Vind. Mon. Berol. I. *dari* Vulgo.
enim] Sic Vind. Mon. I. *vero* Vulgo. Pro δὲ interpres legisse videtur γάρ.
rebus] Sic Vind. Mon. *rebus sive ex rebus* Berol.
suae ecclesiae] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *ecclesiae suae* Vulgo Port. Gr. τῆς ἰδίας ἐκκλησίας.
exactionem] Sic Vind. Mon. *exacct* Berol., sed ultimis litteris lineola superius imposita est. Gr. μεθοδείαν.
molestiamque] Sic Vind. Berol. *molestiam* Mon., sed ad finem huius vocis sec. manus adscripsit *que*. Pro ἢ ὄχλησιν interpres manifesto habuit καὶ ὄχλησιν.
sustin.] *substin.* I.

sportulas vero] Sic Berol., sed sec. manus ex voce *sportulas* fecit *sportularum*. I. *sportalarum*. Mon. *sportalarum vero*, sed ultimae voci puncta inferius subiecta sunt; supra lineam quidem sec. manus scripsit *nomine*. Vulgo *vero nec sportulas*, quod et in Vind. est. Gr. σπόρτουλα δέ.
si] Sic Mon. Berol. I. *set* Vind. Gr. εἰ.
talibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *suis* Vulgo. Interpres videtur habuisse ὑπὲρ τῶν τοιούτων.
admoveatur] Sic Vind. Berol. Port., deest in Mon. *admoneatur* Trid. I. *admoneat* Hamb.
exactor] Sic Vind. Mon. Berol. *exactor aut curator* Hamb. *curator aut exactor* I. *exactio* Trid. Port. *exigatur* Vulgo. Pro ἀπαιτείσθω interpres videtur habuisse ἀπαιτητής.
ecclesiam] Sic Vind. Berol. *ecclesias* Mon. Gr. κατὰ τῆς ἐκκλησίας.
oeconomis] *yconomis* Vind. Mon. I. *economis* Berol., sed ex littera *e* sec. manus fecit *y*.
aliis] Sic Vind. Mon. Berol. *illis* Vulgo I. Pro ἐκείνων interpres potest habuisse ἄλλων vel ἑτέρων.
ea causa] Sic Vind. Mon. Trid. Hamb. I. *eam causam* Berol. Port. Vulgo. Gr. ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ.
vero] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed supra lineam sec. manus scripsit *vero*. Gr. ὁ δέ.
haec] *hoc* I.
exigere] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed post vocem *sportulas* signum adscriptum est, quo quidem ad marginem significatur *exigere*. Gr. εἰσπρᾶξαι σπόρτουλα.
praesumserit] Sic Mon. Berol. *praesumserint* Vind. I. Gr. ὁ τολμῶν.
quod] Sic Vind. Berol. *que* Mon., sed sec. manus scripsit *quod*. Gr. ὅπερ ἔλαβε.
accepit] Sic Mon. Berol. *accipit* Vind. *acceperint* I.
reddere] Sic Mon. Berol. *crede* Vind., sed ultimae litterae *e* circumflexus superius impositus est, sed sec. manus supra litteram *d* aliam litteram *d* superius posuit. Gr. ἀποδοῦναι.

dere compellatur, et si quidem militant cingulum perdant; si vero clericus fuerit, a clero removeatur.

CAP. XXIX. Presbyteris autem et diaconibus et subdiaconibus et omnibus aliis in clero conscriptis non habentibus uxorem secundum sacros canones interdicimus etiam nos secundum sanctarum regularum virtutem mulierem aliquam in propria domo superinductam habere, tamen citra matrem aut sororem aut filiam et alias personas, quae omnem suspicionem effugiunt. Si quis autem absque hac observatione mulierem in sua domo habet, quae potest ei suspicionem inferre, et semel et secundo a suo episcopo aut a suis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, eiicere eam de sua domo noluerit, aut accusatore apparente probetur inhoneste cum muliere conversari, tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones clero eum amoveat curiae civitatis, cuius clericus erat, tradendo. Episcopum vero nullam penitus

compellatur] Sic Mon. Berol. *compellantur* Vind. I. Gr. συνωθείσθω.
militant] Sic Vind. Mon. I. *militat* Berol. Vulgo.
perdant] Sic Vind. Mon. I. *perdat* Berol. Vulgo.
NOV. CXXXIV. CAP. XXIX. diaconibus] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *diaconis* Vulgo.
et] Sic Vind. Berol. *e* Mon. Gr. καί.
subdiaconibus] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. I. *subdiaconis* Vulgo.
et omnibus] Sic Vind. Berol. *omnibus* Mon., in quo quidem vox *et* a sec. manu lineae inscripta est. Gr. καὶ πᾶσι. Quod Vulgo subiicitur *et aliis*, in Vind. Mon. Berol. non est, ideoque a me quidem omissum est.
aliis] deest in I.
uxorem] Sic Vind. Berol. *uxores* Mon. Vulgo. Pro γαμετὰς interpres videtur habuisse γαμετήν.
sacros] Sic Mon. Berol. *sacs* Vind., sed ultimis litteris *cs* circumflexus superius impositus est. Gr. τοὺς θείους κανόνας.
sanctarum] Sic Vind. Berol. I. *sacrarum* Mon. Gr. τῶν ἁγίων.
mulierem] Sic Berol. *mulierum* Vind. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *mulierem*. Gr. γυναῖκά τινα.
propria] Sic Vind. Berol. *propriam* Mon. I.
domo] Sic Vind. Berol. *domum* Mon. I. Gr. ἐν τῷ ἰδίῳ.
superinductam] Sic Vind. Mon. *superinductum* Berol., sed sec. manus correxit, ut in contextu est.
tamen] Sic Vind. Mon. *tn* Berol., lineola quidem superius imposita, sed toti voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. μέντοι γε.
matrem] Sic Vind. Mon. *in matrem* Berol., sed litteris *in* puncta inferius subiecta sunt.
suspicionem] Hoc verbum et quae sequuntur usque ad *cum muliere* in Berol. omnia a sec. manu scripta sunt.
effugiunt] Sic Mon. Berol. *efugiunt* Mon.
si quis] Sic Mon. Berol. *si quis observatio est si quis* Vind.
autem] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. εἴ τις δέ.
absque] In Vind. subiicitur *autem*, quod quidem in Mon. Berol. non est.
habet] *habeat* I.
quae] Sic Vind. Mon. *que* Berol.
ne] Sic Mon. Berol. *nei* Vind., sed litteris *ei* puncta inferius subiecta sunt.
eiicere] Sic Vind. Mon. *eicere* I. *eice* Berol., sed supra litteram *i* circumflexus superius inscriptus est.
sua] Sic Vind. Berol. *suo* Mon., sed sec. manus scripsit *sua*.
accusatore] Sic Berol. Mon., in quo ultimae duo litterae *re* punctis subiectis notatae sunt. Vind. *accusatuoe*, sed lineola superius imposita est. Gr. κατηγόρου.
apparente] Sic Vind. Berol. *aut apparente* Mon., sed priori voci *aut* puncta inferius subiecta sunt. Caeterum vox *aut* in Graecis non habet, quo firmetur.
probetur] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. Hamb. *approbetur* Port. I. Vulgo.
muliere] In Berol. posthac et scriptum est *liere*, quibus quidem syllabis a sec. manu puncta inferius subiecta sunt.
episcopus] Sic Vind. Mon. *eps ep* Berol., sed priori syllabae lineola superius imposita, litterisque ultimis *ep* puncta inferius subiecta sunt.
clero] Sic Vind. Mon. Berol. *de clero* Vulgo I.
amoveat] Sic Vind. *ammoveat* I. *admoveat* Mon. Berol., sed litterae *d* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἐκβαλλέτω.
tradendo] Sic Vind. Berol. *trahendo*

mulierem habere aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur hoc nequaquam custodiens, episcopatu proiiciatur; ipse enim se indignum ostendit sacerdotio.

CAP. XXX. Diaconissam vero nullo modo cum viro, ex quo potest inhonestae vitae emergere suspicio, habitare permittimus. Si vero haec non observet sacerdos, sub quo subiacet, admoneat eam, ut omnibus modis talem virum eiiciat sua domo. Si vero haec distulerit agere, ecclesiastico ministerio et propriis emolumentis alienata, monasterio tradatur, et ibi omni suae vitae tempore degat. Rebus eius, si quidem filios habeat, inter se et illos secundum numerum personarum dividendis, ut competentem ipsi mulieri partem monasterium accipiens eam alat. Si autem non habuerit filios, omnis eius substantia inter monasterium, ubi immittitur, et ecclesiam, in qua prius erat constituta, ex aequa portione dividatur.

CAP. XXXI. Si quis, quum sacra mysteria aut alia sacra mini-

Mon., sed sec. manus correxit, ut in contextu est. Gr. παραδοθησόμενον.

episcopum] Sic Vind. Mon. *ep* Berol., sed lineola superius imposita, cui deinde a sec. manu adscriptum est *m*.

probetur] *hoc probetur* Berol.

hoc nequaquam] Sic Vind. Mon. I. *nequaquam hoc* Vulgo. Vocem *hoc* omittit Berol. Gr. τοῦτο μηδαμῶς.

episcopatu] Sic Mon. Berol. *episcopatum* Mon. Gr. ἐπισκοπῆς.

proiiciatur] Sic Vind. Mon. *proiciatur* Berol. I.

ipse] Sic Mon. Berol. I. *ipsi* Vind., sed sec. manus scripsit *ipse*. Gr. αὐτός.

indignum ostendit] Sic Vind. Mon. Berol. *ostendit indignum* Vulgo. *indignum sacerdotio ostendit* I. Gr. ἀνάξιον δείκνυσι.

sacerdotio] Sic Mon. Berol. *se sacerdotio* Vind., sed priori voci *se* puncta inferius subiecta sunt. Deest in I.

NOV. CXXXIV. CAP. XXX. diaconissam] Sic Vind. Mon. *diaconissa* Berol., sed supra ultimam litteram *a* sec. manus lineolam posuit.

nullo] Sic Vind. Berol. *ullo* Mon. Gr. οὐδενί.

potest] Sic Vind. Mon. *p* Berol., sed superius littera *t* imposita eique deinde lineola iniecta est.

inhonestae] Sic Vind. *honestate* Mon. Berol., in quo supra syllabam *hon* scriptum est *in*. Gr. ἀσέμνου.

suspicio] Sic Vind. Mon. *suscipicio* Berol., sed litteris *ci* puncta inferius subiecta sunt. I. *suspitio*. Gr. ὑποψία.

haec] Sic Mon. Berol. *hoc* Vind. I. Gr. ταῦτα.

sua] Quod Vulgo antea est *e*, in Vind. Mon. Berol. non est; pro eo I. habet *a*.

agere] Haec vox et quae sequuntur usque ad *mulieri par*, in Berol. a sec. manu scripta sunt.

ministerio] Sic Vind. *monasterio* Berol. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit, ut in contextu. Gr. ὑπηρεσίας.

suae vitae] Sic Berol. Mon. *vitae sue* Vind. Gr. τῆς ἰδίας ζωῆς.

habeat] Sic Vind. Mon. *habet* Berol. I. Gr. ἔχοι.

se et] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu haec lineae imposita sunt. Gr. αὐτῆς κἀκείνων.

alat] *agat* Vind. Berol. I. *agat et regat* Mon. Hamb. *alat i. e. regat* Porta in glossa marginali. *alat et tegat* Vulgo. Gr. διατρέφοι.

inter mon.] Sic Berol. Mon., in quo syllaba *ter* a sec. manu scripta est. Vind. *in mo.* Gr. μεταξὺ τοῦ μοναστηρίου.

ubi] Sic Mon. Berol., deest in Vind. Gr. ὅπου.

immittitur] Sic Vind. *mittitur* Berol. Mon. Gr. ἐμβάλλεται.

ecclesiam] Sic Mon. Berol. *ecclesia* Vind.

constituta] Sic Vind. Mon. *statuta* Berol. I.

ex aequa] Sic Mon. Hamb. Trid. *ex eq* Berol. Vind., sed litterae *q* circumflexus superius impositus est. Vulgo I. *aequa*. Gr. ἐξ ἴσης.

dividatur] Sic Vind. Mon. *dividtur* Berol., sed per litteram *d* circumflexus superius traiectus est.

NOV. CXXXIV. CAP XXXI. quis] *quis autem* I.

mysteria] *misteria* Vind. Mon. Berol. *ministeria* in I.

aut] Sic Vind. Mon. Berol. *vel* Vulgo. Caeterum voces *vel alia sacra mysteria* desunt in I.

ministeria] *mista* Vind. Mon., sed circumflexus superius impositus est.

steria celebrantur, in sanctam ecclesiam ingrediens episcopo aut clericis aut aliis ministris ecclesiae iniuriae aliquid inferat, iubemus hunc verbera sustinere et in exsilium mitti. Si vero et haec sacra mysteria conturbaverit aut celebrari prohibuerit, capitaliter puniatur. Hoc ipso et in litaniis, in quibus episcopi aut clerici reperiuntur, custodiendo et, si quidem iniuriam solum fecerit, verberibus exsilioque tradatur; si vero etiam litaniam concusserit, capitale periculum sustinebit. Et vindicare iubemus non solum civiles, sed etiam militares iudices.

CAP. XXXII. Omnibus autem laicis interdicimus litanias facere sine sanctissimis episcopis et, qui sub eis sunt, reverendissimis clericis (qualiter enim est litania, in qua sacerdotes non inveniuntur, et solennes

celebrantur] Sic Vind. *celebntur* Berol.. sed litterae *n* circumflexus superius impositus est. Mon. *celebretur.*
ingrediens ecclesiam] Sic Vind. I. *ecclesiam ingrediens* Berol. *ecclesiam egrediens* Mon. Gr. εἰσελθὼν ἐκκλησίᾳ.
episcopo] *episcopis* I.
clericis] *aliis clericis* I.
aliis ministris] Sic I. *aliis ministeriis* Mon. *ministris aliis* Berol. *ministiis aliis* Vind., sed prior syllabae *iis* circumflexus superius impositus est. Gr. ἢ τοῖς ἄλλοις ὑπηρέταις.
iniuriae] Sic Berol. Mon., in quo sec. manus scripsit *iniuriam.* Vind. Vulgo I. *iniuriam.* Gr. ὕβρεώς τι.
aliquid] Sic Mon. *aliquam* Vind. Berol. Vulgo I. Gr. ὕβρεώς τι.
verbera] Sic Vind. Berol. *uba* Mon., sed utrique vocali sec. manus circumflexos superius imposuit.
et] Sic Vind. *aut* Mon. I. *au etiam* Berol., sed priori syllabae *au* lineola superius imposita est, qua re significatur *aut.* Gr. καί.
haec] Sic Vind. Mon. Port. *hic* Berol. Hamb. Trid. I. *ipsa* Vulgo. Pro αὐτὰ interpres videtur habuisse ταῦτα.
mysteria] Sic Vind. Mon. *ministeria* Hamb. Trid. Port. I. *mistia* Berol., sed litteris *i* circumflexi superius impositi sunt. Quod Vulgo subiicitur *et sacra ministeria*, in dictis codd. et I. non est, ideoque omittendum esse visum est.
celebrari] Sic Vind. Berol. *celebrare* Mon. Gr. ἐπιτελεῖσθαι.
prohibuerit] Sic Vind. Mon. *proibuerit* Berol.
capitaliter] Sic Vind. Berol. Mon., in quo supra litteram *a* sec. manu scripsit *ae*, syllabae *ter* autem puncta inferius subiecta sunt. Gr. κεφαλικῶς.
puniatur] Sic Vind. Mon. Berol., sed in Mon. sec. manus correxit *puniantur.*
ipso] Sic Vind. Berol. *ipsum* Mon. Gr. ταὐτοῦ τούτου.
et] *etiam* I.
litaniis] *letaniis* Vind. Mon. Berol. I.
reperiantur] Sic Vind. Mon. Berol. *reperiuntur* I. Vulgo. Interpres videtur habuisse εὑρίσκωνται.
et si] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ut si* Vulgo. Interpres pro ἵνα videtur habuisse καί.
fecerit] Quod Vulgo postea est *is*, in Vind. Mon. I. deest, pro quo in Berol. est *et.*
etiam] Sic Vind. Berol., deest in Mon. I. Gr. καί.
litaniam] Sic Mon. *letaniam* Berol. Vind. I.
sustinebit] Sic Mon. Berol. Vind. I. *sustineat* Vulgo. Pro ὑπομένῃ interpres videtur habuisse ὑπομενεῖ.
et] Quod Vulgo subiicitur *haec*, in Vind. Mon. Berol. I. plane non est.
vindicare] Sic Vind. Berol. *vendicare* Mon., sed sec. manus scripsit *vindicare.*
sed etiam] Sic Vind. Mon. *sed et* Berol.

NOV. CXXXIV. CAP. XXXII. litanias] Sic Vind. Mon. *letanias* Berol. I.
sanctissimis] Sic Vind. Berol. I. *sanctis* Mon. Gr. τῶν ὁσιωτάτων. Quod Vulgo subiicitur *locorum*, in Vind. Mon. Berol. non est.
et qui] *qui* I.
reverendissimis] Sic Vind. Mon. *reverentissimis* Berol.
qualiter] Sic Vind. Hamb. Trid. I. *qualr* Mon. Berol., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus est. Caeterum in Mon. ad finem huius voci littera *s* adscripta est. Vulgo *qualis.*
litania] Sic Vind. Mon. *letania* Berol. I.
in qua] Sic Mon. Berol. *ubi* Vind. Gr. ἐν ᾗ.
non] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu in linea adscriptum est. Gr. οὐχ.
et] Sic Mon. Vind., in quo quidem sec. manus supra lineam adscripsit *qui.* Berol. *qui.* Gr. καί.
solennes] *sollempnes* Vind. Mon. Berol. *solempnes* I.

faciunt orationes?) sed et quos sacerdotes honorandas cruces, cum quibus et in litaniis ingrediuntur, non alibi nisi in venerabilibus locis reponi, et si quando opus vocaverit ad litanias celebrandas, tunc solum ipsas sanctas cruces accipere eos, qui consuete eas portare solent, et cum episcopo et clericis litanias celebrari; haec custodientibus sanctissimis locorum episcopis aut etiam eorum clericis et per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo praesente nostras leges virtute aut transscenderit aut non vindicaverit, praedictas poenas patietur.

CAP. XXXIII. (XXXIV.) Iubemus igitur abbatem aut archiman-

faciunt orationes] Sic Mon. *orationes* Vind., sed sec. manus supra lineam scripsit *faciunt*. Berol. *orationes*, sed ad marginem sec. manus scripsit *faciunt*, sed litteris *or* adiectis. Vulgo *orationes faciunt*, I. *faciunt orationes*. Gr. ποιοῦσιν εὐχάς.

et quos] Sic Vind. Hamb. Trid. *etiam quae* Mon. Berol., in quo supra lineam adscriptum est *si*. Verum ad *etiam* signum quoddam adscriptum est, quo ad marginem notatur *al. quos*. I. *sed etiam*. Manifesto interpres pro verbis καὶ τοὺς scripsit καὶ οὓς.

sacerdotes] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I., deest Vulgo, nec sane in Graecis habet, quo firmetur. Videtur autem vox ἱερεῖς, quae superius legitur, male huc quidem fuisse translata in exemplari, quod veteri interpreti ob oculos fuit.

honorand.] *quas honorand.* I.

in litaniis] Sic Vind. Mon. *et litaniis* Berol. Hamb. Trid. *et in letaniis* I. Interpres videtur in Graecis habuisse καὶ ἐν ταῖς λιταῖς.

nisi in] Sic Vind. Berol. *nisi* Mon. Gr. πλὴν εἰ μὴ ἐν.

et si] Sic Vind. Berol. Mon., sed priori litterae *et* puncta inferius subiecta sunt. Gr. καὶ εἴποτε.

quando] Sic Vind. Berol. *qn* Mon., sed lineola superius imposita est.

sanctas] Sic Mon. Berol. *sacs* Vind., sed litteris *cs* circumflexus superius impositus est.

consuete] Sic Vind. Berol. *uere* Mon., sed sec. manus scripsit *consuete*. I. *consuevere*.

eas] Sic Vind. Berol. *eos* Mon., sed sec. manus scripsit *eas*.

portare] Sic Mon. Berol. *perfare* Vind. Gr. βαστάζειν, Quod Vulgo subiicitur *solent*, deest in I.

et cum episc. — clericis] Sic Vind. Berol. *et cum clericis et episcopos* Mon., sed supra ultimam litteram *o* sec. manus scripsit litteram *i*. Gr. μετὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν.

celebrari] Sic Vind. Berol. Hamb. Trid. *celebrare* Mon. Port. Gr. ἐπιτελεῖσθαι.

haec] Sic Vind. Berol. *hoc* Mon. I. Gr. ταῦτα.

sanctissimis] Sic Vind. Mon. *sanctis* Berol. Gr. τῶν ὁσιωτάτων.

praesente] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem sec. manus scripsit *praesenti*. Vulgo I. *praesentis*. Pro verbis τὴν τοῦ παρόντος interpres videtur legisse τῷ παρόντι.

nostras leges] Sic Vind. Mon. Berol., in quo sec. manus scripsit *nostre legis*. I. *nostre legis*. An interpres legit τοῦ ἡμῶν νόμου?

virtute] Sic Vind. Mon. Berol., in quo quidem sec. manus scripsit *uiute*, sed punctis litteris *te* subiectis. — I. *virtute*.

transscenderit] Sic Vind., in quo ultimae duo syllabae a sec. manu scriptae sunt. Mon. Berol. *transscendere*, sed in Berol. sec. manus correxit *transscenderit*. I. *transscenderet*. Gr. ἢ παραβῇ.

praedictas — patietur] Sic I., desunt in Vind. Mon. Berol., in quo quidem a sec. manu ad marginem adscripta sunt. In Vind. sec. manus ad marginem adnotavit: *praedictis poenis subiacebit*. Quod Vulgo subiicitur: *monasteriorum et reverendissimorum monachorum dispositione*, aut in I.: *monasteriorum et reverendissimorum monachorum dispositionem facere volentes*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. est, in quibus quidem scriptum est *dispositionem*. Atque horum, quae sequuntur, quasi titulum esse, tam argumentum sequentis capitis manifesto demonstrat, ut et Os. voluit, quae coniectura et Graecis firmatur, quae totam hanc particulam non habent. Caeterum haud dubie huius rei originem Berol. significat, qui ab initio habet *de monasteriorum* et rel.

NOV. CXXXIV. CAP. XXXIII. (XXXIV.) iubemus] Quod Vulgo antea legitur capitis XXXIII. nomine insignitum: *reliquum nobis est et de venerabilibus monasteriis et reverendissimis monachis formam dare*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. Port. deest,

dritam in unoquoque monasterio ordinari non omnino secundum gradum monachorum, sed omnes monachi melioris opinionis exsistentes eligantur propositis sanctis evangeliis, dicentes, quia neque propter amicitiam aut aliam quamlibet gratiam, sed scientes, eum et fide rectum et vita castum et gubernatione dignum, et qui possit monachorum disciplinam et omnem monasterii statum utiliter custodire, eum elegerunt, et sanctissimum autem episcopum, sub quo monasterium constitutum est, eum, qui ita electus est, omnibus modis abbatem ordinare. Haec autem omnia, quae a nobis disposita sunt propter ordinationem abbatum, valere praecipimus et in venerabilibus feminarum monasteriis et asceteriis.

CAP. XXXIV. (XXXV.) Si quis autem ad monachicam vitam venire voluerit, iubemus si quidem notus est, quia nullae fortunae subiacet, abbas monasterii si perspexerit, schema ei praebet. Si vero non

et a Contio, ut et Os. suspicabatur, secundum Graecorum tenorem suppletum, ideoque omittendum fuit.

non omnino] Sic Mon., deest in Vind., sed a sec. manu adscriptum est. In Berol. scriptum est *n. io*, sed lineola superius imposita est, quamquam sec. manus litterae *i* litteram *e* superius imposuit. Gr. μὴ πάντως.

gradum monachorum] *monachorum dispositionem* I.

opinionis] Sic Vind. Berol. *oppinionis* Mon.

exsistentes] Sic Mon. *existentes* Berol. *existentis* Vulgo. Gr. ὄντες. Quod Vulgo subiicitur *eum*, in Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. non est, ideoque omittendum fuit.

eligantur] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. *eligatur* Berol. Interpres Graecum ἐπιλέξονται passive accepisse videtur.

propositis] Sic Mon. Berol. *praepositi* Vind. Gr. προκειμένων.

sanctis] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sacrosanctis* Vulgo.

propter] Sic Vind. Berol. *per* Mon. I.

amicitiam] Sic Mon. *amititiam* Vind. *amicitias* Berol. Gr. διὰ φιλίαν.

aliam quamlibet] *quamlibet aliam* I.

gratiam] Sic Berol. Hamb. Trid. *causam* Port. *gram* Mon., sed lineola superius imposita est. Vind. *gra*, sed circumflexus superius impositus est. Gr. χάριν.

eum] *ium* I.

et fide] *fide* I.

elegerunt] *elegerint* I.

sanctissimum] Sic Vind. Mon. *sanctum* Berol. Gr. τοῦ ὁσιωτάτου. Quod Vulgo antea est *et*, deest in I.

autem] Sic Vind. Mon. Berol., deest Vulgo et in I.

constitutum est] Sic Mon. Berol. In Vind. a sec. manu scriptum est. Gr. τέτακται.

omnibus modis] Sic Vind. Mon. *modis omnibus* Berol. I. Gr. πᾶσι τρόποις.

autem] *ut* I.

propter] Sic Hamb. *pro* Port. I. Mon., in quo sec. manus scripsit *pt*, duobus circumflexis impositis, qua re significatur *praeter*. In Berol. Vind. est *pp*, quibus litteris inferius quidem lineola traiecta est, qua re significatur *propter*. Gr. διὰ τήν.

ordinationem] Sic Vind. Mon. Hamb. *ordination* Berol., sed ultimae syllabae lineola superius imposita est. Vulgo Trid. Port. I. *ordinatione*. Gr. τὴν προβολήν.

abbatum] *abatum* Vind.

et in] *in* I.

asceteriis] *archiatris* Vind. Mon. *architis* Berol., sed litterae *t* littera *i* iam a prima manu imposita est. In Hamb. Trid. Port. est: *archimandritis et assisteriis et archiatris*. I. *archimandritis et archiatris et assisteriis*. Facilis correctio ex Graeco ἀσκητηρίοις.

NOV. CXXXIV. CAP. XXXIV. (XXXV.) monachicam] Sic Vind. Berol. I. *monasticam* Mon. Gr. μοναχικὸν βίον.

quia] Sic Vind. Berol. *quod* Mon.

nullae] *nulle* Vind. Mon. Berol., in quo quidem sec. manus scripsit *nulli*. Vulgo I. *nulli*.

subiacet] Sic Vind. Berol. *subiaceat* Mon. Gr. ὑπόκειται.

schema] Sic Mon. *scema* Vind. Berol. I.

praebet] Sic Vind. Mon. Berol. *praebeat* Vulgo. *prebeat* I. Pro παράσχοι interpres videtur in Graecis habuisse παρέχει.

cognoscitur, aut cuilibet fortunae subiacet, intra tres annos non accipere eum schema monachicum, ut intra memoratum tempus experiatur huius conversionem monasterii praesul. Et si intra triennium emerserit aliquis, dicens aut servum aut colonum aut adscripticium suum hunc esse, aut et tanquam fugientem agriculturam, aut quasi aliquid rapientem aut propter aliquam culpam in monasterium eum ingressum, proprio domino hunc restitui cum rebus, quas probatur in monasterium introduxisse, iusiurandum primum, quia nihil patietur a suo domino, percipientem. Si intra triennium autem nullus quaesierit aliquam

aut cuilibet] Sic Vind. Mon. I. *aut civilibet* Berol., sed ultimae litterae *et* a sec. manu scriptae sunt. Vulgo vox *aut* omissum est. Interpres videtur in Graecis habuisse ἢ οἱαδήποτε.

subiacet] Sic Vind. Mon. Berol. I. *subiaceat* Mon. Gr. ὑπόκεινται.

intra] Sic Vind. Berol. *et intra* Mon., sed sec. manus litteris *et* puncta supposuit supraque lineam adscripsit *pt*. Gr. ἐντός.

monachicum] Sic Vind. Berol. I. *monasticum* Mon. Gr. μοναχικόν.

ut intra] Sic Vind. Mon. Port. *et intra* I. Berol. Hamb. Trid. An fortasse voluit *sed intra*, cum in Graecis sit: ἀλλ' εἴσω.

experiatur] Sic Vind. Berol. *excipiatur* Mon., sed litteris *cip* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἀποπειράσθω.

huius] Sic Vind. *hominis huius* Berol. Mon., in quo quidem voci *hominis* puncta inferius subiecta sunt. Vulgo I. *huius hominis*. Gr. τούτου.

conversionem] Sic Berol. *conversationem* Vind. I. *conversatione* Mon. Gr. ἀναστροφῆς.

emerserit aliquis] Sic Vind. Berol. I. *emiserit aliquis* Mon., sed sec. manus scripsit *emerserit*. Vulgo *aliquis emerserit*. Gr. ἀναφυῇ τις.

dicens] Sic Vind. Berol. *dicens se* Mon., quod quidem Graecis non firmatur.

aut colonum] Sic Mon. Berol. Haec quidem in Vind. bis leguntur, sed ultimo loco a sec. manu deleta.

adscripticium] *hunc inscripticium* Berol. *inscripticium* Vind., in quo supra litteras *in* a sec. manu littera *a* imposita est. Mon. *ascripticium*, I. *adscripticium*. Gr. ἐναπόγραφον.

suum] Sic Vind. Berol. *sui* Mon., sed lineola superius imposita est; litterae *i* autem punctum inferius subiectum, cui litterae deinde sec. manus litteram *u* imposuit. Gr. ἴδιον.

hunc] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. τοῦτον.

esse] Sic Vind. Berol. In Mon. antea est *au*, sed ultimae litterae *u* punctum superius impositum, toti autem voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. εἶναι.

aut et] Sic Berol., sed supra vocem *et* a sec. manu lineola superius imposita est. Vind. Mon. *et*, sed in Mon. a sec. manu litterae *aut* superius impositae sunt. Vulgo I. *aut etiam*. Gr. ἢ καί.

fugientem] Sic Vind. Mon. *fugiente* Berol., sed iam prima manus ad litteram ultimam *e* duo circumflexos superius imposuit. Gr. φεύγοντα.

eum ingressum] *ingressum eum* I.

proprio] Quod Vulgo antea est *et hoc probetur*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque a me quidem omissum est. Itaque interpres verba illa καὶ ταῦτα ἀποδειχθείη non videtur in Graecis habuisse.

hunc] Sic Vind. Mon. *eum* Berol. Gr. τοῦτον.

iusiurandum] Sic Vind. Mon. Hamb. Trid. I. *iurando* Port. Vulgo. Gr. λόγον.

primum] Sic Mon. Berol., qui non habent, quod in Vind. subiicitur *quidem*, quae vox nec Graecis firmatur, nec Vulgo est.

patietur] Sic Vind. Mon. *pacietur* I. *patiatur* Berol. Gr. ὑπομενεῖ.

domino] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. δεσπότου.

percipientem] Sic Berol., in quo ultimae litterae *e* circumflexus impositus est, quem sec. manus delevit. Mon. *pertine*, sed ultimae litterae *e* circumflexus impositus, syllabisque *tine* puncta inferius subiecta sunt. Vind. I. *percipientem*, sed supra litteram *e* ultimam sec. manus litteram *s* superius imposuit. Vulgo *percipiente*. Gr. λαμβάνοντα.

intra tri. autem] Sic Vind. Berol. Mon. *autem intra tri.* Mon. Vulgo I. Interpres in Graecis videtur habuisse εἰ ἐντὸς τριετίας δέ.

quaesierit] Sic Vind. Mon., deest in Berol. *convenerit* I. *convenerit aut inquietaverit aut contra* Vulgo. Gr. ἐναγάγῃ τινί.

aliquam] Sic Mon. Berol. *aliquem* Vind. I.

memoratarum personarum, abbas monasterii post transcursionem triennalis temporis, si talem virum dignum iudicaverit, tunc det ei schema, et nullus ei postea sit molestus pro fortuna, donec tamen in monasterio deget; res autem, quas in monasterium introduxisse videtur, illaesae domino reddantur. Si quis autem memoratarum personarum reliquerit monasterium, et ad saecularem veniat vitam, aut in civitatibus aut in agris circumiens propriae fortunae tradatur.

CAP. XXXV. (XXXVI.) In omnibus autem monasteriis, quae coenobia dicuntur, iubemus secundum monachicos canones **** in uno habitaculo omnes separatim dormire, ut mutuum alterutris testimonium castae conversationis praebeatur, nisi quidam tamen ex eis aut propter longaevam in monasterio conversationem quiete volentes vivere, et senectutis atque corporeae infirmitatis causa in remotis cellulis intra mo-

personarum] Quod Vulgo subiicitur *quaestionem fecerit*, in Vind. Mon. Berol. non est, ideoque a me quidem omissum est. I. *pers. aut quaestionem fecerit.*

transcursionem] Sic Vind. *transitionem* Mon., sed sec. manus scripsit *transcursionem*. Berol. *transgressionem*. Gr. παραδρομήν.

triennalis] Sic Mon. Berol. Vind., in quo quidem adhuc semel idem scriptum est, deletum illud quidem a sec. manu. Gr. τοῦ τριετοῦς χρόνου.

si talem] Sic Mon. Berol. *fatalem* Vind., sed sec. manus scripsit *ut talem*. Gr. εἰ τὸν τοιοῦτον.

ei postea sit] Sic Mon. Berol. I. *postea ei sit* Vind. *sit ei postea* Vulgo. Gr. αὐτῷ μετὰ ταῦτα.

pro fortuna] Sic Vind. Berol. *propter fortunam* Mon. I., in quo quidem sec. manus scripsit *pro*. Gr. ὑπὲρ τύχης.

tamen] Sic Vind. Berol., deest in I. *tm* Mon., sed lineola superius imposita est. Gr. μέντοι γε.

in monast. deget] Sic Vind. Mon. *deget in monasterio* Berol. I. Gr. ἐν τῷ μοναστηρίῳ διάγει.

quas] Sic Vind. Berol. I. *quae* Mon., sed sec. manus scripsit *quas*.

in monasterium] Sic Vind. *int' monasterium* Berol. *in monasterio* Mon., sed sec. manus scripsit *intra monasterium*. I. *in monasterio*. Gr. εἰς τὸ μοναστήριον.

illaesae] Sic Vind. Mon. *illese* Berol. I.

memoratorum] *memorararum* I.

reliquerit] Sic Mon. Berol. *reliquaerit* Vind.

veniat] Sic Vind. Mon. Berol. *venerit* Vulgo. Pro *veniat vitam* I. habet *vitam venerit*.

civitatibus] *civitate* I.

circumiens] Sic Mon. *circuiens* Vind. I. *circumveniens* Berol. Gr. περιέρχεται.

tradatur] Sic Vind. Mon. Berol. I. *reddatur* Vulgo. Gr. παραδιδόσθω.

NOV. CXXXIV. CAP. XXXV. (XXXVI.)

coenobia] Sic Vind. Mon. *cenobia* Berol. I.

monachicos canones] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *canones monachos* Port. *canones monach.* Vulgo. Gr. κατὰ τοὺς μοναχικοὺς κανόνας. Vulgo his haec subiiciuntur: *in una domo omnes habitare et communiter ali et simili modo*, quae in Vind. Mon. Berol. I. plane non sunt. Ego quidem lacunae signa ponenda curavi, quia manifesto interpres haec: ἐν ἑνὶ οἴκῳ — τὸν ὅμοιον τρόπον in Graecis non habuit, fortasse propter repetitum inferius ἑνί.

alterutris] Sic Vind. Mon. *alterius* Berol. Gr. ἀλλήλοις.

castae] Sic Vind. Mon. *caste* Berol. Gr. τῆς σώφρονος.

praebeatur] Sic Vind. Mon. Berol. *praebeant ipsi* Hamb. I. *praebeant* Vulgo.

nisi] Sic Vind. Berol. *tpi n* Mon., sed ultimae litterae *u* littera *i* superius imposita est; litteris autem *tpi* puncta inferius subiecta. Gr. πλὴν εἰ μή.

tamen] Sic Vind. Berol. *tantum* Mon., sed sec. manus scripsit *tamen*.

propter] Sic Mon. Berol. *per* Vind. Gr. ἢ διὰ τήν.

quiete] Sic Vind. Mon. *et quiete* Berol. Gr. ἡσύχως.

volentes] Sic Vind. Mon. *volente* Berol., sed ad finem huius vocis littera *s* adscripta est. Gr. βουλόμενοι.

et senectutis] Sic Vind. Mon. I. *et senenectus* Mon., sed ultimae litterae *s* punctum inferius subiectum, supraque lineam adscriptum est *tis*. Vulgo *aut senectutis*. Pro ἢ γήρως interpres manifesto in Graecis habuit καὶ γήρως.

corporeae] Sic Berol. *corporis* Vind. Mon., quod et Vulgo et in I. est. Gr. σωματικῆς.

infirmitatis] Sic Vind. Berol. *infir-*

nasterium constitutis degant; hoc autem cum conscientia et voluntate abbatis fieri. Haec omnia et in monasteriis et asceteriis feminarum servantibus. In nullo loco nostrae reipublicae ***** esse monasteria permittimus aliter. Ubi autem monasterium invenitur, omnibus modis iubemus viros a feminis separari, et feminas quidem in quo sunt monasterio remanere, viros autem aliud monasterium sibimet facere. Si vero plura sunt monasteria, ut non necesse sit nova monasteria aedificare, locorum sanctissimus episcopus monachos cum monachis, et feminas cum feminis separare et in aliis et aliis monasteriis congregare procuret; quaecunque vero habent communia, inter eos secundum competens eis ius dividere. Feminis autem quemcunque ipsae elegerint sive presbyterum sive diaconum ad faciendum eis responsum, aut san-

mitas Mon.. sed sec. manus scripsit *infirmitatis*. Gr. ἀσθενείας.

degant] Sic Vind. Berol. *degt* Mon., sed lineola superius imposita, qua re significatur *degunt*. Gr. διαιτῶνται.

hoc autem] Sic Vind. *et hoc* Mon. Port. I. *et hoc autem* Berol. Hamb. Trid. Gr. τοῦτο δέ.

et vol.] Sic Vind. Mon. *aut vol.* Berol. Pro *consc. et vol.* I. habet *vol. et consc.* Gr. καὶ γνώμης.

abbatis] Sic Vind. Berol. *abbe* Mon., sed sec. manus correxit *abbatis*.

et in] Sic Vind. Mon. *in* Berol. I. Gr. καὶ περὶ τὰ μον.

asceteriis] *assisteriis* Mon. I. *ascitiis* Berol., sed litterae c punctum inferius subiectum supraque lineam impositum est *h*, sed a sec. manu. Deest in Vind., sed a secunda manu ad marginem adscriptum. Gr. καὶ ἀσκητήρια.

servantibus] Sic Vind. Mon. Berol. I. *serventur* Vulgo. Interpres vim vocum φυλαττομένων ἐν non videtur percepisse.

nullo] Quod Vulgo postea est *autem*, in Vind. Mon. I. non est, ideoque a me quidem omissum est.

reipublicae] *rei pu* I. Quae Vulgo postea sunt: *in uno monasterio monachos et monastrias habitare vel dicta duplicia*, in Vind. Mon. Berol. I. desiderantur. Ego lacunae signa posui. Etenim interpres manifesto verba: ἐν ἑνὶ τὰ λεγόμενα διπλᾶ in Graecis non habuit fortasse, quia sequitur εἶναι.

aliter] Sic Vind. Mon. Berol. I., deest Vulgo. Gr. συγχωροῦμεν ἄλλως.

autem] Quod Vulgo postea est *tale*, in Vind. Mon. Berol. I. non est; interpres vocem τοιοῦτο non videtur in Graecis habuisse.

invenitur] *inveniatur* I.

ut] Sic Berol. Deest in Hamb. I. *aut* Mon., sed litterae *a* punctum inferius subiectum est. Gr. ἵνα. Desunt haec vox et reliqua usque ad vocem *monasteria* in Vind., sed tamen ad marginem a sec. manu adscripta sunt.

non necesse sit] *novan no necesse sit* Berol., sed priora quidem duo verba a sec. manu scripta sunt. Mon. *non sit non necesse sit nova*, sed litteris *sit* circumflexus superius impositus est; secundae autem voci *non* vocique *sit* puncta inferius subiecta sunt. Hamb. I. *non sit necesse*. Vulgo Vind. (sed a sec. m.) *necesse non sit*. Gr. μηδὲ ἀνάγκη.

aedif.] Sic Vind. Mon. *edif.* Berol.

separare] Sic Vind. Mon. *seperat* Berol., sed sec. manus scripsit *seperare*.

et aliis] Sic Vind. Mon., deest in Berol. In Graecis est καὶ ἄλλοις.

habent] Sic Vind. Mon. Trid. Hamb. I. *habentur* Berol. Port. Vulgo. Gr. ἔχουσι.

communia] Sic Vind. Berol. I. *oia* Mon., sed lineola superius imposita. Gr. κοινά.

quemcunque] Sic Vind. Berol. Mon. *quaecunque* Vulgo. *quecunque* I. Gr. ὃν ἄν.

ipsae] Sic Vind. Mon. *ipe* Berol., sed lineola superius imposita est. *ipse* I. Gr. αὐταί.

elegerint] Sic Berol. *eligerint* Vind. *eleg* Mon., sed lineola superius imposita est. Gr. ἐπιλέξωνται.

presbyterum] Sic Vind. Mon. *presbiterum* I. *ppbrm* Berol., sed litterae *p* punctum inferius subiectum per litteramque *b* circumflexus superius traiectus est.

sive] Sic Vind. Mon. *seu* Berol.

diaconum] Sic Mon. Berol. *diaconus* Vind., sed litterae *u* lineola superius imposita litteraeque *s* punctum inferius subiectum est. Gr. διάκονον.

ad fac.] Sic Berol. *aut faciendum* Vind. *au faciendum* Mon., sed sec. manus correxit, ut in contextu est. Gr. εἰς τὸ ποιεῖν.

eis] Sic Vind. Mon. Berol., sed litterae *s* punctum inferius subiectum et a secunda manu scriptum est *eius*. Gr. αὐταῖς.

ctam eis communionem portandam sanctissimus episcopus, sub quo sunt, deputet, quem rectae fidei et vitae bonae esse cognoverit. Si vero qui ab eis electus est, non sit presbyter aut diaconus, dignum tamen eum huiusmodi ministerio episcopus iudicaverit, ordinationem ei imponat, qua dignus esse videbitur, ut responsis, sicuti dictum est, monasterii distribuat, ita tamen, ut neque sic electus ad responsa feminarum in monasterio maneat.

CAP. XXXVI. (XXXVII.) Sed haec praesenti addimus sanctioni, si forte quis sub conditione nuptiarum sive liberorum, sive dotis causa sive antenuptias donationis donaverit aliquid, seu reliquerit suis liberis seu aliae cuicunque personae hereditatem sive legatum, ab initio pure relinquens eis oneret eos substitutione vel restitutione sub una praedictarum conditione iubemus, si talibus conditionibus subiecti masculi vel

communionem] Sic Mon. Berol. *communione* Mon. Gr. κοινωνίαν.

portandam] Sic Vind. Mon. Berol., sed supra lineam a secunda manu scriptum est: *al. praestandam.* — I. *praestandam.* Gr. φέρειν.

sanctissimus episcopus] Sic Vind. Mon. *sanctissimum episcopum* Berol., sed secunda manus scripsit, ut in contextu est. Gr. ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος.

quem] Sic Vind. Berol. *quam* Mon.

vitae] Pro *vitae bonae* I. habet *bone vite.*

qui] Sic Vind. Berol. *q* Mon., sed littera *a* superius imposita, qua re significatur: *quia.* Gr. ὁ — ἐπιλεγείς.

presbyter] *presbiter* I.

dignum] Sic Mon. Berol. In Vind. bis positum est.

eum] deest in I.

huiusmodi] *huius* I.

ministerio] Sic Mon. Berol. *misterio* Vind. Gr. ὑπηρεσίας.

qua] Sic Vind. Berol. *qui* Mon. Gr. ἧς.

episcopus] *episc. eum* I.

ut] Sic Vind. Berol., in quo quidem a secunda manu scriptum est. Mon. *et.*

responsis] Sic Vind. Mon. Berol. Port. *responsa* Hamb. Trid. Vulgo I. Gr. ταῖς ἀποκρίσεσιν.

sicuti] Sic Vind. Mon. Berol. I. *sicut* Vulgo.

monasterii] Sic Vind. Mon. I. *monasteriis* Berol. Gr. τοῦ.

tamen] Sic Vind. Mon. *tam* Berol., sed lineola superius imposita est. Gr. μέντοι.

sic] Sic Mon. Berol. I. et Vind., in quo lineola superius imposita est, qua re significatur fortasse *sicut.* Gr. οὕτως.

electus] Sic Vind. Mon. *electus sit* I. *electus est* Berol., in quo quidem *est*, puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἐπιλεγείς.

NOV. CXXXIV. CAP. XXXVI. (XXXVII).

sed] Sic Mon. *sed et* Vulgo. Berol. I. *et* Vind.

haec] Sic Mon. *hoc* Vulgo Berol. I.

addimus] Sic Mon. Berol. *adimus* Vind., sed supra litteram *d* a secunda manu alia littera *d* inscripta est.

liberorum sive] I. *liberorum.*

antenuptias] Sic Vind. *antenupt* Mon., sed litteris *pt* circumflexus superius impositus est. Berol. Vulgo I. *antenuptialis.*

donaverit aliquid] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Vox *aliquid* deest in I. Gr. δωρήσηταί τι.

seu] Sic Mon. Berol. I. *sive* Vind. Vulgo. Verba *sive reliquerit* in Hamb. desunt.

seu aliae] *seu alie* Mon. Berol., unde secunda manus facit: *seu alii*, quod etiam in I. est. Vind. *sive alii*, sed supra ultimam litteram *i* a secunda manu littera *i* superius imposita est. Vulgo: *sive alii.*

ab initio] Sic Hamb. Vind. Berol., sed supra priorem vocem *ab* a secunda manu scriptum est: *aut*, quod etsi Vulgo et in Trid. Port. I. est, Graecis tamen non confirmatur.

relinquens] Sic Berol. Port. *reliquerit* Mon. Hamb., deest in Vind. *in ultima voluntate reliquerit* Trid. Quae deinceps sequuntur usque ad verba *conditione reliquerit*, in Vind. Mon. Hamb. Trid. plane non sunt.

oneret] Sic Port. *honet* Berol., sed litteris *et* circumflexus superius impositus est. Gr. βαρήσει.

vel] Sic Berol. *aut* Vulgo Port. I.

sub] Sic Berol. *aut sub* Vulgo Port. I., quod quidem Graecis non firmatur.

conditione] Sic Berol. *conditionum* Port. I.

iubemus] Hoc verbum quaeque sequuntur usque ad vocem *masculi vel foeminae* in Port. I. plane non sunt, sunt

feminae reliquerit vel donaverit, substitutiones vero vel restitutiones eis fecerit adiectis conditionibus quibuscunque ex his, quae superius enumeratae sunt, sancimus, personae talibus conditionibus subiectae, sive masculi sive feminae, monasteria ingrediantur aut clerici aut diaconissae aut ascetriae fiant, tales conditiones invalidas et pro non scriptis esse. Hoc autem solatio et clerici et diaconissae ecclesiarum fruantur si usque ad suam vitam in his perseveraverint, et res sub tali conditione donatas aut relictas ad pia opera vel expendant vel relinquant. In personis enim, quae in monasterium vel asceterium ingrediuntur, et relinquunt huiusmodi castam conversationem, monasterio aut asceterio, ubi a principio ingrediuntur, res sub tali conditione donatas aut relictas cum alia eorum substantia competere volumus. Si tamen in re-

autem in Berol., Graecisque omni ex parte firmantur.

feminae] Sic Berol., sed supra hanc vocem a sec. manu scriptum est: *va*, quod coniungendum est cum illo *cat*, quod voci *feminae* impositum est; significat autem ea, quae in medio leguntur delenda videri. Ego quidem in his, quae sequuntur, quae sane nec Graecis firmantur, secundae versionis vestigia agnosco, quod Berol. codicis auctori suboluisse videtur.

eis] Sic Vind. Mon. *ei* Berol.

his] Sic Vind. Berol. *iis* Mon. *hiis* I.

sancimus] Sic Vind. *iubemus* I. *sanctimus* Mon. *sanccimus* Berol. Quod Vulgo subiicitur: *si*, in Vind. Mon. Berol. I. non est.

conditionibus] Sic Vind. Berol. *condictionibus* Mon., sed secundae litterae c punctum inferius subiectum est.

monasteria] Sic Berol., qui non habet, quod in Vind. aut Mon. antea est: *sive*, quae sane vox nec Graecis firmatur. I. *si mon.* Caeterum litteris *ve* in Mon. puncta inferius subiecta sunt.

ascetriae] *ascetrie assistie* Mon., sed ultimis duabus litteris circumflexus superius impositus est. I. *assistrie.* Vind. Berol. *asistie*, sed litteris *ie* circumflexus superius iniectus est. Gr. ἀσκήτριαι.

invalidas] Sic Vind. Berol. *invallidas* Mon., sed litterae *l* priori puncta inferius subiecta sunt.

non] Sic Vind. *neq* Mon. Berol., sed litteris *eq* puncta inferius subiecta superque lineam circumflexus superius impositus est. Gr. μηδὲ.

autem solatio] Sic Vind. Berol. *solatio autem* Mon. Gr. ταύτης δὲ τῆς βοηθείας.

et diaconissae] Sic Mon. *et diaconisse* Berol. *au diaconisse* Vind., sed priori litterae *a* punctum impositum, secundae litterae *u* punctum inferius subiectum est. Gr. καὶ διακ.

si usque] Sic Vind. Berol., desunt in Mon., sed a sec. manu supra lineam imposita sunt. Gr. μέχρι τῆς ἰδίας.

his] *hiis* I.

perseveraverint] Sic Mon. Berol. *perseveraverit* Vind. Gr. ἐπιμένοιεν.

tali] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam scriptum est *tali*. Gr. ὑπὸ τὴν τοιαύτην.

et res] Sic Berol. Trid. Hamb. *ut res* Port. Vind. Mon. Gr. καὶ τὰ πράγματα.

vel expendant] Sic Vind. Mon. I. *vel expendantur* Berol. *expendant* Vulgo, voce *vel* omissa.

relinquant] Sic Vind. Mon. I. *vel relinquantur* Berol. Gr. ἢ καταλείψουσιν.

enim] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu lineae superius impositum est. Gr. γάρ.

quae] Sic Vind. Mon. *q'* Berol., qua re significatur: *que*, quod quidem sec. manus correxit: *quae*.

in] Sic Vind. Mon. *vel in* Berol. Gr. εἰς μοναστ.

monasterium] Sic Vind. Berol. *monasteriis* Mon. Gr. μοναστήριον.

asceterium] *asisterium* Berol. I. *assisteriorum* Vind. *assisteriis* Mon. Gr. ἀσκητήριον.

huiusmodi] *huius* I.

castam conversationem] Sic Vind. I. *conversationem* Mon., sed supra lineam a sec. manu ascriptum est: *castam*. — Berol. *convers. castam*, quod et Vulgo est. Gr. σώφρονα ἀναστροφήν.

aut asceterio] *asisterio* Vind. *aut assisterio* Berol. I., desunt in Mon., sed a sec. manu ascriptum est: *aut assisterio*.

ubi] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. ὅπου.

donatas] Sic Vind. Mon. *nonatas* Berol., sed supra priores syllabas *nona* lineola posita est, qua re significatur vel *novatas*, vel potius *nominatas*.

alia eorum] Sic Vind. Mon. In Berol. prior vox *alia* plane non est. Gr. μετὰ τῆς ἄλλης αὐτῶν.

substantia] Sic Vind. Mon. *substantia alia* Berol.

redemtione] Sic Vind. Mon. Berol.

demtione captivorum aut egentium alimenta sub praedictis conditionibus substitutio aut restitutio fiat, ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus.

CAP. XXXVII. (XXXVIII.) Si qua mulier aut vir monachicam elegerit vitam et intraverit in monasterium, filiis non existentibus, monasterio, in quo ingreditur, et res eius competere iubemus. Si vero talis persona filios habeat, et non antequam intret in monasterium, de suis rebus fecerit dispositionem et legitimam partem filiis deputaverit, etiam sic liceat ei, postquam monasterium ingreditur, suam facultatem in proprios dividere filios ita tamen, ut nulli suorum filiorum minuat legitimam partem; quam vero non dederit filiis partem, monasterio competat. Si vero omnem substantiam inter filios dividere voluerit, propria sua persona filiis connumerata, unam sibi partem omnibus modis retineat, quae debeat iuri monasterii competere. Si vero in monasterium degens moriatur, antequam inter filios suos proprias

redemtionem Vulgo. *redemptione* I. Gr. ἐπὶ ἀναρρύσει.

conditionibus] Syllabae *ditionibus* quaeque postea sunt usque ad *nullo me*, in Vind. Mon. non nisi a sec. manu scripta sunt.

ex nullo] Sic Mon. Berol. *in nullo* Vind. Gr. ἐξ οὐδενός.

eam] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Gr. ταύτην. Pro *excludi eam* I. habet *eam excludi*.

NOV. CXXXVI. CAP. XXXVII. (XXXVIII.) monachicam] Sic Mon. I. *monachiam* Mon. *monasticam* Berol. Gr. μοναχικόν.

eleg. vit.] *vit. eleg.* I.

intraverit] Sic Mon. Berol. I. *intravit* Vind. Gr. εἰσέλθῃ.

in monast.] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasterium* Vulgo. Gr. εἰς τὸ μοναστήριον.

existentibus] Sic Vind. Mon. *extantibus* I. Berol. Gr. ὑπόντων.

in quo] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *quod* Vulgo Port. Gr. ἐν ᾧ.

ingreditur] Sic Berol. *ingrediuntur* Vind. Mon. An vero pro voce εἰσῆλθε interpres legit εἰσῆλθον?

et res] Sic Vind. Mon. Berol. I. *res* Vulgo, sed voce *et* omissa. Interpres legit καὶ τὰ πράγματα.

talis] Sic Vind. Vulgo I. Deest in Mon. Berol., sed in Mon. a sec. manu lineae impositum est. Gr. τὸ τοιοῦτον.

persona] Sic Mon. Berol. *persona talis* Vind., quod quidem Graecorum tenori repugnat.

in mon.] Sic Vind. Mon. Hamb. Berol. Trid. I. *mon.* Trid. Port. Gr. εἰς.

de suis rebus] Haec quaeque deinceps sunt usque ad *ingreditur suam*, in Mon. omnia quidem a sec. manu scripta sunt.

legitimam] Sic Mon. Berol. *legitima* Vind. Gr. τὸ νόμιμον μέρος.

ei] Sic Berol., deest in Vind. Mon. I. Gr. αὐτῷ.

monasterium ingreditur] *monasterium ingrediuntur* Berol. *ingreditur monasterium* Vind. Mon. I. In Hamb. Trid. sec. Os. videtur esse: *in mon. ingreditur*, quamquam apud Portam quidem vox *in* non videtur haberi.

suorum filiorum] Sic Mon. *fil. suorum* Vind. Berol. Vulgo I. Gr. τῶν ἑαυτοῦ παίδων.

minuat] Sic Vind. Mon. *imminet* Berol., unde sec. manus facit: *iminuat*. Gr. ἐλαττῶσαι.

legitimam partem] Sic Mon. Berol. *partem legitimam* Vind. Gr. τὸ νόμιμον μέρος.

non dederit] Sic Mon. Berol. *dederit non* Vind. Gr. μὴ δεδομένον.

competat] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu haec vox lineae superius imposita est. Gr. διαφερέτω.

omnem] Sic Vind. Berol. *etiam omnem* Mon., quod quidem Graecis non firmatur.

connumerata] Sic Vind. I. *connumeratam* Mon. Berol., sed in Berol. quidem littera ultima deleta est. Gr. συναριθμουμένου.

omnibus modis] Sic Berol. *modis omnibus* Vind. I. Mon. Gr. πᾶσι τρόποις.

monasterii] Sic Vind. Berol. *monasterium* Mon., sed sec. manus scripsit: *monasterii*. Gr. τῷ δικαίῳ τοῦ μοναστηρίου.

monasterium] Sic Vind. Mon. Berol. *monasterio* I. Vulgo. Pro ἐν τῷ μοναστηρίῳ interpres videtur habuisse: εἰς τὸ μοναστήριον.

suos] Sic Vind. Berol. *suas* Mon. Deest in I. Gr. μεταξὺ τῶν οἰκείων παίδων.

distribuat res, legitimam partem filii percipient, reliqua vero pars substantiae monasterio competat.

CAP. XXXVIII. (XXXIX.) Sponsalibus quoque secundum leges factis inter aliquos, sive sponsus in monasterium ingrediatur, recipiat, quae pro sponsalibus arrharum nomine data sunt, sive sponsa monachicam vitam elegerit, illa solummodo reddat, quae similiter arrharum nomine accepit, poena utrique parti concedenda.

CAP. XXXIX. (XL.) Si vero constante adhuc matrimonio aut vir solus aut uxor sola intraverit in monasterium, solvatur matrimonium et citra repudium, postquam tamen persona pergens ad monasterium monasticum schema perceperit. Et si quidem vir elegerit monachicam vitam, restituat mulieri post dotem etiam si quid aliud ab ea perceperit et super haec ex nuptiali donatione tantam partem, quanta ex morte viri competebat mulieri secundum pactum dotalibus instrumentis insertum. Si vero mulier fuerit in monasterium ingressa, simili modo retineat vir nuptialem donationem, et casum dotis ex morte mulieris pla-

percipient] Sic Vind. Berol. I. *praecipient* Mon., sed sec. manus scripsit: *percipient*. Gr. λήψονται.

pars substantiae] Sic Vind. *substantiae pars* Mon. Berol. Vulgo. *substantie pars* I.

NOV. CXXXIV. CAP. XXXVIII. (XXXIX.) leges] *legem* I.

in monast.] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. *monast.* Vulgo. Trid. Port. I. Gr. εἰς μοναστήριον.

pro spons.] Sic Mon. Berol. *spons.* Vind. I., sed vocula *pro* omissa est. Gr. ὑπὲρ τῆς μνηστείας.

arrharum] *arrarum* Vind. Berol. *archarum* Mon., sed sec. manus scripsit *arrharum*.

data sunt] Sic Vind. Mon. Vulgo I. *data* Berol., sed sec. manus in linea addidit: *sunt*.

sponsa] Sic Vind. Berol. *sponsam* Mon.

monachicam] Sic Vind. Berol. I. *monachiam* Mon., sed supra litteram *i* sec. manus litteram *c* imposuit. Vulgo *monasticam*. Gr. τὸν μοναχικόν.

quae similiter] Haec et quae sequuntur usque ad *concedenda*, in Vind. tantum a sec. manu scripta sunt. *quae* I.

arrharum] Sic Vind. *arcarum* Mon. Berol., sed sec. manus scripsit: *arrharum*. Gr. ἀρραβώνων.

nomine] In I. subiicitur: *similiter*.

accepit] Sic Mon. Berol. *recepit* Vind. Gr. ἔλαβε.

NOV. CXXXIV. CAP. XXXIX. (XL.) uxor sola] Sic Mon. Berol. *sola uxor* Vind. Gr. γυνὴ μόνη.

adhuc matrim.] *matrim. adhuc* I.

in monast.] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monast.* Vulgo. Gr. εἰς μοναστήριον.

monasticum] *monasterium* Vind. Mon. Berol. Gr. τὸ μοναχικόν.

perceperit] Sic Vind. Berol. *perciperit* Mon., sed sec. manus scripsit: *perceperit*. Port. *receperit*. Gr. λάβοι.

vir] Sic Vind. Mon. I. *iue* Berol., sed circumflexus supra lineam impositus est. Gr. ὁ ἀνήρ.

monachicam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasticam* Vulgo. Gr. τὸν μοναχικόν.

restituat] Quod Vulgo subiicitur: *prius*, in Vind. Mon. Berol. I. non habetur, nec tamen Graecis firmatur.

mulieri post] Sic Vind. Berol. *mulieri prius* I. *post mulieri* Mon., sed supra vocem *post* a sec. manu scriptum est *ipsius*. Pro verbis καὶ τὴν προῖκα interpres habuisse videtur μετὰ τὴν προῖκα.

etiam] Sic Vind. Berol. *et* Mon. I.

perceperit] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I., sed in Mon. sec. manus scripsit: *perciperit*. Port. *receperit*. Gr. ἔλαβε.

haec] Sic Vind. Mon. Berol. I. *hoc* Vulgo. Gr. πρὸς τούτοις.

tantam] Sic Mon. Berol. *tanta* Vind. Gr. τοσοῦτον μέρος.

quanta] Sic Vind. *quantam* Mon. Berol. Gr. ὅσον.

in monasterium] Sic Mon. I. *in monasterio* Vind. Berol. Gr. εἰς τὸ μοναστήριον.

retineat] Sic Vind. Berol. *teneat* Mon., sed sec. manus scripsit *retineat*.

vir] Sic Berol. Vind. In Mon. est *u*, sed punctum superius impositum est. Gr. ὁ ἀνήρ.

citum, reliquum vero dotis mulieri restitui praecipimus, et si quid aliud ex rebus mulieris apud eum inveniatur. Ambobus autem monachicam vitam eligentibus, iubemus, vacantibus dotalibus placitis, virum retinere donationem nuptialem et mulierem propriam accipere dotem et quidquid aliud viro dedisse probetur, ut unusquisque citra damnum suis fruatur rebus, nisi forte sponsus sponsae aut sponsa sponso, aut maritus uxori, aut uxor marito donare aliquid aut concedere voluerit.

CAP. XL. (XLI.) Nullam vero licentiam damus aut parentibus filios, aut filiis parentes saecularem vitam sectantes et relinquentes velut ingratos a sua excludere hereditate ministerium ante monachicam vitam subsecutum. Interdicimus autem parentibus filios suos monachicam vitam eligentes ex venerabilibus monasteriis abstrahere.

CAP. XLI. (XLII.) Si monachus reliquerit suum monasterium et in aliud ingrediatur, quascunque res tempore, quo monasterium dereli-

mulieri] Sic Vind. Mon. *ex morte mulieri* Berol., quae quidem Graecis non firmantur.

et si quid] Sic Vind. Berol. *si quid* Mon. Gr. καὶ εἴ τι.

monachicam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasticam* Vulgo.

vacantibus] Sic Vind. Berol. *vocantibus* Mon., sed sec. manus scripsit: *vacantibus*. Caeterum I. *dotalibus vacant*. Gr. ἀργούντων.

placitis] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed a sec. manu supra lineam impositum est: *placitis*. Gr. συμφώνων.

donationem] Sic Vind. Berol. I. *dationem* Mon., sed supra litteram *a* circumflexus superius impositus est. Gr. δωρεάν.

nuptialem] Sic Mon. Berol. I. *antenuptialem* Vind.

marito donare aliquid] Sic Mon. Berol. I. *donare aliquid* Vind., sed supra vocem *donare* a sec. manu scriptum est: *viro*. Gr. τῷ ἀνδρὶ δωρήσασθαί τι.

concedere] Sic Berol., sed totum hoc a sec. manu in linea scriptum est. Vind. Mon. *cedere*, quod et Vulgo est, sed in Mon. supra litteras *ce* scriptum est: *con*. I. *cedere*. Gr. συγχωρῆσαι.

voluerit] Sic Vind. Mon. *liquid voluerit* Berol., sed litteris *liquid* puncta inferius subiecta sunt, quod quidem Graecis non firmatur. Postea in Vind. Mon. Berol. I. subiicitur: *quando* (*quoniam* Vulgo) *neque ex pactis nuptialibus viro aut mulieri lucrari aliquid conceditur*, quae adiicere nolui, tum quia in Graecis non sunt, quo firmentur, tum quia manifesto pro huius capitis titulo fuerunt. Vulgo uncis includuntur.

NOV. CXXXIV. Cap. XL. (XLI.) saecularem] Sic Vind. Berol. *seculare* Mon. τὴν κοσμικήν.

sectantes et] Sic Vind. Mon. Vulgo *sctantes* Berol., sed per litteram *s* inferius lineola traiecta est, pro quo quidem sec. manus scripsit *sec*.

velut] *velud* Vind. Mon. Berol. I.

hereditate] Sic Mon. Berol., *hereditatem* Vind. Gr. τῆς ἰδίας κληρονομίας.

ministerium] Sic Mon. Berol. *monasterium* Vind. *in monasterium* I. Hamb. Trid., desunt apud Port. *ex causa* Vulgo. Pro verbis ὑπὲρ αἰτίας interpres manifesto habuit ὑπηρεσίας.

ante] Sic Vind. Mon. Berol. Vulgo. *autem* I. *aut* Hamb. Trid. Port.

monachicam] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasticam* Vulgo. Gr. πρὸ τοῦ μοναχικοῦ βίου.

subsecutum] Sic Berol. *subsecutus* Vind. Mon., in quo quidem sec. manus scripsit: *subsequentium*. Vulgo *subsecuta*. I. *subsecuturos*.

autem] Sic Vind. Berol. *au* Mon., sed supra litteram *u* punctum superius impositum est, qua re significatur *aut*. Gr. δέ.

monachicam] Sic Mon. I. *monasticam* Vind. Berol. Gr. μοναχικόν.

eligentes] *elegentes* I.

ex] Sic Vind. Berol. *et* Mon., sed sec. manus scripsit: *ex*. Gr. τῶν εὐαγῶν.

abstrahere] Sic Vind. Mon. *abstraere* Berol., sed supra litteras *ae* circumflexus superius positus est. Gr. ἀφέλκειν.

NOV. CXXXIV. CAP. XL. (XLII.) reliquerit] Sic Vind. Mon. *relinquint* Berol., sed ultimis tribus litteris lineola superius imposita est. Gr. καταλείψῃ.

suum] Sic Vind. Mon., deest in Berol. Gr. τὸ ἴδιον.

dereliquit] *dereliquid* Vind. *dereliquerit* Mon. Berol. Vulgo. *dereliquerat* I.

quit, habere videbitur, proprio monasterio, in quo ab initio ingressus est, eas competere iubemus. Providere autem sanctissimos locorum episcopos, ut neque monachi neque monachae circumeant civitates, sed si quod necessarium responsum habuerint, per proprios responsarios hoc agant, in suis manentes monasteriis. Si monachus reliquerit monasterium, et ad saecularem vitam migraverit, hunc militia et honore, si quem habet, prius spoliatum, ab episcopo locorum et provinciae iudice in monasterio mitti, et res, quas postea habuisse probatus fuerit, monasterio, in quo mittitur, competere. Si vero rursus reliquerit monasterium, tunc eum iudex provinciae, in qua inventus fuerit, teneat et subdito sibi officio commoneat.

CAP. XLII. (XLIII.) Si quis rapuerit aut sollicitaverit aut cor-

videbitur] Sic Vind. Mon. *videtur* Berol. I.

proprio] Sic Vind. Mon. I. *po* Berol., sed litterae *p* littera *i* superius imposita est, qua re etiam significatur: *proprio*. Vulgo *primo*. Pro πρώτῳ interpres legisse videtur ἰδίῳ vel οἰκείῳ.

quo] Sic Vind. Mon. Berol. Trid. *quod* Vulgo Hamb. Port. I. Gr. ἐν ᾧ.

compet.] *eas compet.* I.

monachae] Sic Vind. Mon. *monastriae* I. *monasterio* Berol. Potest sane esse factum, ut interpres Graecum μονάστριαι retinuerit.

circumeant] Sic Vind. Mon. *circueant* Berol.

civitates] Sic Vind. Mon., deest in Berol., sed a sec. manu supra lineam impositum est. Gr. εἰς τὰς πόλεις.

sed si quod] Sic Berol. *sed si quid* Mon. *sed se quid* Vind., sed supra litteram *e* sec. manus litteram *i* posuit, superque litteram *d* litteram *o* ascripsit. I. *sed si quidem*. Gr. ἀλλ' εἴ τινα.

habuerint] Sic Vind. *habuerit* Mon. Berol. Gr. ἔχοιεν.

per] In Vind. haec vox a sec. manu scripta est. Gr. διὰ τῶν ἰδίων.

responsarios] Sic Vind. Berol. *responsarios* Mon., sed supra litteras *or* a sec. manu circumflexus impositus est. Gr. ἀποκρισιαρίων.

agant] Sic Vind. Berol. *egeant* Berol., sed sec. manus scripsit: *agant*. Gr. πραττέτωσαν.

manentes] Sic Vind. Mon. *maneptes* Berol., sed litterae *p* punctum inferius subiectum lineaeque circumflexus superius impositus est. Gr. μένοντες.

vitam migrav.] Sic Vind. Mon. *migrav. vitam* Berol. Gr. βίον μετέλθῃ.

militia] Sic Mon. Berol. *milicia* I. *militiam* Vind., sed litterae *m* punctum inferius subiectum est.

si quem] Sic Vind. Berol. *seq* Berol., sed ultimae litterae *q* lineola imposita aliaque inferius traiecta est. Gr. εἴ τινα.

spoliatum] Sic Vind. Berol., *spolium* Mon., sed supra litteram *u* circumflexus impositus est, aliaque littera *i* litterae *a* imposita est. Gr. γυμνωθέντα. Pro verbis *prius spol.* I. habet *spol. prius*.

episcopo] Sic Vind. Berol. *episcoporum* Mon., sed litteris *rum* puncta inferius subiecta sunt. Gr. ἐκ τοῦ ἐπισκόπου.

iudice] Sic Vind. Mon. *iudices* Berol., sed sec. manus ultimam litteram *s* delevit.

monasterio] Sic Vind. Mon. Berol. I. *monasterium* Vulgo.

res quas] Sic Mon. *rem quam* Vind. Berol., sed sec. manus scripsit *res quas*. Gr. τὰ πράγματα. — *res eius quas* I.

fuerit] Sic Mon. Berol. *fuit* Vind. Gr. δειχθείη. Caeterum I. *probatur habuisse fuerit*.

quo] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quod* Berol. Gr. ἐν ᾧ.

competere] Sic Vind. Mon. *competit* Berol. Gr. διαφέρειν.

tunc] *tnnc* I.

subdito sibi] Sic Vind. Mon. *subdito* Berol., sed voce *sibi* omissa. Gr. αὐτῷ.

commoneat] Sic Port. Berol., in quo litteris *ne* circumflexus superius impositus est, quem sec. manus delevit. Trid. I. *commoveat*, Hamb. *commovere*, ubi quidem Os. signum interrogantis ascripsit. Mon. *commonere*, Vind. *commone*, sed litterae *e* lineola superius imposita est. Vulgo: *connumeret*.

NOV. CXXXIV. CAP. XLII. (XLIII.) aut] Sic Vind. Berol., deest in Mon. Hamb. Gr. ἤ.

sollicitaverit] Sic Vind. Berol. *solvitur citaverit* Mon., sed litteris *vitur* puncta inferius subiecta sunt. Deest in Hamb. Gr. ὑπονοθεύσει.

corruperit] Sic Vind. Berol. *corripuerit* Mon. Gr. διαφθείρῃ.

ruperit ascetriam aut diaconissam aut monastriam aut aliam quamlibet feminam venerabilem habitum habentem, huius res ex talis sceleris eius participio iubemus venerabili loco, in quo talis femina habitabat, per locorum sanctissimos episcopos et oeconomos eorum, nec non etiam cuiuslibet provinciae iudices et eorum officia vindicari; eos autem, qui talia deliquerunt, et participes eorum sceleris capitale periculum sustinere, talem vero mulierem ubicunque et cum propriis rebus monasterio recondi, in quo cautius custodiri possit, ut non rursus in eodem crimine reperiatur; si vero diaconissa fuerit et filios habuerit legitimos, et legitimam partem dare filiis. Si vero intra unum annum, postquam cognoverit tale facinus, tales res iuri venerabilium domorum

ascetriam] *assisteriam* Vind. Mon. I. *assista* Berol., sed ultimae litterae *a* circumflexus superius impositus est. Postea verba *aut diaconissam aut monastriam* in Vind. desunt, sunt autem apud Mon. Berol.

aliam quamlibet] Sic Vind. Mon. Berol. I. *quamlibet aliam* Vulgo. Gr. ἄλλην οἱανοῦν.

feminam] *mulierem* I.

talis] Sic Vind. Berol. *tali* Mon. Gr. τοιούτου.

sceleris eius] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. Trid. I. *sceleris* Vulgo Port. Gr. αὐτῷ μετασχόντων. Caeterum Os. scribit melius fore: *et talis sceleris eius participum.*

venerabili] Sic Vind. Mon. *veneabili* Berol., sed supra litteras *en* circumflexus impositus est, quem sec. manus delevit.

habitabat] Sic Vind. *habitat* Mon. Berol. I.

et oeconomos] *et yconomos* Vind. Mon. I. Berol., sed in Vind. vox *et* a sec. manu scripta est.

etiam] Sic Mon. Berol. *eciam* I., deest in Vind. Gr. καί.

iudices] Sic Vind. Berol. *iudicem* Mon. Gr. ἀρχόντων.

vindicari] Sic Vind. Mon. *vendicari* Berol. I.

autem] Sic Vind. Berol., deest in Berol. Gr. δέ.

talia] *talia eorum* I.

deliquerunt] Sic Vind. Mon. Berol. Hamb. I. *deliquerint* Vulgo Trid. Port.

sceleris] Vulgo, et in Berol. Port. subiicitur *fuerint*, quod quidem in Vind. Mon. Trid. Hamb. I. non est, ideoque omittendum esse visum est.

sustinere] Sic Vind. *sustinebit* Berol., sed ultimae syllabae *bit* puncta inferius subiecta sunt, supra litteram *e* autem lineola inscripta est. Mon. *sustineb*, sed per litteram *b* superius lineola traiecta est. Gr. ὑπομένειν.

vero] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed tamen a sec. manu in linea ascripta est. Gr. δέ.

ubicunque] Sic Berol. *ubique* Vind. In Mon. syllaba *cun* a sec. manu scripta est. Gr. πανταχοῦ.

et] Sic Vind. Mon. Berol. I. *est* Vulgo.

monast.] Sic Vind. Mon. Berol. I. *in monast.* Vulgo.

recondi] Sic Mon., in quo quidem sec. manus scripsit *reddi*. Vind. Berol. *reddi*. Gr. ἐμβάλλεσθαι.

cautius] Sic Vind. Mon. *artius* I. *cautus* Berol., sed sec. manus scripsit *cautius*. Gr. ἀσφαλέστερον.

custodiri] *custodori* I.

eodem] Sic Vind. Mon. *eadem* Berol., sed sec. manus scripsit *eodem*. Gr. ἐν τῷ αὐτῷ.

et legit.] Sic Vind. Mon., in quo vox *et* a sec. manu scripta est. Sic porro et Berol., sed voci *et* puncta inferius subiecta sunt. An interpres legit: καὶ τὸ νόμιμον? I. *legitimam.*

dare] Sic Vind. Mon. Berol. *dari* Vulgo I. Pro δίδοσθαι interpres habuisse videtur: διδόναι.

vero] Sic Vind. Mon. *u* Berol., sed littera *o* superius imposita est. Vulgo I. *autem.*

intra] Sic Vind. Mon. *ut* Berol., sed ultimae litterae circumflexus superius impositus est; secunda autem manus correxit: *intra.* Gr. εἴσω.

unum annum] Sic Berol. *unum* Vind. *annum unum* Mon. Gr. ἑνὸς ἐνιαυτοῦ.

cognoverit] Sic Vind. Mon. *cognoscitur* Vulgo I.

tale] In Vind. antea in linea scriptum est: *annum*, quae huius vocis collocatio Graecis non firmatur.

facinus] Quod Vulgo et in I. subiicitur: *commisisse*, in Vind. Berol. non est, in Mon. autem tantummodo supra lineam a sec. manu scriptum est, quae res glossae originem manifesto demonstrat. In Graecis sane nihil est, quo vox ista firmetur.

tales] *eius* I.

iuri] Sic Vind. I. *iure* Mon., quod quidem a sec. manu scriptum est. Berol. *iure*, sed sec. manus scripsit: *iuri*.

non vindicentur, iubemus omnibus modis comitem privatarum nostro fisco has assignare, locorum iudice, qui neglexerit easdem res vindicare, cingulo privando et mulctam quinque librarum auri a comite privatarum exigendam.

CAP. XLIII. (XLIV.) Omnibus itaque generaliter in saeculari vita conversantibus et maxime theatralia exercentibus viris ac mulieribus, nec non et prostantibus interdicimus uti schemate monachi aut monastriae aut ascetriae aut cuiuscunque personae huius imitari, scientibus universis praesumentibus aut uti tali schemate aut imitari eum, aut illudere in quacunque ecclesiastica disciplina, quia et corporalia supplicia sustinebunt et exsilio contradentur; providentibus huius rei loco-

non] Sic Mon. I., deest in Vind. In Berol. est *n*, cui quidem litterae a sec. manu circumflexus superius impositus est, quam quidem litteram sec. manus punctis subiectis notavit. Gr. *μή*.

vindicentur] Sic Vind. Mon. *vendicentur* Berol. I.

comitem] Sic Vind. *comiti* Berol. *committi* Mon., sed litterae *t* punctum inferius subiectum est. Gr. *κόμητα*.

nostro fisco] Sic Vind. Mon. *fisco nostro* Berol. *hec fisco nostro* I. Gr. *τῷ ἡμετέρῳ φίσκῳ*.

has] deest in I.

res] Sic Mon., deest in Vind. Berol. Gr. *πράγματα*.

cingulo] *et cingulo* I.

auri a] Sic Vind., desunt in Berol., sunt autem in Mon., sed tantummodo a sec. manu scripta. Gr. *λιτρῶν ὑπό*.

comite] Sic Mon. Berol. *commite* Mon.

exigendam] Sic Berol. Hamb. Trid. I. *exigenda* Vind. Mon. *exigendo* Vulgo. Pro *εἰσπραττομένου* interpres videtur habuisse: *εἰσπραττόμενον*. De hac re dixi in libro: Neue Jenaische Litteraturzeitung. Juni 1843. Nr. 135. p. 563. B.

NOV. CXXXIV. CAP. XLIII. (XLIV.)

general.] Sic Vind. Berol. In Mon. antea est *in*, cui quidem voci puncta inferius subiecta sunt.

saeculari] Sic Vind. Mon. *sclari* Berol., sed per litteram *l* circumflexus superius traiectus litterisque *ri* circumflexus superius impositus est.

prostantibus] Sic Berol. *prostrantibus* Vind. I. *prostantibus* Mon., sed litterae *n* puncta inferius subiecta sunt superque lineam ascriptum est *n*. Gr. *ταῖς προϊσταμέναις*.

uti schemate] *ut scemati* Mon. Berol. *uti scemate* I. *nec non et scemati* Vind., sed priores duae voces a sec. manu scriptae sunt. Caeterum sec. manus supra vocem *et* adscripsit: *ut*, litterisque *ti* supra lineam superscriptum est: *te*. Gr. *κεχρῆσθαι σχήματι*.

aut ascetriae] Sic Vind. Berol., deest in Mon., sed supra lineam scriptum est: *aut sistrie*. I. *aut assistrie*. Gr. *ἢ ἀσκητρίας*.

cuiuscunque] Sic Vind. Mon. *c9cunque* Berol.

personae] Sic Vind. Mon. *persone* Berol. Pro verbis *οἱῳδήποτε τρόπῳ* interpres manifesto habuit: *προσώπου*.

huius] Sic I. *h9* Vind., sed pro hoc quidem sec. manus scripsit: *his*. Berol. *his*, Mon. *ius*. Vulgo Hamb. *huiusmodi*. An fortasse scribendum *hoc?* Gr. *τοῦτο*.

imitari] *inmitari* Vind. Mon. *aut imitari eum* Hamb. I. *inmutari* Berol. Gr. *μιμεῖσθαι*. Quod Vulgo et in I. subiicitur: *schema*, in Vind. Mon. Hamb. Berol. non est, neque sane Graecis firmatur.

aut] Sic Vind. Mon. Deest in I. *a* Berol., sed supra hanc litteram a sec. manu lineola imposita est, superiusque sec. manus scripsit litteram *a*.

uti tali] Sic Vind. *in tali* I. *utilitati* Mon., in quo quidem huic voci puncta inferius subiecta sunt; supra lineam a sec. manu scriptum est: *in tali*. Berol. *in tali*, sed supra litteras *in* sec. manus scripsit: *uti*. Gr. *χρήσασθαι τῷ τοιούτῳ*.

schemate] Sic Mon. *scemate* Vind. Berol.

imitari eum] Sic Vind. Berol. I. *imitari* Mon.

illudere] Sic Vind. Mon. *illude* Berol., sed supra litteram *e* a sec. manu lineola superius imposita est. Gr. *ἐμπαῖξαι*.

eccles. disciplina] Sic Vind. Mon. *disciplina ecclesiastica* Berol., qui quidem verborum ordo Graecis refutatur.

et] Sic Vind. Berol. Mon., in quo quidem huic voci puncta inferius subiecta sunt. Gr. *καὶ σωμ*.

et exil.] Sic Vind. Mon. Berol. I. *ex* Vulgo, ni fallor, ex errore typogr.

contradentur] Sic Vind. I. Mon. Hamb. Trid. *contraduntur* Berol. *tradentur* Vulgo Port. Gr. *παραδοθήσονται*.

huius] Sic Vind. Berol. I. *h9* Mon. *huic* Vulgo.

rei] Quod Vulgo subiicitur: *non solum*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, ideoque omittendum fuit.

rum episcopis et qui sub eis sunt clericis, sed etiam civilibus militaribusque iudicibus, et quae sub eis sunt officiis et locorum defensoribus. Poenas autem praesenti lege insertas, quae et prioribus legibus sunt notae, non solum in futuris, sed etiam in praecedentibus casibus seu delictis valere et omnibus modis vindicari sancimus. Per praesentem enim legem nuper dispositam in solis futuris temporibus servari iubemus.

EPILOGUS. Tua igitur gloria, quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, per omnia custodiri provideat. *Dat. Kal. Maii CP. imp. DN. Iust. PP. A. anno XVIII. p. c. Basilii VC. anno II.*

etiam] Sic Vind. Berol. In Mon. postea est: *cuilibet*, quod quidem in reliquis non est nec sane Graecis firmatur; ortum autem ex corrupto *civilibus* habuit. Vide notam sequentem.

civilibus militaribusque] Sic Vind. Berol. Priorem vocem *civilibus* Mon. omittit, qui reliqua quidem habet. — Vulgo: *militaribus civilibusque*. Hamb. Trid. I. *quibuslibet militaribus*. Os. scripsit melius fore *civilibus et militaribus*. Gr. τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν στρατιωτικῶν.

quae — sunt] In Mon. haec bis scripta sunt, sed secunda quidem vice deleta. Berol. *qui sub eis*, Vind. I. *qui sub eis sunt.*

lege] Sic Vind. Berol. I. *legi* Mon., sed sec. manus scripsit: *lege*.

quae] Sic Mon. Berol. *q* Vind., sed lineola superius imposita est.

et] Sic Vind. Mon. *etiam* Port. I. Vulgo.

prioribus] Sic Mon. Berol. *in prioribus* Vind. *ex prioribus* Vulgo. Gr. τοῖς προτέροις.

delictis] Sic Vulgo. *relictis* Vind. Mon. Berol. I. Correctio facilis est ex Graeco: ἁμαρτήμασι.

vindicari] Sic Vind. Mon. *vendicari* I. *indicari* Berol. Gr. ἐκδικεῖσθαι.

sancimus] Sic Vind. Mon. *sanccimus* Berol.

nuper] Sic Vind. Mon. Berol. I. *noviter* Vulgo. Gr. νεωστί.

dispositam] Sic Vind. Mon. Berol. *dispositas* Vulgo I. Pro διατυπωθέντα interpres manifesto legit διατυπωθέντος. Quod autem Vulgo subiicitur: *videlicet poenas*, in Vind. Mon. Berol. I. non est, nec sane Graecis firmatur.

EPILOGUS. in] *et in* I.

nostra sanxit tranq.] Sic Vind. Berol., nisi quod in utroque est: *sancxit*. Mon. *tranquillitas sancxit nostra*. Gr. ἡ ἡμετέρε ἐθέσπισε γαληνότης.

dat. Kal. Maii] Sic Hamb. D. I. 1. Tota haec subscriptio in Vind., Mon., Bamb. D. II. 11, Berol. I. desideratur, est autem in Pist., qui habet *d. K. mad.*, lineola tamen superius imposita.

CP.] Sic Pist. Bamb. D. I. 1. *Constant.* Vulgo.

imp.] Sic Bamb. D. I. 1. Postea est Vulgo: *DN*, quod quidem in Pist. desideratur.

DN] *dono* Bamb. D. I. 1., sed circumflexus superius impositus est.

Iust.] Sic Pist. Bamb. D. I. 1. *Iustiniani* Vulgo.

A.] Sic Bamb. D. I. 1. *Aug.* Vulgo

anno XVIII] *ann. XVIII.* Bamb. D. I 1., qui solus reliqua ex subscriptione exhibet plena. Pro his et iis, quae sequuntur, Pist. habet: *ante pç uicaR. ul.* Vulgo. *anno XX.*

p. c. Basilii] *post onis bils* Bamb. D. I. 1., sed ultimarum vocum cuique a circumflexi superius impositi sunt.

VC.] *un* Bamb. D. I., sed circumflexo superius traiecto. Pro his Vulgo est: *post Basilii V. C. cons.*

anno II.] Sic Bamb. D. I. 1. *anno V. indict. IX.* Vulgo. Hic manifesto vitii aliquid latet, cum imperii annis cum consulatus designatione non conveniat. Aut igitur, si consulatus designationem retinemus, scribendum erit: *PP. A. anno XVII.*, aut si annum imperii vera designatione significatum existimabimus, consulatus anni sic mutandi erunt: *p. c. Basilii V. C. anno III.*

APPENDIX I.

VERSIONES LATINAE GRAECARUM IUSTINIANI NOVELLARUM, QUAE PRAETER AUTHENTICUM CIRCUMFERUNTUR.

I. VERSIO NOVELLAE V., QUAE APUD ANSELMUM LUCENSEM REPERITUR [1]).

Imp. Iust. Aug. Epiphanio sanctissimo Archiepiscopo regiae huius civitatis et universali Patriarchae

CAP. CCV. (NOV. V. PRAEFATIO). Vita singularis haec est honesta, haec reconciliare novit deo homines ad hoc ipsum venientes, ut omnem humanam maculam ab his abluat et mundos constituat et aptos naturali rationi eorumque capaces, quae humanas curas exsuperant. Quisquis ergo desiderat vere esse monachus, debet et divinae scripturae doctrinam non ignorare et continentiam diligere, ut dignum se tali faciat conversatione. Necessarium ergo duximus et nos exponere, quid agere debeant, et eos verissimos luctatores eius viae, quae ad divinitatem perducit, constituere et haec est intentio praesentis legis, ut constitutis his, quae ad venerabiles episcopos vel ad reverendissimos clericos pertinebant, ad monachos provisionem nostram convertere.

[1]) Haec versio reperitur apud Anselmum Lucensem in Collectione Canonum lib. VII. cap. CCV—CCX. Primus edidit de Savigny in libro: Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft tom. II. pag. 128 seq., quamquam particula huius versionis iam est in Petri et Francisci Pithoei observationibus ad Codicem et Novellas (Parisiis 1689. fol.) pag. 693 seq., quam quidem ex codice canonum vetustissimo ecclesiae Belvacensis litteris Anglosaxonicis scripto post Gregorii II. decreta extitisse Petrus Pithoeus auctor est. In quo illud observatione non indignum est, hanc quidem versionem in quibusdam Anselmi codicibus non reperiri, quod et Bienerus in historia Novellarum pag. 439 monuerat. Ego usus sum tam eo contextu, quem ipse de Savigny ex codice exhibuit, qui olim monasterii sancti Germani a Pratis inter libros mss. numero 1665 signatus fuit, nunc autem inter mss. latinos bibliothecae Regiae Parisiensis numero 930. 2. designatur, cuius apographum prae manu habeo, iussu auspiciisque Gustavi Haeneli confectum.

CAP. CCV. (NOV. V. PRAEF.) Vita] Sic Pith. Beckius Osenbr. *vitae* Sav. apogr. Haen. Gr. ὁ — βίος.
deo] *quod* Pith.
ipsum] *ipsud* Pith.
omnem] *hominem* Pith.
humanam] Sic Pith., reliqui — Apogr. Haen. *humanum.*
aptos] *aptus* Pith.
naturali] *naturales* Pith.
haec] *hoc* Pith.
intentio] Sic Pith., reliqui. — Apogr. Haen. *intentione.*
reverendissimos] *reverentissimos* Pith. Apogr. Haen.

(NOV. V. CAP. I.) Illud igitur imprimis dicendum est, ut omni tempore et in omni terra, quae nostro imperio gubernatur, si quis monasterium fabricare voluerit, non ante ei esse licentiam hoc faciendi, quam venerabilem eiusdem loci episcopum advocaverit et is manum in coelum tetenderit et orationibus eundem locum consecraverit deo, figens scilicet in eo nostrae salutis signum; dicimus autem adorabilem honorabilemque crucem. Et ita demum incipiat fabricari, posita ut dixi, cruce pro fortissimo fundamento. Hoc sit ergo principium piae monasteriorum constitutionis. (NOV. V. CAP. II. PRAEF.) Hinc nobis singulorum monachorum cura subeunda est, quomodo eos fieri oporteat, utrumne liberos tantum an et servos, propter quod omnes similiter indiscrete divina gratia suscipit aperte praedicans, quia in dei cultura non est masculus neque femina, non liber neque servus; omnes enim in Christo unum putari. Sancimus igitur secundum divinas regulas, eos, qui singularem vitam affectant, non temere continuo a reverendissimis abbatibus sanctorum monasteriorum habitum accipere monachorum; sed triennio toto, sive liberi sive servi fuerint, sustinere, necdum eodem habitu dignos habitos; sed et tonsuram et vestem habeant eorum, qui Christo laici appellantur, et doceantur ea, quae dei sunt; et venerabiles abbates requirere ab his, utrum liberi, an servi sint et unde eos vitae singularis amor ingressus est. Et cum didicerint ab his, quod non maligna occasione ad hoc venerunt, habeant eos inter illos, qui adhuc docentur, et in consolatione sint constituti, et experimentum capiant tolerantiae probitatisque eorum; neque enim facilis est vitae conversio, quae fit sine animi fortitudine. (NOV. V. CAP. II. §. 1.) Et si quidem totum triennium permanserint, optimos se ipsos et tolerantes aliis monachis vel abbatibus ostendentes, tunc demum digni habeantur tonsuram simul et vestem monachis congruam

NOV. V. CAP. I. fabricare] Sic Pith. reliqui. — Apud Beckium est: *fabricari*.
ei] *et* Pith.
tetenderit] *extenderit* Pith.
deo] *quod* Pith.
adorabilem honorabilemque] Sic Pith. *honorabilem adorabilemque* Sav. Apogr. Haen. Beck. Os. Gr. τὸν προσκυνητὸν καὶ τίμιον.
cruce] Sav. Apogr. Haen. habent pro hac voce crucis signum.
piae] Sic Pith. Beck. Os. *pie* Sav. Apogr. Haen.
NOV. V. CAP. II. propter] Sic Pith. Sav. Apogr. Haen. Os. *propterea* Beck.
suscipit] Sic Sav. Apogr. Haen. reliqui. *suscepit* Pith. Gr. δέχεται.
enim] Sic Pith. Beck. Os. — Omissum est apud Sav. in Apogr. Haen. Gr. πάντας γάρ.
putari] Sic Sav. Apogr. Haen. reliqui. *patri* Pith.
sancimus igitur] Sic Pith. Beck. Os. Caeterum Sav. Apogr. Haen. habent *sancimur*, punctoque posito postea plene interpunxerunt, ut verbum *sancimur* cum superioribus, non autem cum inferioribus coniungatur. Atqui Graeca habent: θεσπίζομεν τοίνυν.
a] Sic Pith. Beck. Os. Deest apud Sav., in Apogr. Haen. Gr. παρά.
reverendissimis] *reverentissimis* Apogr. Haen. Pith.
habitum] Sic Pith. Beck. Os. *habitu* Apogr. Haen. Sav. Gr. σχῆμα.
eos] Sic Pith. Sav. Beck. Os. *eis* Apogr. Haen. Gr. αὐτούς.
sint const.] Sic Pith. Sav. Pith. Sav. Apogr. Haen. Os. *sunt const.* Beck.
tolerantiae] *tolerentie* Apogr. Haen.
fit] Sic Pith. Sav. Beck. Os. *sit* Apogr. Haen. Gr. γινομένη.
NOV. V. CAP. II. §. 1. tolerantes] Sic Pith. Sav. Apogr. Haen. Os. *tolerandos* Beck., quod Graeco καρτερικωτάτους repugnaret.
tonsuram] Sic Pith. Sav. Apogr. Haen. *tonsura* Beck. Os., quod aliquam habet mutationem ad vulgaris grammaticae regulas factam; sed his temporibus, quibus versio illa facta est, hac immutatione opus non est.
vestem] Sic Pith. Sav. Apogr. Haen. *veste* Beck. Os.
congruam] Sic Pith. Sav. Apogr. Haen. *congrua* Beck. Os.

et sive liberi fuerint, nullum habeant timorem; sive servi, nullam patiantur inquietudinem transeuntes ad communem omnium dominum et capiant libertatem. Nam si multis casibus et lex hoc facere consuevit et libertatem pulcherrimis dare, qualiter non valeat divina gratia a vinculis eos servitutis absolvere? Quod si intra triennii metas aliquis veniat et quemdam eorum, qui singularem vitam affectant, in servitutem trahere cupiat, asserens eum dominio — quod, nuper nobis ex Lycia nunciavit reverendissimis Zosimus vir opinatissimus in continentia et gerens centesimum et vigesimum prope annum aetatis, virens tamen et animi virtutibus et corporis ministerio (tanta est in eo divina gratia) — si quis ergo, sicuti diximus, intra triennium venerit, dicens ad se pertinere quemquam illorum, qui monachorum se congregationi sociare desiderat et in monasterio positorum, affirmans sibi aliquid ab eo furtim subtractum, et ob hoc ad monasterium confugisse sanctissimum, non facilius hoc ei permitti, sed primum probare debere, quod et servus eius est vel pro furto aliquo vel mala conscientia et culpa saevissima monasterium appetivit. Quibus probatis, continuo eum recipiat, licet forte biennium retro concurrerit ex quo monasterium non amore conscientiae, sed vitiis trahentibus introivit; (restituantur autem cum his, quae subtraxerat, si haec in monasterio reperiantur). Is autem, qui se dominum probavit, iuret nullum se dolorem aut perniciem in eum, qui restituitur, exhibiturum, et sic eum in domum suam secum reducat. (NOV. V. CAP. II. §. 2). Sin autem, qui se dominum dicit, nihil tale probaverit et appareat his fortiori me non vincitur, ex eadem continentia probis honestisque moribus constitutus accedente forsitan extrinsecus aliorum testimonio, quod hoc tempore, quo sub manu domini fuerat, honestatis fuerit dilector; tunc, licet necdum

fuerint] *sint* Pith.

libertatem] *in libertatem* Pith.

valeat] Sic Pith. Apogr. Haen. Beck. Os. *volent* Sav. Gr. ἰσχύσειεν.

quemdam] Sic Sav. Apogr. Haen. reliqui. *quosdam* Pith. Gr. καί τινα.

cum dominio] Sic Pith. Beck. Os. *cum domino* Sav. Apogr. Haen. Vox *eum* confirmatur Graeco ὡς οἰκετήν.

Lycia] Sic Pith. *Nicaea* Sav. apogr. Haen. reliqui. Gr. Λυκίας.

reverendissimus] *reverentissimus* Apogr. Haen., quod quidem genus scripturae amplius non enotabo.

gerens] *generens* Apogr. Haen.

in continentia] *in continentiam* Pith., sed contra Sav. Apogr. Haen. Gr. ἐν ἀσκήσει.

vigesimum] Sic Sav. Apogr. Haen. *vicensimum* Pith. *vicesimum* Beck.

virens] Sic omnes, Os. coniicit legendum *vigens*. Sed illud ex Graeco ἀκμάζων derivatum esse potest.

corporis] Sic Sav. Apogr. Haen reliqui. *episcopali* Pith. Gr. τοῦ σώματος.

desiderat] Sic omnes. Os. legendum coniicit: *desiderant*.

furtim] Sic Sav. Apogr. Haen. Deest apud Pith.

non facilius] Haec et quae sequuntur usque ad *et servus eius est* desunt in Pith., sunt autem apud Sav. in Apogr. Haen., Graecis etiam firmantur.

vel mala] Sic Apogr. Haen. Sav. *malave* Pith.

retro] Sic Sav. Apogr. Haen. Deest apud Pith.

concurrerit] Sic Pith. Sav. Apogr. Haen. *cucurrerit* Beck.

quo] Sic Pith. Beck. Os. *eo quod* Sav. Apogr. Haen.

restituantur — reperiantur] Sic Pith. (nisi quod habet *restituatur*) Sav. Apogr. Haen. Apud Beck. et Os. haec enunciatio nescio quo casu periit, licet Graecis firmetur. Sic enim ibi: τοῦτον ἀποδίδοσθαι τῷ κεκτημένῳ μεθ' ὧν ὡς εἰκὸς ὑφείλετο, εἴγε καὶ ταῦτα κατὰ τὸ μοναστήριον εἴεν.

suam] Sic Pith. Sav. Apogr. Haen. Deest apud Beck.

NOV. V. CAP. II. §. 2. et appareat] Sic Sav. Apogr. Haen. Beck. Os. *ut appareat* Pith. Caeterum in vocem *appareat* Petri Pithoei desinit editio.

his fortiori me non vincitur] Sic Sav. Apogr. Haen. Os. *is fortiore iure non victus* Beck. Ego nihil extrico nisi forte: *is forte qui non convincitur*.

tempus triennale transierit, maneat tamen in reverendissimo monasterio ab omni asperitate retrahentis domini absolutus. Triennio autem fluente, nulli penitus concedimus vocandi in servitutem quemquam ex his, qui monachorum societate digni sunt iudicati, sed sive servi sive liberi fuerint, in eadem, quam desideraverunt, continentia sine aliqua formidine perseverent, et nihil de eorum vita praeterita, licet forte culpabiles fueriut, requirantur (nam humana vita semper prona est ad peccatum), sed sufficiat ad correctionem delinquentium triennii testificatio. Ea vero, quae vere subtracta probantur, si extant, post triennium revocentur. (NOV. V. CAP. II. §. 3.) Ac si servitutis necessitatem fugiens monasterium quidem tentet relinquere, sequi autem alterius vitae habitum, licentiam habeant domini servili eum repraesentari fortunae; qua enim ei iniuriosum videbitur in veram se trahi servitutem, qui dei culturam non dubitavit respuere. Et haec quidem de conditione eorum censuimus, qui se monachorum consortio devovent.

CAP. CCVI. (NOV. CAP. III.) Nunc autem videamus, quemadmodum eos habitantes monachilis philosophiae certatores dignissimos ostendamus. Volumus enim nullum monasterium in toto nostro imperio constitutum, sive multorum sit hominum sive paucorum, separatos habere monachos et propriis uti habitationibus, sed communiter eos sedere praecipimus; somnum autem capere omnes in singulis segregatis cubilibus sub uno dumtaxat tecto; aut si unum tectum non sufficiat plurimis, in duobus aut pluribus, non tamen, ut diximus, separatos, sed in unum, ut invicem sibi testimonium bonae conversationis exhibeant, ut nec ipsum somnum negligenter capiant, sed Christi ornamentum etiam dormientes excogitent pro his, a quibus se videri non nesciunt. Sed a praesenti huius legis articulo excipiamus eos, qui perfectionem secuti et spiritualem omnino vitam adepti a communi se usu subducunt, et segregatum sibi habitaculum quaerunt, quos anachoritas, id est successores sive quietos vocamus. Ili enim communionem pro meliore vita relinquere dinoscuntur. Ceteros autem omnes, quibus abstinentia inter plurimos est, hinc in nobis esse volumus. Sic enim zelus eos provocat ad virtutes et maxime novellos, si cum senioribus misceantur. Fit enim antiquorum conversatio adolescentiae paedagoga. Ita vero in memoratis coenobiis habitent, ut suis abbatibus sine aliqua protervia libenter obediant et traditam sibi abstinentiam sine querela custodiant.

CAP. CCVII. (NOV. V. CAP. IV.) Quod si quis eorum postquam se deo dicavit et habitum... si velit recedere de monasterio et

fluente] Sic Sav. Apogr. Haen. Os. *effluente* Beck.

NOV. CAP. II. §. 3. Ac si] Sic Sav. Apogr. Haen. Os. *at si* Beck.

repraesentari] Sic Sav. Apogr. Haen. Os. *reprnesentare* Beck.

CAP. CCVI. NOV. V. CAP. III. monachilis] Sic Beck. Os. *monachiles* Sav. Apogr. Haen. Optima correctio est ex Graeco *μοναχικῆς φιλοσοφίας*.

praesenti] Sic Sav. Apogr. Haen. *praesente* Beck. Os.

successores] Sic omnes, quos supra dixi. Interpres videtur voluisse: *secessores*, quod ab etymologia vocis *ἀναχωρεῖν* videatur venire.

hinc in nobis] Sic Sav. *huic in nobis* Apogr. Haen. *in dictis coenobiis* Beck. Os. Manifesto interpres voluit: *in coenobiis*. Gr. *ἐν τοῖς καλουμένοις κοινοβίοις*.

CAP. CCVII. NOV. V. CAP. IV. habitum.... si] Sic Sav. Apogr. Haen., nisi quod lacunae vestigium nusquam exstat. *habitum sumpsit* Beck. Os. Sane tale quid excidisse vel Graecum *τοῦ σχήματος τυχὼν* satis demonstrat.

privatam vitam eligere, ipse quidem sciat, quas sibi excusationes apud deum inveniat. Res vero omnes, quas habuit tempore, quo monasterium ingressus est, dominio eiusdem monasterii deputentur et nihil ex his habere permittantur.

CAP. CCVIII. (NOV. V. CAP. V.) Illud etiam definimus, ut si quis monasterio se tradere voluerit, priusquam ingrediatur, licentiam habeat res suas qualiter voluerit ordinare. Semel enim ingressum universa eius bona sequuntur. Quamvis non specialiter hoc ipsum expresserit, nec res suas monasterio conferre dixerit, nec ultra ad eum res pertineant. Quodsi filios habuerit, si quidem iam eis aliquanta donaverit, sive per ante nuptias donationem sive dotis occasionem, et haec ipsa faciunt falcidiam, nullum sibi ius in reliquis rebus filii exigant. Sin autem aut nihil eis donasse aut minus reperiat, tunc demum licet monachorum iam sit pater societati coniunctus, nihilo minus falcidia memoratis filiis debeatur, sive quod compleatur, ubi aliquid eis donatum fuerat, sive ut tota detur, uti nulla acceperat. Sed si uxorem habens et eam relinquens ad monasterium recurrat, dos mulieri reservetur, et id quod ex casu mortis in pactum devenerat, quod iam et in alia nostra constitutione decrevimus, his omnibus, quae de monachis diximus, et in personis mulierum eandem vitam appetentium locum habentibus. (NOV. V. CAP. VI.) Si vero relicto monasterio ad aliquam partem migret militiam aut in alterum vitae habitum et occasum, substantia eius, sicut iam diximus, ad monasterium pertineat; ipsae autem inter officiales viros civiles et praesidis provinciae habeantur et

et nihil] Sic Sav. reliqui. *ut nihil* Apogr. Haen. Gr. καὶ οὐδ' ὁτιοῦν.

permittantur] Sic Sav. Apogr. Haen. *permittatur* Beck. Os.

CAP. CCVIII. NOV. V. CAP. V. licentiam] Sic Sav. reliqui. *liceat* Apogr. Haen.

hoc ipsum] Sic Sav. reliqui. Deest vox *hoc* in Apogr. Haen.

donaverit] Sic Apogr. Haen. Beck. Os. *donaverat* Sav.

per ante nuptias] Sic Beck. Os. correxerunt. *parente nuptias* Sav. Apogr. Haen. Gr. κατὰ προγαμιαίαν δωρεάν.

occasionem] Sic Sav. Apogr. Haen. *occasione* Beck. Os.

falcidiam] Sic Beck. Os. *falcidia* Sav. Apogr. Haen. Gr. καὶ ποιεῖ ταῦτα τὸ τέταρτον τῶν ἐξ ἀδιαθέτου.

aut nihil] Sic Sav. Os. Deest prior vox *aut* apud Beck. Caeterum tota haec linea: *sin autem — minus reperiat* in Apogr. Haen. excidit.

reperiat] Sic Sav. *reperiatur* Beck. Os. Non male.

falcidia] Sic Beck. Os. *falcidiam* Sav. Apogr. Haen. Gr. τὸ τέταρτον ὀφειλέσθω.

memoratis] Sic Beck. Os. *memorati* Sav. Apogr. Haen.

quod] Sic Sav. Apogr. Haen. *ut* Beck. Os.

eis] Sic Apogr. Haen. *est* Sav. Beck. Os.

fuerat] Sic Sav. Apogr. Haen. Deest apud Beck. Os.

nulla] Sic Apogr. Haen. *nihil* Sav. Beck. Os.

acceperat] Sic Sav. Apogr. Haen. *acceperant* Beck. Os.

ex casu] Sic Apogr. Haen. Beck. Os. *est casu* Sav. Gr. τὸ ἀπὸ τελευτῆς σύμφωνον.

alia nostra] Sic Sav. Beck. Os. *aliam nostram* Apogr. Haen.

NOV. V. CAP. VI. partem] Sic Sav. Apogr. Haen. Os., deest apud Beck. *partam* Os. scribi voluit, quod Graecis non firmatur.

ipsae] Sic Apogr. Haen. *ipse* Sav. Beck. Os. Nisi fallor, id, quod in contextu posui, refertur ad vocem personae, quae ex superioribus facile suppletur. Potest fieri, ut interpres in Graecis habuerit: αὐτοὶ — τετάξονται.

viros civiles] Sic Sav. Apogr. Haen. Crediderim vero in archetypo interpretis notas fuisse *V. C.*, quibus *viri clarissimi* significaretur, quod ab Anselmo quidem male habitum sit. Caeterum Beck. Os. correxerunt *viri clarissimi* ex Graeco τοῦ λαμπροτάτου.

et] Sic Apogr. Haen. *vel* Sav., deest apud Beck. Os.

praesidis] Sic Beck. Os. *praesides* Sav. Apogr. Haen. Gr. τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος.

habeantur] Sic Sav. Apogr. *habeatur* Beck. Os.

hunc habeant suae immutationis fructum, et quod divinum officium contemserunt, humiliores iudicii sustineant servitutem. (NOV. V. CAP. VII.) Si vero monasterium relinquens, in quo agebat, ad alterum transeat monasterium, maneat simul eius substantia et defendatur a primo monasterio. Oportet autem reverendissimos abbates haec cavere, nec eos, qui primum relinquunt, in suo suscipere. Captatoria enim est haec vita et ab abstinentia monachorum omnimodis aliena et errabunda nunc ista, nec illa desiderans. Quapropter hoc quoque prohibeant sanctissimi episcopi, vel hi, qui vocantur archimandritae, probitatem aptam monachis secundum divinas regulas reservantes. (NOV. V. CAP. VIII.) Quod si contigerit quemdam monachorum clericum ordinari, permaneat eamdem custodiens abstinentiam quam in monasterio habuit. Nam si clericali licentia abusus ad nuptias venire tentaverit, in eodem scilicet gradu constitutus, qui clericos nuptias agnoscere non denegat (dicimus autem cantorum lectorumque); ceteris igitur omnibus nuptias secundum divinas regulas denegamus, ut nuptias quidem non ineant. Sed si concubinam habere tentaverit, vel turpitudini vitam suam dedat, eliminetur omnimodo a numero clericorum et inter privatos versetur, nullo modo audens aut ad militiam aut ad quamcunque aliam professionem venire, nisi voluerit ante a nobis criminatis suppliciis subiacere.

CAP. CCIX. (NOV. V. CAP. IX. PROOEM.) Abbatum autem ordinationem, si quando opus fuerit, hoc modo volumus celebrari, ut non secundum gradum reverendissimûm monachorum, id est, non is, qui secundus invenitur ab eo qui recessit, ordinetur, quod et altera nostra lex imperat, sed debet sanctissimos eorundem locorum episcopos consuli, singulorum merita scrutari (neque enim omnimodo tempus est honorandum neque gradus sequendus est); sed quem invenerit inter monachos optimum et dignum tali honore, ipsum eis primatem eligi oportet; quia humana natura talis est, ut non omnes summi, non omnes ultimi reperiantur. Sed procedat quidem secundum gradum diligens scrutatio abbatis futuri; et si is primus est gradu, primus inveniatur

humiliores] Sic Sav. Apogr. Haen. *humilioris* Beck. Os.

NOV. V. CAP. VII. maneat] Sic Beck. Os. *maneat* Apogr. Haen. Gr. μενέτω.

nec eos] Sic Beck. Os. *ne eos* Sav. Apogr. Haen.

enim est] Sic Apogr. Haen. *est enim* Sav. Beck. Os.

et errabunda] Sic Beck. Os. *terrabunda* Sav. Apogr. Haen. Gr. περιφερομένης τε.

NOV. V. CAP. VIII. clericos] Sic Sav. Apogr. Haen. *clericis* Beck. Os.

igitur] Sic Sav. Apogr. Haen. *enim* Beck. Os.

ut nuptias quidem non ineant] Haec verba ab aliquo explicatore addita videri Os. scribit. Non male.

sed si] Sic Sav. Apogr. Haen. *sed et si* Beck. Os.

criminatis] Sic Sav. Apogr. Haen. *criminalis* Beck. Os., qui vel *minatis* vel *interminatis* scribendum esse censuit.

CAP. CCIX. NOV. V. CAP. IX. PR. opus] Sic Sav. *quis* Apogr. Haen. Gr. δεῖσθαι.

reverendissimûm] Sic Sav. Apogr. Haen. *reverendissimorum* Beck. Os.

sanctissimos] Sic Sav. Apogr. Haen. *sanctissimus* Beck. Os. Interpres videtur in Graecis habuisse τοὺς θεοφιλεστάτους — ἐπισκόπους.

episcopos] Sic Sav. Apogr. Haen. *episcopus* Beck. Os.

consuli] Sic Sav. Apogr. Haen. Os. Deest apud Beckium.

sed quem] Sic Sav. Apogr. Haen. Os. *et quam* Beck., quod ex Graeco καί correctum est.

primus est gradu] Sic Sav. Apogr. Haen. *qui primus est gradu* Beck. Os.

et meritis, primatum suscipiat monachorum, patrocinane sibi tempore pariter et virtutibus: quo is minus idoneus reperitur, in alteros eligentis intentio dirigatur.

CAP. *CCX. (NOV. V. CAP. IX. §. 1.) Quaecunque autem a nobis sive antea sive modo constituta sunt vel de clericis vel de monachis aut monasteriis, commune esse volumus omnium monasteriorum, sive masculorum sive feminarum vel eorum qui sciteria dicuntur; nec aliquam differentiam sexus in hac re introducimus, propter quod superius diximus omnia in Christo unum esse. (NOV. V. EPIL.) Haec igitur omnia iustissimi patriarchae sanctissimis metropolitanis, qui sub eis sunt, certa faciant, ipsi autem metropolitae sub se positis singulorum locorum sanctissimis episcopis innotescant. Et illi similiter monasteriis, quae sub eorum manu sunt, insinuent, qualiter per omnia domini dei voluntas custodiatur incorrupta. Supererunt enim magnae poenae de his, qui ista non servant (poenas autem dicimus coelestes, quae solent rectam viam dei contemnentibus imminere); sed in nostrae reipublicae cautelam iudices praebeant, et studeant ea, quae divinis regulis continentur, quas et nostra lex sequitur, in opus deducere. Quodsi contempserint, multari se non ignorent, oportet ergo tuam sanctitatem reverendissimis metropolitanis, qui sub te sunt, haec insinuare. *Data XVIII. Kal. April. consule Belisario V. C.*

suscipiat] Sic Sav. Apogr. Haen. *suscipiet* Beck. Os.

quo is] Sic Sav. Apogr. Haen. *quodsi* Beck. Os.

CAP. CCX. NOV. V. CAP. IX. §. 1. commune] Sic Sav. Apogr. Haen. *communia* Beck. Os., quod ex Graecis κοινὰ correctum est.

qui sciteria] Sic Sav. Apogr. Haen. *quae asceteria* Beck. Os., quod sane ex Graeco ἀσκητηρίων satis firmatur.

propter quod] Sic Sav. Apogr. Haen. Os. *propterea quod* Beck.

NOV. V. EPIL. sanctissimis metropolitanis] Sic Beck. Os. *sanctissimus metropolitanus* Sav. Apogr. Haen. Gr. τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις

monasteriis] Sic Sav. Apogr. Haen. Deest apud Beck. Os. Gr. τοῖς μοναστηρίοις τοῖς ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν χεῖρα καθεστῶσι.

viam] Sic Sav. Beck. Os. *uniam* Apogr. Haen.

sed in] Sic Sav. Apogr. Haen. Os. *sed et* Beck.

reverendissimis] Sic Beck. Os. *reverentissime* Sav. Apogr. Haen. Gr. ἅπασι τοῖς — ὁσιωτάτοις μητροπολίταις.

Data] Sic Sav. Apogr. Haen. reliqui. *Dat.* Beck. Os., quod praefero. Neque enim constitutionum dies et consul feminino genere effertur, et ultima littera *a* ex puncto, quod est abbreviationis signum, videtur esse orta.

Belisario] Sic Beck. Os. *Velisario* Sav. Apogr. Haen.

V. C.] *vicario* Sav. Apogr. Haen. Notam Anselmus, qua *viro clarissimo* significatur non satis intellexisse videtur. Correxerunt eam Beck. Os., qui quidem in contextu apposuerunt: *viro clarissimo.*

II. VERSIO LATINA NOVELLAE XLII.

QUAE IN ACTIS CONCILIORUM SERVATA EST[1])

(IN EDIT. NOSTRA AUTH. XLIV.)

Constitutio sacra Iustiniani imperatoris contra Anthimum, Severum, Petrum et Zoaram.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri, imperator Caesar Flavius Iustinianus Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africus, pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, semper Augustus, Mennae patriarchae.

(NOV. XLII. PRAEF.) Rem non insolitam imperio et nos facientes ad praesentem venimus legem. Quoties enim sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit (quemadmodum Nestorium, Eutychem, Arium, Macedonium et Eunomium, ac quosdam alios ad iniquitatem non minores illis); toties imperium eiusdem sententiae et ordinationis cum sacerdotum auctoritate fuit: sicque divina et humana pariter concurrentia unam consonantiam rectis sententiis fecere; quemadmodum et nuper factum esse circa Anthimum scimus, qui quidem deiectus est de sede huius regiae urbis a sanctae

[1]) Haec versio servata est in Actis Concilii. Constantinopolitani anno p. Christum natum 536 habiti. Legitur in Conciliorum tomo secundo ed. *Crabbaeus* (Coloniae 1538. fol.) fol. XXXII. 13 seq.; ed. *Surius* (Coloniae Agrippinae 1567. fol.) p. 462 seq.; denique in sacrorum Conciliorum nova et amplissima Collectione, quam *Mansi* Florentiae 1762 in folio edidit, tom. VIII. pag. 1149 seq. Apud Mansium et Graecus legis contextus appositus est, qui in superioribus Conciliorum collectionibus desiderabatur. — Hanc versionem Contius anno 1559, in Isidori libro canonum inventam, in Authenticum intulit; anno 1571 autem ex tomo concilii Quinti Constantinopolitani restituit, mendis, quibus scatebat etiam in novissima editione Coloniensi anni 1567, a se perpurgatam. Hoc auctore decepti posteriorum temporum editores hoc genus versionis, quod nunquam Authentici partem effecit, in isto quidem loco reliquerunt. Nos, qui genuinam Authentici versionem ex libris mss. restituendam curavimus, diversam hanc Graecae legis interpretationem in hunc locum reiecimus, ne quid ad nostri operis perfectionem deesset. Dabimus autem varietatem lectionis Crabbaei, Surii, Mansii: adiecimus etiam Contianam scripturam (Lugduni Roville 1571. 16.) Reliqua non attigimus, si quidem ex his solis fontibus tota res manasse videtur.

INSCR. sacra] Sic Mansi, deest apud Surium et Crabb. Caeterum tota haec enunciatio: *constitutio — et Zoaram* apud Contium desideratur.

Iustiniani imperatoris] Sic Mansi. Apud Crabb. et Sur. verborum ordo inversus est.

domini] Sic Mansi. Cont. Apud Crabb. et Sur. postea adiectum est *nostri.*

Francicus] Sic Mansi. Cont. *Francus* Crabb. Sur.

Anticus] Sic Cont. Mansi. *Atticus* Crabb. Sur.

Africus] Sic Crabb. Sur. Mansi. *Africanus* Cont.

victor] Sic Mansi. *victoriosus* Crabb. Sur. Cont.

triumphator] Sic Mansi. *triumphalis* Crabb. Sur. Cont.

Mennae patriarchae] Sic Crabb. Sur. Mansi. *Mennae sanctissimo et beatissimo archiepiscopo et universali patriarchae* Cont., quae quidem ex Graeca collectione CLXVIII. Novellarum suppleta sunt.

NOV. XLII. CAP. PRAEF. et humana pariter] Sic Cont. Mansi. *pariter et humana* Crabb. Sur.

a sanctae] Sic Crabb. Sur. Contius. Vox *a* deest apud Mansium. Gr. παρά.

et gloriosae memoriae Agapeto sanctissimae ecclesiae antiquae Romae pontifice, eo quod nullo modo sibi ipsi convenienti contra omnes sacros canones se intruserat sedi, sed et communi sententia ipsius sanctae memoriae viri primum atque etiam sacrae synodi hic celebratae condemnatus et depositus fuit, eo quod a rectis dogmatibus recessit: et quae prius multoties diligere videbatur, haec demum diversis lustrationibus fugit, simulans sequi sanctas quatuor synodos (trecentorum videlicet decem et octo patrum in Nicaea, et centum quinquaginta in hac felici civitate, et in Epheso primo congregatorum ducentorum, et sexcentorum triginta venerabilium patrum in Chalcedone). At quidem nec istorum dogmata sequi nec nostram clementiam et condescensum, quem propter ipsius salutem habebamus, suscipere voluit, neque ipse abdicare auctores impiorum dogmatum, qui prius a sanctis synodis expulsi fuerant; sed putat oportere secundum ipsum et in aequali ducere et condemnatos et condemnatores. Nam semel alienis a sanctissima ecclesia intellectibus mancipatus et a rectis dogmatibus alienatus, merito ad ipsorum rectitudinem reverti non valuit, etiam ad haec a nobis invitatus et directus, qui omni studio usi sumus ad ipsius salutem. (NOV. XLII. CAP. I. PR.) Propter haec igitur omnia sententiam depositionis in ipsum a sancta synodo factam occasione non liciti, neque a sanctis canonibus approbati raptus sacrarum sedium huius regiae urbis et aversionis a rectis et veris dogmatibus *κυρίαν* nostrum ponit imperium et contra istum praesentem scribit legem. Interdicimus autem et ei commorari in hac felici civitate et eius districtu ac in quacunque alia insigni civitate sancientes in quiete esse et eos diligere, quibus eundem digne supposuit, et non aliquibus communicare neque

Agapeto] Sic Crabb. Sur. Contius. *Agapito* Mansi. Gr. Ἀγαπητοῦ.
convenienti] Sic Mansi Cont. *conveniens* Crabb. Sur. Cont. Gr. προσήκοντι — θρόνῳ. Caeterum voces *contra omnes sacros canones* apud Mansium quidem uncis inclusae sunt.
sedi] Sic Mansi Contius; deest apud Crabbaeum et Surium. Gr. θρόνῳ.
atque etiam] Sic Mansi Cont. *deinde etiam* Crabb. Sur. Gr. καὶ μὴν καί.
lustrationibus] Sic Mans. Crabb. Sur. Cont. Verum ad marginem Mansi adscriptum est *fraudibus*, qua re varietas scripturae significatur.
fugit] Sic Mansi. *aufugit* Crabb. Sur. Cont.
et sexc. triginta] Sic Mansi Cont. *ac sexc. triginta* Crabb. Sur.
Chalcedone] Sic Mansi *Chalcedona* Crabb. Sur. Cont. Gr. ἐν Χαλκηδόνι.
istorum] Sic Mansi; deest in Crabb. Sur. Cont. Gr. τούτων.
expulsi] Sic Mansi Cont. *percussi* Crabb. Sur. Gr. ἐκβεβλημένους.
putat] Sic Crabb. Sur. *putavit* Mansi. Cont. Gr. οἰόμενος.
et in] Sic Mansi Cont. Vox *et* deest apud Crabb. et Sur. Gr. καὶ ἐν.
et condemnatores] Sic Mansi Cont. Desunt haec apud Crabb. et Sur. Gr. τούς τε καταδικάσαντας.
a nobis invitatus] Sic Crabb. Sur. *invitatus a nobis* Mansi Cont.
NOV. XLII. CAP. I. PR. omnia] Sic Mansi Cont. *omnem* Crabb. Sur. Gr. διὰ ταῦτα τοίνυν ἅπαντα.
occasione] Sic Crabb. Sur. Cont. *occasionem* Mansi. Gr. προφάσει.
κυρίαν] Sic Crabb. Sur. *cyriam propriam* Cont. *firmam* Mansius. Manifesto interpres Graecum verbum retinuit.
nostrum] Sic Sur. Mansi Cont. *propter nostrum* Crabb.
ponit] Sic Crabb. Sur. *facit* Cont. *reddit* Mansi. Interpres manifesto Graecum τίθεται ad verbum interpretatus essecernitur.
autem et] Sic Mansi Cont. Desunt apud Crabb. Sur. Gr. δὲ — καί.
eos diligere] Sic Crabb. Surius. *iis contentum esse* Mansi Cont. Interpres videlicet vim et potestatem verborum καὶ τούτοις στέργειν plane non percepit.
eundem digne supposuit] Sic Crabb. Sur. *se ipsum digne supposuit* Cont. *se ipsum merito obnoxium reddidit* Mansi. Manifesto interpres pro οἷς ἑαυτὸν ἀξίως ὑπέθηκεν legit οἷς τὸν αὐτὸν ἀξίως ὑπέθηκεν, quae iam κατὰ πόδα interpretatus est.

eos imbuere in perditionem interdictorum dogmatum. (NOV. XLII. CAP. I. §. 1.) Nec utique extra imperialem confirmationem relinquimus sententiam iuste contra Severum latam, ac ex omnibus (ut ita dicamus) pontificalibus et patriarchalibus (una cum monachicis consensibus) provenientem sedibus et anathematismum ipsi inferentem; qui prius contra sacras sanctiones accipiendo sedem sanctissimae ecclesiae Theopolitanorum, sic universa conturbavit, sicque accumulatas turbationes fecit, ut commune quoddam ac abominabile bellum sanctissimis ecclesiis adinvicem immitteret. Et hoc etiam a sceptris, quae ante nos fuerunt, contra ipsum scriptum erat, variis dogmatum et a rectitudine alienatis intellectibus ac blasphemiis usum fuisse ac universa conturbasse et illum quemcunque errorem abominabilium haeresiarcharum et iniquorum dogmatum recipere, Nestorii dicimus et Eutychis; et cum uterque horum praeceptorum contrarii quodammodo adinvicem esse videantur, ad unum vero impietatis finem tendant, etiam illorum divulgatos sermones, eum in unum formavisse. Duobus enim existentibus dogmatibus adinvicem repugnantibus, quorum utrumque similiter ad animae perditionem adducit, ex Nestorii videlicet et Eutychis (quemadmodum dicendo narravimus) quae ex Arianorum et Apollinarii contagione consistunt — ipse paradoxum quid perpessus in utrumque similiter incidit, et ibi quidem hoc, ibi autem illud mittendo se ipsum et sermones suos visus est constituisse commune receptaculum tantorum delictorum. (NOV. XLII. CAP. I. §. 2.) Sic itaque et ipse sub praedicto anathematismo, quem universus patriarchalis, pontificalis ac monachicus nostrae, ut ita dicamus, politiae coetus iuste in ipsum induxit: de Theopolitana quidem

in perdit.] Sic Mansi. Crabb., deest vox *in* apud Crabb. et Sur. Gr. εἰς τὴν.

NOV. XLII. CAP. I. §. 1. ut] Sic Mansi. *quod* Crabb. Sur. Cont. Gr. ὡς.
quoddam] Sic Crabb. Sur. Contius. *quondam* Mansi. Gr. κοινόν τινα.
immitteret] Sic Mansi Cont. *immittat* Crabb. Sur.
etiam] *et* Cont. deest apud Crabb. Sur. Gr. καί.
a sceptris, quae ante nos fuerunt] Sic Mansi Cont. *saepius ante nos* Crabb. Sur. Gr. τοῖς πρὸ ἡμῶν σκήπτροις.
et a] Sic Mansi Cont. *ac a* Crabb. Sur.
intellectibus] Sic Crabb. Sur. Cont. *fraudibus et commentis* Mansi. Manifesto interpres Graecum περινοίαις non satis intellexit.
illum quemcunque] Sic Mansi Sur. Cont. *solum utrumque* Crabb., qui quidem ad marginem stellula adiecta habet: *al. illum quemcunque.*
Nestorii] Sic Mansi. Cont. *et eum Nestorius* Crabb. Sur.
dicimus] Sic Mansi Cont. Deest apud Crabb. Sur. Gr. Νεστορίου τέ φαμεν.
Eutychis] Sic Mansi Cont. *Eutyches* Crabb. Sur. Gr. Εὐτυχοῦς.

cum] Sic Mansi. Cont. Deest apud Crabb. Sur.
adinvicem] Sic Crabb. Sur. Cont. *invicem* Mansi.
tendant] Sic Mansi. *inferunt* Crabb. Sur. *inferant* Cont. Gr. ἐπειγομένων.
etiam] Sic Mansi Cont., deest apud Crabb. Sur. Gr. καὶ τούς.
eum] Sic Mansi Cont. *cum* Crabb. Sur.
formavisse] Sic Mansi Cont. *formaverit* Crabb. *formaverint* Sur.
enim] Sic Cont. Mansi, deest apud Crabb. Sur. Gr. γάρ.
quae ex] Sic Crabb. Sur. Cont. *qui* Mansi. Gr. ἅπερ — συνέστη.
hoc, ibi autem illud] Sic Crabb. Sur. Cont. *illud* Mansi. Gr. πῇ μὲν τοῦτο, πῇ δὲ ἐκεῖνο.
mittendo] Sic omnes; verum apud Crabbaeum et Surium ad marginem nota adscripta est: *al. dimittendo vel mutando.* Gr. πρεσβεύων.

NOV. XLII. CAP. I. §. 2. Sic] Sic Crabb. Sur. Mansi; *sit* Cont., quod recte videtur se habere. Etenim in Graecis est: ἔστω.
politiae] Sic Crabb. Sur. Cont. *reipublicae* Mansi. Interpres ex Graecis verbum πολιτείας videtur retinuisse.

ecclesia eiectus, idcirco, quod thronus de illa ipsum removit, eo quod ipsius principatum recte non acceperat, sed adhuc vivente eo, et in sanctissimis ecclesiis commemorato, qui ante ipsum sacerdotium habebat et ab eo, qui post ipsum fuit, de sacerdotio exciderat nec vero usque adhuc stetit, sed et iam sub communi orthodoxae ac catholicae ecclesiae anathematismo factus multis libris blasphemiisque et abominationibus nobis politiam implevit. Quare universis interdicimus aliquid de libris ipsius possideri. Et sicut non licet Nestorii libros scribere, vel possidere (quia praedecessoribus nostris imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere similia dictis a Porphyrio in Christianos) sic nec dicta et scripta Severi maneant penes aliquem Christianum, sed sint profana et aliena ab ecclesia catholica igneque comburantur a possidentibus, nisi qui ipsa habent, velint periculum pati. A nemine ergo scribantur neque ad pulchritudinem neque ad velocitatem scribentium, sciendo, quia amputatio manus his, qui scripta illius scribunt, poena erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protrahi. (NOV. XLII. CAP. I. §. 3.) Similiter autem et huic interdicimus omnino regiam civitatem ingredi aut districtum eius, nec aliquam aliam de insignibus, sed in aliqua solitudine et in silentio sedere et non corrumpere ceteros, neque in blasphemiam ipsos adducere, et non semper aliquid novi invenire contra vera dogmata, per quod rursus nobis conturbare sanctissimas ecclesias festinet. (NOV. XLII. CAP. II.) Sed nec Petrum episcopum Apamiae,

eiectus] Sic Cont. Mansi. In Crabb. Sur. postmodo subiicitur: *est.*

quod] Sic Cont. Mansi. In Crabb. Sur. haec vox plane non est.

de illa] Sic Crabb. Sur. Cont. *illius* Mansi.

commemorato] Sic Mansi. *commorante* Cont. *commorando* Crabb. Sur. An vero voluerunt: *commemorando*? Gr. ἀνακηρυττομένου.

ab eo] Sic Crabb. Sur. *propter eum* Cont. Mansi. Interpres κατὰ πόδα transtulisse videtur Graecum illud παρὰ δὲ τοῦ.

fuit] Sic Cont. Mansi; deest apud Crabb. Sur.

nec vero usque adhuc stetit] Sic Crabb. Sur. Cont. *nec vero progressus huc usque substitit* Mansi. Interpres Graeca οὐ στάντα δὲ μέχρι τούτου μόνον ad verbum transtulisse reperitur.

sed et iam] Sic Crabb. Sur. Cont. *sed et* Mansi. Gr. ἀλλ' ἤδη καί.

factus] Sic Crabb. Sur. Cont. *positus* Mansi. Gr. γενόμενος, quod ab interprete κατὰ πόδα translatum est.

politiam] Sic Crabb. Sur. Cont. *rempublicam* Mansi. Interpres consonantiam Graeci πολιτεύματος retinuisse videtur.

possideri] Sic Crabb. Sur. Cont. *possidere* Mansi. Gr. κεκτῆσθαι, quod interpres ita transtulit, quasi passivi temporis significationem haberet.

similia dictis] Sic Crabb. Sur. *similia his, quae dicta et scripta sunt* Cont. Mansi. Caeterum apud Surium in margine scriptum est: *similiter dicta.*

in Christ.] Sic Cont. Mansi. *contra Christ.* Crabb. Sur.

velint] Sic Cont. Mansi. *vellent* Crabb. Sur.

quia] Sic Cont. Mansi. *quod* Crabb. Sur.

illius] Sic Crabb. Sur. *eius* Mansi Cont. Gr. ἐκείνου.

scribunt] Sic Mansi Cont. *scripserint* Crabb. Sur. Gr. γράφουσιν.

NOV. XLII. CAP. I. §. 3. autem et] Ad marginem Crabbaei post vocem *autem* stellula adscripta legitur *al. ei.*

huic] Sic Cont. Mansi. *hoc* Crabb. Sur. Gr. τοῦτον.

festinet] Sic Sur. Mansi Cont. *festinaret* Crabb.

NOV. XLII. CAP. II. sed nec] Sic Cont. Mansi. *nec solummodo hunc sed et* Crabb. Sur., quod fortasse praeferendum foret, quia interpres vim verborum οὐ μὴν οὐδὲ exprimere nescivit.

Apamiae] Sic Crabb. Mansi. *Apameae* Sur. Cont.

